SHL
WITHDRAWN



UNIVERSITY OF LONDON
LIBRARY

S] 016.282 [Hunter.]

BIBL.
LONDIN.
UNIV.

NOMENCLATOR LITERARIUS

THEOLOGIAE CATHOLICAE

THEOLOGOS EXHIBENS

AETATE, NATIONE, DISCIPLINIS

DISTINCTOS.

TOMUS I.

EDIDIT ET COMMENTARIIS AUXIT

H. HURTER S. J.

S. THEOLOG. ET PHILOS. DOCTOR, EJUSDEM S. THEOLOG. IN C. R. UNIVERSITATE OENIPONTANA PROFESSOR P. O.

CUM APPROBATIONE CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI EPISCOPI BRIXINENSIS ET FACULTATE SUPERIORUM.

EDITIO TERTIA EMENDATA ET AUCTA.

OENIPONTE.

LIBRARIA ACADEMICA WAGNERIANA.

1903.

THEOLOGIAE CATHOLICAE

AETAS PRIMA

AB AERAE CHRISTIANAE INITIIS AD THEOLOGIAE SCHOLASTICAE EXORDIA (1109).

CUM APPROBATIONE CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI EPISCOPI BRIXINENSIS
ET FACULTATE SUPERIORUM.

OENIPONTE.
LIBRARIA ACADEMICA WAGNERIANA.
1903.

192161

Imprimatur.

† Simon
episcopus brixinensis.

Quum t. I. operis, cui titulus: Nomenclator literarius theologiae catholicae, ab Hugone Hurter nostrae Societatis sacerdote conscriptum aliqui ejusdem Societatis Theologi, quibus id commisimus, recognoverint et in lucem edi posse probaverint, facultatem damus, ut typis mandetur, si iis, ad quos pertinet, ita videbitur.

In quorum fidem has literas nostra manu subscriptas et sigillo Societatis nostrae munitas dedimus.

Sarajevo die 1. Jun. 1903.

(L. S.) Ant. Forstner SJ.
Praepos. Prov. Austriaco-Hung.

BIBL. LONDIN. UNIV.

OENIPONTE, TYPIS WAGNERIANIS.

PROTESTATIO AUCTORIS.

Cum SS. D. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii a. 1625 decretum ediderit idemque confirmarit d. 5. Jul. a. 1634, quo inhibuit „imprimi libros hominum, qui sanctitatis seu martyrii fama celebres e vita migraverunt, gesta, miracula vel revelationes seu quaecunque beneficia tamquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentes sine recognitione atque approbatione Ordinarii, et quae hactenus sine ea impressa sunt nullo modo vult censeri approbata“; idem autem Sanctissimus d. 5. Jun. a. 1631 ita explicuerit, ut nimirum „non admittantur elogia Sancti vel Beati absolute, et quae cadunt super personam, bene tamen ea, quae cadunt super mores et opinionem cum protestatione in principio, quod iis nulla adsit auctoritas ab Ecclesia romana, sed fides tantum sit apud auctorem.“ Huic decreto ejusque confirmationi et declarationi observantia ac reverentia qua par est insistendo, profiteor me haud alio sensu quidquid in hoc Nomenclatore refero accipere et accipi ab ullo velle, quam quo ea solent, quae humana dumtaxat auctoritate, non autem divina catholicae romanae Ecclesiae aut s. Sedis apostolicae nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem s. Sedes Sanctorum, Beatorum aut Martyrum catalogo adscripserit.



Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/nomenclator-literarius-theologiae-catholicae_1903_1

Lectori.

In studiosorum theologiae utilitatem illustrium in sacra hac scientia virorum composuimus elenchum. Cum enim in qualibet fere vel minima quaestione theologica plurium occurrat mentio, nosse juverit, quo quisque seculo quave in regione et quibuscum floruerit, quod aliorum de ipso judicium et quantum sit operum ipsius pretium. Juverit quoque nosse, quinam in singulis disciplinis theologicis eminuerint, quae opera praecipua et classica, prae ceteris consulenda[1]), nam haurit aquam cribro, qui discere vult sine libro, ut inquiunt: sed libros recte nosse est dimidium didicisse jam vetus est adagium, temporisque hinc lucramur plurimum.

Non molimur quidem historiam literariam theologiae, tantum enim opus unius superat vires facultatesque, maxime vero nostras. Si quid tamen ad eam conferre possumus, gratum id nobis accidet. Haud parum autem conferre ad ejusmodi historiam theologorum syntagma chronologice dispositum secundum nationes et varias, quas theologia complectitur, disciplinas nemo non videt; hisce siquidem continetur jam quaedam illius delineatio. Illud vero emolumenti ex hac theologorum recensione chronologica et dispositione secundum disciplinas et gentes capiet quisque, ut uno veluti conspectu videat, qua periodo quave in regione plurimi vel pauciores floruerint viri eruditi; quae disciplinae prae ceteris excultae, quae forte et qua in gente neglectae, quae scientiae theologicae secundum totam suam latitudinem variis in locis stadia atque progressus.

---

[1]) De theologia maxime vera sunt, quae in genere affirmat Gottl. Stoll (introd. in hist. liter. latine editam a Car. Henr. Langio, Jenae 1728 p. 8): „Meditatio nostra multum confert ad eruditionem, succurri tamen ei debet bonis libris. Mille oculi plus certe vident, quam quidem duo; atque is insanam de se opinionem fovere merito creditur, qui tot ipsemet veritates reperire, quot millia eruditorum jam reperere, sperat.“

Sequemur ordinem chronologicum supremo vitae anno determinatum. Illos, quorum mortis annus vel incertus est vel nobis incognitus, asterisco indicabimus et anno assignabimus, quo adhuc vixerint. Distribuemus theologos secundum nationes varias in classes pro seculorum lapsu. Initio quidem in orientales et occidentales. Vigente enim imperio romano vel illius umbra variae nationes non adeo inter se erant discretae. A seculo XII illos quatuor distinctis exhibebimus columnis; demum a sec. XVI. nationes distinguemus septem, scil. germanos, polonos, anglos, belgas, gallos, italos, hispanos, sub quibus affines complectemur etiam gentes. Ratione habita disciplinarum primo quidem quadruplicem dabimus elenchum: theologorum scil. eorum, qui vel in theologia dogmatica usui magis esse possint (quam postea in scholasticam et polemicam distinguemus seu cui addemus religionis christianae apologiam), vel qui de ss. literis meruerunt, vel qui in argumentis versati sunt historicis (etiam in archaeologia, actis Sanctorum, historia literaria, haereseologia etc.), vel qui demum theologiam excoluerunt practicam (sub qua complectimur jus canonicum, theologiam moralem et pastoralem, liturgicam et mysticam seu asceticam etc.). Recentioribus seculis adjecimus Patrologiam, disciplinam fere novellam. Singulis dein tomis amplissimos subjiciemus indices, quibus lectorum commodo consulere studebimus.

Non recensebimus opera omnia (nec eorundem editiones omnes) theologorum, quos enumerabimus, ne citra necessitatem librum nostrum oneremus operum titulis; sed tantum insigniora, quae vel utilitate, vel eruditione, vel singularitate vel fama aliquo modo excellunt. Addemus eruditorum de illis censuras quotquot reperire potuimus, nonnunquam et nostram, ut quale sit operis pretium, lector conjiciat. Qui vero omnium judicio inter suos eminent aequales, ut theologi primi ordinis haud immerito dicantur, distincto charactere notabuntur, et celeberrimi quidem typis nitidioribus. Qui vero minoris sunt famae, minutioribus quoque typis designabimus. Quod si theologus non in una tantum emicuerit disciplina, literis cursivis aliaque in columna comparebit.

Aggressi equidem sumus, ausu forte temerario, opus arduum, nomenclaturam scil. exhibere theologorum catholicorum totius aerae christianae. Non diffitemur laboris difficultatem, cui pro dignitate sustinendo virorum literatorum opus esset societate, si conspectus scil. exspectetur exactus ad omnia recentioris artis criticae postulata, universalis, completus, accuratus atque fidelis. Cum vero ejusmodi hominum eruditorum conspiratio nusquam modo compareat neque facile exspectari possit, et cum vel tentamen hoc in argumento utilitate non careat: specimen saltem ejusmodi conspectus pro viribus tenuibus colligere tentavimus initio sumpto a concilio tridentino ad nostra usque tempora. Exciti inexspectato benevolorum lectorum favore, quo tria priora operis exceperunt volumina, cogitavimus de continuando Nomenclatore methodo eadem

recensendo Scholae a s. Anselmo († 1109) ad concilium usque tridentinum theologos. De quo tamen consilio liceat lectorem monere, ut aequius efformet judicium, intentionis nostrae non fuisse, omnes quotquot medio aevo doctrinae fama inclaruerint recensere theologos: hoc enim infiniti fuisset laboris minusque ut nobis videtur utilis: sed eos prae primis, quorum labores ad posteros typis fuerunt transmissi. Quod si quorundam aliorum meminerimus, eorum tamen nomina in tabellis non comparebunt, neque eorum opera manuscripta in rerum seu materiarum indice. Auctorum vero, quorum mentionem faciemus, ne integrum exspectes operum (ineditorum praesertim) catalogum, neque omnem de ipsis literaturam: hanc enim facile reperies copiose collectam in Chevalier *Répertoire des Sources historiques du Moyen Age,* Pariis 1877—1886 et in ejusdem *Supplément,* ib. 1888. Fateor quoque me majori forte diligentia de viris doctis egisse ordinum regularium quam cleri secularis, sane non partium studio, sed quod de illis fontes literarii uberius fluant quam de his, qui seorsim et non veluti in familia viventes facilius dati fuere oblivioni. Cum et hanc Nomenclatoris partem, Deo propitio, utcunque absolverimus adjecto prioribus tribus tomis quarto isque haud paucis non parum arriserit, multa jam nos urgebant, ut ultimum adhiberemus conatum, quo demum absolveremus opus, elenchum scil. omnium theologorum catholicorum totius aerae christianae. Quare novam jam aggredimur editionem, cujus t. I. complectatur theologos a tempore apostolorum usque ad s. Anselmum, cum hi adhuc deessent. Verum hunc laborem reddebant difficillimum et ars critica, quae circa celebriores auctores antiquos fere omnes innumera movet dubia (consule speciminis gratia Ehrhard Die altchristl. Literatur und ihre Erforschung seit 1880, Freiburg in Br. 1894; von 1884—1900, ib. 1900), et ingens inde pelagi instar inexhausti enata de unoquoque scriptore literatura, et rigidum nostra aetate virorum eruditorum de libris bibliographicis judicium. Hinc conatus magnitudo et difficultas exigebant editionis dilationem in annos, ut bibliothecae accuratius interim excuterentur, fontes adhuc plures consulerentur, auctorum veterum, qui de die in diem e tenebris eruuntur, editiones exspectarentur: verum senectus exspectare nequit, nec annorum decennia polliceri sibi potest. Solatio etiam nobis fuit, laborem plurimum minui, saltem usque ad seculum septimum, virorum quorundam doctissimorum studiis admodum accuratis, quibus, ut grati fatemur, diligenter sumus usi, quod lector ex frequenti eorum allegatione facile agnoscet. Quare ab eorum nominibus recensendis hic supersedemus.

Superest ut in hujus praefationis fine nonnulla adnotemus, quibus respondeamus quorundum virorum doctorum censuris contra ipsum opus prolatis. Displicent nonnullis 1. cordis nostri angustiae, quae auctorum acatholicorum seu haereticorum fieri mentionem non patiantur. Sed qui profitetur Nomenclatorem se daturum theologiae catholicae, ut ipse prae se fert operis titulus, quomodo enumerabit et laudabit ejusdem adversarios? Quis in bo-

graphia germanica vel gallica Hispanorum vel Americanorum exspectabit encomia? Nonne licet disputationis argumentum ad certos fixosque revocare limites?

2. Alii servatum mallent ordinem scriptorum alphabeticum, chronologicum carpunt. Verum hic multiplici ex capite praeferendus nobis videtur, cum ob oculos ponat theologiae incrementa vel decrementa seculorum lapsu, ostendat regiones, in quibus sacra magis floruerint studia, simul exhibeat eos, qui in variis controversiis collegae fuerint vel adversarii: quae cognitio pro historia literaria non parvi, imo magni est facienda. Quomodo vero ea vel conjicias, si servato ordine alphabetico modo laudetur scriptor sec. III, modo IX. vel XII? Si nunc exegetae, mox historiographi vel apologetae fiat mentio? Si alphabeto tantopere delecteris, adeas in tomorum singulorum fine indicem nominum scriptorum accurate ordine alphabetico dispositorum.

3. Non defuit qui superfluum pronunciaret recensere juris canonici cultores, cum eos Schulte jam recensuerit in op. Geschichte der Quellen und Literatur des kanonischen Rechtes. Singulare plane consilium! Consulere ei, qui de totius theologiae nomenclatura concinnanda cogitat, ut magna theologorum serie praetermissa lectores releget ad alios, qui forte illos collegerint. Quis consulat auctoribus v. gr. biographiae germanicae universalis, ut praetereant historiographos, quos tanta collegerunt solertia Potthast in sua bibliotheca historica medii aevi, et ex parte Wattenbach in Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter; ut omittant scriptores austriacos, cum illi plenissime reperiantur in Wurzbach Biographisches Lexikon des Kaiserthums Oesterreich? Juxta hoc consilium omnia censura digna sunt opera, quae aliis innituntur atque ex iis sunt concinnata.

4. Exprobrat alius accurationis criticae defectum neglectumque fontium utilium, auctorum praesertim protestantium. Non negamus inter censorum jura illud esse reponendum, ut aperte suam proferant sententiam: memores tamen officiorum quoque sint aequi censoris. Aequum sane videtur, ut non eadem accuratio et omnium fontium cognitio ab eo expostuletur, qui millenorum brevem se promittit daturum notitiam scriptorum, ac ab eo, qui monographiam seu biographiam de singulari aliquo viro illustri conscribit. Candide fatemur, nos non omnibus usos esse fontibus et subsidiis literariis, quae ad scopum nostrum fuissent utilia, opportuna, imo et necessaria: sed aequus censor hoc in argumento vel parum versatus, sciet illorum copiam esse pene inexhaustam. De die in diem in tot foliis literariis periodicis inque monographiis et biographiis novae semper proferuntur notitiae saepe vere pretiosae de scriptoribus illustribus praeteritorum seculorum eorumque operibus. Quot earum collegimus, dum typis daretur hic tomus, quibus uti non amplius licuit, et quarum specimina in Addendis dabimus. Hinc nostrae conscii infirmitatis atque egestatis, omni destituti aliorum opera, absit, ut nobis persuadeamus, lectoribus exhibere opus numeris omnibus absolutum et ad ultimam redactum limam, rude tantum est et inchoatum. Deerunt haud pauci scriptores, qui

nostram fugerint attentionem; desiderabuntur opera ab illis elaborata, a nobis vero praetermissa; judicium de eorum pretio non omnibus probabitur, quia minus fundatum. Ceterum cum plerumque bonis usi simus fontibus, qui nostra adhuc aetate apud viros admodum criticos magni sunt in pretio, non assequimur, quomodo generatim quae ex illis fideliter deprompsimus, utilitate careant. Necessarium vero nobis non videtur, ut fontes protestantium catholicis semper praeferamus, non quod illos spernimus, sed quia illis non omni occasione indigemus. Aequus vero censor saltem ex hoc tomo facile agnoscet, nos plus protestantium habuisse rationem auctorum, quam ipsi soleant catholicorum uti operibus.

Ejusmodi vero censurae nos non deterrebant ab edendo prosequendoque hoc opere. Melius enim aestimavimus illius exhibere specimen atque rudimenta, cum eo fere careamus, et nesciamus, per quot decennia eo simus carituri. Alius forte, ut speramus, nomenclaturae ejusmodi utilitate provocatus, nostra vestigia legens opus rude et imperfectum emendabit, expoliet, perficiet, ut aequis virorum eruditorum votis satisfaciat, quod faxit Deus!

Oeniponte die festo b. Canisii 27. Apr. 1903.

Hurter S. J.

Addenda et corrigenda.

Dum opus imprimeretur, quaedam vel sero nimis vel recentissime edita in auctoris manus venerunt, quae ad perficiendas vel corrigendas notitias de auctoribus saltem aliquibus datas lectori haud inutilia erunt. Ea paginarum serie servata hic subjiciemus.

Pag. 34. De Melitone cf. etiam Carl Thomas: Melito von Sardes, Osnabrück 1893.

Pag. 52. Literaturam recentiorem de Clemente alexandrino diligenter recenset Civiltà Catt. 1902 t. 1 p. 583—586.

Pag. 58. J. A. F. Greeg edidit The commentary of Origenes *upon the Epistle to the Ephesians* (usque ad I. 14) in The Journ. of theol. stud. (1902) III n. 10. Jan. p. 233—244.

Pag. 78. Inter opuscula aurea s. Cypriani eminet l. *de unitate Ecclesiae*, in quo occurrunt quaedam dicta plane conspicua pro Petri primatu. Haec a viris criticis ut interpolationes postea insertae habebantur et in editionibus recentioribus expungebantur, etiam a nobis in nostra ed. opusc. SS. PP. t. 1 (cf. p. 72). Sed en J. Chapmann in Rev. Bénédict. 1902 p. 246—254; 357-373, et 1903 p. 26-51 laudabilissima solertia et acri judicio critico ostendit ea utique esse inserta textui originali, sed jam sec. III, imo probabilissime ab ipso auctore s. Cypriano, cum l. mitteret ad confessores Romae constitutos. — De l. s. Cypriano supposito *Coena Cypriani* cf. Harnack Drei wenig beachtete cyprianische Schriften in Texte und Untersuch. XIX N. F. IV (1899) fasc. 3, ubi p. 5—14 eum exhibet. Libellus ineptissimus ab Hartel censetur, hinc eum ne inter opera s. Cypriano supposita recepit Constat vero ex particulis c. 470, quarum major pars derivata est ex V. et N. T.

Pag. 114 Ign. Ephraem II. Rahmani, patriarcha antiochenus Syrorum edidit Romae 1899 *Acta* (originalia) *ss. confessorum Guriae et Shamonae* exarata syriaca lingua a Theophilo edesseno a. Christi 297, quae reperit in cod. mscr. sec. XV monasterii s. Marci Syrorum Jacobitarum. Adjecit versionem latinam praemisitque prolegomena prolixa. Exhibent ea monumentum ob antiquitatem pretiosum pro literatura syriaca.

Pag. 170. De tragoedia inscripta *Christus patiens* cf. Baumgartner Geschichte der Weltliteratur IV (Freiburg 1900) l. 3 cap. 4, qui ita de ea censet: Bei allen philologischen Sünden besitzt das Stück einen hohen Grad von Poesie und wird für die Geschichte des christlichen Dramas allzeit bedeutsam bleiben, wer immer der Verfasser gewesen sein mag. In der griechischen Literatur ist es leider eine vereinzelte Oase geblieben.

Pag. 184 annot. Sollers antiquitatis scrutator Morin quaestionem de Ambrosiastro retractat in Revue Bénédict. 1903 pag. 113—131 novamque proponit conjecturam, auctorem scil. *Quaestionum* in V. et N. T. et *commentarii* in epistolas Paulinas, qui sub Ambrosiastri nomine circumfertur, esse Decimium Hilarianum Hilarium, virum ex illustrissima familia romana, qui a 377 Africae proconsulem egit et cujus nomen inscriptio illius temporis exhibet (Corp. inscript. lat. VIII, 1219). Nititur Morin indiciis internis. Conjicit autem ulterius ejusdem forte Hilarii esse et frag

mentum serm. 246 in append. serm. s. Augustini, quod non est hujus s. doctoris, et fragmentum tr. *contra Arianos* repertum in cod. 2160* Theol. C. 50a bibliothecae caes. viennensis, critice editum ab H. S. Sedlmayer in Sitzungsber. d. phil. hist. KL. acad. vien. t. CXLVI, diss. 2.

Pag. 188. G. Landgraf in diss. Die Hegesippusfrage, in Archiv für lat. Lexikographie XII (1902), 465—472 rationibus sat gravibus probat, versionem Josephi Flavii *de excidio urbis hierosolymitanae*, quae sub Hegesippi nomine circumfertur, revera esse s. Ambrosii.

Pag. 199. Lamy in Compte rendu du quatrième Congrès scientifique international des cath. sec. I p. 173—219 (Friburgi 1898) Testamenti s. Ephraemi genuinitatem tuetur, concedit tamen illud fuisse interpolatum. — Idem doctissimus vir demum Lovanii t. IV. complectentem Ephraemi Syri *hymnos* et *sermones* e codd. londinensibus, parisiensibus, romani, massilianis, sinaiticis, dublinensibus et oxoniensibus descriptos edidit, latinitate donavit, variis lectionibus instruxit, notis et prolegomenis (in quibus docte de sancti vita et operibus disputat) illustravit.

Pag. 208 Ad Harnack, qui quatuor opuscula pseudojustina (non pseudaugustina, ut ib. mendose legitur) Diodoro tarsensi asseruerat, dissentit Funk in Revue d'hist. eccl. (1902) III, 947—971), juxta quem ea non fuere conscripta ante sec. V. dimidium.

Pag. 213. Eusebii caes. *Historiae ecclesiasticae* pars prior prodiit interim cum versione Rufini cur. Ed. Schwartz et Th. Mommsen in collect. Die griech. christl. Schriftsteller IX, 1, Lipsiae 1903.

Pag. 221. De s. Damaso cf. Jos. Wittig Papst Damasus I. Quellenkritische Studien zu seiner Geschichte und Charakteristik, Rom, 1902. — Max Ihm Antiologiae lat. supplementa t. 1. *Damasi epigrammata*. Accedunt Pseudodamasiana aliaque ad Damasiana illustranda idonea, Lipsiae 1895; Nic. Antonius Bibl. hisp. vet. t. II. 2 c. 6.

Pag. 259. G. Morin indefessus veterum codicum scrutator iterum *de tractatibus XIV* s. Hieronymi varios in Psalmos adhuc fere ineditis disserit in Revue Bénéd. 1902 fasc. 2 p. 113—144, atque ex illis specimina exhibet.

Pag. 281a. Morin ib. laudatus eandem Evodii *epistolam*, quam primum 1896 ediderat, juxta meliorem codicem emendatam iterum edidit in Revue Bénéd. XVIII (1901), 241—256 una cum *epistola* Januariani presb. et altera s. Augustini ad Valentinum abbatem Flori monachi commendatitia, utraque hactenus inedita.

Pag. 334. De Synesio cf. etiam H. Koch Synesius von Cyrene bei seiner Wahl und Weihe zum Bischof, in hist. Jahrb. der Görres Ges. 1902 p. 751—774.

Pag. 335. Prudentii opera recenter prodierunt cura V. Lanfranchi Augustae Taurinorum 1895—1902 t. 2.

Pag. 342a. Cultum s. Prosperi regiensis admodum diffusum fuisse per Italiam liquet ex copioso ecclesiarum ipsi dicatarum indice, quem habes in Analectis boll. XV (1896), 232—245, et ex aliis monumentis ib. 245—255 laudatis.

Pag. 407. Morin in Revue Bénéd. XX (1903) 64—76 Arnobium juniorem non in Gallia vixisse censet, sed Romae degisse atque forte ex Illyria venisse. Ipsi tribuit l. *Praedestinatus*, et contra Grundl probabile statuit *Arnobii et Serapionis conflictum* esse ipsius, non alterius Arnobii (cf. infra p. 480). Exhibet dein ex cod. gandavensi capita novem (a. 5—13) antea inedita opusculi *de expositiunculis in Evangelia*, quod primum prodiit ed. G. Cousin Basileae 1543.

Pag. 413 Diximus Mesrop cum discipulis suis magnam adhibuisse curam in vertendis veterum operibus in linguam patriam. Jam vero de hoc interpretum collegio docte disserit Misqdjean Die Gehilfen und Schüler Sahaks und Mesrops und die ersten Uebersetzer im 5. Jahrh.. Wien 1902. Speciatim vero H. Barsegh V. Sargisean ed. Anania, der Uebersetzer (sec. V), samt Proben seiner Schriften (Venetiis 1899), scil. *Homiliam* in mysterium Jonae prophetae, et *Sermonem* in s. Joannem Bapt., quae non carent pretio. In prolegomenis prolixis et eruditis probabile censet Ananiam auctorem esse versionis armenae operum Philonis.

Pag. 437 annot. F. Nau typis dedit Une version syriaque inédite de la Vie de Schenoudi, Parisiis 1900, cum versione gallica. Ea porro pretiosa est pro cognitione magis accurata celebris hujus monachi.

Pag. 439. Juxta eundem Chabot, quem ibid. laudavimus, Isaac Ninivita jam eximendus est e catalogo scriptorum catholicorum. Typis enim dedit Chabot scriptum Jesusdenah episcopi bacrensis sec. VIII, in quo fuse est sermo de Isaaco, referturque eum a Georgio episcopo ninivitano nestoriano in episcopum fuisse ordinatum. Cf. Mélanges d'archéol.

et d'hist. de l'École française à Rome, mai-jouillet 1896 p. 225 s. Opera tamen Isaaci spiritum heterodoxum non produnt.

Pag. 460. Quaestionem, num Boëthius fuerit christianus, et quidem sincere fidei christianae addictus, accurate expendit G. Semeria in l. *Il cristianesimo di Sev. Boezio rivendicato*, Roma 1900. Affirmative respondet opusculis ejusdem theologicis, quorum genuinitatem peremptorie tuetur, innixus. Singulari dein cura exceptionem ex ejus op. de consolatione philosophiae derivatam expendit atque dissipat. — Car. Cipolla alteram tractat quaestionem de Boethii morte, num propter fidem eidem fuerit addictus in diss. *Per la storia del processo di Boezio*, Romae 1900, proponitque rationes, quae probare videntur illustrem illum virum ex motivis non tantum politicis, sed etiam religiosis mortem subiisse.

Pag. 495 annot. Sagaciter ostendit Grisar Zeitschr. für kath Theol. XXVI (1902) p. 760-770 Antoninum non esse auctorem *Itinerarii*, quod diu sub ejus nomine circumferebatur et edebatur, sed sanctum tutelarem, sub cujus invocatione et ductu pius viator anonymus iter in sacra loca suscepit.

Pag. 501. G. Morin in Revue Bénéd. XVI, 97—112 textum *Testamenti* s. Caesarii arelatensis valde mendosum purgat, originalem restituere nititur formam, atque adversus Krusch ejus genuinitatem tuetur.

Pag. 548. De sermone s. Joannis Jejunatoris *de poenitentia* etc. lege disquisitionem criticam Seb. Haidacher in Zeitschr. für k. Theol. XXVI (1902), 380-385, in qua ostendit, eum esse compilatum ex variis s. Joannis Chrysostomi sermonibus.

Pag 578. Juxta Br. Krusch, qui in MG. Script. rer. merov. IV (1902) 339-351 *Vitam Rusticulae* sive Marciae abbatissae arelatensis exhibet, nomen Florentii, sub quo olim prodiit, fictum seu adscitium ad latendum censeri debet.

Pag. 582. F. Nau innixus relationibus cujusdam Anastasii de patribus montis Sinai infert chronologiam vitae Joannis Climaci prorsus esse reformandam. Eum natum esse colligit ante a. 579; tonsuram accepisse a. 599, Hegumeni munus suscepisse ante a. 639, obiisse vero circa a. 649. Cf. Byzantinische Zeitschr. XI Lipsiae 1902 p. 35—37.

Pag. 590. Georgii Pisides operibus adde J. H. Athan. V. Tiroean Das Hexämeron des Philosophen G. Pisides herausgegeben zusammen mit dem griechischen Text und erläutert, Venedig 1900. — Leo Sternbach: *De Georgii Pisidae* apud Theophanem aliosque historicos *reliquiis*, Cracoviae 1899. — Idem: *De Georgii P. fragmentis* a Suida servatis, ib. 1899; idem: Observationes in G. Pisidae carmina historica. Appendix metrica, ib. 1900.

Pag. 615. *Vitam s. Columbani* discipulorumque ejus (Athalae et Eustasii) a Jona bobiensi conscriptam optime interim edidit Br. Krusch in MG. Script. rer. merov. IV (1902), 1—152. — Tomo III, 502—517 *vitam Joannis* ab. reomaensis († c. 544) jam ediderat, necnon p. 399-414 *vitam Vedasti* ep. atrebatensis († 540), quam inter pretiosissima numerat monumenta hagiographica atque Jonae nostri opus esse conjicit. Eam elegantiori stilo retractavit Alcuinus, ut diximus pag. 707 (et infra inter Addenda).

Pag. 616. *Vita s. Eligii* auctore Audoeno recentissime prodiit in MG. Script. rer. merov. IV (1902) 634—761 magno eruditionis criticae apparatu instructam curis Br. Krusch. — Vacandard, quem ibid. in annotatione 2. laudavimus, in eadem Revue LXIX (1901) 5-58 aliam edidit de eodem Audoeno diss. Un évêque merovingien: *St. Ouen dans son diocèse;* et *Le Poëme de S. Ansbert* en l'honneur de S. Ouen, Rotomagi 1901.

Pag. 623 s. Cummeani (Commeani) *poenitentiale* originale diu quaesitum demum se reperisse magna saltem probabilitate confidit Dr. Jos. Zettinger in diss. in Archiv. für kath. Kirchenrecht LXXXII (1902), 501—540, in qua ipsum exhibet. Concinnatum illud conjicit circa medium sec. VII in Scotia vel Hibernia. Cujus vero inter tot Cummeanos sit, non audet statuere: esse tamen Cummeani Longi (Cummin foda), abbatis hiensis († 661 vel 662), non improbabile censet.

Pag. 627. *Vitam s. Desiderii* ep. cadurcensis ab anonymo concinnatam, quam ib. laudavimus, accuratissime edidit Br. Krusch in MG. Script. rer. mer. IV (1902), 547—602.

Pag. 682. *Vitam s. Emmerammi* auctore Arbeone critice editam a Br. Krusch hac inscriptione *Vita et passio Haimhrammi* episcopi et martyris ratisbonensis reperies in MG. Script. rer. merov. IV (1902), 452—526.

Ad p. 707. *Vitam Vedasti attrebatensis* ab Alcuino retractatam habes in MG. Script. rer. merov. III, 414—425, et ejusdem *Vitam Richarii* ib. IV, 381-401 curis Brun. Krusch accurate editas.

Pag. 736 annot. Nicephori Skeuophylacis *Encomium* hactenus ineditum in

s. Theodorum Siceotam († 22. Apr. 613) edidit graece tantum Conradus Kirch SJ. in Anal. boll. XX (1901), 249-272. Ejusdem *vitam* graece narrat Eleusius dictus Georgius discipulus, quam Petr. Fr. Zinus latine reddit, et post Lipomanum et Surium edidit Henschenius in Act. SS. 22. Apr. III, 33—61. Graecum textum edidit primum Theophilus Joannis Μνημεῖα ἁγιολ. p. 361-495.

Pag. 743. *Annalium Einhardi* auctorem rationibus haud spernendis conjicit Hüffer Korveier Studien, Münster 1898, esse Geroldum capellanum et archidiaconum palatii Ludovici Pii, qui a. 847 ingressus est monasterium corbejense illudque ditavit pluribus codicibus. Citavimus p. 744 in annot. Dorr, qui pro Einhardo pugnat: sed praetermisimus Sybel immediate post illius diss. ib. p. 305—307 categorice eidem adversari. Non tacuit Dorr opposito responso ib. XI (1886), 477-488, neque Sybel ib. p. 489. Pag. 235—238 ejusdem t. (XI) edidit E. Dümmler opusculum *de adoranda cruce* Lupo Servato († c. 862), de quo cf. hunc t. pag. 811, inscriptum, hactenus ineditum, quod nostri Einhardi esse non immerito conjicit.

Ad p. 753 n. 411. Alius ab Athelwulfo est ejus aequalis Aethelwold (Aedewold) episcopus lichfieldensis (818-830, juxta alios usque ad a. 828 vel 831), cujus A. B. Cuypers edidit *The Prayer Book* of Aedelwuld the Bishof, commonly (sed sine ratione sufficienti) called the Book of Cerne, quae est abbatia O. S. Ben. in Dorsetshire, Cambridge 1902. Complectitur passionem D. N. J. Christi secundum quatuor evangelistas, orationes 74 et hymnos, psalterium Aethelwoldi et apocryphum *Descensum* ad inferna.

Pag. 819. Radberti *Epitaphium Arsenii* egregie edidit E. Dümmler Berolini 1900 (Abhandlungen der k. preuss. Ak. der Wissensch. 1900 II). In praef. docta, quam illi praemisit, bene disserit de hoc pretioso encomio seu oratione funebri, quam in v. Walam magistrum et familiarem amicum suum concinnavit Radbertus.

Pag. 827. De Otfridi *Harmonia evangelica* cf. etiam Anselmi Salzer diss. in Studien und Mittheil. aus dem Benedictiner- und Cisterzienserorden IV (1883) I, 82—98 et 267—276; 2, 35—47 et 289-300: Verbreitung der christlich-romanischen Bildung nach Deutschland und ihr Einfluss auf die deutsche Sprache und Poesie.

Pag. 845. Joannes Gisen (Giesen, Geisen) de Nasteden (Nastätten † 1523) edidit *Legendam et miracula s. Goaris* auctore nostro Wandalberto diacono Moguntiae 1489, ed. valde rara.

Pag. 857. De Agio accurate et docte disserit Hüffer Korveier Studien, Münster 1898. Negat fuisse Hathumodae abbatissae fratrem; probabiliter fuit discipulus Geroldi (de quo cf. supra Addenda ad pag. 743) et monachus corbejensis, cujus etiam est *Translatio Liborii* a. 836 fide digna in Act. SS. 23 Jul. V, 414—425, in MG. SS. IV, 149—157 ed. Pertz etc. Imo ipse videtur, si non certo, saltem admodum probabiliter auctor *Vitae Caroli M. ll. V* seu Annalium de gestis Caroli M. imp. ab a. 771—814, quibus metrice describit quae Einhardi annalibus et ejusdem vita Caroli M. narrantur.

Ad p. 869. Sub nomine Josephi Melodi, qui alius non est ac noster Josephus hymnographus, edidit Jos. Cozza-Luzi in fasc. lit. Bessarione 1899 V, 429—448 *de s. Josepho viro Mariae cantica liturgica*. Hic autem Josephus alius est a s. Josepho fratre Theodori Studitae, archiepiscopo thessalonicensi (808), qui propter sacras imagines saepe sede fuit. pulsus et obiit post a. 824. Plura sacra cantica sub ejus nomine reperiuntur in Menaeis et Pentecostario.

Pag. 889. De Petro subdiacono neapolitano cf. Fed. Savio in diss. Pietro subdiacono Napoletano agiografo del sec. X, Torino 1901 (ex Atti della R. Academia delle Scienze di Torino XXXVI), in qua ostendit, non fuisse duos nomine Petri et subdiaconi munere insignitos, quorum unus floruerit c. 960, alter c. 1094, ambos hagiographos, sed unum modo Petrum subdiaconum parthenopensem, modo Levitam, modo simpliciter Petrum dictum, cui omnia sint tribuenda, quae antea sub alterutrius nomine edita fuere, proinde non solum continuationem chronici episcoporum neapolitanorum, sed et textus hagiographos, qui spectant ad ss. Agnellum, Agrippinum, Artemam, Catharinam, Christophorum, Cyrum et Joannem, Fortunatum, Georgium, Julianam, Maximum, quatuor Coronatos, Quiricum et Julittam. Cf. Anal. boll. XX (1901), 327 s.

Pag. 896 excidit Bilus episcopus venetensis (Vannes 892—913), qui auctor dicitur *Vitae s. Maclovii* alectensis (macloviensis) ep. in Armorica († 15. Nov. 565 vel 627), quam edidit Fr. Plaine: *Vie inedite de s. Malo*, écrite au 9. siècle par Bili, évêque de Vannes et martyr, avec notes et proleg.

Pag. 935 annot. Controversia literaria inter W. Kętrzyński et M. R. Kaindl, cujus meminimus, de vitis s. Adalberti pragensis, nondum est composita, sed utrinque continuatur novis editis dissertationibus in utramque partem. Cf. de ea Anal. boll. XVIII (1899), 197—200; XIX (1900) 364 s.; XXI (1902) 222 s., ubi praeter alia scripta de s. Adalberto laudatur et diss. H. G. Voigt Der Missionsversuch Adalberts von Prag in Preussen, Königsberg 1901, in qua nonnulla retractat et corrigit, quae prius asseruerat in sua monographia de s. Adalberto.

Pag. 947. De Theodorico amorbacensi, quem Fabricius in tres dispertitur, in floriacensem, hersfeldensem et moguntinum, accurate disserit E. Dümmler in diss. Ueber Leben und Schriften des Mönches Theodorich (von Amorbach), Berlin 1894. Reliquit commentarium in ep. canonicas ineditas, cujus aliqua specimina exhibet Dümmler.

Pag. 964 a. Epitomen operis G. Chevallier de ven. Guilelmo ab. s. Benigni divionensis ibid. laudati exhibet P. Odilo Ringholz in Studien und Mittheilungen aus dem Benedictinerorden III (1882) 363—383.

Pag. 995. Diximus Goswinum seu Gozwinum alium forte esse a Gozechino scholastico leodiensi. Verum O. Holder-Egger in N. Arch. f. ält. d. Gesch. XIII (1888), 11—21 tuetur utroque nomine eundem designari scriptorem.

Pag. 1047. De Urbano II. cf. opus doctum modo editum: Un pape français Urbain II. par Lucien Paulot de l'oratoire de S. Philippe de Neri, Parisiis 1903.

I.

Scriptores ecclesiastici sec. I. aerae christianae. (1—100).

1. Intentionis nostrae est catalogum exhibere scriptorum ecclesiasticorum. Ab his merito distinguimus scriptores N. T. inspiratos, quorum libri non humani, sed divini potius sunt dicendi, atque ad illud depositum spectant, cui innititur omnis christiana theologia. Sufficiet eos pro integritate conspectus literarii ordine recensuisse chronologico[1]). Ii porro sunt Matthaeus, Marcus, Judas Thaddaeus (quorum annus emortualis plane incertus), Jacobus minor († 62), Petrus et Paulus († 67), Lucas Evangelista († c. 74) et Joannes († a. 100 vel 101).

2. Si jam ad scriptores accedamus ecclesiasticos, sec. I. vix duos inveniemus, quorum ad nos scripta pervenerint. Quod mirum nemini videbitur, qui rationem habuerit et novitatis religionis christianae, et persecutionum, quibus ea ab incunabulis fuit obnoxia, et status literarum in genere. Primus qui occurrit est „Barnabas Cyprius, qui et Joseph Levites cum Paulo gentium apostolus ordinatus unam ad aedificationem Ecclesiae pertinentem *epistolam* composuit, quae inter apocryphas scripturas legitur.“ Ita s. Hieronymus de viris illustr. c. 6, cui concinunt plures antiqui scriptores, quorum nonnemo illam libris canonicis accensuit. Etiam ex viris eruditis recentioribus haud pauci Gieseler, Schenkel, Sprinzl, Nirschl, Alzog, Freppel etc. illam genuinam censent, pluribus tamen contradicentibus, adeo ut juxta Ehrhard[1]) jam actum sit inter viros eruditos nostrae aetatis de hujus epistolae genuinitate tum propter singulares et duriores auc-

[1]) Sequemur sententias, ubi fieri potest, probatas: quaestiones accuratiores chronologicas, cum minus spectent scopum nostrum, relinquimus solvendas auctoribus, qui de introductione in s. Scripturam N. T. sunt solliciti.

[1]) Die altchristl. Literatur und ihre Erforschung von 1884—1900, Freiburg 1900 § 4 pag. 81, quem hic et in praeced. fasc. ab a. 1880—1884, ib. 1894 § 6 cf. de omnibus controversiis nostra aetate occasione hujus ep. excitatis. Cf. Harnack Gesch. der altchristl. Lit. I, 58—63. Krüger Gesch. der altchristl. Literatur, Freiburg 1895 § 6.

toris de V. Testamento deque ipsis apostolis assertiones, tum propter opiniones horum doctrinae minus consonas, tum etiam propter difficultatem chronologicam: epistola enim eo videtur scripta tempore, quo Barnabam adhuc vixisse vix est credibile. Quod si ergo quaeras epistolae auctorem, si is Barnabas, Pauli ap. comes, non est, conjicit Funk [1]), christianum alexandrinum eam exarasse seculo primo exeunte sub Nerva imp. († 98): et quidem auctorem alexandrinum prodere interpretationem V. Testamenti allegoricam et crebrum epistolae usum apud Alexandrinos, finem vero seculi [2]) caput quartum. Juxta alios ea conscripta est nonnisi circa a. 120 vel 130, ut censet Ladeuze [3]). Non desunt tamen nostra aetate, qui ut varias concilient opiniones, conjiciant, rationibus tamen sat levibus innixi, epistolam fuisse interpolatam. Ita J. Weiss der Barnabasbrief kritisch untersucht, Berlin 1888. Epistola vero scripta est ad Christianos ex Judaeis conversos, tenaces nimium antiquae legis, quos docet, Moysis legem jam esse abrogatam eique successisse Evangelium. Parti didacticae (cc. 1—15) subjicitur paraenetica, qua bona et utilia continentur salutis monita. Prodiit primum cura Usserii a. 1642, quae tamen ed. mox incendio periit; cur. H. Menard O. S. Ben. eoque defuncto (1644) L. d'Achery, Parisiis 1645; dein saepius cum aliis patribus apostolicis [4]), praesertim cura C. Tischendorf, qui eam integram reperit, in op. Bibliorum codex sinaiticus petropolitanus, Petropoli 1862 t. 4; et in op. N. Testamentum Sinaiticum sive N. T. cum epistula Barnabae et fragmentis pastoris, Lipsiae 1863; cura Ad. Hilgenfeld secundum codicem a Th. Bryennios Constantinopoli a. 1875 repertum in op. N. Testamentum extra canonem receptum, Lipsiae 1877 ed. 2. fasc. 2; cur. Gebhardt et Ad. Harnack inter patr. apost. opp. ed. maj. ib. 1875—1877: ed. min. 3. ib. 1900; cur. Sharpe Londini 1880; J. H. Backhouse, Oxonii 1883 etc. [1]).

3. Alter scriptor plane insignis hujus seculi est s. Clemens dictus Romanus, qui teste Irenaeo adv. haer. 3, 3 „tertio loco (post Linum et Anacletum) ab apostolis episcopatum sortitur qui et vidit ipsos apostolos et

---

[1]) Passim diligentissimus auctor de hac ep. disserit, ut in proleg. ed. opp. apost.; Kirchenlex. 1^2, 2027; et recentissime omnia complexus est in Kirchengesch. Abhandlungen und Untersuch., Paderborn 1899 II diss. 5 p. 77—108.

[2]) Ipsum s. Barnabam obiisse a. 76 conjiciunt nonnulli cum Mazochio, qui de vita s. Barnabae fusius scripsit.

[3]) L'Epître de Barnabé in Revue d'hist. eccl. 1900 I, 31—40; 212—225.

[4]) Inter horum editiones, quae quam plurimae sunt, laudem merent ex. gr. Cotelerius PP. aevi apostolici, Parisiis 1672 t. 2; iterum ed. ab J. Clerico, Antverpiae 1698; Amsterdam 1724; Gallandi bibliotheca vet. PP. t. I—III, Venetiis 1765—1767; Migne Patrol. gr. I. II. V; Hefele Opera patrum apostolicorum, Tubingae 1839; 1855 ed. 4., quae cur. Fr. X. Funk omnibus numeris absoluta iterum prodiit t. 2, 1878—1881; t. 1. auctus ed. nova doctrina XII apostolorum 1887; 1901; Patrum apostolicor. op. ed. Dressel, Lipsiae 1857; 1863 ed. 2; cura O. de Gebhardt, Ad. Harnack, Th. Zahn, ib. 1875 ed. 3; 1876—1877; qui editionem etiam minorem curarunt, ib. 1877; 1894; 1900 ed. 3. etc. Alias editiones cf. apud Bardenhewer Patrologie, Freiburg 1901 § 4.

[1]) Cf. Hefele Das Sendschreiben des Ap. Barnabas aufs Neue untersucht, übersetzt und erklärt, Tübingen 1840; O. Braunsberger, Der Ap. Barnabas. Sein Leben und der ihm beigelegte Brief wissenschaftlich gewürdigt. Gekrönte Preisschrift. Mainz 1876; Bardenhewer § 7; Fessler—Jungmann Instit. patrol. § 41 s.; Nirschl Lehrbuch der Patrol. und Patristik, Mainz 1881 I, 51—66; Duschesne in Mélanges G. B. de Rossi, Paris 1892 p. 41—71, qui cum Ehrhard op. cit. et Potthast Bibl. hist. medii aevi II, 1194 copiosam exhibent de s. Barnaba literaturam.

contulit cum eis et quum adhuc insonantem praedicationem apostolorum et traditionem ante oculos haberet« etc. Quae ad ipsum spectant, sunt pleraque dubia. Dicitur in catalogis Liberii et Felicis natione Romanus de regione Coelio monte ex patre Faustino. Tradunt (sed immerito) nonnulli eum fuisse ex nobili familia Vespasiano cognata et proprinqua, imo eum fuisse illum virum consularem Flavium Clementem[1]), qui sub Domitiano una cum uxore Flavia Domitilla ob christianam religionem in judicium vocatus morte est damnatus a. 95 vel 96. Suspicantur vero alii ratione habita indolis epistolae suae ad Corinthios, eum fuisse originis judaicae. Est etiam controversum, num fuerit ille Clemens, cujus meminit Paulus Phil. 4, 3, et num fuerit immediatus an mediatus s. Petri successor, quod praeferendum ob s. Irenaei testis fide digni auctoritatem. Obiisse tradunt 23. Nov. 100 vel 101, sed quae fuerint mortis adjuncta, plane est incertum[2]). „Sub hoc igitur Clemente, prosequitur Irenaeus l. c., dissensione non modica inter eos, qui Corinthi essent, fratres facta, scripsit quae est Romae Ecclesia potentissimas literas Corinthiis, ad pacem eos congregans et reparans fidem eorum, et annuncians quam in recenti ab apostolis acceperat traditionem.« Magno porro consensu veteres literas has tribuunt Clementi, qui eas nomine Ecclesiae romanae scripserit desinente Domitiani († 96) persecutione. In ea hortatur Corinthios ad humilitatem, subjectionem, pacem, ordinemque inculcat, qui in Ecclesia vigere debeat, hinc de hierarchia, quae divinae sit originis, disserit atque in epilogo illos iterum instanter admonet, ut dictis obediant redeantque ad concordiam et unitatem. Quantae auctoritatis fuerit pretiosissima haec epistola, vel inde liquet, quod digna habita sit quae in Ecclesiis publice legeretur[1]) et a nonnullis scriptis fere canonicis adnumeraretur. Ideo autem tanti est momenti, quod ipso facto probet singularem romanae Ecclesiae auctoritatem inde ab exordio religionis christianae; quod testimonium ferat de Petri morte ac martyrio in Urbe, de hierarchia in Ecclesia ex Christi institutione, quod jam septem ex 14 libris V. et N. T. deuterocanonicis modo citandi s. Scripturae accenseat[2]) etc. Prodierat saepe in collectionibus supra jam laudatis (n. 2 p. 3 adn.), sed ex parte tantum. Bryennius eam demum a. 1875 in codice constantinopolitano integram reperit: hinc plena non reperitur nisi in editionibus hac epocha recentioribus. Ipse etiam primum eam integram graece Constantinopoli 1875 edidit; dein ediderunt Gebhardt et Harnack, Lipsiae 1876; Hilgenfeld, ib. 1876; Morin O. S. Ben. versionem latinam antiquissimam (seculi forte II.) in anecdotis Maredsolanis 1894 II fasc. I, ab ipso feliciter et praeter omnium exspectationem in cod. Namurci repertam; Lightfoot *The Apostolic Fathers*, Londini 1890 t. 2, ed. omnium ditissima, in qua ratio habetur veteris versionis syriacae repertae in cod. a. 1170, multaque reperies de ipso s. Clemente[3]).

---

[1]) Cf. de hac controversia Funk in diss. Titus Flavius Klemens Christ nicht Bischof inter Kirchengesch. Abhandl. und Untersuchungen, Paderborn 1897 I, diss. XII, p. 308—329.

[2]) Ejus martyrium nullatenus genuinum neque fide dignum reperies apud Funk opp. PP. apost. II, 28—45.

[1]) Ita ex. gr. testatur Dionysius Corinthiorum episcopus apud Eusebium H. E. IV, 23.

[2]) Cf. de pretio dogmatico hujus ep. Zeitschr. f. kath. Theol. 1877, I. 309—314.

[3]) Cf. praeter alios Brüll Der erste Brief des Clemens von Rom an die Corinthier und seine geschichtliche Bedeutung, Freiburg 1883; Funk in proleg. suae ed. opp. PP. apost et in KL. III, 449—462; Ehrhard die altchristl. Lit. II, 68—80; Testimonia veterum pro utraque ep. apud Harnack Gesch. der altchrist.

Recentissime vero Rud. Knopf in op. Der erste Clemensbrief untersucht und herausgegeben, Leipzig 1899, curis suis innixus pollicetur textum, qui quam proxime accedat ad ipsum originale.

4. Ob magnam s. Clementis famam et auctoritatem factum est, ut plura sub ipsius nomine opera prodierint, quae tamen genuina non habentur. Ita *alteram ad Corinthios epistolam* a P. Junio 1633 editam, sed incomplete, primum integram cum priori reperit idem Bryennios ediditque. Ea indolem potius habet homiliae, in qua auditores monentur, vitia fugere, virtutes excolere atque sua vocatione dignam ducere vitam. Quae in ea leguntur praeclara sunt et per se viro apostolico digna; recentiores tamen fere universim eam s. Clementi abjudicant, argumentis quidem juxta cl. Jungmann § 35 valde quidem probabilibus, tamen non peremptoriis; eamque esse auctoris sec. II. censent. Exstant dein sub nomine s. Clementis duae *epistolae ad virgines,* quas praesertim ob s. Epiphanii haer. 20 n. 15 et Hieronymi l. contra Jovinianum I, 12 auctoritatem viri eruditi vel nostrae aetatis genuinas habent, ita Moehler, Permaneder, Beelen, Champagny, Brück etc.; alii vero negant ut Herbst, Funk, Bardenhewer etc. ob stili, ut ipsis videtur, differentiam aliasque rationes externas sane non valde graves: alii judicium certum proferre non audent, hinc dubii haerent, ut Mansi, Lumper, Hefele, Fessler, Alzog etc. Repertae fuere in codice syriaco primumque editae a Wetsteen cum versione latina Leyden 1752, aliisque, sed novis curis cum versione fideli praeclarisque notis a Beelen: *S. Clementis Rom. epistolae binae de virginitate,* Lovanii 1856 et a Funk in sua ed. patrum apostolicorum II, 1-27.

Lit., Leipzig 1893 I, 1, 39—49; Krüger Gesch. der altchristl. Lit. § 7.

Multo minus ad nostrum auctorem spectant quaedam opera *Clementina* vulgo dicta[1]), in quibus mira et fabulosa de conversione aliisque Clementis gestis narrantur, cujusmodi sunt *Recognitionum ll. X,* quorum textus graecus periit et sola exstat Rufini acquilejensis versio non integrum opus exhibens omissis scil. quibusdam disputationibus, quod excesserint, ut ipse fatetur, ejus intelligentiam. Inscribuntur etiam περίοδοι, *itinerarium, gesta Clementis.* Prodierunt aliis ed. omissis cur. Gersdorf Lipsiae 1838. in bibl. PP. eccl. lat. sel. t. I. Alia hujus op. recensio videntur esse *homiliae* XX recognitionibus valde similes, cum easdem fabulas eosdemque errores utrimque deprehendere liceat. Praemittuntur duae epistolae, altera Petri, altera Clementis ad Jacobum ap. Clementinorum exstat duplex epitome „similis plane furfuris et tenoris," ut scribit Jungmann. Quare non vacat horum operum accuratius recensere editiones[2]). Homilias edidit Dressel in op. *Clementis Rom. quae feruntur homiliae viginti* nunc primum integre, Gottingae 1853; Lagarde *Clementina,* Lipsiae 1865, graece tantum; epitomas Dressel in op. *Clementinorum epitomae duae,* altera edita correctior, inedita altera nunc primum integra, Lipsiae 1859. — Inter decretales epistolas pseudo-isidorianas nostro Clementi quinque tribuuntur, quas cf. apud Mansi Collect. Conc. 1, 84—144. Pariter ipsi adscribebantur olim *ll. VIII Constitutionum apostolicarum* et *canones apostolorum,* quae quidem licet non sint genuina, insignia tamen complectuntur antiquitatis monumenta, de quibus

[1]) Cf. de his scriptis pseudoclementinis Harnack Gesch. der altschristl. Literatur I, I, 212—231; 777—780.

[2]) Cf. Funk KL. 3², 520—9; Nirschl I § 26 ss. Literaturam de his operibus suppositis cf. apud Ehrhard II, 170—173; Bardenhewer § 26 n. 3.

mox n. seq.; *Liturgiam,* quae s. Clementi a jacobitis asseritur, exhibent Renaudot Liturg. orient. coll. Parisiis 1716. II, 186—201; Migne patrol. gr. II, 603—616, in cujus t. I. et II. praeter plurium dissertationes de vita et scriptis s. Clementis, fere omnia ejusdem scripta genuina, dubia et spuria collecta reperies. Libri quidem apocalyptici seu arcani ipsi suppositi nondum sunt editi[1]).

5. Juverit et quorumdam scriptorum meminisse anonymorum, quorum ad nos pervenerunt scripta quique probabiliter hoc vixerunt seculo. Huc spectat auctor libelli pro historia literaria et archaeologia christiana pretiosissimi, veteribus noti, diu dein deperditi, demum a Philotheo Bryennio, 1873 feliciter iterum reperti Διδαχὴ τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, et primum a. 1883 Constantinopoli (graece) editi. Ea continetur instructio catechumenorum moralis, in qua occurrit celebris apud veteres doctrina de duabus viis vitae et mortis. Hac instructione finita agit de administratione baptismi, jejunio, oratione, eucharistia aliisque christiani cultus actibus, de variis falsisque prophetis; posteriori p. quaedam tangit capita, quae disciplinam et constitutionem Ecclesiae spectant. Propter summam libelli antiquitatem, argumenti momentum, stili simplicitatem mox ac repertum fuit, saepissime prodiit et innumeris doctisque disquisitionibus de auctore, originis tempore et loco etc. praebuit occasionem[1]). Praeter alias editiones eruditione se commendant Harnack Lipsiae 1884. 1893 in Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur t. 1 fasc. 1. 2; Ph. Schaff, Neo-Eboraci 1885; Funk tum inter opera PP. apost. I[3], Tubingae 1901, tum seorsim: *Doctrina* duodecim apostolorum, canones apost. ecclesiastici ac reliquae doctrinae de duabus viis expositiones veteres. Edidit, annotationibus et prolegomenis illustravit, versionem latinam addidit, ib. 1887; Hilgenfeld N. Testamentum extra canonem receptum, Lipsiae 1884, IV[2], p. 89—109; Schlecht, qui eam edidit cum antiqua versione latina prioris partis de

[1]) Recentissime Ignatius Ephrem II. Rahmani patriarcha antiochenus Syrorum *Testamentum D. N J. Christi* edidit Moguntiae 1899 ex cod. syriaco, quod quadamtenus etiam ad apocrypha s. Clementis spectat. Tribuitur enim ipsi volumen et mandatorum et canonum apostolorum, quod in ll. VIII digesserit. Primo loco collocasse dicitur duas illas constitutiones, quas apostoli tamquam ex D. N. ore emanantes scripto consignarint atque ipsius testamentum vocarint. Hos duos tantum ll. edidit Rahmani, cum posteriores VI satis jam erant noti. Sunt autem sec. IV. vel V. Cf. de hoc op. F. X. Funk Das Testament unseres Herren und die verwandten Schriften, Mainz 1901; Baumstark Ueberlieferung und Bezeugung der διαθήκη etc. in Röm. Qtlschrift 1900 XXIV, 1—45; Ehrhard II, 532—539.

[1]) Cf. ex. gr. Zahn Forschungen zur Geschichte des neutestamentl. Canons und der altkirchl. Literatur, Erlangen 1884. III, 278 319; Krawutzky Ueber die sogenannte Zwölfapostellehre Tüb. Qtlschr. 1884 LXVI, 547—606; Minasi La dottrina del Signore pei dodici apostoli bandita alle genti etc. Romae 1891 in 4; Savi La dottrina degli apostoli, Romae 1893 aliosque apud Jungmann § 45, Bardenhewer ed. 2 § 6; praeprimis Ehrhard die altchrist. Lit. II, 37—68, qui innumeras editiones, dissertationes de auctore, aetate etc. recenset, Funk, qui iteratis vicibus de hoc opusculo disserit, ut Theol. Qtlschr. 1884 p. 381—402; 1887 p. 276—306; et 355—374; in ed. sua supra cit., dein renovata cura collatione instituta cum ep. Barnabae et Hermae Pastore in Kirchengesch. Abh. und Untersuchungen II. diss. 6 p. 108—144, ubi illius scripti prioritatem prae his duobus adversus Harnack tuetur; Civiltà catt. 1901 t. 3 p. 205 -207, ubi proponitur recens controversia, num libellus prout nunc prostat sit originalis editio, an recensio prioris cujusdam opusculi aucta et retractata; Harnack Realencycl. 1[3], 711—730.; Krüger § 21.

duabus viis, quam ipse reperit, Friburgi 1900 etc. De auctore nihil certi scimus; sunt qui conjiciant (Bryennius, Harnack, Holzmann etc.) eum scripsisse intra a. 120—165; alii jam sec. I., ut Funk, Jungmann, Cornely, Bickell, Bardenhewer, Zahn, Sabatier, Schaff etc., vixisse forte in Syria vel Palaestina. Accurate hanc quaestionem tractat C. München in Zeitschr. für kath. Theol. 1886 p. 629—677, qui omnibus expensis censet, opusculum hoc potius ante a. 70 quam postea fuisse concinnatum, et quidem Hierosolymis, illudque complecti catechumenorum institutionem ibidem adhibitam.

6. A διδαχὴ distingui debet διδασκαλία apostolorum et discipulorum Domini, quam compilator anonymus supponit apostolis in primo concilio congregatis. Ea complectitur morum regulas et statuta praesertim pro episcopis. Prodiisse videtur ineunte sec. III in Syria vel in Palaestina, ubi in usu erat. Utitur auctor in ea priore opusculo διδαχή, ut ostendit C. Holzhey Die Abhängigkeit der syrischen διδασκαλία von der Didache, München 1898. Textus originalis fuit graecus, qui intercidisse videtur; versio syriaca satis fidelis, ut conjiciunt viri eruditi, et forte sec. jam III., edita fuit a Lagarde Lipsiae 1854; fragmenta versionis latinae (cum canonum, qui dicuntur apostolorum et aegyptiorum reliquiis) edita sunt ab Hauler, Lipsiae 1900 fasc. 1. — Ab utroque opusculo distinguatur alterum inscriptum αἱ διαταγαὶ αἱ διὰ Κλήμεντος καὶ κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων seu canones ecclesiastici apostolorum, constitutio apostolica (apostolische Kirchenordnung), quod J. W. Bickell primum in Geschichte des Kirchenrechts a. 1843 Giessen p. 107—132 edidit. Prior ejusdem pars complectitur regulas morum, altera constitutiones circa clerum, quae ex ordine singulis tribuuntur apostolis. Utitur autem auctor haud parum l. διδαχῆς et ep. Barnabae. Concinnatum videtur hoc opusculum circa finem sec. III., probabiliter in Aegypto, ubi magna fruebatur auctoritate. Saepius prodiit nostra aetate cum didache, et in Lagarde Reliquiis juris eccl. ant., Lipsiae 1856 p. 74—79 graece. Cf. prolixas doctasque de eo disputationes A. Krawutzky Ueber das altkirchliche Unterrichtsbuch: Die zwei Wege oder die Entscheidung des Petrus in Theol. Qtlschr. 1882 LXIV, 359—445; Harnack I, 451—467; Achelis Realencycl. I³, 730—734; Funk Kirchengesch. Abh. II, 236—251. — Prolixius jam opus a praecedentibus distinctum inscribitur *Constitutiones apostolorum* seu apostolicae, cujus tres distingui possunt partes, quarum prior complectens ll. VI est ampla διδασκαλίας retractatio, in qua pariter apostolis supponuntur varia praescripta ad mores, Ecclesiae constitutionem, cultum etc. spectantia. Altera pars seu l. VII. initio quidem est quaedam retractatio et ampliatio libelli διδαχή, dein exhibet formulas precandi, instructionem de instituendis catechumenis et administrando baptismo. Pars III. demum seu l. VIII. agit de charismatibus, de ministrorum Ecclesiae ordinationibus et occasione ordinationis episcoporum sacra illustratur liturgia. Adjunguntur dein instructiones pro variis fidelium classibus et in fine adduntur *LXXXV canones apostolorum*, in quorum ultimo exhibetur canon ll. V. et N. T. omissa Apocalypsi, et admissis duabus s. Clementis epistolis et constitutionibus apostolicis per Clementem propositis. Unus videtur hujus compilationis auctor, forte ille idem, qui s. Ignatii M. interpolavit epistolas, Apollinistarum sectae ut conjiciunt addictus. Floruisse colligitur exeunte sec. IV. vel ineunte V. Multum innotuit haec compilatio per Orientem, ubi habita fuit ut

opus apostolorum genuinum, quamvis temporis lapsu ab aliis interpolatum: in Occidente vero tantum pars canonum, scil. priores 50 per Dionysium Exiguum, qui illos recepit in suam canonum collectionem. Prodiit primum graece et latine cur. Fr. Turriano, Venetiis 1563, cujus ed. receperunt Labbe et Mansi in coll. conc. t. 1; novam versionem curavit Cotelier inter op. PP. apost. t. 1 cum docto commentario, Parisiis 1624. Prostat etiam in Gallandi bibl. PP. t. III. et in Migne P. G. t. I, 509—1175 sine canonibus apostolorum, et aliis ed. omissis criticam ed. curavit Lagarde *Constitutiones apostolorum* (exclusis canonibus) Londini et Lipsiae 1862, quam recepit Pitra in op. Juris eccl. Graecorum historia et monumenta, Romae 1864, I, 110—422. Canones vero apostolorum saepe prodierunt in collectionibus conc., canonum, in ed. corporis juris canonici, in Hefele Conciliengesch. I², 793—823 etc. — Posteriores versiones, recensiones, retractationes etc. sive Didascaliae sive constitutionum sive canonum apostolicorum, quia minus ad nos spectant minorisque fuerunt celebritatis, praetermittimus. — De Testamento D. N. J. Christi, quod quadamtenus ex l. VIII. constitutionum apostolorum profluxisse videtur, jam supra egimus p. 9 a. — Alterius generis est *Testamentum XII patriarcharum* ignoti auctoris sane christiani, nam insignia eo continentur testimonia pro Christi divinitate. Citatur illud jam ab Origene: stilus vero est hellenisticus, qualis ineunte sec. II. jam in desuetudinem abiit. Adscribit auctor singulis fere patriarchis verba de Filio Dei in natura humana venturo deque Ecclesia gentium N. T., quo judaeos facilius ad fidem attraheret; dein nititur lectores ab iis abstrahere peccatis, in quae patriarchas lapsos praeter Scripturas tradit, et ad illorum virtutes imitandas excitare[1]). Saepe prodiit et seorsim et in patrum bibliothecis, ut in Migne P. G. II, 1037—1151.

[1]) Cf. plura de hac compilatione apud Drey Neue Untersuchungen über die Konstitutionen und Kanones der Ap., Tübingen 1832; et praesertim Funk, qui iteratis vicibus diligenter in illud inquisitiones instituit: Die apostol. Konstitutionen, Rottenburg a. N. 1891; das achte B. der ap. Konst. und die verwandten Schriften, Tübingen 1893 in 8; die Zeit der ap. Konstitutionen in Kirchengesch. Abh. II, 359—372; KL. 3, 1026 etc.; Bardenhewer, qui de singulis hisce scriptis accurate tractat § 6. 42. 46. 79; Ehrhard II, 523 ss.; Achelis Realencycl. I³, 734—741.

[1]) Cf. Bousset die Testamente der zwölf Patriarchen in Zeitschr. für neutest. Wiss. 1900, 2, 141—175; Potthast p. 1163.

II.

Scriptores ecclesiastici seculi II.

(101—200.)

7. Priori seculi II. parte adhuc rarescunt scriptores ecclesiastici ob easdem quas n. 2 assignavimus rationes. Initio statim occurrit lucidissimum martyris exemplum s. Ignatius ex remoto Oriente, merito Theophorus cognominatus, apostolorum discipulus, vir in omnibus apostolicus[1]), antiochenae ecclesiae tertius seu secundus post Petrum ap. episcopus. Persecutionem commovente Trajano damnatus ad bestias Romam vinctus mittitur. In itinere Smyrnam attigit, ubi Polycarpus, suus forte condiscipulus, episcopatum gerebat, atque ecclesiis, quae ipsi occurrerant in via eumque salutaverant, per suos pastores mercedem rependit, missis ad illas litteris gratias agens, quae spiritualem cum oratione et exhortatione gratiam stillabant. Romanis scripsit, ne suum praepedirent martyrium. Summo ardore patiendi ad illud fortiter subeundum se accinxit, leonumque audiens rugitum suspirabat: „Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar[1])". Obiit fortissimus martyr a. 107, juxta alios vero a. vel 104 vel

[1]) Eusebius caesar. in Chron. ad a. 101.

[1]) Ita Hieronymus de viris ill. c. 17. ex ejusdem martyris ep. ad Romanos. Fortissima ejus mors describitur in *actis martyrii*, quae vulg. Martyrium Colbertinum vocantur. Textum graecum primus edidit Ruinart eaque ad nostram usque aetatem habebantur genuina. Graves tamen auctores jam ea in dubium vocarunt eorumque genuinitatem ob argumenta tum interna tum externa negant, ut Ullhorn, Zahn, Kraus, Funk, qui iteratis vicibus quaestionem ad examen revocavit, ultimo in Kirchengesch. Unt. II diss. 17 p. 338—347, Lightfoot qui, judice Ehrhard, quem cf. de hac controversia II, 569, invicte suppositionem eorum actorum in sua ed. comprobavit. Genuinitatem vero tuentur Nirschl Lehrb. der Patrol. 1 § 39; hist. pol. Bl. 1879 LXXXIV, 89—102; Sepp ib. 1898 CXXI, 516—520; CXXII, 360—370, et iterum Katholik 1901, II, 264—273; in primis Duret magna eruditione et sagacitate Kath. Schweizerblätter 1890 VI, 297—337; 466—493; 1891 VII, 54—68. Juxta Jungmann argumenta pro genuinitate praevalent. Habes ea acta in ed. laudatis ep. s. Ignatii; ita apud Funk I, 254—65 et in nostris opusc. sel. SS. PP. XIII, 49—67. Triplicem aliam formam martyrii s. Ignatii exhibet Funk ib. II, 218—275.

116. Septem reliquit *epistolas*, veras literaturae christianae margaritas summique pro doctrina catholica momenti. Hinc acerrima exarsit controversia de eorum genuinitate eoque magis quod et spuriae sub s. Ignatii circumferrentur literae, et genuinae alia atque alia recensione, subinde interpolatae reperirentur. „Sed gravissimi plurimique auctores, catholici omnes, protestantes plerique genuinitatem epistolarum vindicaverunt, atque generatim brevioris recensionis authentiam agnoverunt[1]).“ Genuinae ejus epistolae sunt ad Ephesios, Magnesianos, Trallianos, Romanos, Philadelphenses, Smyrnaeos, et ad Polycarpum. Stilo admodum vivaci et verbis gravissimis fideles hortatur, ut sibi caveant ab haereticis et sectariis, ut foveant concordiam et subjectionem sub suis episcopis, qui loco Dei ipsis praesident atque in singulis ecclesiis centrum sunt unitatis, hinc luculentum sunt testimonium pro hierarchia ecclesiastica constante ex episcopis, presbyteris et diaconis, quae sit institutionis divinae. Saepe prodierunt hae epistolae inter opera PP. apostolicorum; ita aliis ed. omissis cura Zahn. Lipsiae 1876; 1900 ed. 3. minor; Funk I, 172—253; qui in t. II; p. 46—213 exhibet recensionem longiorem; Lightfoot The Apostolic Fathers p. II. Londini 1885; 1889, ed. copiosa ob literaturam; Migne V, 9—991, ubi reperies ep. etiam interpolatas, doctissima aliorum prolegomena et dissertationes in s. Ignatium, fragmenta et alia ad eum spectantia. Praeter has ep. genuinas aliae quinque (6) lingua graeca circumferuntur, scil. ad Mariam Cassobolitam (prope Zarbum in Cilicia), scil. responsio ad hujus literas, ad Tarsenses, ad Antiochenses, ad Heronem diaconum antiochenum, ad Philippenses de baptismate, quae diu genuinae habebantur „ob stili similitudinem et spiritum vere apostolicum“ teste Bellarmino de script. eccles; modo tamen ab omnibus criticis spuriae censentur; imo ab Apollinarista interpolatae vel compilatae; multo magis suppositae sunt tres aliae epistolae, quae latine tantum exstant, duae scil. ad Joannem ap. et una ad b. V. Mariam (cum hujus responso).

8. A s. Ignatio nolumus sejungere s. Polycarpum fidelissimum in episcopatu collegam, forte et condiscipulum, de quo ita habet s. Hieronymus de viris illustribus c. 17: „Polycarpus, Joannis ap. discipulus et ab eo Smyrnae episcopus ordinatus, totius Asiae princeps fuit, quippe qui nonnullos apostolorum et eorum, qui Dominum viderant, magistros habuerit et viderit. Hic propter quasdam super die Paschae quaestiones sub imp. Antonio Pio Ecclesiam in Urbe regente Aniceto Romam venit (c. a. 154 vel 155), ubi plurimos credentes Marcionis et Valentini persuasione deceptos reduxit ad fidem. Cumque ei fortuito obvius fuisset Marcion et diceret: Cognoscis nos? respon-

---

[1]) Ita Fessler-Jungmann § 37 Praeprimis hac de controversia consulendus Funk, qui solidis argumentis earum genuinitatem tuetur in l. Die Echtheit der Ignatianischen Briefe aufs neue vertheidigt Tübingen 1883; KL. VI, 581—590; et in proleg. suae ed. PP. apost. t. I. p. XLIII—LXXXIII. In recentiori op. Kirchengesch. Untersuch. II diss. 18 p. 347—359 probat interpolatorem, cui tribuenda est longior recensio, non fuisse Semiarianum, ut aliqui conjecerant, sed Apollinaristam. In op. vero die apost. Konstitutionen. Rottenburg 1891 p. 281-355 nititur ostendere interpolatoris identitatem cum illarum constitutionum compilatore. W. Cureton Vindiciae Ignatianae Londini 1846, et Corpus Ignatianum: a complete collection of the Ignatian epistoles genuines; interpolated and spurious, ib. 1849. J. Nirschl die Theologie des hl. Ignatius aus seinen Briefen dargestellt Mainz 1880; Lehrb d. Patrol. 1 § 35 ss.; Bardenhewer § 9; Fabricius-Harless bibl. gr. V. Batiffol La Litterature grecque Paris 1898 ed. 2 § 5; Ehrhard altchr. Lit. I § 7 p. 52-58; II § 5 p. 90—100; Harnack Gesch. der altchristl. Lit. I, 75—86.

dit: Cognosco primogenitum diaboli. Postea vero regnante Marco Antonino et Lucio Aurelio Commodo, quarta post Neronem persecutione, Smyrnae sedente proconsule et universo populo in amphitheatro adversus eum personante[1]), igni traditus est. Scripsit *ad Philippenses* valde utilem *epistolam*, quae usque hodie in Asiae conventu legitur[2]).« Haec una superest: scripserat siquidem plures epistolas exhortatorias ad vicinas ecclesias, ut eas confirmaret, tum et ad fratres, ut in actis martyrii refertur. Porro epistolae ad Philippenses[3]), quam etiam Irenaeus III, 3 perfectissimam (ἱκανωτάτη) dicit, »ex qua quicunque salutis suae curam gerunt, poterunt, si volent, et formam fidei illius et veritatem praedicationis agnoscere,« textum graecum, sed non integrum (desunt postrema 5 capita) primus invenit Fr. Turrianus, edidit Petrus Halloix 1633, dein plures alii eam et versionem latinam veterem, quae illa 5 cc. exhibet, typis dederunt inter opera PP. apostolicorum, ut Funk I, 266—282; Migne V, 1005—16; Zahn, Lightfoot in op. cit., cujus ed. maxime ab eruditione laudatur etc. De fragmentis quinque responsionum capitulorum s. Polycarpi saltem dubiis (Migne l. c. 1025—1029), quae circa sec. VI. medium Victor Capuanus e graeco latine reddita catenae suae in quatuor Evangelia intexuit, cf. Fessler-Jungmann § 39. Magna autem est controversia de anno mortis s. martyris. Alii alium conjiciunt, et quidem inter annos 147—175; probabilior jam censetur sententia, quae martyrium assignat 23. Febr. 155.

9. Inter opera patrum apostolicorum recensetur et l. qui inscribitur *Pastor Hermae*, quem plures putant esse illum, qui a s. Paulo ap. salutatur Rom. 16, 14. De eo »sciendum est, scribit Eusebius H. E. III, 3, eum librum a nonnullis equidem in dubium esse revocatum, ob quos inter receptae auctoritatis libros poni non potest; ab aliis vero maxime necessarius, iis praesertim, qui introductoria ad religionem indigent institutione judicatus est; unde etiam in ecclesiis eum publice lectum scimus, et quosdam e vetustissimis scriptoribus testimonio ipsius usos esse comperi.« Magna revera fruebatur auctoritate in Oriente, praesertim apud Origenem, qui eum l. putavit inspiratum (l. x. explanat in ep. ad Rom. 16, 14), apud Irenaeum, qui IV, 20 n. 2 ejus verba citat ut s. Scripturam, Clementem alex. etc.; minus apud occidentales: quam ob rem Hieronymus de viris ill. c. 10 testatur eum l. »apud Latinos pene ignotum esse.« Tribuendum id forte videtur auctori fragmenti, quod dicitur Muratorianum, qui illum canone excludit,

[1]) Juxta ep. enim ecclesiae smyrnensis de ejus martyrio n. 12: „universa multitudo gentilium et Judaeorum . . . effrenata ira et magna voce conclamabat: Hic est impietatis praeceptor, pater Christianorum, deorum nostrorum eversor, qui multos docet, ne sacrificent, neve deos adorent.“

[2]) Ejus *martyrium* sane genuinum (cc. 1—20; c. 21. 22 postea videntur adjecta), cujus magnam partem Eusebius in suam recepit Hist. eccl. IV, 15, reperies inter opera PP. apost., quorum editiones plures jam supra laudavimus, apud Migne patrol. gr. V, 1029—46; Funk I, 282—309 etc. et in nostris opusc. SS. PP. XIII, 68—86; praeprimis Hilgenfeld in op. supra laudato II, 604—645; III, 353—468. Ab eo distingui debet *Vita s. Polycarpi* versa et edita in actis SS. cura Bollandi mense Jan. II, 695—705 ed. Antwerpiae 1645, et apud Funk 315—57, quae circumfertur sub nomine Pionii; graece primum a Duchesne Parisiis 1881. Ea videtur esse sec. IV., caret autem pretio historico teste Bardenhewer ed. 1 § 11⁴; ed. 2 § 59².

[3]) De hujus epistolae genuinitate praeter alios docte disputat Funk op. cit. Die Echtheit der Ignatianischen Briefe etc. p. 14—42, et KL. X, 145—154; de variis inter eruditos controversiis cf. Ehrhard I, 58—61; II, 86—90; Harnack Gesch. der altchr. Lit. I, 69—74; Bardenhewer ed. 2 § 10; Krüger § 8.

quamvis legendum censeat. Sed quis est ille Hermes vel Hermas? Fuit quondam Romae servus, sed libertate donatus matrimonium iniit atque mercaturam egit. Lucrum inde sibi comparavit magnum sed non satis justum, quod non cessit in bonum familiae: nam et uxor non irreprehensibiliter vixit, filii in persecutione abnegarunt fidem, ipse redactus ad angustias amissis divitiis male comparatis coactus est excolere agrum, in quo habuit visiones et revelationes, quas describit. Si quaeris ejus aetatem qua vixit: ipse se aequalem scribit s. Clementis romani, nam ad eum delegatur, qui ejus scriptum ad alios mittat ecclesias. Verum ex fragmenti Muratoriani testimonio videtur fuisse Pii I. pontificis (139—154) frater. Hinc quae de se refert non videntur satis digna fide et indicia interna auctorem produnt sec. II., quae sententia jam praevalet apud auctores criticos. Neque adeo commendanda videtur l. doctrina. Quamvis autem hic l., juxta card. Bellarminum de script. eccl., multa utilia habeat, ut s. Hieronymus scribit, habet tamen etiam aliqua noxia, ut de unica poenitentia secundum errores Novatianorum, quibus hic l. omnino favere videtur[1]): ut etiam illud de duobus geniis sive de duobus angelis uno bono et altero malo singulis hominibus a Deo tributis, quem errorem ex hoc auctore accepit Cassianus Collat. VIII, 17; XIII, 12. Hinc in decreto Gelasio tributo l. Pastoris recensetur inter ll. *apocryphos,* qui non recipiuntur. Quare jam controversum est, num Hermas auctoribus apostolicis sit accensendus. Id priori tempore fere communi consensu fuit defensum, atque etiam a Fessler et Nirschl; recentiori aetate Hefele, Funk aliique plures negant auctoritate innixi fragmenti Muratoriani[1]), quibus et assentit Jungmann § 43. Scopus auctoris est reformatio et emendatio vitae christianae et ecclesiasticae, hinc ad poenitentiam excitat, quem in finem ob oculos ponit persecutiones instantes et imminentem adventum Christi ad judicium. Proponit autem in suo opere visiones 5, mandata 12, et similitudines seu parabolas decem. Innotuit ad a. 1856 operis versio tantum latina, sed summae antiquitatis, forte jam sec. II., quam vulgatam dicunt, ut distinguatur ab alia, palatina dicta, postea reperta. Eam exhibent Cotelier, Galandi, Migne P. G. II, 892—1025, Hefele in suis edit. PP. apostolicorum, in primis Hilgenfeld in op.: *Hermae Pastor.* Veterem latinam interpretationem e codd. edidit A. H.; Lipsiae 1873. Demum et textus graecus inventus est (in fine mancus), quem exhibent Hilgenfeld *N. T. extra canonem receptum,* III, Lipsiae 1866; 1881: seorsim 1887, quam tamen ed. viri

[1]) Multi sunt, qui auctorem nostrum erroris accusant, ut Funk, Duchesne etc., sed vicissim non desunt qui eum defendant, ut Lumper de doctrina Hermae, I, 127 ss. apud Migne P. G. II, 878, Cotelerius in notis; Fessler-Jungmann § 43; Rambouillet L'orthodoxie du l'. du Pasteur d'Hermas, Paris 1880 adversus Duchesne; un dernier mot sur l'orthodoxie d'Hermas, ib. 1880. De ipsius doctrina cf. praeter alios, quos adducit Bardenhewer prae primis consulendus § 11, Brüll der Hirt des Hermas nach Ursprung und Inhalt untersucht, Freiburg 1882; Funk in proleg. ed. opp. apost. 1878; 1887. I; theol. Qtls hr. 1888 LXX, 51—71; KL. V, 1839—1844; Nirschl § 31 ss. et in op. Der Hirt des Hermas, Passau 1879.

[1]) Fragmentum hoc celebre a Muratori († 1750), qui illud reperit, nomen accepit, estque catalogus librorum N. T., non tamen integer, initio enim et fine caret, seculi, ut viri critici censent, secundi atque probabiliter versio ex graeco. Magno illud ob suam vetustatem in pretio est apud eos, qui introductioni in s. Scripturam student. Cf. Th. Zahn, Gesch. des neutest. Kanons 1890. II, 1, 1—143; Belser Einleitung in das N. T., Freiburg 1901 § 61. Cujus sit non constat, neque enim est, ut aliqui conjiciunt, s. Hippolyti.

critici non commendant. Gebhardt et Harnack cum versione palatina PP. ap. op. fasc. III, Lipsiae 1877; ed. III minor 1900; Funk Opp. PP. ap. I, 334-552, Tubingae 1878; 1887; 1901. Non defuerunt (Hilgenfeld aliique recentiores), qui conjicerent totum opus non unius esse auctoris, sed plurium, duorum scil. vel trium, vel quod in idem fere recidit, illud esse interpolatum; operis tamen unitatem tuentur Ad. Link Die Einheit des Pastor, Marburg 1888; Baumgaertner Die Einheit des Hermasbuches, Freiburg 1889; Funk theol. Qtlschr. 1899 LXXXI, 321—360. Nirschl vero I § 32 ut veterum circa auctoris nostri aetatem opiniones conciliaret, mediam inire nititur viam operis scil. auctorem esse Hermen, quem Paulus Rom. 16, 14 salutat, versionis vero latinae auctorem Hermam Pii I. fratrem. Mirum autem esse non debeat in tanta de auctore controversia[1]) viros eruditos dissentire etiam de accuratiore aetatis libri determinatione. Variant enim inter a. 100—150. Cf. Krüger § 12.

10. »Papias Joannis auditor, hierapolitanus in Asia episcopus quinque tantum scripsit (c. 130) volumina, quae praenotavit: *Explanatio sermonum Domini* (λογίων κυριακῶν). In quibus, cum se in praefatione asserat, non varias opiniones sequi, sed apostolos habere auctores, ait: »Considerabam, quid Andreas, quid Petrus dixissent, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthaeus vel alius quilibet discipulorum Domini; quid etiam Aristion et senior Joannes discipuli Domini loquerentur. Non enim tantum libri mihi ad legendum prosunt quam viva vox usque hodie in suis auctoribus personans.« Ita legimus apud Hieronymum de viris ill. c. 18. Dolendum opus periisse raraque tantum exstare fragmenta, quae diligenter collegerunt Gallandi, Routh, ed. 2 p. 3—44; Migne V, P. G. 1255—1262; Funk Opp. PP. apost. II, 276—300 etc. Fuit vero Papias juxta Eusebium HE. III, 39, in quibusdam nimis credulus, imo et aliquot Domini effata perperam intellexit, unde occasionem praebuit errori de regno millenario, in quem aliquot veterum ejus auctoritate commotos induxit[1]). Quando vixerit non satis liquet. Jungmann § 27 eum vixisse c. a. 120, Kihn KL. IX, 1379—1382 intra a. 75—150; Bardenhewer eum intra a 70—90 natum, mortuum vero c. 161—63 esse opinatur. — Denique mentione dignus est auctor anonymus *epistolae* plane insignis *ad Diognetum*, quae inter opera Patrum apostolicorum saltem dubia referri solet. De ea altum apud veteres silentium: primus eam reperit Henr. Stephanus 1592 in unico cod. sec. ut videtur XIII, qui cum bibliotheca argentoratensi, qua asservabatur, in obsidione urbis 1870 consumptus est. Quis fuerit auctor, quo tempore scripserit, difficillimum est dijudicare. Alii eam assignant jam sec. I., alii s. Justino, alii aetati Trajani imp. (98—117), ut Moehler Ueber den Brief an Diognetus (Ges. Schriften I, 19—31), cui adstipulati sunt Permaneder, Alzog, Freppel etc., alii sec. III, imo et IV, quae posterior opinio jam ab omnibus fere rejicitur: consentiunt enim viri eruditi, sed conjecturis mere internis innixi,

[1]) Cf. de his controversiis erudite disserentem Ehrhard I, 61—64; II, 100—111; testimonia veterum de hoc opere apud Harnack, Gesch. der altchristl. Lit. I, 49—58.

[1]) Cf. de eo praeter alios, quos laudat Bardenhewer § 12, Hilgenfeld Papias v. Hierapolis in Zeitschr. für wissenschaftliche Theol. 1875. XVIII, 231—270; 1886 XXIX, 257—91; Zahn Papias v. H. seine geschichtliche Stellung, sein Werk und sein Zeugniss über die Evangelien in theol. Studien und Kritiken 1866. XXXIX, 649—696; Gesch. des neutest. Kanons, I, 2, 849—903; II, 2, 790 797; Ehrhard II, 111—114.

summam esse ejus antiquitatem[1]). Prodiit cura Gallandi Bibl. vet. PP. I, 320, Migne P. G. II, 1167—1186, Otto in corp. apol. III, 158—211, Funk 1, 310—333; inter opuscula selecta SS. PP. a nobis edita XV, 182—200. Stilo eleganti et plane nobili est conscripta, atque continet praeclaram religionis christianae apologiam, qua ejus rationem reddit Diogneto nondum christiano, ejus tamen doctrinae cognoscendae cupido. Ultima duo capita (cc. 11. 12) eruditis videntur alia adjecta manu: eorum tamen genuinitatem tuetur Kihn in l. erudito et accurato: Ursprung des Briefes an Diognet, Freiburg 1882. Conjicit porro ep. auctorem esse forte Aristidem: cui conjecturae et alii viri eruditi favent: vero eam impugnat Seeberg Die Apologie des Aristides, in Forschungen zur Geschichte des neutest. Kanons, 1893 V, 240 ss.

11. Ab hoc scriptore anonymo, quo scriptorum apostolicorum seriem absolvimus, et qui apologetarum religionis christianae forte primus censeri potest, ad alios sec. II. apologetas transeamus, quorum haud pauci hoc seculo comparent. De Quadrato[2]) apostolorum discipulo refert Eusebius H. E. IV. 3 eum Aelio Hadriano (117—138) obtulisse (c. a. 124) orationem »quam pro defensione religionis nostrae idcirco conscripserat, quod quidam malevoli homines vexare nostros atque incessere conabantur. Extat hodieque apud plerosque ex fratribus haec oratio, quam etiam nos habemus, ex qua et ingenium ejus viri et rectam fidei catholicae doctrinam perspicue licet cognoscere. In ea antiquitatem suae aetatis ostendens, ait, nonnullos eorum, qui a Domino variis oppressi calamitatibus sanati fuerant, et qui a mortuis resurrexerant, ad sua usque tempora pervenisse.« Dolendum tamen, opus interriisse cujus praeter hanc Eusebii notitiam nihil superest. — »Aristides atheniensis, prosequitur Hieronymus c. 20 praeeunte Eusebio H. E. IV, 3, philosophus eloquentissimus et sub pristino habitu discipulus Christi, volumen nostri dogmatis continens rationem eodem tempore, quo et Quadratus, Hadriano principi dedit, i. e. *Apologeticum* pro christianis, quod usque hodie perseverans apud philologos ingenii ejus indicium est.« Perierat et haec apologia: verum patres Mechitaristae 1878 ejus fragmentum Venetiis repererunt lingua armena: in eo auctor veram de Deo doctrinam exponit[1]). Reperta fuit et versio syriaca 1890; imo et quadamtenus uberior quaedam textus graeci recensio vel retractatio in Vita Barlaam et Joa-

[1]) Cf. Ehrhard I, 64—68; II, 250—252; Nirschl § 43; Funk KL. III, 1774—1779; Bardenhewer § 22, qui de ea scribit; Die Antwort zeichnet sich aus durch Vornehmheit des Tones, Tiefe der Auffassung, Pracht und Glanz der Darstellung; die Schilderung des Lebenswandels der Christen (c. 5. 6) ist von hinreissender Wirkung.

[2]) Notitias veterum de Quadrato ejusque apologia collecta reperies apud Routh Reliquiae sacrae I², 69—79; Otto corpus apolog. christ. Jenae 1872 IX, 333—341; Bardenhewer § 14; KL. X, 645—647, qui notat tres vel saltem duos hujus nominis viros fere aequales esse distinguendos. Nostrum forte eundem esse cum eo, cujus meminit Eusebius H. E. III, 37 tamquam prophetica gratia illustris, non vero cum Quadrato episcopo atheniensi, qui floruit inter a. 161—180.

[1]) Cf. de Aristide Bardenhewer § 15, qui ita de ejus apologia in ed. l. scribit: An Kunst der Anlage wie an theologischem Gehalte kann sie sich mit den Schriften Justins des M. nicht im Entferntesten messen. Jungmann-Fessler § 55; Seeberg der Apologet Aristides. Der Text seiner uns erhaltenen Schriften, nebst einleitenden Untersuchungen über dieselben, Leipzig 1894, et jam antea: Die Apologie des A. untersucht und wiederhergestellt in Forsch. zur Gesch. des neutest. Kanons 1893 V, 159—414; Sasse Zeitschr. f. k. Theol. 1 879 p. 612—618; Krüger § 34.

saph, quae inter opera s. Jo. Damasceni prostat, et cujus textum graecum exhibuit Boissonade in Anecdotis graecis, Parisiis 1832 IV, 239 ss., apud Migne P. G. XCVI, 859—1215. Prodiit illud fragmentum a Mechitaristis repertum Venetiis 1878; adjectum est aliud opusculum *de latronis clamore* et Crucifixi responsione: hinc inscribitur editio: *S. Aristidis sermones duo:* verum alter hic sermo pluribus viris eruditis dubius, aliis genuinus videtur. Versio latina exstat etiam apud Pitra Analecta sacra IV, 282—286 (textus armenus cum fragmento epistolae ib. 6—11); versionem germanicam interprete Sasse habes in Zeitschr. für k. Theol. 1879 III, 612—618 col. 816; Himpel Theol. Qtlschr. Tübingen 1880. LXII, 109—27, qui hujus opusculi genuinitatem tuetur KL. I², 1298. De versione syriaca cf. Robinson *The Apology of A.* on behalf of the Christians from a Syriac MS. . . . . edited with an introduction and translation by J. Rendel Harris. With an Appendix containing the main portion of the original Greck text by J. Armitage R., Cambridge 1891; quo in op. omnia exhibet, fragmentum scil. armenum, textum graecum et versionem syriacam: quae tamen inter se satis variant. Versionem germanicam exhibet Schönfelder Theol. Qtlschr. 1892. LXXIV, 531—557. Quod autem apologiae aetatem attinet, non desunt viri critici, qui ab Eusebii sententia dissentiant censeantque eam non Hadriano, sed Antonino Pio (138—161), forte sub initio ejusdem imperii fuisse oblatam[1]).

12. Praecipuus hujus seculi apologeta est Justinus philosophus et martyr. Natus est initio sec. II. in oppido Sichem (Flaviae Neapolis) Samariae atque a prima aetate gentilium erroribus fuit implicitus. Philosophiae studio quam maxime exarsit variasque scholas philosophicas frequentavit, atque apud platonicos demum substitit eorum placitis valde delectatus. Senis cujusdam venerabilis colloquio e Platonis castris gradatim adductus est, ut s. Scripturae lectione et meditatione veram christianae fidei philosophiam sit amplexus. Pallio philosophico retento diversas peragravit regiones, Aegyptum, Asiam et Italiam et ubicumque apostolorum discipulos ac successores nactus esset, ab iis multa de Christo institutaque ab eo religione sciscitatus est, et oblata occasione verbum Dei praedicare non omisit. Plura conscripsit volumina ad christianam fidem exponendam magisque propagandam, et ad gentiles, judaeos atque haereticos refellendos. Romam profectus scholam ibidem aperuit. Hic Crescentem cynicum aggressus est atque ignorantiae corruptorumque morum redarguit: ejus forte studio et insidiis accusatus[1]), quod Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit (intra a. 163—167). Plura reliquit egregia scripta, inter quae eminent binae fidei christianae *apologiae*, quas cum Antonino Pio Augusto ejusque filiis Marco Aurelio et Lucio Vero, senatui omnique populo romano porrexisset eandemque fidem disputando strenue propugnasset, obtinuit, ut a Christianorum caede publico principum edicto temperatum fuerit. In priori (c. a. 152—153) initio improbat mo-

[1]) Cf. de his omnibus accurate referentem Ehrhard II, 202—212, et jam antea in Literar. Handweiser 1892 col. 9—16; 49—54; Harnack Text u. Unt. I, 1, 100—115; Realencyclop. II³, 46.

[1]) Cf. Acta (graeca) ss. Justini et sociorum, quae a plerisque criticis ut a Lightfoot, Harnack, Ehrhard (II, 576) genuina habentur atque adeo sec. II. esse censentur, quamvis forte quaedam temporis lapsu addita fuerint, quod tamen auctores cit. negant. Reperies illa in Act. SS. Jun. I, 20 s.; in ed. opp. Justini; Migne P. G. VI, 1565—1572 col. 1795 s.; Otto corp. apol. christ. III³, 266—279.

dum procedendi plane illegitimum adversus Christianos: fusius dein probat religionis christianae veritatem ex variis capitibus, praesertim ex prophetarum vaticiniis, atque pluribus dein Christianorum cultum describit[1]). Altera apologia est brevior prioris quasi supplementum eique occasionem praebuit insigne injustitiae et crudelitatis specimen contra Christianos Romae editum: in ea duplici ethnicorum exceptioni occurrit, quare scil. Christiani avidi futurae beatitudinis sibi non mortem inferant, ut citius perveniant ad Deum et cur Deus tam diras in ipsos permittat persecutiones. Satis arbitraria est conjectura (Grundl), alteram hanc apologiam esse interpolatam. Prodierunt hae duae apologiae seorsim cura J. W. J. Braun, Bonn 1830; Lipsiae 1883 ed. III. cur. C. Gutberlet; Krüger Freiburg 1891; 1896. — Tertium Justini opus est prolixus ejus *cum Tryphone* judaeo *dialogus*, qui tamen integer non exstat. In ejus prooemio suam ad fidem Christi conversionem narrat; in 1 p. (n. 10—48) praejudicatae judaeorum de lege mosaica et de christiana religione opiniones refelluntur; in 2. p. (n. 49—108) christiana dogmata de Christi divinitate, incarnatione et redemptione ex s. Scripturis probantur; in 3. p. (n. 109—142) pari ratione de vocatione gentium et Christi Ecclesia per prophetas praedicta disseritur[2]). - Praeter haec opera, quae communi consensu a criticis viris genuina habentur, plura sunt, quorum genuinitas ex argumentis internis dubia est ob stili scil., rationis cogitandi et sententiarum quarundam singularium differentiam. Huc spectant: *Oratio ad graecos,* in qua breviter proponit turpes gentilium opimones de diis: ob quas adductus est ut missis illorum superstitionibus factus sit Christianus. Exstat etiam syriace liberius versa in Cureton Spicileg. syriaco 1855 p. 61—69. Recentiores critici libellum nostro martyri abjudicant. — Graviores jam adsunt rationes pro genuinitate l. inscripti: *Cohortatio ad graecos* stilo florido et eloquenti conscripta, cujus scopus est demonstrare verae religionis cognitionem non a graecis scriptoribus, sed a prophetis petendam esse, illosque ex his quae dixerint vera hausisse. — Tractatus *de monarchia,* in qua unitatem Dei aliasque ejus perfectiones probat ex testimoniis, non tamen semper genuinis, ipsorum gentilium. Quod si haec tria opuscula non sunt Justini, saltem auctorum sunt antiquorum, sec. forte jam II. vel III. — Genuinum Zahn haud immerito censet pulcherrimum fragmentum vel opusculum *de resurrectione,* quam egregiis probat rationibus. Alia Justini opera perierunt, plura ei fuere supposita, ut *Expositio orthodoxae fidei* seu de Trinitate[1]); *Epistola ad Zenam et Serenum,* quae est exhortatio ad vitam christianam, juxta Batiffol forte Sisinnii ep. novatiani CP. Chrysostomo aequalis; *confutatio quorundam dogmatum Aristotelis; Quaestiones et responsiones* (146) ad orthodoxos

---

[1]) Cf. Wehofer O. P. Die Apologie Justins des Philos. u. M in literar-historischer Beziehung zum erstenmal untersucht, Romae 1897, quo in op. censet, hanc apologiam orationis habere formam ad rhetoricae artem expressam atque exemplaris instar prae oculis habuisse auctorem Platonis apologium. Contra hanc tamen opinionem scripsit Rauschen theol. Qtlschr. Tübingen 1899 LXXXI, 188 – 206.

[2]) Jungmann-Fessler § 51, qui dein fusiorem exhibet argumenti synopsim.

[1]) Cf. Draeseke, qui in Zeitschr. für Kirchengesch. 1883 VI, 1—45 die doppelte Fassung der pseudojust Ἔκθεσις et in pluribus aliis diss. eam juxta breviorem recensionem Apollinario tribuit. Verum Funk Kirchengesch. Abh. II diss. 14 p. 253—291 ostendit recensionem longiorem esse originalem atque sec. V; alteram seu breviorem esse epitomen, argumenta autem a Draeseke pro Apollinari allata thesim suam non evincere.

(quo in op. sec. forte V. nonnulla pelagianam haeresim redolent, scribit Jungmann-Fessler); *Quaestiones* (5) *Christianorum* ad gentiles, et *Quaestiones* (15) *gentilium* ad Christianos, quae videntur esse sec. V.

Optimae operum Justini editiones, quae etiam opera dubia et supposita complectuntur, sunt Prudentii Marani O. S. Ben. congr. s. Mauri, Parisiis 1742; Venetiis 1747, etiam in Migne patrol. gr. t. VI; et Otto Jenae 1842—43 t. 3; et in corpore apologetarum sec. II., Jenae t. V (seu III) 1847—50; 1876—81 ed. 3., ubi t. III, 210—266 fragmenta aliorum operum genuina exhibet. Idem Otto fuse disseruit de Justini M. scriptis et doctrina, Jenae 1841, et aliis praetermissis[1]) cf. Freppel St. Justin, Parisiis 1860; inter Les Apologistes au IIe siècle ib. 1886 ed. 3. — Plura fidei catholicae dogmata ex s. Justini scriptis confirmare licet, quae propter antiquitatem magnae sunt auctoritatis. Quaedam tamen benigna indigent interpretatione „ut quae de materiae creatione, de cultu angelorum et astrorum, de salute aeterna eorum gentilium, qui secundum rationem vixerunt, de animarum statu usque ad resurrectionem et extremum judicium, de jurejurando christianis omnino prohibito profert.“ In nonnullis etiam a vera deflexit sententia. Sic praeter opiniones chiliasticas angelos existimavit cum mulieribus peccasse (Gen. 6. 2.), daemonum supplicia ad judicium ultimum esse differenda. Imo non desunt qui eum accusent erroris circa principale religionis christianae dogma de divinitate Verbi, sed a viris eruditis passim excusatur et defenditur. Stilus caret eloquentiae splendore et nitore, hinc Photius cod. 125 scribit: „Rhetorico artificio nativam philosophiae suae pulchritudinem colorare haud studio habuit: quamobrem etiam ratio ejus . . . rhetorica illa condimenta non spirat etc.“: disserendi ratio non adeo est limpida et plana, ab orationis argumento subinde digreditur[1]).

13. Disserendi elegantia et nitore Justinum reliquosque apologetas longe superat Marcus Minucius Felix, Romae insignis causidicus, cujus est dialogus perelegans ornato scribendi genere concinnatus[2]) inter Caecilium Natalem ethnicum et Octavium Januarium Christianum, a quo inscribitur *Octavius*. In eo vulgatas pene ethnicos calumnias et exceptiones contra religionem christianam bene refellit atque hujus veritatem egregie tuetur. Saepius prodiit libellus hic lectu dignissimus, in Gallandi bibliotheca t. II; Migne Patrol. lat. III, 193—652 (cum Nourry diss.), cur. Oehler Lipsiae 1817; J. B. Kayser, Paderborn 1863; inter opuscula a nobis edita t. XV, Oeniponte 1871; 1901; accuratissime ed. Halm, Viennae 1867; Dombart cum versione germanica, Erlangen 1881 ed. 2; Cornelissen, Lugduni B. 1882; Leonard Namur 1883, ut alias ed. veteres vel etiam recentes praetereamus. Gravis jam est controversia inter viros literatos, num Minu-

[1]) Copiosam de s. Justino literaturam cf. apud Bardenhewer § 17; Ehrhard I, 85—88; II, 217—235; Fabricius-Harless bibl. gr. V, c. 1 § 15 s.; Harnack Gesch. der altchristl. Lit. I, 99—114; Text und Unters. I, 1 130—175; 190—196; Krüger § 36.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 53; Nirschl § 46 ss.; Funk KL. VI, 2060—2073.

[2]) An Kunst der Anlage wie an Anmuth der Darstellung dürfte diese Schrift alle andern Apologien des Alterthums überragen . . . Derselbe (M.) steht auf der Höhe der Bildung seiner Zeit und sucht seine Leser in den Kreisen der gebildeten Heiden. Trotz aller Schärfe der Kritik macht sich denn auch immer wieder eine entgegenkommende Milde und Weitherzigkeit des Urtheils geltend. Bardenhewer § 35 n. 2. Cf. etiam Nirschl 1 § 77; Ebert Gesch. der Lit. des MA. I² p. 25—32.

cius noster praecesserit Tertullianum, an hic eo sit vetustior seu ei suppar. Haud pauci opinati sunt, prius prodiisse Apologeticum Tertulliani: verum recentiori aetate jam invalescit Eberti[1]) opinio, prioritatem esse tribuendam Minucio. Scriptus hinc videtur intra a 180—190. »Alius sub nomine ejus fertur *de fato* vel contra mathematicos (dialogus seu liber), qui cum sit et ipse diserti hominis, non mihi videtur cum superioris libri stilo convenire«. Ita Hieronymus c. 58. Hic tamen l. non amplius comparet.

14. Auctor vere polygraphus fuit Melito Asianus, sardensis episcopus († ante 195), qui juxta Polycraten apud Eusebium H. E. V, 24, »Spiritu s. afflatus cuncta gessit«, et librum M. Antonino Vero († 180) pro christiano dogmate dedit. »Scripsit quoque et alia, refert s. Hieronymus de viris ill. c. 24 ex Eusebio H. E. IV, 26 (Migne P. G. XX, 392), de quibus ista sunt, quae subjicimus: De Pascha ll. 2, de vita prophetarum l. unum; de Ecclesia l. unum; de die Dominica l. unum; de sensibus l. unum, de fide l. unum, de plasmate l. unum, de anima et corpore l. unum, de baptismate l. unum, de veritate l. unum, de generatione Christi l. unum; de prophetia sua l. unum; de Philoxenia l. unum et alium l., qui Clavis inscribitur; de diabolo l. unum; de Apocalypsi Joannis l. unum; περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ l. unum et Ἐκλογῶν ll. VI. Hujus elegans et declamatorium ingenium Tertullianus in VII ll., quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano (deperditis), cavillatur dicens, eum a plerisque nostrorum prophetam putari.« Sed praeter fragmenta vix aliquid superest horum operum. Cureton reperit sub Melitonis nomine *Apologiam* lingua syriaca exaratam, quae tamen juxta viros criticos non videtur esse Melitonis nostri, sed Syri cujusdam, qui forte et ipse Melito appellabatur et ineunte sec. III. floruit[1]). Unus ex libris Melitonis inscribitur *Clavis*. Hunc se reperisse arbitratur card. Pitra, eumque forma breviori et longiori edidit in Anal. sacris Spicil. solesm. paratis 1884. II, 3—154; 585—623 coll. Spicil. solesm. 1850. II p. XIII—XXXV et 1—150. Verum Rottmanner in Bulletin crit. 1885 p. 47—51 genuinitatem libri negat, cum in eo s. Augustini explicationes occurrant. Idem censet Duchesne ib. p. 196 s. Cum vero Pitrae sodales Legeay, Cabrol et Battandier cardinalis sententiam tuerentur, iterum occurrit Rottmanner Ein letztes Wort über die Clavis Melitonis Theol. Qtlschr. 1896. LXXVIII, 614—629. »Non improbabile tamen videtur, inquit Fessler-Jungmann I, 239, antiquum Melitonis librum ab aliis scriptoribus decursu temporis ampliatum esse, adeoque veluti basim constituere operis recenter sub ejus nomine publicati«. Quod neque Pitra omnino negat[2]). Fragmenta omnia collecta reperies apud Otto Corpus apol. Christ. IX, 374—478; 497—512; Migne

[1]) Tertullians Verhältnis zu M. Felix in Abhandl. der phil.-hist. Cl. der k. sächs. Gesellsch. der Wiss. Lipsiae 1870 V, 319—420. Cf. copiosam de hac controversia literaturam apud Ehrhard I, 113—117; II, 284—292, qui et ipse opinioni Eberti suffragatur, sicut et Kihn KL. VIII, 1537—1548; Reck theol. Qtlschr. 1886, p. 65—114 etc.

[1]) Edidit illud in Spicilegio syriaco containing remains of Bardesan, Meliton, Ambrose and Mara Bar Serapion, London 1855; Pitra (cum versione latina) Spicil. Solesm. II p. XXXVII ss.; cf. Welte Die Apologie des Melito v. S. Theol. Qtlschr. 1862 p. 384—410.

[2]) Cf. de Melitone deque controversiis ejus occasione excitatis Bardenhewer § 19[3] et KL. VIII, 1233—1235; Duval La Litterature syr., Paris 1899 p. 1[5]8; Christ. Woog in diss. de Melitonis vita et scriptis in Migne P. G. V, 1145—1208; praesertim Ehrhard I, 98—100; II, 258—262; Harnack Texte und Unters. I, 1, 240—278; Krüger § 40.

P. G. V, 1207—1251. Cf. Harnack I, 1, 246—255, qui diligenter Melitonis opera enumerat.

15. Alii adhuc sunt hujus seculi apologetae[1]), qui minus innotuerunt, quos sufficiet breviter attigisse, eoque magis quod eorum scripta fere perierint. Inter eos, quorum scripta prorsus perierunt, pertinet Miltiades, quem Tertullianus adversus Valent. c. 5. Ecclesiarum sophistam (forte idem ac defensorem) appellat. Obtulit (c. 161—169) principibus illius temporis *Apologeticum*. Scripsit contra Montanum, Priscam Maximillamque volumen praecipuum, testibus Eusebio H. E. V, 17 et Hieronymo c. 39, et adversus gentes et judaeos libros alios[1]). — Athenagoras philosophus atheniensis, de cujus vitae fatis vix aliquid penes veteres reperimus, imperatori M. Aurelio ejusque filio Commodo († 193) circa a. 177 apologiam obtulit inscriptam *Legatio pro Christianis*. In ea crimina a gentilibus afficta Christianis, atheismum praesertim, refellit: „S. Justinum, quo-

[1]) Inter hos recensetur et Tatianus natione Syrus, forte c. a. 110 natus de quo scribit Hieronymus de viris ill. c. 29: „Tatianus, qui primum oratoriam docens non parvam sibi ex arte rhetorica gloriam comparaverat, Justini Martyris sectator fuit, florens in Ecclesia, quamdiu ab ejus latere non discessit. Postea vero elatus eloquentiae tumore, novam condidit haeresin, quae Encratitarum dicitur, quam postea Severus auxit, a quo ejusdem partis haeretici Severiani usque hodie appellantur. Porro Tatianus infinita scripsit volumina, e quibus unus contra gentes florentissimus extat liber, qui inter omnia opera ejus fertur insignis. Et hic sub imp. Marco Antonino Vero et Lucio Aurelio Commodo floruit". In hac oratione admodum erudita, sed stilo non adeo polito nimisque vehementi et methodo minus concinna adversus gentes religionis christianae praestantiam atque antiquitatem probat graecorumque doctrinam de diis acriter impugnat et irridet (intra a. 163—67). Prodiit in laudatis edit. operum s. Justini; Migne P. G. VI, 803—890; accurate graece tantum cur. E. Schwartz: Tatiani *oratio ad Graecos* in Texte u. Unters. IV, 1 Lipsiae 1888. Cf. de ea Kukula Tatians sogen. Apologie, Leipzig 1900; Altersbeweis und Künstlerkatalog in Tatians Rede an die Griechen, Wien 1900. Composuit Tatianus forte post suam a fide defectionem Διατεσσάρων seu *harmoniam evangelicam* et quidem, ut quibusdam videtur, syriace olim per Syriam admodum vulgatam (cf. Martin Revue des qq. hist. 1883 XXXIII, 249—94; 1888 XLIV, 5—50); in quam s. Ephraem concinnavit *Commentarium*, qui armenice versus repertus fuit et editus Venetiis inter op. s. Ephraemi armenice servata, ib. 1836; *Evangelii concordantis expositio* facta a s. Ephraemo ... latinum translata a J. B. Aucher, Mechitarista, cujus versionem emendavit, annotationibus illustravit et edidit G. Mösinger, ib. 1876. Versionem arabicam reperit et edidit Ciasca Romae 1888 eruditisque dissertationibus operis genuinitatem vindicavit. Anglicam versionem exhibet Hill A diss. on the Gospel Commentary of Ephraem, Edinburg 1896; Tatiani opus quadamtenus restituere erudite et sagaciter nisus est Zahn in op. Tatians Diatessaron, Erlangen 1881, in Forsch. zur Gesch. des neutest. Kan. I, quem cf. praeterea ib. II, 286—299; et in Gesch. des neutest. K. I, 1, 369—429; II, 2, 530—556. Pitra de Tatiani diatesseron arabica versione in Anal. sacris IV, 465—487 et seorsim Parisiis 1883; Baeumer Tatians Diatessaron, seine bisherige Literatur und die Reconstruction des Textes in Lit. Hdw. 1889 c. 153—160. Mirum autem esse non debet Tatiani opus Diatessaron periisse, nam Rabulas episcopus edessenus († 435) illud prohibuit, et Theodoretus ad biscenta ejusdem exemplaria igni tradidit. Plura alia Tatiani opera perierunt. Eorum vestigia exhibet Otto in Corp. apol. VI, 164 ss. Cf. copiosam de Tatiano, et praesertim de ejus opere Diatessaron literaturam apud Ehrhard I, 92—94; II, 235—243; Funk zur Chronologie Tatians Theol. Qtlschr. 1883 p. 219—233 et aucta in Kirchengesch. Abh. II, 8, 142—152; Bardenhewer § 18; Harnack I, 485—496; de codicibus opp. Texte und Unt. I, 1, 1—97; 196—232. Fessler—Jungmann § 50; Bludau KL. XI, 1233—1243; Krüger § 37.

[1]) Otto Corp. apol. christ. IX, 364—373; Harnack I, 1, 255 s.

cum multa ei sunt communia, longe superat expolito dicendi genere, ordinis venustate et peracutis ad captandam benevolentiam circuitionibus[1]).« Apologiae veluti supplementum est praeclarum opus *de resurrectione mortuorum,* quo vix praestantius opusculum de hoc themate in antiquitate reperies: nam bellissimis solidisque ex sola ratione petitis argumentis eam probat. Exstant Athenagorae opera in edit. supra laudatis operum s. Justini; Otto VII; Migne P. G. VI, 890—1024; cur. Schwartz Lipsiae 1891 in Texte und Unters. IV, 2, ed. optima graece tantum, coll. ib. I, 1, 175—190. — Theophilus, quondam gentilis, »sextus antiochensis ecclesiae episcopus († c. 186 vel 181) sub Marco Antonino Vero *l. contra Marcionem* composuit, qui usque hodie exstat. Feruntur ejus et *ad Autolycum* tria volumina et *contra haeresim Hermogenis* l. unus et alii breves elegantesque tractatus ad aedificationem Ecclesiae pertinentes. Legi sub nomine ejus in Evangelium et Proverbia Salomonis commentaria, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia et phrasi non videntur congruere[2]).« Haec tamen opera perierunt; supersunt tantum ll. 3 ad Autolycum institutionem fidei continentes, in qua amico suo gentili solide et stilo perspicuo et eleganti veritatem doctrinae christianae et gentilis superstitionis absurditatem ostendit. Prodiit cum operibus Justini; et apud Otto Corp. apol. t. VIII; Migne P. G. VI, 1023—1168. Primus est qui utitur vocabulo τριάς de Deo. Commentarius vero, qui sub ejus nomine circumfertur inscriptus *Allegoriarum* (i. e. scholiorum) *in IV Evangelia ll. 4* apud Bigne Bibl. ss. PP. V, 169—192; Otto VIII, 278—326, est suppositus et videtur sec. V exeuntis compilatio. Qua de re gravis exarsit controversia[1]) inter Zahn et Harnack. Ille enim magno eruditionis apparatu nitebatur illud opus Theophilo asserere in l. Der Evangeliencommentar des Th. v. A. (Forsch. zur Gesch. des neut. Can. II, Erlangen 1883) et in responso mordaci ib. 1884, III, 198—277; Harnack vero argumentis non spernendis suppositionem comprobavit in diss. Der Evangeliencommentar des Th. v. A. im Texte u. Unters. I, 4, 97—175. — Ab hoc Theophilo distingui debet »Theophilus Caesareae Palaestinae episcopus, sub Severo principe († 211), qui adversum eos, qui quartadecima luna cum Judaeis pascha faciebant, cum ceteris episcopis synodicam valde utilem composuit epistolam.« Hieronymus l. c. c. 43. Hujus fragmentum asservavit Eusebius H. E. V, 25. Cf. plura de eo apud Migne P. gr. V, 1365—72. — Hermiae philosophi, ceteroquin plane ignoti, quem exeunte sec. II. vel forte ineunte sec. III. vixisse ex indiciis internis colligunt, scriptum, cui titulus *Irrisio gentilium,* prodiit pariter inter s. Justini opera; in

---

[1]) Ita Fessler-Jungmann § 54 p. 233. Cf. Nirschl § 52; Bardenhewer § 20, KL. I², 1553—1555, ubi de ejus apologia censet: Wel he sich nicht nur durch den ruhigen, ebenso massvollen Ton von den andern Apologien des 2. und 3. Jahrhunderts mehr oder weniger abhebt, sondern auch hinsichtlich der Vollendung der Form und der Gediegenheit des Inhaltes vielleicht von allen übrigen die Palme verdient. Cf. Ehrhard Athenagoras, Augsburg 1895. Harnack Realencycl. I³, 207—209, qui de eo censet: A. ist unter den älteren Apologeten der ausgeprägteste Platoniker und vielleicht auch der schulmässig gebildetste Philosoph.

[2]) Ita Hieronymus l. c. c. 25. Cf. Nirschl 53; Fessler-Jungmann § 54; Bardenhewer § 21; Fabricius Bibl. gr. VII, 101—114; praeprimis Kihn KL. XI, 1581—1587, Harnack, qui I, 496—502 diligenter inquirit in opera deperdita; Texte und Unt. I, 1, 282—298; Krüger § 42.

[1]) Cf. de hac controversia Ehrhard die altchrist. Lit. I, 89—92; II, 245—249.

Migne P. G. VI, 1167—1180; Otto IX, 1—31 col. XI—LI; inter Doxographos graecos ed. Diels, Berolini 1878 p. 649—656. Ea dicitur elegans et peracuta, aliquando tamen subobscura[1]). — S. Claudius „Apollinaris (Apolinarius) Asiae hierapolitanus episcopus sub Marco Aurelio imp. floruit (c. 72), cui et insigne volumen pro fide christianorum dedit[2]):" cujus fragmenta tantum eaque brevia supersunt apud Gallandi bibl. I prolog. c. 25 p. 680 et Migne Patrol. gr. V, 1293 s. Mentionem facit teste Eusebio H. E. V, 5 legionis fulminatricis. Scripsit quoque juxta Hieronymum praeeunte Eusebio IV, 27 *adversus gentes ll. 5, de veritate ll. 2*, et epist. *adversus montanistas*, quae scripta tamen perierunt. Pauca quaedam fragmenta habes apud Routh Reliquiae sacrae Oxonii 1814 I, 149—174; Migne PG. V, 1293—1302; Otto IX, 479—495. — Huc etiam pertinet Apollonius[3]), juxta Eusebium H. E. V, 21 (Migne P. G. XX, 487) in humanioribus literis et in philosophia eximius, qui ab homine quodam perditissimo ob fidem christianam fuit accusatus. Cum vero esset ut nonnulli putant ordinis senatorii, postulavit, ut coram senatu rationem suae fidei redderet. Habita elegantissima oratione pro defensione suae fidei capitali tamen sententia a senatu damnatus est sub Commodo imp. a. 192. „Porro cuncta ab illo in judicio dicta et quaecunque Perenni (judici) interroganti respondit et orationem illam, quam pro fidei nostrae defensione in senatu habuit," Eusebius digna censuit, quae suae collectioni actorum antiquorum martyrum insereret, quae tamen periit. Felici fato illa reperta fuere in collectione Actorum MM. armenice a patribus Mechitaristis Venetiis 1874 edita p. 138—143. Inde illa edidit cum introductione et notis Conybeare in op. *Apollonius, Apology* and Acts and other monuments of early Christianity, London 1894; 1896 ed. 2; textum graecum exhibent Anal. Bolland. 1895 XIV, 284—294; Klette Der Process und die Acta S. Apollonii Texte und Unters. 1897 XV, 2. Auctor Apollonii processum nonnihil implexum dilucidat. Cf. Ehrhard II, 587—592; Hilgenfeld Zeitschr. f. wiss. Theol. XXXVII, 58—91; XLI, 185—210.

16. Adversus Judaeos stetit praeter Justinum, Miltiadem et Apollinarem Aristo ex Peraeae oppido Pella oriundus, qui ex Judaeo factus est Christianus, ut veritatem religionis christianae contra Judaeos ex adimpletis vaticiniis vindicaret, composuit intra a. 135—175 lingua graeca *altercationem Jasonis et Papisci* seu inter Judaeum conversum et Judaeum alexandrinum tanta efficacia, ut hic baptismum peteret. Ipsa atque ejus versio latina auctore quodam Celso (si fragmenta excipias apud Otto IX, 349-363; Migne V, 1277—1286) interciderunt[1]). Conjicit tamen Harnack *Altercationem Simonis Judaei et Theophili Christiani* auctore Evagrio[2])

[1]) Fessler-Jungmann § 54. Cf. Bardenhewer § 23; Fessler KL. V, 1899; Fabricius-Harless VII, 114 s.; Harnack conjicit, I, 782 eum esse nonnisi sec. VI.

[2]) Hieronymus de viris ill. c. 26. Cf. Schmid KL. I², 1086; Harnack I, 1, 243—246; Texte u. Unters. I, 1, 232—240; Realencycl. I³, 676.

[3]) Cf. Bardenhewer § 16 n. 12; Hilgenfeld Apollonius von Rom, in Zeitschr. f. wissensch. Theol. 1894. I, 58—91; Bonwetsch Realencyc. I³, 677 s.

[1]) Cf. Bardenhewer § 16; Grube KL. I, 1300; Harnack Realencycl. II³, 47.

[2]) De hoc Evagrio Gennadius de vir. ill. tantum refert c. 50: „Evagrius alius scripsit Altercationem Simonis Judaei et Theophili Christiani, quae pene omnibus nota est". Juxta Hist. lit. de la France II, 119—128 natione fuit Gallus,

sec. V, quae constat 29 quaestionibus cum responsis, esse illius versionem vel saltem quoad substantiam illius operis exhibere summam. Prodiit ea in op. Texte und Untersuch. zur Gesch. der altchristl. Literatur I fasc. 3 p. 1—136, col. fasc. 1 p. 115—130, Lipsiae 1883; Migne PL. XX, 1165—1188, in bibl. casin. 1894. V, 1, 21—33. Non ejusdem sententiae fuere P. Corssen Die Altercatio Simonis Jud. et Theophili Christiani auf ihre Quellen geprüft, Berlin 1890, et Zahn Ueber die Altercatio etc. in Forschungen zur Geschichte des neut. Kanons IV, 308—329; hinc Harnack Gesch. der altchr. Lit. I, 94 s. conjecturam suam plurimum temperavit. Alii ad alios provocant veteres dialogos inter Christianum et Judaeum, ex quibus deperditus Aristonis dialogus expiscari quis posset, sed sunt merae conjecturae parum fundatae[1]). Juxta Gallandi in Notitia praemissa bibl. vet. PP. I proleg. LXXIV ss.: »Aristo Pellaeus scripsisse videtur etiam *Rerum orientalium historiam*. Siquidem Moses chorensis . . . complura refert in sua Historia armeniaca (l. II. c. 57) ex auctore nostro descripta, quorum nonnulla cum iis gemina esse perhibentur, quae ex ipso Aristone tradit Eusebius (H. E. IV, 6), reliqua vero haud ita facile apud alios scriptores occurrunt.«

17. Adversus haereticos pugnarunt praeter eos, de quibus jam egimus, Agrippa, cognomento Castor, vir valde doctus, qui adversus XXIV Basilidis haeretici volumina, quae in »Evangelium confecerat, fortissime disseruit (c. a. 135) prodens ejus universa mysteria et prophetas enumerans Barcaban et Barcob et ad terrorem audientium alia quaedam barbara nomina et deum maximum ejus Abraxas[1]) etc.« Opus periit solumque ejus argumentum ex Eusebio discimus. Quae supersunt collecta habes apud Routh I, 83—90; Migne P. G. V, 1269 s. — Luculentissimum librum adversus Marcionem composuit Philippus episcopus cretensis h. e. urvis Gortynae, ut refert Eusebius IV, 25, quod et ipsum periit. Claruit sub imperatoribus Marco Aurelio († 180) et Commodo († 192). — Eodem tempore floruit Modestus, qui pariter adversus Marcionem laudatissimum conscripsit opus teste Eusebio IV, 25. — »Per idem tempus, refert Eusebius H. E. V, 13, Rhodon, oriundus ex Asia, et in urbe Roma, ut ipse scribit, a Tatiano (cf. supra p. 35 a.) . . . eruditus, varios conscripsit libros, et cum reliquis adversus Marcionis haeresim decertavit. Quam quidem sua aetate in diversas scissam esse sententias narrat, auctores illius dissensionis in libris suis referens, et mendacia a singulis eorum excogitata diligenter coarguens.« Adducit etiam quaedam ex ejus opere testimonia, dein prosequitur:

---

professione monachus sub s. Martino, hujusque comes floruitque ineunte sec. V. Fabricius in bibl. lat. med. et inf. aet. vellet ei etiam tribuere *Collationem* seu altercationem *Zachaei Christiani cum Apollonio ethnico philosopho*, quam edidit d'Achery in Spicil. PP., Parisiis 1671, t. X, variis auctam lectionibus et notis illustratam in ed. nova L. Fr. Jos. de la Barre t. I; Gallandi t. IX; Migne P. L. XX, 1071—1166. In ea impugnantur non solum Judaei, sed et errores Manichaeorum, Marcionitarum, Photiniorum, Sabellianorum, Arianorum et Novatianorum refutantur, ac demum l. III. exhibetur forma conversationis catholicae sive vivendi regula et abstinentiae praecepta traduntur. Gallandi pariter utriusque operis eundem esse censet auctorem.

[2]) Cf. de his controversiis Ehrhard I, 94—97; II, 212—217; Fr. C. Conybeare The Dialogues of Athanasius and Zacchaeus, and of Timothy and Aquila, Oxford 1898 in 4.

[1]) Ita Hieronymus de viris ill. c. 21, quae ex Eusebio H. E. IV, 7 derivata sunt: qui tamen tantum testatur, Agrippam mentionem in sua confutatione facere operis Basilidis.

„Refert etiam a Tatiano elucubratum esse *Quaestionum* l., in quo cum Tatianus obscuros atque involutos s. Scripturae locos se expositurum esse promisisset, ipse Rhodon solutiones quaestionum Tatiani peculiari opere editurum se esse profitetur. Exstant etiam ejusdem *in Hexaemeron* commentarii.“ Opera Rhodonis perierunt praeter fragmenta ab Eusebio asservata. Cf. Harnack I, 599, et quae de ipso supersunt apud Routh Reliquiae sacrae I², 435—446; Migne P. G. V, 1331—1338. Sat dubium est, num scripserit illa duo opera, quae Hieronymus de vir. ill. c. 37 ei tribuit: *Adversus Phryas* insigne opus, et c. 39 opus *adversus Montanum,* Priscam Maximillamque. — Apollonius, alius ab eo, cujus supra fecimus mentionem (p. 39), teste Eusebio H. E. V, 18, „Cataphrygarum haeresim adhuc sua aetate vigentem refutare aggressus (f. c. 197) peculiare contra eos volumen condidit, tum falsas prophetias, quae ab illis circumferuntur, verbatim expendens, tum vitam moresque eorum, qui haeresis illius auctores fuerunt, discutiens.“ Praeter fragmenta ab Eusebio asservata l. c. (cf. Routh I², 463—485, Migne P. G. V, 1381—1386) opus periit. Sed illud omnino fuisse insigne, inde liquet, quod Tertullianus, teste s. Hieronymo de vir. ill. c. 40, sex voluminibus adversus Ecclesiam editis, quae scripsit περὶ ἐκστάσεως, septimum adversus Apollonium elaboraverit, in quo omnia, quae ille arguit, conatur defendere. — „Sed et Musani . . . elegantissimus quidam exstat liber *Ad quosdam fratres,* qui ad Encratitarum haeresim desciverant:“ legimus apud eundem Eusebium IV, 28. — Maximus disputavit secundum Eusebium H. E. V, 27 de vulgatissima illa apud haereticos quaestione, unde sit malum, et de eo quod materia facta sit. Ex priori libro, qui (sicut et alter) periit, longum citat fragmentum idem Eusebius Praepar. evang. VII, 22 (Routh Reliquiae sacrae II² 75—121; Migne l. V, 1337—56), sed cum illud legatur ad verbum apud Methodium *de libero arbitrio,* suspicantur nonnulli Eusebium per errorem illum cuidam Maximo tribuisse quem propterea Harnack Gesch. I, 786 ex scriptorum ecclesiasticorum albo delendum conjicit.

18. Praeter hos fidei christianae et catholicae apologetas plures adhuc sunt mentione digni, qui eruditione inclaruerint, quorum tamen nulla fere supersunt monumenta. „Pantaenus, inquit Hieronymus de viris ill. c. 36, stoicae sectae philosophus, juxta quandam veterem in Alexandria consuetudinem, ubi a Marco evangelista semper ecclesiastici fuere doctores, tantae prudentiae et eruditionis tam in Scripturis, quam in seculari literatura fuit, ut in Indiam (forte Arabiam vel Aethiopiam) quoque rogatus ab illius gentis legatis a Demetrio, Alexandriae episcopo, mitteretur. Ubi reperit Bartholomaeum de duodecim apostolis adventum Domini Jesu Christi juxta Matthaei evangelium praedicasse, quod hebraeis literis scriptum revertens Alexandriam secum retulit. Hujus multi quidem in s. Scripturam exstant commentarii, sed magis viva voce ecclesiis profuit.“ Floruit[1]) exeunte sec. II, a Stoicis transiit ad Christianos atque celebrem habuit discipulum inque cathedra adjutorem et successorem Clementem alex. — Magnae controversiae occasionem praebuit nostra ae-

[1]) Cf. quae de Pantaeno penes veteres reperiuntur apud Harnack Gesch. der altchr. Lit. I, 291—296; praeterea Bardenhewer KL. IX, 1332—1334; Migne V, 1327—1332; Zahn, Forsch. zur Gesch. des neut. Kanons, Erlangen 1884. III, 156—176; Sychowski in comment. ad Hieronymum c. 36, qui notat ea, quae s. Hieronymus de expeditione Pantaeni indica narrat, non satis esse certa, eaque referri ab Eusebio V, 10 verbis „fertur, dicitur“, sicut etiam quae scribit de multis ejusdem commentariis.

tate Abercius episcopus Hieropolitanus in Phrygia[1]) ob repertum ejus epitaphium (a. 1881), in quo praeclare de eucharistia, quamvis nonnihil mystice et symbolice pro ratione disciplinae arcani disserit. Frustra nisi sunt doctrinae catholicae adversarii illud ita interpretari, ac si prae oculis haberet ritus paganos. Illius genuinitatem argumentis tuentur vel textum commentariis doctis illustratum exhibent viri eruditissimi. Ita J. Wilpert Fractio panis, Freiburg 1895 app. III, 103 ss.; Principienfragen der christl. Archäologie, ib. 1889 pag. 50 ss.; Weber die Grabschr. des h. A. für die k. Theol. in prakt. Monatschr. 1893 III, 474—481; Maruchi Nuovo Bullettino di archeol. crist., Roma 1895 p. 1—41; F. X. Kraus Gesch. der christl. Kunst, Freiburg 1895, I, 96; Funk Lit. Rdschau 1895 p. 328; Duchesne Bulletin crit. 1894 p. 117; Revue des qq. hist. 1883 XXXIV, 5—33; V. Schultze Theol. Bibl. 1894 p. 219; Th. Wehofer Röm. Qtltchr. für christl. Alterthumsk. 1896 p. 61 ss.; 351 ss.; de Rossi Inscript. urbis Romae christ. II. p. XIII; C. M. Kaufmann Katholik 1891. I, 226—248; G. De Sanctis Zeitschr. für k. Th. 1897 p. 673—696: Zahn, Realencycl. II, 315—317 etc. Idem episcopus reliquit in sui cleri commodum librum admodum utilem institutionis, qui tamen periit. — Hegesippus, qui ex judaismo ad Christi fidem transiit, apostolicorum temporum vicinus, texit historias 5 ll. (πέντε ὑπομνήματα) sermone simplici. Inde in historiam suam plura derivavit Eusebius et ita saltem quaedam operis fragmenta asservavit. Forte in illo opere Hegesippus gnosticos impugnat. Venit Romam sub Aniceto (154/5—166/7). Disputavit quoque adversus idola ostendens, quo primum errore crevissent; haeresum quoque, quae sua aetate exortae erant, initia exponit, et sectas illas, quae quondam apud Judaeos invaluerunt recenset atque refert haereticos sua aetate quosdam composuisse libros apocryphos. Quae supersunt fragmenta collecta reperies apud Gallandi II, 56—67, inde in Migne P. gr. V, 1307—28; Routh I², 203—284. Inter haec fragmenta recenset J. B. Lightfoot Apostolic Fathers, S. Clement 1890, I, 327—333, catalogum rom. pontificum, et quidem illum, quem s. Epiphanius haer. 27, 6 habet; Funk Kirchengesch. Abh. I diss. 17 p. 373—390 primam hujus assertionis partem adversus Harnack tuetur, alteram vero, etsi sagacem, certam minime esse censet[1]). Obiisse ferunt a. 180. — Praetermissis Fausto augustodunensi[2]) uno ex primariis illius urbis decurionibus, qui *acta ss. Andochii et sociorum* sub Marco Aurelio († 180) morte punitorum scripsisse fertur (quae tamen penitus perierunt), et Pinyto cretensi Gnosiae urbis episcopo, qui „scripsit ad Dionysium Corinthiorum episcopum valde elegantem epistolam, in qua docet, non semper lacte populos enutriendos . . . sed et solido vesci debere cibo, ut in spiritalem proficiant senectutem[3]):“ „quae quidem epistola, subjicit Eusebius, et rectam Pinyti fidem et sollicitudinem de profectu plebi ipsi commissae, eloquentiam quoque et peritiam rerum divinarum velut tabella quaedam picta

[1]) *Vitae s. Abercii* textus originalis prodiit in Boissonade Anecd. Parisiis 1833 p. 462—468; vita alia auctore Sim. Metaphraste exstat in Act. SS. 22. Oct. IX, 493—519 graece et latine; in Migne P. G. CXV, 1242—1248. Cf. Bardenhewer § 17 n. 9.

[1]) Cf. Eusebius H. E. IV, 22, et ex eo Hieronymus c. 22, sed cum commentario Stanisl. Sychowsky, Bardenhewer § 33; Ehrhard II, 253—258.

[2]) Histoire lit. de la France Parisiis 1865 I, 1, p. 294.

[3]) Hieronymus c. 28, quae derivata sunt ex Eusebio IV, 23: epistola Pinyti periit.

egregie commonstrat;« et hujus collega dignissimo Dionysio Corinthiorum episcopo, qui »tantae eloquentiae et industriae fuit[1]), ut non solum suae civitatis et provinciae populos, sed et aliarum provinciarum et urbium epistolis eruliret († c. 180)« eos commemoremus, de quibus Eusebius ita scribit: »Porro veterum ecclesiasticorum virorum, qui tum temporis (exeunte sec. II. vel ineunte III) vixerunt, plurima adhuc servantur apud multos laudabilis diligentiae monumenta. Eorum vero, quos ipsi dignoscere potuimus, haec fere sunt: Heracliti commentarii in Apostolum, Maximi (de quo p. 43) . . . Praeterea Candidi in *Hexaemeron*, et Apion de eodem argumento commentarii. Item Sexti *de resurrectione*, et Arabiani opus quodam aliorumque complurium. Quorum nec tempora literis mandare, cum nullum nobis judicium aut argumentum suppetat, nec narrationem ullam libris nostris intexere possumus. Multorum etiam lucubrationes ad nos pervenerunt, quorum ne ipsa nomina quidem possumus recensere.«

19. Victor romanus episcopus (189—198 199) mentione adhuc est dignus. Quaedam eum opuscula scripsisse testatur Hieronymus c. 34, quae tamen perierunt. Harnack quidem censuit Victoris nostri esse l. *de aleatoribus*, qui olim s. Cypriano tribuebatur, atque nunc inter ejus opera spuria comparet. Hinc magna inter eruditos controversia literaria, cum alii huic sententiae ad haererent, alii refragarentur. Ea diu viguit inter viros criticos multaeque excogitatae hypotheses et ex conjecturis alii atque alii designati auctores. Verum modo auctor fere aeque dubius est sicut prius[1]). Saepius editus fuit hic libellus, ut ab Harnack in op. cit.; a Miodoński, Lipsiae 1889 in 8; Hilgenfeld, Freiburg 1889 in 8., Hartel inter op. s. Cypriani 1871 etc. Quod si liber est Victoris, haud spernendum praebet pro primatu romani episcopi argumentum. Hujus pontificis tempore gravis orta est contraversia de tempore celebrandi pascha, quae pluribus epistolis synodicis (cf. apud Migne P. G. V, 1475—1490) praebuit occasionem, quarum Eusebius H. E. V, 23. 24. facit mentionem. — Praeter alios, quorum jam fecimus mentionem, hac de re scripsit Bakchyllus (Bachilus) Corinthi episcopus, epistolam seu librum *de paschate*. — Sententiae Victoris aliorumque episcoporum, qui cum hoc sentiebant, se opposuit Polycrates Ephesiorum episcopus cum ceteris Asiae episcopis, qui juxta quandam veterem consuetudinem quartadecima luna cum Judaeis pascha celebrabant, scripsitque epistolam ad Victorem synodicam, in qua affirmat, se Joannis ap. et veterum auctoritatem sequi. Hujus ep. fragmentum servarunt nobis Eusebius V, 23 et Hieronymus c. 45. (Migne P. G. V, 1357—1362). Sigebertus de vir. ill. c. 3 tribuit ei *Acta s. Timothei* Pauli ap. discipuli († c. 97), quae habes in Act. SS. 24. Jan. II, 566 s. et in Migne ib. 1363—1366.

[1]) Hieronymus c. 27; cf. Eusebius II, 25 et IV, 23, qui quaedam fragmenta ex illis nobis asservavit. Perierunt hae epistolae: quae ex iis supersunt collegit Gallandi, 1, 675; Routh I², 175—201; Harnack I, 1. 235. Cf. Jocham KL. III, 1798 s.

[1]) Cf. Harnack Der pseudocyprianische Traktat de aleatoribus die älteste lateinische christl. Schrift, ein Werk des röm. Bischofs Viktor I, im Texte und Unters. zur Gesch. der altschristl. Lit. V fasc. 1 Lipsiae 1888; pro altera sententia cf. Funk Die Schrift de aleatoribus in hist. Jahrb. 1889 X, 1—22; diss. retractata et ampliata in Kircheng. Abh. II, 299—36, qui cum pluribus aliis illam thesim rejicit, sed hi eruditi in assignando vero auctore plane haesitant et dissentiunt inter se. Cf. Ehrhard II, 278—284; Bardenhewer § 52 n. 6.

III.

Scriptores ecclesiastici seculi III. (201—300).

20. Eos primum attingemus, quorum eruditio literis consignata universalior, et quorum plura exstant doctrinae monumenta. Incipimus a Clemente alexandrinae ecclesiae presbytero. Titus Flavius Clemens ethnicis parentibus, probabiliter Athenis, ortus est atque domestica imbutus superstitione. Postquam in omnibus profanis scientiis bene fuit institutus, veritatis lumen agnovit. Ut penitius doctrina christiana imbueretur celebres sui aevi per Graeciam, Italiam, Orientem et Palaestinam magistros adiit, demum Alexandriae haesit in Pantaeni (cf. p. 49) schola, quam post hujus discessum regendam suscepit (200—203). Illustres prorsus habuit discipulos, Origenem prae primis et Alexandrum episcopum postea hierosolymitanum. Orta persecutione Severi in Cappadociam secessit ibique indefesso studio Ecclesiam Dei confirmavit atque magnopere auxit teste Alexandro hierosolymitano apud Eusebium H. E. VI, 11. Circa a. 215, vel saltem haud multo post a. 217 obiisse conjicitur. Praecipuam et plenam, sed nondum omnibus numeris absolutam operum ejusdem editionem debemus J. Potter episcopo anglicano Oxonii 1715 t. 2; Venetiis 1757 cum docto commentario Gentiani Herveti recusa in Migne patrol. gr. t. 8. 9. Aliam curarunt R. Klotz, Lipsiae 1831—34 t. 4 in 8, graece tantum, Dindorf Oxonii 1869 t. 4 etc. Supplementum *Clementinum* collegit Th. Zahn, Erlangen 1884 in 8 seu p. III. op. Forschungen zur Geschichte des N. T. Canons und der altkirchl. Lit., quo in op. omnia fragmenta et testimonia ex catenis, florilegiis operibusque editis et ineditis derivata cum accuratis disquisitionibus exhibentur. Haec potiora ejusdem opera: *Cohortatio ad gentes* (Protrepticus), in qua earum superstitionum turpitudinem et impietatem detegit easque ad cultum unius Dei invitat. Hanc excipit *Paedagogus* ll. 3., quibus gentiles conversos in agenda vita vere christiana instituit. Sequuntur *Stromata* ll. 8 ob argumenti varietatem ita inscripta, in quibus sine ordine ab una ad alteram transgreditur materiam. In iis disputat adversus paganos et haereticos[1]),

[1]) Cf. Bardenhewer § 28 ed. 1, qui n. 3 de hoc opere scribit: Jedenfalls ist

atque introductionis vel praeparationis quasi formam prae se fert, cui innixus suum theologiae systema a se promissum superstruere forte cogitavit, sed non perfecit. L. VIII., qui in codd. inscriptione, tum rei subjectae materia a praecedentibus ll. variat, est nonnisi breve logices compendium, quod a pluribus suppositum habetur: forte tamen a Clemente est confectum ac postea in codd. quasi l. VIII. prioribus adjectum. Verus et genuinus Stromatum l. VIII. periisse creditur. Constituunt haec tria opera quasi quendam cursum, quo lectores gradatim in religionem christianam introducuntur, dictione conscriptum, quae ad temperatam gravitatem non sine jucunditate assurgit. — In libello *Quis dives salvetur* seu hom. in Marc. X, 17—31 (qui saepe seorsim prodiit ed. Segaar cum commentario Ultrajecti 1816; ed. Lindner Lipsiae 1861; Köster Friburgi 1893, graece tantum; Barnard in Texts and stud. 1897, 5, 2, etc.), bene ostendit, non solum divitibus spem salutis non esse praecisam, verum divitias bene impensas ad eam assequendam non modicum conferre. Miram quidem produnt Clementis opera eruditionem, in iisque agit apologetam, theologum polemicum et dogmaticum, exegetam et morum doctorem, sed doctrinam christianam non satis pure et sane exhibent; Stoicorum et Platonis placita libenter sectatur; in Scripturis interpretandis nimium allegoriis indulget, judaei Philonis saepe vestigia terens, in erroneas quasdam explicationes adductus est; ordinem in disserendo negligit, disciplinae arcani studet, inde enata est magna operum, Stromatum praesertim, obscuritas, quae lectorem patientem simul et sagacem exigit. Hinc etiam minor ejus in theologia usus atque auctoritas[1]). Opus *Hypotyposes* inscriptum ll. 8 constans complectebatur librorum V. et N. T. breves explicationes; sed juxta Photium cod. 109 etsi in nonnullis recte sentire videbatur, in aliis rursus impie omnino fabuloseque disrerebat. Recenset dein plures, quibus opus foedebatur, errores. Illud integrum non amplius exstat. Censent viri eruditi, *Adumbrationes in epistolas catholicas* i. e. in 1. ep. Petr.; ep. Judae et in ep. 1. et 2. Joannis, quas habes Migne IX, 729—740, partem esse illius operis, quod Cassiodorius „ita transferri fecit in latinum, ut exclusis quibusdam offendiculis, purificata doctrina ejus securior possit hauriri," ut legimus in ejus div. inst. (Migne LXX, 1120). Forte ejusdem operis fragmenta sunt *Excerpta* (*86*) *ex scriptis Theodoti* et doctrina, quae orientalis vocatur (ib. IX, 653—697), et ex Scripturis propheticis *Eclogae* (ib. IX, 697—728). Alia fragmenta operum Clementis reperies in Supplemento Clementino a Zahn collecto, quod supra laudavimus. Multa vero opera Clementis, quae ei Eusebius, Hieronymus c. 38 aliique veteres tribuunt, perierunt. Cf. Harnack I, 296—327; Krüger § 60.

21. A magistro nolumus separare celeberrimum ejusdem discipulum,

dieses Werk von hervorragendster literargeschichtlicher Bedeutung; es bildet den ersten Versuch einer umfassenden Darstellung der christlichen Lehre, und mit ihm ist der kirchlichen Literatur ihre Bahn in ganzer Breite eröffnet. Cf. ed. alterius § 38.

[1]) Copiosam literaturam de ipso ejusque circa variae doctrinae capita sententia cf. apud Bardenhewer § 38; Fessler KL. III, 508—517; Fessler-Jungmann § 64. Doctrinam de ipso limpide exhibent Möhler Patrol. p. 540—584; Nourry Appar. ad biblioth. max. t. I l. 3 (apud Migne P. G. IX, 797—1485); Sprenger thes. rei patrist. II, 481 ss.; III, 116; Lumper Hist. theologico-crit. de vita, scriptis atque doctrina SS. PP. IV, 142 ss., qui V, 428—562 de ejus erroribus agit. De controversiis literariis circa ipsum, ejus opera, doctrinam etc. cf. Ehrhard I, 101—103; II, 296—320; E. de Faye Clement d'Alex., Paris 1898.

Origenem, quamvis juxta ordinem chronologicum alii essent praemittendi. Origenes, qui et Adamantius probabiliter a studendi contentione et energia dictus est, vir, si ingenium, studium, labores spectes, summus, Alexandriae parentibus christianis natus est circa a. 185 vel 186. A patre Leonida, qui Christi martyr obiit (202), a puero in divinis literis fuit exercitatus, quas adeo in deliciis habuit, ut memoriter illas teneret. Ingenti studendi ardore succensus in omnibus disciplinis profecit, et nondum a. natus viginti praeceptori suo in regenda alexandrina schola successit. »Dialecticam quoque, scribit de eo Hieronymus c. 54, et geometriam et arithmeticam, musicam, grammaticam et rhetoricam omniumque philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque secularium literarum sectatores haberet et interpretaretur eis quotidie concursusque ad eum miri fierent. Quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione secularis literaturae in fide Christi eos institueret.« In persecutione vero adhuc juvenis singularia fidei, pietatis et constantiae specimina dedit, saepe aperto mortis periculo expositus. Circa a. 211 romanam adiit Ecclesiam. Ob doctrinae virtutisque famam a Julia Mammaea Alexandri Severi imp. matre Antiochiam accitus est (a. 218 vel 219), ut eam doceret rerum divinarum scientiam: quo tempore Philippo etiam Arabi ejusque conjugi Severae per literas innotuit. Cum jam esset mediae aetatis (c. a. 230) et propter ecclesias Achajae, quae pluribus haeresibus vexabantur, Athenas per Palaestinam pergeret, a Theoctisto et Alexandro Caesareae et Hierosolymorum episcopis presbyter ordinatus est; hinc Demetrii episcopi sui iram incurrit, qui coacta synodo (231—232) eum docendi munere et sacerdotii dignitate privavit, imo et ecclesiastica communione indignum judicavit, quam in damnationem romana Ecclesia consensit. Accesserunt scil. et errores, quos edito tunc opere de principiis docere arguebatur. Quare Origenes Alexandria relicta Caesaream ad Theoctistum confugit ibidemque scholam aperuit, quam multi frequentarunt, inter quos celeber Gregorius Thaumaturgus cum fratre Athenodoro. Berryllum Arabiae episcopum bostrensem[1]) Monarchianorum erroribus addictum ad sanam revocavit doctrinam (c. 244). Orta dira sub Decio persecutione et ipse in carcerem fuit conjectus tormentisque subjectus, sed postea libertate donatus Tyri decessit 254 vel 255 a. aetatis 70. Non levis controversia est, num ipse in pace Ecclesiae mortuus sit. Favent ei »constans insectandi haereticos studium, servata semper cum catholicis Palaestinae et Arabiae episcopis communio, literae contestatoriae de corruptione librorum suorum et immunitas a pertinacia in defendendis erroribus contra Ecclesiam[2]).« Ipso vivente jam graves exortae sunt controversiae de ejus doctrina, longe graviores post ejus mortem. Negari non potest, plures in ejus operibus prout nunc exstant reperiri errores: verum jam ipse conquestus est, ea ab haereticis depravari. Num haec excusatio

---

[1]) Cf. de hoc Eusebium H. E. VI, 20. 33, quae ita paucis complectitur Hieronymus c. 60: „Beryllus cum aliquanto tempore rexisset ecclesiam, ad extremum lapsus in haeresim, quae Christum ante incarnationem negat, ab Origene correctus scripsit varia opuscula, et maxime epistolas, in quibus Origeni gratias agit, sed et Origenis ad eum epistolae sunt. Exstat dialogus Origenis et Berylli, in quo haereseos coarguitur.“ F. Schwane KL. II, 494; Kober Beryll von Bostra, Qtlschr. 1848 p. 57—95.

[2]) Fessler-Jungmann § 65: Jungmann diss. sel. in hist. eccl. I, 267 ss., praesertim Vincenzi in op. In s. Gregorii nyss. et Origenis scripta et doctrinam nova recensio. Romae 1864—65 t. 4; de quo op. cf. Scheeben Katholik 1866 II, 291—316; 412—446. Cf. insigne in eum encomium in Commonit. Vincentii lir. c. 17. opusc. IX², 200 s.

ad suam orthodoxiam tuendam sufficiat, nolumus dijudicare.

22. Innumera reliquit suae eruditionis monumenta; de quibus tamen ipsius admiratores exaggerate loqui videntur. Ita Epiphanius haer. 64 n. 63 sex milia librorum eum scripsisse refert: juxta Hieronymum vero adv. Rufinum II, 22 eorum numerus non attingit duo milia; ex sua ep. 33, in qua operum Origenis exhibet elenchum, circa octingenta colliguntur[1]). Plura perierunt, ut Στρωματεῖς Stromata ll. X, in quibus videtur loca s. Scripturae absque ordine systematico exposuisse; *de resurrectione* dialogos et ll. 2, quos Methodius Olympi episcopus refutavit. Hujus refutationis versionem slavicam reperit N. Bonwetsch, Methodius v. O. Erlangen 1891 t. 1. p. XXIII—XXX. *De libero arbitrio* etc. — Ex editis potiora sunt: Libri VIII *adversus Celsum* philosophum, qui religionem christianam acerrime erat aggressus. Docte et digne respondet (a. 248) Origenes, sed quia adversarium in suis exceptionibus pedetentim assectatur, deest ordo methodicus[2]); prodiit seorsim cura Schwyn, Londini 1876; accurate magnaque eruditione in nova op. Origenis editione, quam coepit P. Koetschau Lipsiae 1899 t. 3. - LL. IV περὶ ἀρχῶν systema quoddam theologiae. Textus originalis, si fragmenta excipias, periit, sicut et versio fidelis Hieronymi. Versio quae exstat Rufini sat est libera, ideoque minus fidelis, nam nonnullis in locis nititur eliminare sententias haereticas. Prodiit hoc opus seorsim cura Redepenning, Lipsiae 1836 in 8. Hoc praesertim opere, quod juvenili aetate composuit, praecipui ejusdem errores continebantur. Nam ut refert Photius cod. VIII eo in opere „plurima blasphema scribit ut Filium a Patre factum, Spiritum a Filio: et Patrem quidem per omnia, quae exsistunt, pervadere: Filium vero ratione dumtaxat praedita: Spiritum autem ea tantum, quae salva facta sunt. Tradit et alia nimium absurda impietatisque plena: animarum migrationes et animata sidera ..... Quarto l. (disserit) de fine ultimo: divinas esse Scripturas; de ratione denique legendi et intelligendi Scripturas.«

23. Ingentes sunt ejus labores biblici. Huc spectat primum opus, quod pro columnarum textuumque juxta se positorum numero *Tetrapla* vel *Hexapla* vel *Octapla* nominari solet. Hexapla complectuntur textum hebraicum literis hebraicis et graecis conscriptum, versionem 70 interpretum juxta textum hebraicum emendatam, versiones Aquilae, Symmachi et Theodotionis cum signis criticis; quibus in Octaplis accesserunt saltem pro aliquibus libris duae aliae versiones graecae anonymae (quinta et sexta, pro psalmis forte septima et octava), opus forte nunquam ex integro multiplicatum, cujus originale in obsidione urbis caesareensis per Arabes a. 653 cum pretiosissima bibliotheca ibidem collecta periit. Fragmenta incredibili sedulitate collegit Montfaucon Parisiis

[1]) Ea periit, sed quantum licuit, operum elenchus juxta eam exhibetur ab E. Klostermann: Die Schriften des Origenes in Hieronymus' Brief an Paula, Berlin 1897; et apud Harnack I, 334 s., qui p. 332—405 accurate de Origenis operibus editis, mscr. et deperditis agit.

[2]) Cf. de hoc op. Koetschau tum in praef. suae ed. tum in docta diss. die Textüberlief. der Bücher des Origenes gegen Celsum in Texte und Unters. VI fasc. 1; J. Patrick The Apology of Origen in reply to Celsus, Edinburg et London 1893. Im Alterthume sowohl . . . wie in neuester Zeit ist dieses Werk als die vollendeste Leistung der alten Kirche auf apologetischem Gebiete bezeichnet worden. Jedenfalls hat Origenes nirgendwo eine grössere Gelehrsamkeit entfaltet. Auch berührt die aus dem Bewusstsein geistiger Ueberlegenheit fliessende würdevolle Ruhe gegenüber den leidenschaftlichen Ausfällen des Gegners sehr wohlthuend. Bardenhewer § 39 n. 6.

1713 t. 2 in f.; in Migne P. G. XV. XVI; longe accuratior est ed. Field Oxonii 1867—75. Recenter G. Mercati pretiosum fragmentum reperit, de quo cf. eundem in l. Un Palimpsesto Ambrosiano dei salmi esapli, Torino 1896. Quatuor praecipuas versiones junctim exhibet Origenes in sua ed. Tetrapla. — Omnes fere ll. V. et N. T. scholiis brevibus[1]) vel homiliis ad populi captum accommodatis vel admodum prolixis commentariis illustravit[2]), quorum multa perierunt, aliorum fragmenta sat multa, in catenis praesertim, supersunt; aliorum exstant versiones s. Hieronymi vel Rufini, hujus vero nimis liberae. Ex his quae supersunt, mentione digna sunt: commentariorum ll. X *in Cantica canticorum,* quorum tantum ll. 3 et partem l. 4, habemus ex versione Rufini; ex *ll. in Matthaeum* 10—17 (13, 36—22, 33) graece; 12—25 (16, 13—27, 63) ex antiqua anonymi versione; t. non omnes, sed 9 (prolixi) ex 32 vel pluribus *in Joannis Evangelium,* quorum accuratam editionem adornavit A. E. Brooke, *The commentary of Origen on S. John's gospel.* The text revised, with a critical introduction and indices. Cambridge 1896 t. 2. Commentaria *in ep. ad Romanos* ex versione et retractatione Rufini; plures *homiliae in Genesim* (17), *Exodum* (13), *Leviticum* (16), *Numeros* (28), *Josue* (26), *Judices* (9): hae omnes ex Rufini versione; *in 1. Regum* (2); in aliquot *Psalmos* (9); *in Cantica cant.* (2) ex eleganti s. Hieronymi versione, in cujus prologo testatur: „Origenes, cum in ceteris libris omnes vicerit, in cantico canticorum ipse se vicit;" *in Isaiam* (9) forte ex s. Hieronymi versione; hom. XX *in Jeremiam,* quae graece supersunt ex XLV, quas habuerat. Eas primum edidit E. Klostermann in ed. recenti Origenis t. III. infra citanda cum uberrimis fragmentis *in Threnos Jeremiae, in ll. IV Regum,* in quos una tantum superest homilia integra scil. *in pythonissam* endorensem 1. Reg.

[1]) „Illud breviter moneo, inquit s. Hieronymus in Prol. transl. hom. Orig. in Jer. (Migne XXV, 585), ut scias Origenis opuscula in omnem Scripturam esse triplicia. Primum ejus opus sunt excerpta, quae graece σχόλια nuncupantur, in quibus ea, quae sibi videbantur obscura atque habere aliquid difficultatis, summatim breviterque perstrinxit. Secundum homileticum genus . . . Tertium, quod ipse inscripsit τομους, nos volumina (vel potius commentarios) possumus nuncupare, in quo opere tota ingenii sui vela spirantibus ventis dedit, et recedens a terra in medium pelagus aufugit," omnibus nimirum, quaecunque ingenium eruditioque suppeditabant, congestis. Quae adhuc supersunt de his laboribus exegeticis diligenter recenset Krüger Gesch. der altchr. Lit. § 61.

[2]) Digna sunt mentione, quae de his Origenis laboribus narrat Eusebius VI, 23: „Origenes in divinas Scripturas commentarios coepit conscribere Ambrosio innumeris stimulis eum incitante, nec solum verbis atque hortationibus, sed etiam largissimis rerum necessariarum praebitionibus. Quippe septem et amplius notarii dictanti illi praesto aderant, qui praestituto tempore sibi per vices succedebant: nec pauciores antiquarii simul cum puellis elegantius scribere assuetis: quibus omnibus necessariaros sumptus copiose subministrabat Ambrosius. Sed et incredibilem quandam alacritatem in hoc ss. literarum studio ipse pro virili parte conferebat; qua quidem re potissimum Origenes ad scribendos commentarios impellebatur." Cf. de eo Hieronymus de vir. ill. c. 56. 61; ep. 43 ad Marcellam. Porro hunc Ambrosium sectae cuidam Gnosticorum addictum Origenes ad veram fidem adduxerat c. a. 212. Ordinatus est Alexandriae diaconus et propter fidem tempore Maximini in Germaniam exsul missus est. Ipse quoque Origenem incitavit ut contra Celsum scriberet. Obiit circa a. 250 et recolitur ejus memoria in martyrologio 17. Martii cf. Peters KL. I, 101; Acta SS. 17. Mart. II. Hujus forte Ambrosii sunt *Hypomnemata* philosophi Ambrosii, syriace edita a Cureton in suo Spicilegio syriaco p. 38, quae non multum differunt ab *Oratione ad graecos,* inter opera s. Justini dubia. Cf. Duval La Litterature syr. Parisiis 1899 p. 169.

28, in qua tuetur ipsum Samuelem revera apparuisse regi et contra quam opinionem disputavit s. Eustatius antiochenus. Eam critice edidit etiam A. Jahn in l. Des h. Eusthatius Erzb. von Antiochien Beurtheilung des Origenes betr. die Auffassung der Wahrsagerin 1. Kön. 20 u. die bezügl. Hom. des Origenes . . . mit kritischen und exegetischen Anmerkungen in Gebh. und A. H. Texte und Untersuch. 1886 II, 4. — Fragmenta seu scholia dubiae auctoritatis *in Ezechielem* praesertim (et Jeremiam) etc. collegerunt praeterea Mai (Migne P. G. XVII, 9—370) et Pitra in Anal. sacris II, 349—483; III, 1—588. Supersunt ex Hieronymi versione hom. XIV *in Ezechielem: in Lucam* hom. XXXIX. — His addantur *De nominibus hebraicis*, qui l. prostat tantum in retractatione s. Hieronymi scil. in ejus l. *interpretationis hebraicorum nominum* ed. a Lagarde in op. Onomastica sacra, Göttingen 1887 ed. 2 p. 25—192. — Epistola *ad Julium Africanum,* in qua authentiam historiae Susannae in l. Danielis solide tuetur; epistola *ad Gregorium Thaumaturgum,* in qua de utilitate disciplinarum philosophicarum ad s. Scripturae expositionem disserit. Eam accurate edidit seorsim Draeseke in Jahrb. f. prot. Theol. 1881 p. 102-126; cum orat. panegyrica Gregorii Thaumaturgi ad Origenem Koetschau, Friburgi 1894. Amat in suis commentariis longos excursus philosophico-theologicos, sensus mysticos seu allegoricos nimis libenter ubique indagare nititur, et dum nimiam excurrendi calamo permittit libertatem, in opiniones malesanas incidit[1]).

[1]) Hac occasione quorundam aliorum mentionem faciemus, qui hoc seculo in studiis biblicis versati sunt, quorum tamen labores ad nos non pervenerunt. Ita Judas, teste Hieronymo (praeeunte Eusebio H. E. VI, 7) c. 52 „de septuaginta apud Daniel hebdomadibus

24. Ascetica sunt περὶ εὐχῆς *de oratione,* in quo de oratione in genere

plenissime disputavit et chronographiam superiorum temporum usque ad 10. Severi perduxit annum. In qua erroris arguitur, quod adventum antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit; sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum praesentem mundi minabatur occasum.“ — „Ammonius, refert Hieronymus ib. c. 55, vir disertus et eruditus valde eodem tempore (cum Origene) Alexandriae clarus habitus est. Qui inter multa ingenii sui et praeclara monumenta etiam de consonantia Moysi et Jesu opus elegans composuit et evangelicos canones (specimen harmoniae evangelicae cf. Migne P. G. XXII, 1276) excogitavit, quos postea secutus est Eusebius caesariensis“. Sub ejus (vel Tatiani) nomine prodiit Diatesseron, quod opus latine conscriptum est alicujus scriptoris anonymi, qui circa finem sec. V vixit et usus est Tatiani opere et textu Evangeliorum latino ab Hieronymo correcto. Cf. illud apud Migne P. L. LXVIII, 251-358; Ranke Codex fuldensis, Marburg et Lipsiae 1868. Cf. Bardenhewer § 18 n. 3; § 39 n. 15; Harnack I, 406 s. — „Trifon (Tryphon) Origenis auditor, scribit idem c. 53, ad quem nonnullae ejus exstant epistolae, in Scripturis eruditissimus fuit. Quod quidem multa ejus sparsim ostendunt opuscula sed praecipue l. quem composuit de vacca rufa in Deuteronomio (Num. 19) et de dichotomematibus, quae cum columba et turture ab Abraham ponuntur in Genesi.“ — Exeunte sec. III. floruit Pierius, alexandrinae ecclesiae presbyter et scholae catecheticae quondam rector, qui „florentissime populos docuit et in tantum sermonis diversorumque tractatuum... venit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur (Hieronymus c. 76).“ Verum et hunc secutus videtur et in erroribus, ut testatur Photius bibl. cod. 119. Constat hunc mirae asceseos et appetitorem voluntariae paupertatis scientissimumque dialecticae artis post persecutionem omne vitae suae tempus Romae fuisse versatum. Hujus est longissimus tractatus de propheta Osee, quem in pervigilio paschae habitum ipse sermo demonstrat. Ejus opera, inter quae volumen XII librorum, interciderunt. Scripsisse legitur etiam *de Dei genitrice.* Quae supersunt collecta habes apud Routh III, 423—435; Migne P. G. X, 241—246; nova ex Phil. Sidete adjecit C. de Boor in

primum agit, dein orationem dominicam explanat; et eloquens *exhortatio ad martyrium* Ambrosio in vinculis detento dicata (c. a. 235): utrumque in ed. jam laudata cur. Koetschau; I, 3—47; II, 297—403. Epistolae ejus fere omnes perierunt. Duarum supra mentionem fecimus p. 59. Paucarum supersunt fragmenta. Inter ejus opera quadamtenus recenseri potest *Philocalia,* quam ex variis ejusdem operibus excerpserunt ss. Basilius M. et Gregorius Naz., et accurate edidit J. A. Robinson *The Philocalia* of Origen. The text revised, with a critical introduction and indices, Cambridge 1893.

25. Passim Origeni tribuebatur Adamantii dialogus (seu dialogi vel libri V) *de recta in Deum fide,* in quo disputatio instituitur „contra Megethium, Marcum, Droserium, Valentem et Marinum haereticos, qui singuli haeresim suam defendentes conjunctis ac malevolis animis contra Adamantium congressi sunt. Cuncti autem omnium dictorum judicem sibi elegegerunt philophum graecum Eutropium nomine, qui causa religionis expensa, persuasus veritate, factus est Christianus una cum plurimis Graecis et haereticis: erat enim frequens auditorum consessus. Victoria demum penes Ecclesiam catholicam stetit, et quemadmodum pulvis a facie venti dissipata est haereticorum superbia:“ ut legimus in praefatione a recentiore Graeco addita. Verum hoc opus non est Origenis[1]). Errori occasionem praebuit nomen Adamantii interlocutori orthodoxo a dialogi auctore tributum, et Rufini auctoritas, qui illud latine vertit sub nomine Adamantii Origenis. Opus est bonum et valde utile ad cognoscendos Marcionitarum et Valentinianorum errores, seculi ineuntis IV. Textus graecus, quem modo habemus, est retractatio operis originalis mox facta. Prodiit primum Wetstenii cura, Basileae 1674; apud Migne P. G. XI, 1711—1884; critice magna accuratione cur. W. H. van de Backhuyzen Lipsiae 1901 in coll. Die griech. christl. Schriftsteller der ersten drei Jahrh. t. IV. Rufini versio prodiit curis Caspari in Kirchenhist. Anecdota, Christiania 1883. p. 1—129. — Recentissime Petrus Batiffol detexit ediditque sociatis curis A. Wilmart tr. *de libris ss. Scripturarum,* Parisiis 1900, homilias scil. XX in varios locos s. Scripturae V. T., si XX. excipias, quae est in Act. 2, 1 s., quas Origeni asserere nititur, versionem vero Victorino petaboniensi, qui forte illas verterit non tam ut interpres, quam ut auctor proprii operis, ut saepe difficile sit secernere, quae sint Origenis, quae ipsius. Verum Weyman homilias esse Novatiani opinatur ex philologicis criteriis in op.: Die Tr. Origenis de ll. Scripturarum ein Werk Novatians, Lipsiae 1900; Künstle Liter. Rdsch. 1900 c. 169 ss. conjicit, illas esse auctoris sec. IV. exeuntis, probabiliter hispani, forte Gregorii eliberitani, quod censet et Morin in diss. Les nouveaux tractatus Origenis et l'héritage littéraire de l'évêque espagnol Grégoire d'Illiberis in Revue d'hist. et de littér. rel. 1900, V, 145—165, cui favet Ehrhard de hac controversia consulendus II, 328—332. Funk Theol. Qtlschr. 1900 p. 534—544 cum his convenit, eas non esse Origenis, sed auctoris latini: cujus vero non audet statuere; Kihn haud improbabile putat eas esse Victorini supra nominati.

26. Opera exegetica collecta prodierunt cura Huetii, Rotomagi 1668;

Gebhardt et Harnack T. u. Untersuch. 1888 V, 2 p. 165—184. Cf. Gams KL. IX, 2105; Harnack I, 439—441.

[1]) Cf. de hoc op. Th. Zahn Zeitschr. für Kirchengesch. 1887 fasc. 2 p. 193—339; Gesch. des neutest. Kanons 1892, II, 2, 419—426; Krüger § 80.

Parisiis 1679; Coloniae 1685; Francofurti 1686, praemissa docta et accurata introductione de Origenis vita, doctrina, operibus sub inscriptione *Origeniana;* opera omnia (exceptis Hexaplis) cura Car. de la Rue, quam ed. absolvit ejus nepos Vincentius de la Rue, Parisiis 1733—59; recusa a Fr. Oberthür absque prolegomenis et annotationibus, Wirceburgi 1780—94 t. 15; Lommatzsch, Berolini 1831—48 t. 25 in 8., ed. copiosa, sed absque versione latina; Migne patrol. gr. XI—XVII, cum multis supplementis et additionibus. Novam editionem admodum criticam coepisse Koetschau et Klostermann Leipzig 1899 jam diximus, cujus jam tria prodierunt vol.

27. Praecipui ejus errores versantur circa mysterium ss. Trinitatis, praeexsistentiam spirituum, ad quos spectant et animae humanae, et quidem ab aeterno, horumque in priori vita lapsu, creationem mundi visibilis et corporei ad illos purgandos, apokatastasim omnium etc. Plures ejus propositiones (15) damnatae fuere in conc. constantinopolitano (543), quas cf. apud Denzinger Enchiridion symb. et definit. n. 187 ss.; ipse haereticis in conc. oecumenico V. est adnumeratus[1]). Apologiam pro Origene scripsit Pamphilus presbyter et gloriosus martyr[1]) sub persecutione Maximini († 309). Instituit Caesareae scholam ac tanto amore condendae bibliothecae exarsit, ut maximam partem Origenis voluminum sua descripserit manu. Bibliothecae illius divitiis postmodum feliciter usi sunt Eusebius et Hieronymus. Cum Eusebio novam curavit juxta Origenis Hexapla versionis Septuaginta recensionem; quae per Palaestinam vulgata fuit. Ipse videtur auctor distinctionis Actuum Ap. in capita, quae ab Euthalio sulcensi episcopo nomen habet. Eam edidit sub hujus nomine Zacagnius in Mon. vet. collectione p. 428; saepius dein absque auctoris nomine prodiit. Verum eam Montfauconius Pamphilo asseruit Bibl. coisl. p. 78, ac sub ejus nomine prodiit in Gallandi bibl. t. IV, et Migne P. G. XX, 1549—1558 inscripta *Expositio capitum* (40) *Actuum Ap.* — *Apologia Origenis,* quam adjuvante Eusebio in carcere composuit, quinque constabat ll., quorum primus tantum reliquus est in Rufini versione non satis fideli (apud Migne P. G. XVII, 521—632). Post Pamphili mortem Eusebius adjecit alium librum, praesertim contra Methodium, et scripsit amici familiarissimi vitam, quae tamen non amplius exstat.

28. Tertius hoc seculo propter doctrinae vastitatem et scriptorum varie-

[1]) Plura de ipso cf. apud Bardenhewer § 39, ubi et copiosam de eo literaturam reperies; Fessler - Jungmann § 65 s.; Huetius op. cit., Redepenning Origenes. Eine Darstellung seines Lebens und seiner Lehre, Bonn, 1841—1846 t. 2; Peters KL. IX, 1053—1073; Ehrhard I, 103—105; II, 320—351; Preuschen apud Harnack I, 332—405; 927.

[2]) Cf. Ehrhard die griechische Patriarchalbibliothek von Jerusalem in röm. Qtlschr. für christl. Alterthumskunde 1891 p. 217 ff; Bardenhewer § 45. De hac bibliotheca postmodum meruit et Euzoius, qui teste, s. Hieronymo de vir. illi c. 113, „apud Thespesium rhetorem cum Gregorio Naz. ep. adolescens Caesareae eruditus est, et ejusdem postea urbis episcopus plurimo labore corruptam jam bibliothecam Origenis et Pamphili in membranis instaurare conatus est. Ad extremum sub Theodosio principe († 395) ecclesia pulsus est. Feruntur ejus varii multiplicesque tractatus, quos nosse perfacile est". Neque plura de eo constant.

[1]) Cf. Passio ss. Pamphili et sociorum, fragmentum majoris op. Eusebii de martyribus palaestinensibus, quae legitur in Migne P. G. 1533—1550, et in Analectis boll. 1897 XVI. 129—139. Cf. Bardenhewer § 45 n. 1; Esser KL. IX, 1326; Harnack I, 543—551.

tatem et copiam celeberrimus est s. Hippolytus episcopus, s. Irenaei clarissimus discipulus, de cujus vita et gestis nihil fere constat: adeo ut vel s. Hieronymus nomen urbis, cujus fuerit episcopus, scire non potuerit. Dum alii splendidis encomiis eum extollunt[2]), aliis est sectae Novatiani addictus, imo primus antipapa oppositus s. Calixto (217—222), quam ob rem graeci scriptores, sane posteriores eum dicunt episcopum romanum. Cum Pontiano romano ep. ob fidem in Sardiniam fuit deportatus (235). Quod si revera schismati fuerit addictus, tenendum tamen foret, eum Ecclesiae catholicae fuisse reconciliatum martyremque obiisse (post a. 235; secundum Erbes 29./30. Jan. 251; juxta de Rossi intra a. 253—260): unde ejus memoria recolitur 13. Aug. Plurima reliquit opera, aliquorum elenchum exhibet statua antiquissima ipsi erecta et a. 1551 felici fato reperta[2]). Pleraque perierunt: inter ea, quae supersunt, celebritate (ob controversias excitatas) eminet 1842 reperta Refutatio omnium haeresum communiter dicta *Philosophumena ll. 10,* si tamen ejus sunt. Ab aliis enim tribuitur hoc opus vel Beroni vel Cajo presbytero romano, vel Tertulliano ut a Jungmann disp. sel. in H. E. I, 173—262; vel Origeni; alii non sine rationibus sat gravibus Novatiano, pro quo stant ex. gr. Armellini in op.: De prisca refutatione haereseon Origenis nomine ac Philosophumenon titulo recens vulgata commentarius, Romae 1862; Grisar Zeitschr. für kath. Theol. 1878 p. 505—34, qui cum aliis haud improbabile censet, s. Hippolytum nostrum inter scriptores ecclesiasticos conspicuum et celebratum esse alium ab Hippolyto sectae schismaticae Romae addicto, ante mortem quidem Ecclesiae reconciliato. Funk Theol. Qtlschr. 1881 p. 423—464; Kg. Abh. II, 161—197; de Smedt diss. sel. in primam aetatem H. E., Gandavi 1876 p. 83—189; Hergenroether öster. Vierteljahrschr. 1863 II, 289-340 etc. tuentur opinionem Döllinger Hippolytus und Kallistus, Regensburg 1853, quae jam est communior, Hippolytum esse auctorem. Refellit auctor in eo errores veterum populorum et philosophorum, dein a l. 5. haereticorum commenta refellit. Opus tamen, quod non integrum prostat, desunt enim l. 2. et 3., inficitur spiritu schismatico adversus Callixtum I. et erroribus adversus sanam de ss. Trinitate doctrinam. Prodiit ed. Miller Oxonii 1851; Dunker et Schneidewin Gottingae 1859; et in Migne P. G. XVI p. 3, 3004—3460; Cruice cum notis, Parisiis 1860.

29. Alia ejusdem opera sunt: Περὶ χριστοῦ καὶ ἀντιχρίστου *Demonstratio de (Christo et) antichristo,* de quo fere solum dilucide ex divinis literis disserit et complura vaticinia explicat. Habetur in ed. berolinensi infra laudanda I, 2, 3—47. Ab ea distingui debet l. *de consummatione mundi* et de antichristo et secundo adventu Domini, qui olim sub ipsius nomine editus fuit a J. Picus (Picot) Parisiis 1557 in 8 et inde in bibliothecas PP. transiit, sed neque tanto auctore est dignus, neque vetustior sec. IX. Reperitur in recenti opp. Hippolyti ed. berolinensi I, 2, 289—309. — *Demonstratio adversus Judaeos,* fragmentum forte majoris operis. Nititur in ea demonstrare ex Ps. 68 et Sap. 2, calamitates, quibus obrutus fuit populus judaicus, poenas esse rejectionis et occisionis Messiae.

[1]) Fessler-Jungmann § 67.

[2]) Eam delineatam exhibent Kraus Realencyclopaedie des christl. Alterth. I, 660—664, et Hist. liter. de la France, Parisiis 1865 I p. 1 pag. 364. Eadem historia conjicit eum esse gallum, distinguit ab Hippolyto presbytero romano. Accuratum dein texit omnium catalogum operum hujus scriptoris bene longum, nam et opera deperdita numerat p. 365—397; 448—50.

Fragmentum (l.) adversus graecos, qui inscribitur *adversus Platonem* de causa universi, in quo praeclare agit de futuro animarum statu usque ad resurrectionem, de corporum resurrectione, de judicio et aeterna retributione. — Operis *adversus omnes haereses*, in quo a Dositheo ad Noëtum 32 haereses numerat atque refellit, reliquias reperire licet in libello Pseudo-Tertulliani adversus omnes haereses, in operibus Epiphanii et Philastrii de haeresibus. Aliorum operum adversus varias haereses supersunt tantum fragmenta quaedam minora[1]). Habentur aliquot tenuia Excerpta ex tr. de *theologia et incarnatione* contra Beronem et Helicem (seu Heliconem), in quibus duplicem in Christo naturam inconfusam et immutatam duplicemque operationem adstruit: hic tamen tr. videtur sec. VI. vel VII. — *Explanatio in Danielem*[2]), in qua omnes visiones prophetae hujus contentas explanat. Eam seu ejus fragmenta reperit et edidit Simon de Magistris in op. Daniel secundum Septuaginta, Romae 1772 p. 93—122; Bardenhewer, Friburgi 1877; l. 4. complectens cc. 7—12 editus fuit a Georgiade 1885—86; Bratke Das neuentdeckte 4. Buch des Danielcom. Bonn 1891. Commentariorum fragmenta in plures libros V. et N. T. brevia supersunt praesertim in catenis[1]). Tribuitur ei quoque brevis et luculentus tr. *de Susanna*, in quo mysticus hujus historiae sensus declaratur, juxta quem Susanna praefigurat Ecclesiam, duo senes, gentes et judaeos Ecclesiae infensos. Indulget autem in suis operibus exegeticis eodem fere modo quo Origenes allegorico explicandi modo. — Ejus *chronicorum liber* seu compendium chronographicum ab o. c. usque ad a. 234 reperiri videtur in versione seu retractatione latina inscripta *Liber generationis*, cujus triplex exstat recensio. Variae ejus recensiones reperiuntur in Mon. Germ. Auct. antiquiss. IX, 78 ss., et inter chronica minora ed. C. Frick Lipsiae 1892 I, 1 ss. In statua, cujus supra mentionem fecimus, insculptae reperiuntur tabulae paschales ab a. 222-233, fragmentum op. deperditi *Demonstratio temporum paschatis*. — Constitutiones vero et canones[2]) Hippolyto olim tri-

[1]) Cf. Harnack Gesch. der altchr. Lit. I, 1, 145 s.

[2]) Cf. Bardenhewer des hl. Hippolitus Commentar zum Buche Daniel, Freiburg 1877. et Patrologie ed. 2. § 54, ubi n. 5 ita de ejus laboribus exegeticis censet: H. . . . . ist der erste unter den christlichen Theologen, welcher sich in ausführlicheren Commentaren über alttestamentliche Bücher versuchte, noch nicht der biblischen Vorlage auf dem Fusse folgend und den Wortlaut zergliedernd, sondern mehr die Hauptmomente des Inhaltes herausgreifend und in freierer Weise erörternd. Neben H. tritt freilich schon zu seiner Zeit ein Origenes auf dem Felde der Schrifterklärung auf. Steht letzterer an Geist und Tiefsinn ohne Zweifel höher, so fusst ersterer auf klareren und solideren hermeneutischen Voraussetzungen. H. ist weit nüchterner als Origenes; er nähert sich den Grundsätzen der Antiochener. Er liebt die Allegorie und macht von der Typik weitgehenden Gebrauch. Aber er weiss Mass zu halten, bekundet Takt und Geschmack und behält für die historische Auffassung einen offenen Sinn. Photius de hoc commentario cod. CCII. (Migne CIII, 673) inter alia censet: „Etsi ad verbum non explicat (Danielem), nullum tamen sensum, ut verum dicam, praetermittit . . . Genus ejus dicendi clarum in primis ac perspicuum, interpretem satis decet, etsi atticas revera leges valde repudiat.“ Cf. et Neumann Hippolytus von Rom in s. Stellung zu Staat und Welt, Leipzig 1902.

[1]) Multa fragmenta syriace et armeniace versa reperit atque edidit Pitra in Analectis sacris II, 157—160; 218—284; IV, 36—71; 306—337. Operum ejus exegeticorum, quorum fragmenta vel vestigia reperiuntur, bene longum catalogum exhibet Krüger Gesch. der altchr. Lit. § 91.

[2]) Magna orta est controversia inter eruditos de horum scriptorum aetate, auctore, relatione ad constitutiones apost. aliaque scripta gemina, de quibus

buti genuini non sunt. Hos (38) edidit arabice e cod. romanis cum versione latina et prolegomenis Haneberg, Monachii 1870; illae respondent apost. constit. l. VIII cc. 4—5; 16—18; 30—31. De iis fuse et erudite disputat Achelis in Texte und Unters. 1891 VI fasc. 4. — Sermo *in s. Theophania.* L. *de charismatibus Spiritus s.* apostolica traditio, qui periit, reperitur vel supponitur l. VIII, 1—2 constitutionum apostolicarum. — Opera[1]) Hippolyti (genuina et spuria) collecta prodierunt cura Fabricii Hamburgi 1716—18; Gallandi bibl. veterum PP. t. II; Migne Patr. gr. t. X et XVI; Lagarde, Lipsiae et Londini 1858 graece tantum, quam tamen ed. de integro retexendam censuit; accuratissime magnaque diligentia a Nath. Bonwetsch et H. Achelis, Lipsiae 1897 t. 1. collectionis patrum graecorum, quam academia scientiarum berolinensis edendam curat. Complectitur hic t. scripta et plurima fragmenta exegetica et homiletica, praesertim *commentaria in Danielem* (quae Bonwetsch integra repererat in versione slavica vetere) et *in Cantica Canticorum*, cujus versionem syriacam Moesinger ediderat in Monumentis syriacis II, 9—31. De doctrina auctoris nostri cf. Möhler Patrol. p. 599; Nirschl § 69 ss. De ejus cum Cajo controversia circa Apocalipsin cf. infra p. 91.

30. Aequalis Hippolyto fuit Tertullianus, de quo pariter pauca scimus. Natus est Carthagine c. a. 160 patre centurione proconsulari atque in ethnica superstitione educatus. Martyrum constantia et mira christianorum in daemones potestate motus fidem Christi est amplexus c. 193. Ex disserendi acumine et methodo eum advocatum aliquamdiu egisse conjicitur. Presbyter ordinatus est, sed num ecclesiae carthaginensis an forte romanae, non satis certum est. Nimia in rigorem propensione ad montanistas defecit ineunte sec. III. intra 202—207, imo novam sectam vel montanistarum factionem condidit, atque decrepita aetate decessit, post a. 220, forte nonnisi c. a. 245. Plurima reliquit scripta, quae acutissimum produnt ingenium, solidissimam probandi methodum, quamdiu veritatem defendit (nam haereticus factus sophismatis pro causa sua indulget) atque masculam disserendi vim: unde nunquam non christiana theologia ea magni aestimavit uberemque eorum fecit usum praesertim adversus haereticos. Narrat s. Hieronymus c. 53, notarium s. Cypriani sibi, cum adhuc esset adolescens, retulisse „nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione unam praeterisse diem ac sibi crebro dixisse: Da magistrum! Tertullianum videlicet significans.“ Insigne prorsus est elogium, quod Vincentius lirin. in suo commonit. c. 18 pronunciat: „Quid enim hoc viro doctius, ita ille, quid in divinis atque humanis rebus exercitatius? Nempe omnem philosophiam et cunctas philosophorum sectas, auctores assertoresque sectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus est. Ingenio vero nonne tam gravi ac vehementi excelluit, ut sibi nihil pene ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruperit aut pondere eliserit? Jam porro orationis suae laudes quis exsequi va-

---

cf. praeter alios Funk die apost. Constitutionen, Rottenburg 1891 p. 133—179; theol. Qtlschr. LXXIV, 396—438; LXXV, 105—114; 594—666; hist. Jahrb. 1895 XVI, 1—36; 473—509.

[1]) Cf. copiosam de Hippolyto literaturam apud Bardenhewer § 54; J. B. Lightfoot The Apostolic Fathers p. 1 (S. Clement of Rome), II, 317—477; K. Achelis Hippolytstudien, Leipzig 1897 im Texte und Untersuch. XVI, 4, 1—62; Fechttrup KL. VI, 12—21; in primis Ehrhard I, 117—120; II, 375—409; Harnack I, 604—646; Krüger op. cit. § 91.

leat, quae tanta nescio qua rationum necessitate conserta est, ut ad consensum sui quos suadere non potuerit impellat; cujus quot pene verba, tot sententiae sunt: quot sensus tot victoriae. Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxeae, Hermogenes, Judaei, gentiles, Gnostici ceterique, quorum ille blasphemias multis ac magnis voluminum suorum molibus, velut quibusdam fulminibus evertit.« Verum quidem est, quod notat s. Hilarius in Matth. 5. »sequenti errore detraxit scriptis probabilibus auctoritatem:« rationes tamen, quas sagaciter ad tuendam doctrinam catholicam excogitavit, non amittunt suam vim.

31. Cum non satis innotescat vitae cursus[1]) et tempus defectionis Tertulliani, non adeo facile est seriem determinare chronologicam ejus operum: hinc dubium quandoque est, num liber aliquis ab eo catholico an jam ab haeretico sit conscriptus, ideoque criteriis fere internis quaestio est dirimenda. Ea in primis recensebimus, quae catholicus composuit. Praecipuum et admodum ingeniosum est *Apologeticum*[2]) seu Apologeticus ad romani imperii antistites seu praesides (a. 197) continens, ut scribit Hieronymus ep. 70 n. 5, cunctam seculi disciplinam, in quo religionis christianae causam[3]) strenue agit gentiliumque superstitionem repellit sicut et in ll. 2 minus limatis *ad nationes* (pariter a. 197). In l. *de testimonio animae* fusius evolvit argumentum, quo utitur et Minucius et ipse in Apologetico: pulchre scil. ostendit, animam naturaliter esse christianam, cum vel invita agnoscat Dei unitatem atque judicium (scriptus est intra a. 197—202). — In l. *adversus Judaeos*, cujus cc. 9. ss. sunt forte cujusdam posterioris interpolatoris[1]), ostendit, in Christo Jesu adimpleta esse vaticinia messiana. — Sequuntur ll. adversus haereticos, inter quos eminet l. *de praescriptionibus* adversus haereticos vel de praescriptione haereticorum[2]), in quo methodo plane invicta, quae valet etiam nunc adversus omnes haereticos, eos ab actione contra catholicos excludit, neque audiendos esse ostendit. *Catalogus haeresum*, qui illi passim in editionibus subjicitur, non videtur esse Tertulliani. Auctor ignotus innititur syntagmate s. Hippolyti, de quo supra p. 67 egimus. — Adversus Gajanos tuetur doctrinam catholicam *de baptismo*[3]). — Montanista factus scripsit *contra Hermogenem*, adversus quem solide probat mundi creationem ex nihilo. — *Adversus Valentinianos*, opus mordaci stilo multoque lepore conscriptum. — *Adversus Marcionem* ll. 5. opus »quod recte dici potest velut thesaurus theologiae antiquae,« in quo multa etiam continentur valde utilia pro arte critica et interpretatione s. Scripturae[4]). — *Adversus*

[1]) Hunc magna industria determinare nititur Noeldechen Tertullian dargestellt von E. N. Gotha 1890, quo op. comple titur multas diss., quas antea jam ediderat variis in fasc. literariis, praesertim in Ztschr. für wissenschaftl. Theol. t. 28—32; et in Ztschr. für kirchl. Wissensch. und kirchl. Leben t. 6—14; in Texte u. Unters. 1888 V, 2, 1—165 die Abfassungszeit der Schriften T.

[2]) Libellum hunc seorsim edidimus inter opuscula ss. PP. t. XIX Oeniponte 1872; 1898 ed. altera. Prodiit saepe seorsim, ed. praestans est Havercampii, Leiden 1718 in 8; Kayser Paderborn 1865.

[3]) Hanc etiam agit in l. *ad Scapulam* Africae praesidem et crudelem religionis christianae persecutorem, quo eum a severitate revocare nititur, sed scriptus est (211—13) post suam defectionem.

[1]) J. M. Einsiedler de Tertulliani adversus Judaeos l., Augsburg 1897; sed cf. Noeldechen Texte u. U. XII, 2, 1-92.

[2]) Edidimus utilissimum pro theologiae candidatis opusculum inter opusc. ss. PP. t. IX Oeniponte 1870 annotationibus illustratum; 1880. ed. altera.

[3]) Libellum hunc habes inter opuscula t. VII, Oeniponte 1869; 1897 ed. altera.

[4]) Cf. Fessler-Jungmann § 62. Tertulliani autem non est *carmen* sat pro-

Praxeam, quo in op. praeclara habet pro fide Ecclesiae de Trinitate et incarnatione; exceptionibus tamen adversus sanam de priori mysterio doctrinam praebet occasionem. — *De carne* Christi. — *De resurrectione carnis,* quam belle ex dignitate carnis aliisque rationibus congruentiae tuetur. — *De anima l.,* in quo generatianismum tradit, neque satis digne de anima sentit[1]). — In *Scorpiace* adversus gnosticos scorpionibus similes martyrii praestantiam et necessitatem commendat (f. c. 203).

32. Argumenti ascetici vel practici sunt plura opuscula, quae catholicus conscripsit: Libellus aureus (a. f. 197) *ad martyres*[2]), adhortatio eximia *de patientia.* — Institutio succosa *de oratione* cum explicatione orationis dominicae[3]). — L. gravis *de poenitentia,* cui (a. f. 203) contradicit in suo l. *de pudicitia,* montanistarum infectus errore, Ecclesiam carere jure remittendi omnia peccata gravia. — *Ad uxorem ll. duo,* in quibus egregie matrimonii christiani felicitatem enarrat multaque, quae ad vitam domesticam veterum christianorum pertinent, scitu utilissima attingit. — In ll. praeclaris de *cultu feminarum* a nimio ornatu retrahit, humilitatem castitatemque commendat. — In ll. *de spectaculis* christianis interdictis *deque idololatria* nimius jam rigor comparet. — Praeter opuscula, quae jam assignavimus, alia montanistarum erroribus vel rigore plus minus inficiuntur, ut l. *de pallio* (f. a. 193), quare scil. togam ipse deposuerit palliumque induerit, l. obscurus. — *De corona*[1]), cujus usum militibus et generatim christianis prorsus interdicit utpote paganica superstitione infectum, a. f. 211; *de fuga* in persecutione, quam contra Ecclesiae sensum illicitam censet. — *De jejunio* adversus psychicos (i. e. catholicos), quos stilo acerrimo aggreditur. — *De monogamia* et *de exhortatione castitatis,* in quibus absolute damnat secundas nuptias. — *De velandis virginibus,* non solum in ecclesia, sed dum adolescunt, ubique. — Multa alia ejusdem opuscula perierunt: plura eidem supposita fuere.

33. Operum stilus duritiem africanam et characteris auctoris propriam prae se fert[2]), ob laconicam saepe miramque brevitatem vocesque obsoletas obscurus est, attentumque exigit lectorem, sed etiam majestate quadam et grandi eloquentia insignitur: vehemens est, non mulcet, succositate admirationem ciet, delectat, suique plane generis est et singularis. *Opera Tertul-*

---

lixum in ll. 5 distinctum *adversus Marcionem* seu Marcionitas, compositum forte intra a. 360—370. Cf. Hückstädt Ueber das pseudo-tertull. Gedicht adversus Marcionem, 1875; Oxé Prolegomena de carmine adversus Marcionitas, Leipzig 1888. Illud juxta H. Waitz, ut infra dicemus, forte Commodiani est.

[1]) Cf. de hoc opere Esser die Seelenlehre Tertullians, Paderborn 1893, opus doctum, accuratum et utile.

[2]) Inter opuscula ss. PP. t. IV, Oeniponte 1868; 1894 ed. altera, ubi reperies et sequens opusculum *de patientia.*

[3]) Inter opuscula ss. PP. t. II, Oeniponte 1868, sicut et sequens t. V, ib. 1869. Ad plura ex his opusculis cf. Hartel Patristische Studien zu Tertullian, Viennae 1890 scil. Sitzungsberichte der Wiener Akademie t. CXX. CXXI. fasc. IV.

[1]) Cf. Chawillard Le l. *de corona militis* de Tertullien et la pensée de l'église in fasc. lit. Univ. Cath. 1899. IX, 22—53.

[2]) Der Ausdruck Tertullians ist knapp und energisch, markig und knorrig, schwierig und dunkel. Für Schönheit der Form hat er keinen Sinn. Bardenhewer § 50 n. 2, quem cum utilitate de eo conferes. Cf. Freppel Tertullien, Paris 1864 t. 2; 1872; Schanz Gesch. der röm. Lit. III, 240—302; Kellner et Esser KL. XI, 1389—1426; Ebert Allgem. Gesch. des MA. t. 1 c. 2, juxta quem ist Tertullian einer der genialsten, originellsten und fruchtbarsten unter den christlich-lateinischen Schriftstellern; Krüger § 85, qui diligenter recenset et opera deperdita.

liani collecta saepe prodieruut edd. B. Rhenano, Basileae 1521; Pamelio Antverpiae 1579; Rigaltio, Parisiis 1634, aucta ib. 1641; 1664; Venetiis 1701; melius 1744; Semler Halae 1769—76 t. 6 in 8; Oberthür Wirceburgi 1780 t. 2 in 8; de quibus ed. cf. Schoenemann bibl. Hist. lit. I, 2—58; etiam apud Migne P. L. I, 9—56. Harum editionum nulla attingit accurationem et diligentiam editionum aliorum patrum, quas curarunt Maurini. Recentiori aetate illa ediderunt Leopold Lipsiae 1839—41 t. 4 in Gersdorfii bibl. PP. eccl. lat. scl. (vol. IV—VII); Migne Patrol. lat. t. 1. 2; Oehler Lipsiae 1851—1854. t. 3, qui t. 3. exhibet plures diss. scriptorum veterum in Tertullianum. Novam ed. coepit sub auspiciis academiae viennensis Reifferscheid, quo defuncto (1887) eam continuarunt G. Wissowa, A. Reifferscheid, frater defuncti, et W. Hartel, sed nondum absolverunt. Prodiit enim tantum p. 1 Vindobonae 1890 seu t. XX. Corp. script. eccl. lat., qui complectitur haec opuscula: De spectaculis, de idololatria, ad nationes ll. 2, de testimonio animae, Scorpiace, de oratione, de baptismo, de pudicitia, de jejunio, de anima. Recentiores quidam viri critici eum post suam defectionem auctorem censent celebrium *Actorum ss. Perpetuae et Felicitatis,* quae post alias editiones prodierunt in Ruinart Actis primorum MM., Amstelodami 1713 p. 90—119; Gallandi II, 167-188; Migne P. L. III, 13—60; inter opusc. SS. P. a nobis edita XIII, 114—144; Robinson The passion of s. Perpetua 1891, ed. accurata in Texts and stud. I, 2; P. Franchi de Cavalieri La Passio ss. Perpetuae et Felicitatis, Romae 1896, ed. pariter egregia. Cf. de his actis praeter auctores laudatos Ehrhard II, 580—586; Bardenhewer § 59 n. 8. Eorum actorum exstat et versio graeca, et recensio latina longe brevior, ed. originalis epitome.

34. Tertulliano magistro gloriatur gloriosissimus martyr Thascius Caecilius Cyprianus, circa initia sec. III. nobilissimo genere in Africa, forte Carthagine, oriundus, qui „primum gloriose rhetoricam docuit[1]), exinde, suadente presbytero Caecilio, christianus factus (a. 246) omnem substantiam suam pauperibus erogavit, ac non post multum temporis adlectus in presbyterium etiam episcopus carthaginensis constitutus est (248 vel 249).“ Decennium rexit vigilantissime gregem suum tempore calamitosissimo, nam et saevissima Decii persecutio multos ad lapsum induxit, hinc lapsorum turbae et eorum occasione triste schisma, et pestis maxime letalis luctu omnia complevit, et fames horrida late saeviit novaque exorta est persecutio, in qua sanctissimus praesul fortiter pro fide suum fudit sanguinem 14. Sept. 258. Hujus ingenii, inquit Hieronymus l. cit.,

[1]) Copiosam literaturam de Tertulliano exhibet Bardenhewer § 50; de ejus doctrina fuse agunt Lumper p. VI; Noury t. 2 diss. 4; Möhler in sua patrol., plura etiam ad eam illustrandam ex variis auctoribus exhibet Migne in sua ed.; Nirschl § 72 ss. Controversias literarias de ejus operibus vel doctrina diligenter recenset Ehrhard I, 110—113; II, 427—455; Harnack I, 667—687.

[1]) Ita Hieronymus c. 67. Plura de ejus vita sancta et glorioso martyrio narrat tibi Pontius, ejus diaconus usque ad diem passionis cum ipso exsilium sustinens, in egregio volumine, quod typis dedimus opusc. Lt. PP. t. 1 p. 1—35 Oeniponte 1868; 1888 ed. 4. Conversionem suam mirabilemque mutationem virtute baptismi in se factam ipse s. praesul in ep. 1 *ad Donatum* rhetorice narrat, quam reperies Opusc. XXI, 3—24 Oeniponte 1878. Ceterum hic Pontius alius esse videtur a s. Pontio M. Cimellae in alpibus maritimis, cujus vitam narrat ejus socius Valerius apud Baluze in Miscell. II, 124—140; in Act. SS. 14. Maj. III. 274—279.

superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint ejus opera. Maximi semper factus est in Ecclesia et a theologis. S. Augustinus eum citat cum encomio doctoris pii et humilis, egregii, gloriosissimi et dulcissimi, et etiam ubi ab ejus recedit sententia, maxima cum reverentia de eo loquitur. Lactantius instit. div. V, 1 ita de eo scribit: »Erat enim ingenio facili, copioso, suavi, et quae sermonis maxima est virtus, aperto, ut discernere non queas, utrum ornatior in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in persuadendo fuerit.« Et revera inter patres eloquentissimos numerari debet: quandoque vel Ciceronis attingit eloquentiam, ejusque scripta lectu sunt jucundissima, quae lectorem blande movent et accendunt: unde merito de eo scribit s. Hieronymus ep. 58 ad Paulinum c. 10: »Beatus Cyprianus instar fontis purissimi dulcis incedit et placidus.« Imo idem s. doctor inter monita Laetae nobilissimae feminae pro institutione suae filiae ep. 107 c. 12 data, et hoc inculcat: »Cypriani opuscula semper in manu teneat.«

35. Haec ejusdem opuscula: *De idolorum vanitate,* in quo quod idola dii non sint, »qua brevitate, qua historiarum omnium scientia, quorum verborum et sensuum splendore perstrinxit![1]).« — *Ad Demetrianum* sophistam gentilem (a. 252), qui ethnicorum more malorum, quibus orbis romanus infestabatur, causam in christianos refundebat[2]). — *Libri III. testimoniorum* adversus Judaeos ad Quirinum sunt ampla testimoniorum s. Scripturae collectio, quibus probentur populi judaici reprobatio, Christi adventus et exhibeatur speculum ad mores christianos formandos. — Aureus est libellus *de Ecclesiae catholicae unitate* (etiam sub titulo de simplicitate praelatorum a Fulgentio de remiss. pecc. l. 1 c. 21 allegatus), scriptus a. 251 per modum exhortationis efficacis ad confessores romanos occasione schismatis Novatiani. — *De lapsis* occasione persecutionis decianae (251), in quo graviter de poenitentia agit et lapsos ad eam hortatur[1]). — Eloquens et ardens est l. *de mortalitate,* quo fideles pestis strage deterritos hortatur, ne mortem timeant, neque suorum amissionem esse lugendam, cum jam in beatissima securitate sint mansuri. — Epistola ad Fortunatum (257) *de exhortatione martyrii.* Utilissimi simul atque dulcissimi sunt libelli *de oratione dominica, de opere* (scil. misericordiae) *et elemosynis, de bono patientiae*[2]), *de zelo et livore, de habitu virginum,* quo eas ad modestiam in cultu ornatuque et ad honestam cautamque conversationem hortatur. — Dubia sunt[3]) opuscula *de spectaculis* gentilium scil. vitandis, juxta Weyman aliosque Novatiani, cujus forte etiam est exhortatio eloquens *de bono pudicitiae; ad Novatianum* contra hujus rigorem in lapsorum causa, quem l. Harnack asserere nititur Sixto II († 258) contradicentibus tamen Funk Theol. Qtlschr. 1896 p. 691—693;

---

[1]) Hieronymus ep. 70 ad Magnum n. 5. Tamen modo incipiunt viri critici de ejus genuinitate dubitare, imo illud tribuere Novatiano, ut Hausleiter theol. Literaturbl. 1894 No 41 p. 481 ss.

[2]) Habes l. hunc inter opuscula SS. PP. I, 35—67 Oeniponte 1868; 1888 ed. 4.

[1]) Hunc l. reperies inter opuscula V, 118—68 Oeniponte 1894. ed. 2.

[2]) Haec tria opuscula reperies inter opuscula SS. PP. primum II, 42—68 Oeniponte 1879 ed. 2; duo sequentia IV, 29—63, ib. 1868; 1894 ed. altera.

[3]) Cf. Weyman hist. pol. Bl. 1899 CXXIII, 635 651. Olim Sixto II. tribuebantur sententiae morales cujusdam Sexti philosophi pythagorei, quas Rufinus latine verterat, et quidam christianus scriptor juxta sensa christiana retractaverat. Cf. J. Gildemeister *Sexti Sententiarum recensiones,* Bonnae ad Rh. 1873 in 8.

Bardenhewer § 51 n. 6; et praesertim A. Rombold ib. 1900 LXXXII, 546—601.

36. Sequuntur *epistolae* pretiosissimae atque vere aureae 65, quibus plura dogmata Ecclesiae illustrantur[1]), ut primatus Ecclesiae romanae, sacrificium missae (ep. 63), sacramentum poenitentiae, hierarchia ecclesiastica etc., necnon vita et disciplina Ecclesiae, atque etiam facta historiae ecclesiasticae. Inter eas[2]) tamen sunt aliquae, quibus errorem propugnat baptismum ab haereticis seu extra Ecclesiam collatum esse invalidum, in quo errore ei praeivit suus in sede carthaginensi decessor Agrippinus: neque enim probabilis est opinio a Molkenbuhr († 1825) defensa, s. doctoris epistolas et acta conciliorum in Africa habitorum in hac causa esse suppositia[3]). Maculavit quidem s. praesul hoc errore et sua adversus s. Stephanum oppositione[4]) nominis gloriam, sed forte suum errorem ante mortem correxit, ut conjicit s. Augustinus ep. 93, vel saltem in unitate Ecclesiae manens caritatis ubertate et generosa sanguinis sui effusione maculam abluit omnem[1]). Porro Ernst diss. cit. ad illustrandam hanc controversiam ex ordine probat, 1. s. Cyprianum eam habuisse ut spectantem ad fidem, contra alios theologos, qui ut facilius difficultatem solverent, putent, s. doctorem eam habuisse pro quaestione disciplinari; 2. eum non fuisse a s. Stephano excommunicatum, sed communionis privationem ei fuisse intentatam; 3. s. doctorem errorem suum non retractasse, cum opinio affirmans innitatur tantum conjecturae s. Augustini.

37. Mirum esse non debet, tanto doctori plura supposita fuisse opuscula, ut tr. utilem et doctum *adversus aleatores* (cf. supra p. 47); *de montibus Sina et Sion* seu de relatione inter V. et N. T., sec. forte ineuntis III; *de cardinalibus operibus Christi* (tr. eruditus, qui est Arnoldi seu Ernaldi Bonavallensis

---

[1]) Selectas *epistolas* 19, quae inter reliquas eminent, dedimus Opusc. t. XXI, Oeniponte 1873.

[2]) Ex ep. ad s. Stephanum colligimus Faustinum ep. lugdunensem (c. a. 250) ad eum et ad s. Stephanum scripsisse in causa Marciani episcopi arelatensis erroribus Novatiani infecti. Cf. Hist. littéraire de Fr. I, 405. Inter epistolas s. Cypriani reperiuntur plurium literae, de quibus alioquin vix aliquid aliud constat, ut Caldonii (18. ed. Migne), Celerini ad Lucianum cum hujus responso (20. 21), Moysis, Maximi, Nicostrati cum aliis confessoribus etc. (26) et Maximi (50), Nemesiani etc. (78), Lucii etc. (79), Felicis etc. (80). Cf. Harnack, I, 649 ss.

[3]) Cf. Jungmann diss. eccl. in H. E. I diss. 4 p. 263—357, aliaque monumenta ad hanc controversiam spectantia collecta apud Migne Patrol. lat. III, 1009—1478.

[4]) Probari tamen non potest, concilium carthaginense tertium a. 256 hac de quaestione habitum, in quo Cyprianus cum episcopis 84 (vel 86) maxime suum errorem propugnavit, celebratum fuisse post acceptas promulgatasque Stephani literas, quibus pro baptismo haereticorum stetit. Cf. Grisar Cyprians Oppositionsconcil gegen Papst Stefan Zeitschr. für kath. Theol. 1881 p. 193 ss.; praeterea Ernst Zur Auffassung Cyprians v. d. Ketzertaufe ib. 1893 p. 79—103. War der h. Cyprian excommuniziert, 1894 p. 473—499; der angebliche Widerruf des h. Cyprian ib. 1895 p. 234—272.

[1]) Confirmaverat Cyprianum in suo errore Firmilianus caesariensis episcopus († 269) data prolixa ad eum epistola, concitatiori animo conscripta, qua acerbe in s. Stephanum invehitur. Exstat ea inter ep. s. Cypriani, forte ab hoc ipso e graeco in latinum versa. Ea tamen videtur nonnullis haud parum interpolata, quod negat Ernst in diss. die Echtheit des Briefes Firmilians über den Ketzertaufstreit in neuer Beleuchtung in Zeitschrft. für kath. Theol. 1894 XVIII, 209-259; 1896 XX, 364—367. Plura de Firmiliano cf. in diss. auctore Molkenbuhr (apud Migne III, 1357—1418), qui ejus ep. a quodam donatista confictam censet; sed immerito; in Actis SS. Oct. XII, 470—510; Fritz KL. IV, 1505; Harnack I, 407—409.

† p. 1156); *de singularitate clericorum,* l. alioquin utilis; sec. forte V. vel posterioris; *adversus Judaeos,* qui insecuti sunt D. N. J. Christum, forte Novatiani vel sectatoris ejusdem; *de duplici martyrio ad Fortunatum,* ab Erasmo confictus; *de duodecim abusivis* seu abusionibus seculi; *confessio* seu *poenitentia* s. Cypriani; ad Vigilium ep. *de judaica incredulitate* (forte sec. V); *de laude martyrii* sermo turgidus sec. saltem jam IV; *de pascha computus* ante pascha a. 243 scriptus ad emendandum s. Hippolyti cyclum paschalem. Cf. Hufmayr die pseudocypr. Schrift de pascha computus, Augsburg 1896 (Programma); *Exhortatio de poenitentia* adversus rigorem Novatianorum ed. a Miodoński, Cracoviae 1893; *Coena Cypriani,* forte Cypriani galli sec. V; aliquot carmina, orationes etc.

38. Saepe prodierunt s. Cypriani opera collecta[1]) cura (omissis vetustioribus editionibus) Jac. Pamelii Antverpiae 1568 etc.; Rigaltii, Parisiis 1648; Priorii ib. 1668; Felli, Oxonii 1682, cui ed. adjecit J. Pearson annales Cyprianicos, recusa Bremae 1690 aucta diss. Dodwelli; et Amstelodami 1699; Steph. Baluzii, cujus ed. absolvit Maranus, Parisiis 1726, ed. praestantissima, recusa Venetiis 1728; 1758; et a Migne, sed sat mendose Patrol. t. III. et IV., ed. alioquin ditissima; Goldhorn Lipsiae 1838 t. 2; editionem accuratam et criticam tam genuinorum quam multorum suppositorum curavit Hartel, Vindobonae 1868—70 pp. 3; Plura opuscula junctim edidit Krabinger Tübingen 1859. Recentissime G. Mercati in op. docto D'alcuni nuovi sussidi per la critica del testo di s. Cypriano, Romae 1899, sagaciter proponit plura subsidia ad emendandum operum s. Cypriani textum.

39. Operibus s. Cypriani adjungi solet l. *de rebaptismate,* scil. adversum eos, qui rebaptizandos haereticos decernunt, proinde adversus ipsum s. Cyprianum. De hujus l. auctore multum decertatur. Videtur pluribus, eum esse cujusdam Ursini, hominis (vel monachi) romani, cui l. hujus tituli et argumenti Gennadius de vir. ill. c. 27 adscribit, et hinc inferunt, eum esse scriptorem sec. IV. exeuntis vel ineuntis sec. V. Cf. de hac q. Ernst Zeitschr. für kath. Theol. 1895. XIX, 241 ss.; XX, 193—256 col. XXIII, 376, qui tuetur, libellum scriptum esse circa a. 255—56, et ad summum concedi posse, auctoris nomen esse Ursinum. Contra hanc sententiam scripsit Schüler der Pseudocypr. Tr. *de rebaptismate* nach Zeit und Ort seiner Entstehung untersucht. (Zeitschr. für wissenschaftl. Theol. 1897 p. 555—608), cui occurrit Ernst hist. Jahrb. 1898 p. 499—522. Beck Katholik 1900 I, 40—64, cc. 16—18 genuinitatem in dubium revocat, cui mox Ernst se opposuit Ztschr. für k. Theol. 1900 XXIV, 425—460.

40. Scriptoribus hactenus recensitis adjicere licet Dionysium, qui ab ec-

[1]) Cf. de his editionibus accurate disserentem Schoenemann bibl. hist. lib. PP. lat. I, 102—31, etiam apud Migne III praef. LXIV—LXXXVIII. Plura de s. doctore cf. inter alios apud Fessler-Jungmann § 68 ss.; Bardenhewer § 51, qui pro more copiosam exhibet literaturam; Suyskens, comment. de s. Cypriano in actis SS. 16. Sept. IV, 191—384 (ed. Ven. 1761); Peters der h. Cyprian, Regensburg 1877; Fechtrup der h. Cyprian, sein Leben und seine Lehre, Münster 1878; Freppel St. Cyprien et l'église d'Afrique au IIIe siècle, Paris 1865; 1890 ed. 3; Nirschl § 78 ss.; Benson Cyprian, his life, his times, his work, Londini 1897; Potthast Bibl. medii aevi p. 1258 s.; Krüger § 86. De variis controversiis literariis cf. Ehrhard I, 120 s.; II, 455—477; de opusculis pseudocyprianis Weyman hist. pol. Bl. 1899 I, 635—651.

clesia, quam illustravit Alexandrinus, ob gesta et merita illustria a s. Basilio aliisque Magnus, ob doctrinam a s. Athanasio „catholicae Ecclesiae magister", a Rufino „nobilissimus patrum" dictus est. In martyrologio romano ad 17. Nov. praedicatur „summae eruditionis vir, qui multis confessionibus clarus et pro passionum tormentorumque diversitate magnificus plenus dierum confessor quievit Valeriani et Gallieni imp. temporibus." Natus est Alexandriae nobilibus parentibus circa a. 190 et in superstitione ethnica institutus. Ad fidem Christi conversus cura Origenis, ejus insignis fuit discipulus. Omnibus honoribus muneribusque renunciavit, quo liberius perfectiusque sequi posset Christum. Presbyter ordinatus scholam catecheticam regendam post Heraclam suscepit a. 231 vel 232, cui et in sede alexandrina a. 248 successit. Persecutionis tempore non semel exsul ecclesiam sibi commissam prudentissime rexit et fortiter ad a. usque 264 vel 265. Zelo sed et animi moderatione[1]) excelluit, quam ostendit in turbis, quas excitarunt Novatiani, Chiliastae, Sabelliani, Paulus samosatenus et rebaptizantes ab haereticis baptizatos, paci Ecclesiae studens sollicitudine paterna et scriptis. Multa quidem scripsit, sed dolendum operum superesse tantum fragmenta. Potiora sunt brevia *Scholia in Ecclesiastae 1—3, 11,* quae haberi possunt clavis instar ad aperiendum hujus libri difficilis sensum[2]). — Elegantissimi ll. περὶ φύσεως *de natura* ad Timotheum. Ex fragmentis, quae nobis asservavit Eusebius de praepar. evang. l. 14 cc. 22—27 (cf. Routh Rel. s. IV², 393—437) liquet ipsum in eo opere disputasse adversus Epicuraeos, qui providentiam negabant et atomis omnia adscribebant. Eos confutat ex ordine pulcherrimo mundi ipsiusque hominis natura. Cf. G. Roch Die Schrift des alex. B. Dionysius des Gr. Ueber die Natur, eine altchristl. Wiederlegung der Atomistik Demokrits und Epikurs, Leipzig 1882. — Libri 2 περὶ ἐπαγγελιῶν *de promissionibus.* Causam scribendi, narrat Eusebius VII. 24, praebuit Nepos quidam, episcopus Aegypti[1]), „qui promissiones sanctis hominibus factas in divinis voluminibus judaico sensu exhibendas docebat et nescio quot mille annorum spatium corporalibus refertum deliciis in hac terra fore affirmabat. Cumque ex Joannis Apocalypsi opinionem suam stabilire se posse existimaret, librum quem de hac quaestione composuerat (Nepos) *Confutationem allegoristarum* inscripsit." Ex eo fragmenta exhibet eodem c. et capite sequenti. Hic vero l. multos decepit, „adeo ut schismata et integrarum ecclesiarum defectiones fierent." Quare optimus praesul, ut ipse narrat ib., eos in Arsinoitica praefectura adiit. „Cum hunc l. tamquam scutum quoddam murumque inexpugnabilem mihi opposuissent, tres continuos dies a prima luce usque ad vesperam cum ipsis sedens, quaecunque in eo libro scripta erant, discutere aggressus sum:" et quidem felici successu, nam fratres errantes ad rectum tramitem revocavit. Ea occasione nititur ex rationibus internis ostendere, s. Joannem ap. Apocalypsis non esse auctorem: fatetur tamen sancti cujusdam et divino Spiritu afflati (θεοπνεύστου) id opus esse, quique et ipse Joannes vocetur. Ea forte occasione scripsit,

[1]) Krüger § 63 Die Schriften des D. sind der treue Spiegel eines klugen und besonnenen, jedem Extrem abholden Charakters.

[2]) Cf. Fessler-Jungmann § 78.

[1]) De eo alioquin Dionysius non sine laude loquitur. „In plurimis quidem aliis rebus, ita ipse apud Eusebium l. c., laudo Nepotem ac diligo cum propter fidem, tum ob diligentiam et studium Scripturarum; postremo ob psalmorum cantus (ψαλμῳδίας) multiplices, quibus plerique ex fratribus etiamnum magnopere delectantur."

teste Hieronymo l. XVIII in Isaiam, adversus Irenaeum »vir eloquentissimus ... elegantem librum, irridens mille annorum fabulam et auream atque gemmatam in terris Jerusalem« etc. — Contra Sabellium quatuor scripsit *epistolas* ad Ammonem Beronices ep., et ad Telesphorum, et ad Euphranorem, demum ad Ammonem et Euporum. In harum ultima praesertim, ut discrimen inter Patrem et Filium efficacius inculcaret, comparationibus usus est quae et substantiae diversitatem significant. Hinc delatus ad Dionysium episcopum romanum est et de errore insimulatus. Qua de re ab eo monitus scripsit ἔλεγχον καὶ ἀπολογίαν, quod scriptum idem esse videtur ac ll. IV ad Dionysium rom. *contra Sabellium*, quibus pontifici plene satisfecisse creditur. Quaedam exinde fragmenta, asservarunt nobis s. Athanasius in ep. de sententia s. Dionysii et s. Basilius, et forte longum fragmentum, quo Hermogenis error de materia aeterna refellitur, ex l. 1. adversus Sabellium ab Eusebio Praep. ev. VII, 19 relatum ex illo op. est. — Ex ejus epistolis (cf. Hieronymus de vir. ill. c. 69) plures perierunt[1]), aliquas ex parte asservavit Eusebius H. E. VI, 40 ss. et VII passim. In *epistola canonica* ad Basilidem, ep. pentapolitanum, quam fere integram possidemus, tangit quaedam disciplinae ecclesiasticae capita. Eam exhibet etiam Routh in rel. s. III², 219—250. Ep. canonicae, quae determinant poenitentiam a peccatoribus agendam, perierunt, sicut et epistolae festales seu paschales, quibus indicat, quo die jejunium antepaschale sit inchoandum, quo die pascha celebrandum. Dubiae auctoritatis est *epistola adversus Paulum samosatenum* Antiochiae episcopum cum responsione ad ejusdem qq. X. in coll. conc. Mansi (I, 1039—1088), imo juxta Bardenhewer ea est conficta ab Apollinaristis vel Monophysitis. Quae ex ejus scriptis supersunt diligenter collegit Simon de Magistris[1]) Romae 1796 in f., ed. praestans, quam ed. Migne non cognovisse videtur, hinc minus plene opp. reliquias exhibet Patrol. gr. X, 1233—1344; 1575—1602. Reliquias alias reperit ediditque Pitra in Analectis ss. III, 597 s.; IV. 169-182, quarum tamen genuinitas nondum est satis certa.

[1]) Omnium, quarum vestigium vel fragmenta supersunt, elenchum diligenter recenset Krüger § 63 n. 4.

41. Omnes, quos hactenus recensuimus, insignes religionis christianae adversus ethnicos fuere apologetae. His addere licet alium minoris quidem auctoritatis scil. Commodianum, primum poëtam christianum, qui forte natus est Gazae in Palaestina, probabilius in Africa. De eo ita scribit Gennadius de viris ill. c. 15: »Commodianus, dum inter seculares literas etiam nostras legit, occasionem accepit fidei. Factus itaque christianus et volens aliquid studiorum suorum muneris offerre Christo, suae salutis auctori, scripsit mediocri sermone quasi versu adversus paganos. Et quia parum nostrarum attigerat literarum, magis illorum destruere potuit, quam nostra firmare. Unde et de divinis repromissionibus adversus illos agens vili satis et crasso, ut ita dixerim, sensu disseruit, illis stuporem, nobis desperationem incutiens, Tertullianum et Lactantium et Papiam auctores secutus moralem sane doctrinam et maxime voluntariae paupertatis amorem optime

[1]) Multa praeterea de eo habet in commentario praemisso de vita et scriptis s. Dionysii. Cf. insuper Bardenhewer § 40; Hagemann Die römische Kirche und ihr Einfluss auf Disciplin und Dogma in den ersten 3 Jahrh. Freiburg 1864 p. 411—32; Foerster de doctrina et sententiis Dionysii M. (diss. inaug.) Berolini 1865. Dittrich Dionysius d. Gr., Freiburg 1867; Harnack I, 409—427.

prosecutus studentibus inculcavit[1]).« Alia de auctore nostro sunt plane incerta. Episcopum fuisse aliqui conjiciunt, scripsisse vero intra a. 249-51. Scripsit stilo satis duro et inculto *Instructiones*, quarum singulae per literas versuum primas, vocabulum aliquod referunt: p. priore impugnat gentilium superstitiones eosque ac Judaeos ad amplectendam religionem christianam hortatur; in altera variis christianorum classibus optima morum praecepta tradit. — Aliud ejusdem opus similis fere argumenti cum priori edidit J. B. Pitra *Carmen* scil. *apologeticum* in Spicilegio solesmensi I, 20 et fragmentum scil. v. 1014—1053 t. IV, 222—24. In hujus carminis p. posteriori crassum tuetur chiliasmum et singularia tradit de ultimis mundi fatis duplicem distinguens antichristum. Postquam instructiones seorsim (in bibl. vet. PP. Gallandi t. III; Migne P. lat. t. V. etc.) et seorsim carmen hoc apologeticum (sed non integrum) prodierant, junctim edita sunt ab E. Ludwig Lipsiae 1878, Dombart Commodiani carmina recensuit et commentario critico auxit, Vindobonae 1887, quae editio est accurata et critica. Non potuit tamen Dombart omni adhibita diligentia ex codicum defectu lacunas et locos corruptos resarcire et sanare. Nostra aetate nititur H. Waitz nostro auctori non sine eruditione et probabilitatis specie *carmen adversus Marcionem* sub Tertulliani nomine olim vulgatum asserere in l. Das pseudotertullianische Gedicht adversus Marcionem, Darmstadt 1901. Eum tamen rem non plane evincere censet Funk Theol. Qtlschr. 1902 LXXXIV, 137 s. Non desunt viri eruditi, qui conjiciant praeeunte Gennadio l. c. Commodianum floruisse post Lactantium; forte medio sec. V. ut F. X. Kraus et Brewer: quae opinio non displicet Ehrhard, quem cf. II, 478—481.

42. Inter apologetas doctrinae christianae adversus omnis generis haereticos eminet gloriosissimus martyr et ecclesiarum Galliae splendor s. Irenaeus. Natus videtur Smyrnae c. a. 140, juxta Zahn jam c. 125, juxta alios intra a. 126—130. Docilis sedulusque exstitit venerandi Polycarpi (cf. supra p. 18) discipulus et, ut videtur, Papiae auditor, a quo forte imbutus est opinionibus chiliasticis. Qua occasione et quo tempore in Galliam venerit, est incertum. A Pothino episcopo lugdunensi ordinatus est presbyter. Cum saeviret persecutio sub Marco Aurelio, missus est a clero lugdunensi et viennensi Romam ad Eleutherum (175|76-189) cum literis honorificis, ut quaestio de prophetiis Montani, quibus ecclesiarum pax turbabatur, pontificis auctoritate componeretur. Pothino, qui senex 90 annorum glorioso martyrio eadem in persecutione vitam finierat a. 177, successor in cathedra datus, tanto zelo et prudentia egit causam Christi, ut integram fere civitatem ad ejusdem converterit fidem. Orta sat acri controversia de tempore celebrandi paschatis inter orientales et occidentales, ipse »non solo nomine, sed etiam vitae instituto ac proposito pacificus« pro ecclesiarum pace literas dedit ad Victorem romanum pontificem (189—198|199, cf. supra p. 48), qui »omnes Asiae vicinarumque provinciarum ecclesias tamquam contraria rectae fidei sentientes a communione abscindere conatur, datisque literis universos, qui illic erant fratres proscribit et ab unitate Ecclesiae prorsus alienos esse pronunciat . . . Nec vero ad Victorem solum, sed et ad multos alios ecclesiarum antistites de quaestione proposita literas in eandem sententiam misit[1]).«

[1]) Cf. eruditum commentarium in h. c. apud Brunonem Czapla in op. Genadius als Litterarhistoriker, Münster 1898 p. 37 ss.; Bardenhewer § 57; Freppel Commodien, Arnobe, Lactance et autres fragments inédits, Parisiis 1893; Boissier, Commodien, Paris 1887.

[1]) Eusebius H. E. V, 24.

Nec infelici, ut videtur, successu, nam pax inter romanos pontifices et Asianos, licet hi a suo non discesserint usu, non fuit abrupta. Juxta traditionem, quae jam apud s. Hieronymum in Is. 64, 4 reperitur, sed recentioribus criticis videtur dubia[1]), in nova persecutione sub Septimio Severo cum multis sui gregis ovibus martyrio coronatus obiit a. 202.

43. Multa reliquit eruditionis zeliique pro fide catholica tuenda monumenta, e quibus celeberrimum est solumque diem tulit opus inscriptum: Ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς ψευδονύμου γνώσεως. *Detectio et eversio falso cognominatae agnitionis,* quod brevius inscribitur *Libri (V) adversus haereses* (forte p. a. 180). Accurate in hoc opere gnosticorum inde a Simone Mago communi eorum parente, maxime vero Valentinianorum somnia abstrusa exponit: unde a Tertulliano „omnium doctrinarum curiosissimus explorator" meruit audire (adv. Valent. c. 5). Ea deinde ratione et divina traditionis atque s. Scripturae auctoritate refellit. Qua occasione egregie traditionis momentum et auctoritatem prae reliquis scriptoribus vetustioribus iterum atque iterum inculcat, romanae Ecclesiae primatum agnoscit, veram de sacramento eucharistiae doctrinam proponit aliaque dogmata fidei catholicae ut de ss. Trinitate, incarnatione etc. tuetur, atque de b. Maria V. praeclare disserit[2]).

Non desunt tamen naevi et doctrinae, cum aliquot opiniones probari nequeant, et methodi, quae minus est concinna; quibus tamen non obstantibus opus est summi pretii, momenti, utilitatis, hinc a veteribus jam magni est factum. Scriptum est lingua graeca, sed textus originalis, si fragmenta praesertim ex l. 1. excipias, periit: exstat tamen versio latina stilo quidem barbaro, sed valde antiqua et admodum fidelis. Prodiit hoc opus cura Erasmi Basileae 1526; Fr. Feuardentii Parisiis 1576—1577; Coloniae 1596; 1639 etc.; Grabbii Oxonii 1702; Massueti Parisiis 1710, ed. praestantissima dissertationibus aucta, recusa Venetiis 1734, et a Migne Patrol. gr. t. VII; cura A. Stieren Lipsiae 1848—53; W. Harvey Cambridge 1857, ed. maxime completa. Fragmenta aliorum operum s. Irenaei reperiuntur in ed. recentioribus; praesertim in Pitra Anal. sacris IV, 17-35. — Passim tamquam genuina habita sunt celebria quatuor fragmenta, quae M. Chr. Pfaffius in taurinensi bibliotheca se reperisse gloriabatur ediditque Hagae 1715 etc. Recentiori aetate non defuerunt qui saltem de unius vel alterius fragmenti dubitarent genuinitate[1]): cum en A. Harnack stupentibus viris eruditis diss. edidit inscriptam Die Pfaff'schen Irenäus-Fragmente als Fälschungen Pfaffs nachgewiesen, Lipsiae 1900 in Text. u.

---

[1]) Eam fortiter tuetur L. Lévèque in diss. Le martyre de St. Irénée in fasc. lit. La science cath. 1893 VII, 191—801.

[2]) Cf. de s. Irenaei doctrina Massuet in docta diss. III. suae ed. praemissa; Fessler-Jungmann § 56 ss.; Nirschl § 57 ss.; de singularibus doctrinae capitibus Klebba die Anthropologie des h. Irenaeus, Münster 1894; de primatu Hagemann die röm. Kirche in den ersten drei Jahrh., Freiburg 1864 p. 598—627; Schneemann S. Ir. de Ecclesiae rom. testimonium, Friburgi 1870 et in Act. et decr. conc. rec. t. IV. p. V—XXXIV; Atzberger Gesch. der christl. Eschatologie innerhalb der vornic. Zeit, Freiburg 1896 p. 219—263 etc.

[1]) Cf. Funk kirchengesch. Abh. II. diss. 10 p. 198—208, juxta quem fragmenta 2. et 3. satis dubia sunt: 1. et 4. genuina esse possunt. Cf. de s. Irenaeo praeter alios jam citatos Bardenhewer § 34; Gouilloud St. Irénée et son temps II. siècle de l'Eglise, Lyon 1876; Histor. litér. de la Franc. t. 1 p. 1 pag. 324—52, ubi et de variis ed. disseritur; Streber KL. VI, 867—872; Freppel St. Irénée, Paris 1886 ed. III; Ehrhard II, 262—275 etc.

Untersuch. XX N. F. V, 3, 1—69. Aliquot fragmenta epistolarum vel scriptorum s. Irenaei asservavit nobis Eusebius in sua H. E. V, 20. 24. 26 etc. — Non desunt qui sancto nostro tribuant[1]) pulcherrimam ecclesiarum viennensis et lugdunensis *de martyrio s. Pothini ep.* et aliorum plurimorum epistolam, quam nobis asservavit Eusebius H. E. l. V. c. 1 ss. Eam reperies inter opuscula SS. PP. selecta a nobis edita XIII, 86—114. Opera deperdita recenset Krüger § 52.

44. Magistro subjicimus discipulum Cajum[2]), virum dissertissimum (Eusebius H. E. VI, 20), de quo Hieronymus c. 59 praeeunte eodem Eusebio H. H. II, 25, refert, eum sub Zephyrino romanae urbis episcopo disputationem adversus Proclum Montani sectatorem valde insignem habuisse, in qua eum temeritatis arguit super nova prophetia defendenda, opiniones etiam chiliasticas reprobat atque praeclarum profert testimonium de sepulcris ap. Petri et Pauli, quae Romae visebantur (apud Eusebium l. c.). Nihil praeterea de ipso scimus, vixque aliqua scriptorum fragmenta supersunt penes Routh reliquiae s. II², 123-58; Migne Patrol. gr. X, 25—36. A s. Hippolyto impugnatus fuit (cf. p. 64), quod Apocalypsin s. Joannis Cerintho tribuerit[3]). Epistolam ad Hebraeos Paulo abjudicavit. Virum eruditum fuisse clarique nominis inde liquet, quod scriptores recentiores ei supponant, sed immerito, ut videtur, vel *Philosophumena* (cf. supra p. 65), vel *fragmentum muratorianum,* (p. 22 a.), vel l. *de universi natura,* vel *parvum Labyrinthum* etc.

45. Contra Montanistas praeterea pugnavit Serapion, qui undecimo Commodi imp. a. Antiochiae episcopus ordinatus (c. 190—203) scripsit epistolam ad Caricum et Pontium, cui ep. alii subscripsere episcopi. »Porro Serapionis, scribit Eusebius H. E. VI, 12, multa quidem alia doctrinae monumenta penes alios exstare credibile est. Ea tamen ad nos dumtaxat pervenerunt, quae scripsit ad Domninum quendam, qui persecutionis tempore a fide Christi ad Judaeorum superstitionem desciverat . . . aliae quoque ad alios epistolae. Praeterea l. de Evangelio Petri, quae in eo falsa erant coarguens. Quem quidem l. composuit in gratiam quorundam ex Rhossensi paroecia, qui occasione illius evangelii ad doctrinam a recta fide alienam declinaverant[1]).« Pauca fragmenta scriptorum ejus collecta reperies apud Routh Reliquiae s. I², 447—62, Migne P. gr. V, 1371—76.

46. »Malchion, dissertissimus antiochenae ecclesiae presbyter, quippe qui in eadem urbe rhetoricam florentissime docuerat, adversus Paulum samosatenum, qui, antiochenae ecclesiae episcopus, dogma Artemonis instaurarat, excipientibus notariis disputavit, qui dialogus usque hodie exstat . . . Floruit sub Claudio et Aureliano († 275).« Ita Hieronymus c. 71 praeeunte Eusebio H. E. VII, 29. Dialogus vero hic jam periit. Frag-

---

[1]) Cf. Hist. lit. l. c. p. 290—94. Opera deperdita Irenaei recenset Harnack I, 263—288.

[2]) Hist. lit. de la Fr. I, p. 356 ss. ex eo, quod Cajus fuerit discipulus s. Irenaei conjicit eum natione fuisse gallum, qua in opinione non videtur multos habere sequaces. Cf. de eo Koenig KL. I¹, 1684; Zahn Gesch. des neutest. Kanons II, 985—991; Harnack I, 601—603.

[3]) Cf. de fragmentis circa hanc controversiam a Gwynn repertis et editis in Hippolytus and his „Heads against Cajus:" Hermathena VI (1888) p. 397-418; Hippolytus on st. Matth. 24, 15—22 Hermathena VII (1890) 137—140. Cf. A. Harnack Die Guynn'schen Cajus- und Hippolytus-Fragmente im Texte und Unters. 1898. VI, 3, 121—133.

[1]) Cf. Bardenhewer KL. XI, 178.

menta collegit Routh III², 301-316 et habes apud Migne P. G. X, 247—260, inter quae sunt et fragmenta grandis epistolae synodicae, qua episcopi referunt quae gesta fuerint contra Paulum samosatenum. Eam ex persona synodi a Malchione scriptam fuisse ad Dionysium et Maximum romanae et alexandrinae episcopos testatur ib. s. Hieronymus silente hac de re Eusebio: quam ob rem assertio illius nonnemini visa est dubia.

47. Supersunt *Acta disputationis* Archelai episcopi (Harcharensis) Mesopotamiae (qui claruit c. a. 277) et Manetis haeresiarchae, latine versa ex graeco, sed scripta fuisse dicuntur ab Hieronymo sermone syro, opus pretiosum pro historia hujus haeresis [1]). Prodiit primum haec versio obscura et mendose servata cum fragmentis graecis in Zaccagni Collectaneis veterum Eccles. Romae 1698 p. 1—105 et saepe alibi; Routh V², 1 ss.; Migne Patrol. gr. X, 1405—1527. Illa magna ex parte propter suam utilitatem inseruit Epiphanius haer. 66.; epitomen exhibet Cyrillus hieros. catech. 6 n. 21 ss. Verum jam incipiunt viri critici opinari, acta illa esse ineunte sec. IV composita ab Hegemonio, qui formam disputationis selegerit ad manichaeos confutandos, ideoque Archelao non esse tribuenda, cum interlocutores ipse auctor finxerit [2]). Ita Kessler in op. Mani. Forschungen über manichäische Religion, Berlin 1889 I, 87 ss. censet, acta compilata esse intra a. 300—325 ex monumentis genuinis sec. exeuntis III. lingua syriaca conscriptis: interpretem autem hujus linguae minus fuisse peritum, hinc in sua versione haud raro errasse. Imo conjicit, Archelaum non esse personam historicam. Alii vero putant acta originalia (ficta) graece fuisse conscripta.

[1]) Cf. Kaulen KL. I, 1252.
[2]) Cf. Bardenhewer § 65 n. 1.

48. Sequuntur adhuc plures mentione digni [1]), qui tamen non multa scripserunt vel quorum nihil fere superest. Ex romanis pontificibus hic forte nominari possunt, praeter Zephyrinum (198/199—217), cujus forte est celebre edictum, quo moechiae et fornicationis delicta poenitentiae functis dimittit [2]), et Callixtum (217—

[1]) Praetermittimus s. Martialem primum lemovicensem episcopum, qui floruisse dicitur medio sec. III., de quo cf. Hist. lit. de la France I, 407—9, Arbelot Diss. sur l'apostolat de s. Martial, Paris 1855; Documents inédits sur l'apostolat de s. M. et sur les antiquités des églises de France, ib. 1860; Bellet in Revue des qq. hist. 1900 XXIV, 1—40. Tribui ipsi solebant duae *epistolae*, quae saepissime sub ejus prodierunt nomine, sed manifesto sunt spuriae: nam sunt fabulis plenae indignaeque quae legantur. — Spuria pariter declaratur a P. Batiffol s. Theonae episcopi alexandrini (282—300) *epistola* ad Lucianum praefectum cubiculariorum, quomodo se gerere debeant christiani in aula caesarea, quae diu imo ad nostram usque aetatem tamquam genuina prodiit in variis PP. bibliothecis (apud Migne P. G. X, 1567—1574), in diss. L'epître de Théonas à Lucien in Bulletin critique, Paris 1886. VII, 155—60, ubi eam tribuit J. Vignier († 1661). Cf. Ehrhard II, 352 s.: Krüger § 74, qui haesitat opinionem a Batiffol assertam amplecti. — Fragmentum seu *expositio fidei* ex ep. ad episc. Maximum et clerum alex., quae citata fuit in conc. ephesino (Mansi IV, (1188) sub nomine Felicis I. episcopi romani (269—274) supposita vel saltem falsata censetur ab Apollinaristis. Cf. Harnack Gesch. d. altchristl. Literatur I, 659; Caspari Alte und neue Quellen zur Gesch. des Taufsymb. Christiania 1879 p. 111—123; genuinitatem tamen tuetur Coustant p. 291—298. — De Gemino antiochenae ecclesiae presbytero refert Hieronymus de vir. ill. c. 64 tantum pauca eum ingenii sui monumenta composuisse, atque floruisse sub Alexandro Severo (235). Reliqui omnes de hoc auctore silent, neque de quibus scripserit, unquam innotuit.

[2]) Ejus mentionem facit Tertullianus de pudic. c. 2; illud tamen ab aliis Callixto tribuitur. Cf. Harnack I, 603—605.

222), qui in Philosophumenis (cf. supra p.) acriter impugnatur, Cornelius martyr gloriosus (251—253), ad quem exstant octo s. Cypriani epistolae, scripsit plures *epistolas* sollicitudinis apostolicae monumenta[1]), ex quibus duo tantum supersunt ad s. Cyprianum, inter hujus ep. 46 et 48, necnon pretiosum fragmentum[2]) ex ejus ep. ad Fabium antiochenum apud Eusebium VI, 43. — Stephanus et ipse martyr (2. Aug. 257), errorem rebaptizantium ab haereticis baptizatos, hinc et s. Cypriani, reprobavit. Ex ejus epistola pauca nobis asservavit verba s. Cyprianus ep. 74. n. 1, inter quae nobile illud dictum: „Nihil innovetur, nisi quod traditum est[1]).“ — Dionysius romanus (259—269) „vir eruditissimus et plane admirabilis“ a cognomine Dionysio alexandrino dictus (apud Eusebium H. E. VII c. 7 n. 3), scripsit *epistolam* ad hunc, quia apud eum ob quaedam minus caute de Filio dicta accusatus fuerat, et etiam contra Sabelli sectatores, cujus scripti insigne plane documentum[2]) nobis asservavit s. Athanasius de decretis nicaenae synodi n. 26. Cf. quae ipsius adhuc supersunt apud Routh III, 369—403; Migne P. L. V, 99—136. Horum pontificum epistolas et notitiam accuratam de deperditis habes apud Coustant Epist. rom. pontif., Parisiis 1721 p. 107-298.

49. Alexander, Clementis alex. discipulus et Origenis amicus, episcopus Cappadociae, cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret, Narcisso hujus urbis episcopo admodum seni raro exemplo coadjutor adjunctus[3]) est eique post mortem in episcopatu successit († 250). Plures eum epistolas scripsisse memorat Eusebius, qui aliqua fragmenta nobis asservavit H. E. VI, 11. 14. 19 (collecta apud Gallandi II, 201—2; Routh II, 159—179; Migne Patrol. gr. X, 204—5). Optime vero meruit de literis ecclesiasticis bibliotheca, quam Hierosolymis condidit, qua optime usus est Eusebius pro sua histo-

---

[1]) Hac occasione mentio fieri potest et Novatiani (a graecis passim Novatus dicti) romanae urbis presbyteri, qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus est invadere et catharorum amplexus est errorem et rigorem de non suscipiendis apostatis poenitentibus. Multa scripsit, inter quae nomine cleri rom. *epistolam* gravem de recipiendis lapsis ad s. Cyprianum (inter hujus ep. 30) et forte etiam aliam (ib. 36); *de Trinitate* „quasi epitomen operis Tertulliani faciens, quod plurimi nescientes Cypriani aestimant,“ ut scribit Hieronymus de vir. ill. c. 70. In eo tuetur Filii divinitatem. Sed non desunt qui ejus genuinitatem in dubium vocant, ut Hagemann die römische Kirche und ihr Einfluss, Freiburg 1864 p. 371—411. Prodiit hic tr. in ed. opp. Tertulliani cur. Mesnartio Parisiis 1545; seorsim Oxonii 1724; Londini 1728, dein in ed. infra citandis. Recentiori aetate aliquot opera pseudocyprianica ei fuere asserta (Cf. Weyman hist. Jahrb. 1892 XIII, 737—748; hist. pol. Bl. 1899 I, 635—651), ut l. *de cibis judaicis* critice ed. in Archiv für lat. Lexicographie und Grammatik cur. G. Landgraf et K. Weyman XI, 221—49. *De spectaculis* et *de bono pudicitiae*. Forte ipsius est l. *adversus Judaeos*. Immerito vero ei tribuuntur *Quod idola dii non sint;* de *laude martyrii*, (Harnack ZU. XIII, 4), tr. Origenis *de libris* ss. Scripturarum (cf. supra p. 62), et *Philosophumena* (cf. supra p. 65). Alia ejusdem scripta, quorum plura recenset s. Hieronymus de scr. eccl. c. 70, perierunt. Ejus opera habes in Migne P. L. III, 885—970. Cf. Bardenhewer § 55; Ehrhard II, 417—423; Harnack I, 652—656; supra p. 78.

[2]) Cf. Coustant Ep. rom. pont. p. 125—206; Routh III[2], 11—89; Migne III, 675—848.

[1]) Cf. Acta et monumenta ad hanc spectantia controversiam cf. in Migne P. L. III, 1045—1537 collecta; Coustant p. 209—256.

[2]) Cf. Hagemann die röm. Kirche p. 432—453. Coustant p. 269—292.

[3]) Primum saltem hoc exemplum translationis a sede ad sedem et coadiutoris in antiquitate nobis occurrit cf. KL. I[2], 500.

ria ecclesiastica conscribenda. — In schola catechetica alexandrina praecessit (juxta alios successit) Pierio (cf. supra p. 60 a.) Theognostus a. 282, qui, ut videtur, Origenis vestigia sectatus est. Composuit theologiae dogmaticae specimen seu compendium ll. 7 comprehensum, quod *Hypotyposes* seu institutiones theologicas inscripsit. In l. 1. agit de Deo Patre; in 2. de Filio; in 3. de Spiritu s.; in 4. de angelis et daemonibus; in 5. et 6. de incarnatione; in 7. de Dei creatione. Graves ei errores exprobat Photius cod. CVI. Cum vero s. Athanasius cum laude ejus mentionem faciat et ad eum in tuenda fide catholica de decr. nic. synodi n. 25 provocet, Photii accusatio vel exaggerata est, vel Theognosti libri ab haereticis fuere interpolati. Intercidit ejus opus: pauca admodum supersunt fragmenta. Cf. Routh III², 405—22; Migne Patrol. gr. X, 235—42.

50. Summam nominis celebritatem promeruit Gregorius, natus c. 213 Neocaesareae in Ponto, antea Theodorus appellatus, a miraculorum gloria Thaumaturgus, alter Moyses dictus. In superstitione paganica natus puer a. 14 veritatem religionis christianae agnoscere coepit. Ab Origene cum fratre suo Athenodoro[1]) Caesareae in Palaestina philosophiae amore succensus et in rerum divinarum meditatione fuit initiatus. Hinc in gratiarum actionem *orationem panegyricam* habuit in Origenem coram magna hominum frequentia sane elegantem atque admodum eruditam, in qua Origenis docendi methodum explanat atque brevem ejusdem cursum theologicum exhibet. Accurate et critice eam edidit P. Koetschau Freiburg und Leipzig 1894. Quinquennio elapso in patriam rediit (a. 238 vel 239). Mox in episcopum neocaesariensis ecclesiae in Ponto eligitur (c. a. 240) eamque summa sollicitudine pastorali diu rexit omnemque illius regionis populum ad Christi fidem convertit[1]). Intervenit quoque cum fratre magnae synodo adversus Paulum samosatenum Antiochiae 264/265 habitae († c. 270). Alia ejusdem monumenta sunt: Ἔκθεσις πίστεως *Expositio fidei* admodum brevis sed accurata de ss. Trinitate, quam didicisse eum ferunt in apparitione b. Mariae V. et s. Joannis ap.; hinc dicitur etiam »Revelatio Gregorii.« Cf. Caspari Alte und neue Quellen zur Gesch. des Taufsymbols und der Glaubensregel, Christiania 1879 p. 1—64. Alia *fidei expositio prolixior* (κατὰ μέρος) ipsi olim tributa spuria censetur atque Apollinario laodiceno († 390) adscribitur: graece primum edita a Mai Novae coll. VII, 170—176; a Draeseke in Texte u. Unt. 1892 VII, 369—380. — Ejus *Metaphrasis in Ecclesiasten,* brevis quidem sed valde utilis dicitur a s. Hieronymo c. 65, imo Rufinus H. E. VII, 25 dicit eum »in Ecclesiasten metaphrasin magnificentissime scripsisse.« Paraphrasi enim sua efficit »ut clarius rerum omnium temporalium vanitas perspiciatur, et lectores efficacius ad mores corrigendos excitentur, quam sola lectione graeci istius libri textus satis obscuri fieri possit.«

[1]) Hujus forte sunt tria brevia fragmenta ex scripto de *Hebraismo,* quae leguntur in Jo. Damasceni sub Athenodori nomine Parallelis sacris, edita ab Holl in Text. u. U. XX N. F. V, 2, 161 (a. 1899). Factus est autem et Athenodorus episcopus in Ponto, sed cujus sedis, est incertum. Obiit c. 270.

[1]) Vitam ejus narrat s. Gregorius nys. in orat. panegyrica minusque historica *de vita s. Gregorii Thaumaturgi.* Cf. Fessler-Jungmann § 79; Bardenhewer § 47; Ryssel Gregorius Thaumaturgus, sein Leben und seine Schriften, Lipsiae 1880, ubi reperies et versionem germanicam opusculorum ad Philagrium et Theopompum. Biographiam, quam syriace reperit, edidit in Theol. Ztschr. aus der Schweiz 1894 XI, 228—254; syriace Bedjan in Actis MM. et SS. 1896 VI, 83—106.

Ita Cornely Hist. et crit. introd. ed. 2 p. 641. — Ex ejus epistolis exstat tantum *epistola canonica* episcopo cuidam Ponti inscripta a. 254, a conc. Trullano commendata, utilis pro disciplina poenitentiali illius temporis. Lagarde juris publici fecit in Analectis syriacis Lipsiae p. 1858 p. 31—67 idiomate syriaco duo opuscula, epistolam scil. ad Philagrium *de consubstantiali* i. e. de aequalitate personarum divinarum quoad naturam, et dialogum cum Theopompo *de passibili et impassibili* in Deo, utrumque Gregorio nostro asseruit, quae conjectura aliis quoque placuit. Sed epistola illa graece exstat atque ab aliis Gregorio nazianzeno (inter hujus or. 45 seu ep. 243 Migne P. G. XXXVII, 383), vel Basilio vel Gregorio asseritur[1]) nysseno (ep. 26 Migne XLVI, 1101—1108), neque controversia peremplorie est definita. — P. Martin reperit sub ejus nomine *homilias* octo armeniace versas, quas edidit in Pitrae analectis sacris IV, 134—69 (latine 386—412): ex his prima tantum in nativitatem Christi videtur genuina, et forte sexta de Maria Dei genitrice. Quatuor vero *homiliae*, quae ipsi olim tribuebantur (tres in b. Virginis annunciationem et una in theophaniam seu epiphaniam Domini), censentur spuriae. Ita et homilia in omnes sanctos a Mingarelli Bononiae 1770 edita (etiam apud Migne P. G. X, 1191—1206). — Tr. *de anima* ad Tatianum dubius est. *Anathematismi* vel capitula duodecim de fide supposita sunt. Juxta DraesekeGes. patr. Unters. ea sunt Vitalis antiocheni, Apollinaris discipuli. Cum vero ea respicere videantur errores jam Nestorii et Eutychis, sunt probabiliter sec. V., non autem Apollinaristae alicujus, vel sec. exeuntis IV., cum Apollinaristarum errores rejiciantur[1]). Plura op. Gregorii nostri fragmenta exhibet Pitra in Anal. sacris III, 589—595; IV, 81—169; sed num omnia sint genuina, nondum satis constat. Prodierunt ejus opera collecta in Gallandi bibl. III, 385—569; Migne P. G. X, 963—1232

51. Supersunt scriptores, quorum opera *historiam* spectant. Sextus Julius, chronologus perinsignis, patria Africanus, professione forte quondam miles, accuratissime composuit quinque *de chronographia* libros, in quibus se Alexandriam profectum esse (211—215) testatur ob maximam omnium famam atque existimationem de Heracla, qui in philosophia aliisque graecorum disciplinis bene institutus ad episcopatum alexandrinae ecclesiae provectus fuit. Eo in opere praecipuos ab o. c. ad a. 221 circiter post Christum eventus cum accurata temporum determinatione prosequitur. Interiit illud si fragmenta excipias, ex quibus aliqua de LXX hebdomadis danielicis tractant, quarum initium in 20. Artaxerxis anno ponit. Eo opere usi sunt Eusebius in suo chronico aliique veteres historici. Composuit quoque libros XIV (vel plures) κεστοὶ ἢ παράδοξα inscriptos et Alexandro Sev. imp. dedicatos seu stromata, in quibus agit de re medica, physica, militari, rustica, etiam de superstitiosis absurdisque rebus etc. et quorum plura supersunt fragmenta; *epistolam* ad Origenem, in qua historiam Susannae in l. Danielis spuriam esse et commentitiam suspicatur, ad quam Origenes copiosissime respondit. Haec adhuc exstat, sicut et alia (magna saltem ex parte) *ad Aristidem* de dis-

[1]) Pro Gregorio nostro pugnat Ryssel Jahrb. f. prot. Theol. 1881 VII, 565—573, contra eum pro Gregorio nazianzeno Draeseke (Ges. patristische Untersuch. 1889 p. 103—162. Cf. Ehrhard I, 107—109; II, 357—362; Harnack I, 428—436; Krüger § 75.

[1]) Cf. de hac controversia Funk Kirchengeschichte Abhandl. II. diss. 16 pag. 329—38; Lauchert in Theol. Qtlschr. 1900 LXXXII, 395—418.

sensione, quae videtur esse inter Mathaeum et Lucam in Christi genealogia referenda[1]): ejus solutio, quam a majoribus acceperat, exegetis pluribus etiam nostra aetate probatur. Cf. F. Spitta der Brief des J. A. an Aristides, Halle 1877. Obiisse censetur p. a. 240. Quae de ejus operibus supersunt, collecta reperies apud Routh rel. sacrae II², 211—509; Gallandi II, 337—376; Migne P. G. X, 35—108; XI, 41—48 etc. Harnack ex conjecturis ei tribuit versionem graecam *Apologetici* Tertulliani, quae conjectura quamvis sagax non arridet Ehrhard.

52. Huic addimus s. Anatolium domo Alexandrinum. »Hic tum in liberalibus disciplinis tum in philosophia principem inter doctissimos nostri temporis viros locum sine controversia tenuit: quippe qui ad summam apicem arithmeticae, geometriae atque astronomiae, ad haec ad dialecticae et physicae, et rhetoricae supremum fastigium pervenisset. Qua de causa rogatus fuisse dicitur ab Alexandrinis, ut aristotelicae successionis scholam ibidem institueret.« Ita Eusebius H. E. VII, 32, qui et specimen refert ejus prudentiae et auctoritatis, qua apud urbis cives fruebatur. Dein prosequitur: »Ceterum Anatolius non admodum multos composuit libros. Verum ex iis, qui ad nos pervenerunt, eloquentiam simul et multiplicem ejus eruditionem abunde licet cognoscere; praecipue vero ex iis, in quibus suam de Pascha sententiam confirmat.« Exhibet dein fragmentum ex his canonibus de Paschate[1]); reliquum operis periisse a pluribus dicitur, neque enim l. Anatolii *de ratione paschalii* a Bucherio editum in suo op. de doctrina temporum Antverpiae 1634 p. 439—49 genuinum censent: aliis tamen videtur esse operis ab Eusebio laudati versio a Rufino adornata: quae forte temporis lapsu interpolata vel etiam retractata fuerit. Genuinitatem tuetur Zahn[2]), cujus rationes validas judicat Krüger § 64. Fragmenta ex libris ejus arithmeticis sub ejus nomine edita sat dubia sunt. Omnia haec tibi dabunt Gallandi III, 543—557; Migne P. G. X, 207—36. A Theotecno episcopo Caesareae in Palaestina electus est in coadjutorem; interfuit synodo antiochenae contra Paulum samosatenum (a. 296). Iter faciens per Laodiceam, Eusebio episcopo suo amico defuncto, a fratribus retentus eique suffectus est[3]) in sede episcopali (270). — B. Cheromeno (Chaeromeno), qui traditur fuisse s. Niconis M. († 253) condiscipulus, et sanctitate clarum vitam duxisse eremiticam († 2. Nov. 297), tribuuntur[3]) *Acta ss. Niconis* et CXCIX martyrum, in Act. SS. 23. Mart. III, 444—448.

[1]) Cf. Eusebius VI, 31; Bardenhewer § 43; Fessler-Jungmann § 82, 2; Gelzer S. Julius Afr. und die byzantinische Chronographie Lipsiae 1880—98 t. 2, qui prae ceteris de hoc auctore meruit, in quorum 1. agit de ejus chronographia; in altero de chronographis graecis et latinis, syris, et armenis, qui post ipsum scripserunt; Kihn KL. VI, 2005-2010; Ehrhard I, 169—171; II, 368—370; Harnack I, 507—514; Krüger § 82, qui de ejus opere chronographico scribit: Die Chronographie, die zur Grundlage aller kirchlichen und weltlichen Geschichtschreibung bis in das Mittelalter geworden ist, wird trotz ihrer Mängel immer als eines der hervorragendsten Erzeugnisse altchristlicher Schriftstellerei betrachtet werden müssen.

[1]) Cf. Hefele KL. I, 798; Bardenhewer § 40 n. 5.

[2]) Kritische Fragen über den l. Anatolii *de ratione paschali* in Forsch. zur Gesch. de NT. Kanons III, 177—196.

[3]) Cf. Mongitore Bibl. siculae I, 138.

IV.

Scriptores ecclesiastici seculi IV.

Pars prior (301—326).

53. Priori hujus seculi parte paucos adhuc reperimus scriptores, qui operibus innotuerint. Immanis enim fere per universum imperium romanum diu saevierat persecutio, quae internecionem minabatur religioni christianae magnasque edidit strages. Sed Deo dante reddita fuit per Constantinum imp. pax et celebrata florentissima synodus nicaena, a qua coepit periodus vere aurea theologiae catholicae. Antequam hanc adeamus, eos qui initio seculi floruerint, paucis indicabimus. Inter apologetas nominari merent Arnobius et Lactantius, quorum ille sub Diocletiano imp. Siccae in Africa proconsulari florentissime rhetoricam docuit. Primum quidem adversarius religionis christianae ad eam miro modo conversus, ut omne dubium de conversionis suae sinceritate abigeret, scripsit *disputationum adversus gentes ll. 7,* in quibus initio quidem toties recantatam calumniam repellit, religioni christianae tribuendas esse illorum temporum calamitates; ejus veritatem ex celeri ejusdem propagatione miraque in hominum moribus reformandis comprobat; dein polytheismi patefacit absurditates: sed utpote recens conversus nondum bene in sana doctrina institutus naevis erroribusque sat gravibus inficitur ejus apologia et expositio fidei christianae: neque forma est accurata, stilus nimis declamatorius, quaesitus, implexus: quam ob rem de eo merito censet Hieronymus ep. 58 n. 10: »Arnobius inaequalis et nimius et absque operis sui partitione confusus[1]).« Decessisse videtur c. 327. Prodiit primum cura Fausti Sabaei, Romae 1543, in patrol. lat. Migne t. V.; accurate cura A. Reifferscheid Viennae 1875 in corp. scr. lat. t. IV.

54. Longe elegantius scripsit Lucius Caelius Firmianus Lactantius Arnobii discipulus, et ad Christi fidem conversus, probabiliter etiam Afer, qui a Diocletiano accitus Nicodemiam rhetoricam ibidem docuit; sed penuria

[1]) Cf. Bardenhewer KL. I, 1417; Patrologie § 52; Ehrhard II, 481—484; Freppel Commodien, Arnobe, Lactance, Paris 1893 p. 28—93; Potthast p. 118; Krüger Realencycl. II, 116.

discipulorum ob graecam videlicet civitatem, ad scribendum se contulit[1]): hinc forte factus est »adeo in hac vita pauper, ut scribit Hieronymus in chron. ad a. 2333 a. Abr., ut plerumque necessariis indiguerit.« In extrema senectute magister fuit Crispi Caesaris, filii Constantini, qui postea a patre interfectus est. Obiit Lactantius c. a. 330, imo juxta alios Treviris c. a. 340. Plura ex ejusdem operibus perierunt; haec vero adhuc supersunt; *Divinarum institutionum* ll. VII, quorum priores impugnant superstitiones gentilium vanamque horum philosophiam, in sequentibus pulchre disserit de vera sapientia et religione sane christiana, de justitia veroque cultu christiano, disputationemque absolvit l. VII. de vita beata. Hujus operis confecit concinnam *Epitomen* ad Pentadium fratrem, quae est admodum utilis, si abstrahas a millenariorum opinionibus[1]). Prodiit seorsim cura Pfaffii 1712. Institutionibus praemiserat forte c. a. 304 l. *de opificio Dei* ad Demetrianum auditorem suum, quod scil. est homo, ex cujus creatione, corporis compage, necnon ex animae natura unum colligit esse Deum omnipotentem, cujus admirabili providentia universum hoc administratur. — In l. pulcherrimo et erudito *de ira Dei* ostendit Deum esse summe justum, hinc bene merentes remunerari, sed et male merentibus infligere poenas. — Magna est controversia, num ipsius sit l. *de mortibus persecutorum* ad Donatum, in quo vindicta divinitus persecutoribus inflicta describitur. Dubitant duce praesertim Brandt nonnulli ob spiritum stilumque acriorem, qui minus convenire videtur mitiori ejus sentiendi disserendique rationi ex aliis ejusdem scriptis compertae. Genuinitatem rationibus non spernendis plures tuentur, ut Ebert, Belser Theol. Qtlschr. 1892 LXXIV, 246—293; 439—464; 1898 LXXX, 547—596; Schanz Gesch. der röm. Lit. 1896, III, 380—383 etc. Prodiit hic libellus primum cura Baluzii, a quo fuit repertus Parisiis 1679; et Bauldri, Trajecti ad Rhenum 1693; Nic. le Nourry cum praeclara diss., Parisiis 1710; Brandt, Wien 1897; inter opusc. a nobis edita 1873 XXII, 7—99; 1898 ed. 2. — *De ave Phoenice,* resurrectionis symbolo, carmen, de cujus genuinitate nonnulli dubitarunt, a Brandt aliisque jam Lactantio iterum asseritur. — *De motibus animi* fragmentum probabiliter genuinum. — Plura Lactantii scripta perierunt: ita multae *epistolae;* libri duo *ad Asclepiadem,* qui teste ipso Lactantio div. instit. VII, 4 optime scripserat *de providentia summi Dei,* quod opusculum etiam intercidit. — Omnes mirantur in Lactantii scriptis stili elegantiam et nitorem, unde dictus est »Cicero christianus,« et Hieronymus ep. 58 ad Paulinum n. 10 in eo laudat »fluvium eloquentiae Tullianae,« sed mox subjicit: »Utinam tam nostra confirmare potuisset, quam facile aliena (scil. superstitiones gentilium) destruxit.« Accusatur enim quod circa personam s. Spiritus erraverit negans ejus hypostasim eumque confundens modo cum Patre, modo cum Filio, quodque chiliastarum indulserit opiniobus. Hinc cum magis fuerit rhetor quam theologus, minor est ejus in rebus theologicis auctoritas. Laudatur quoque ejus eruditio in opinionibus et erroribus auctorum gentilium recensendis. — Ejus *opera* saepissime prodierunt[1]), Subiaco 1465 ed. prima;

[1]) Imo secundum Hist. litér. de la Franc. I p. 2 pag. 77 unum est ex praestantioribus et utilioribus opusculis antiquitatis christianae.

[1]) De his editionibus accurate disserit Schoenemann bibl. hist. lit. patr. lat. I, 180—248. Cf. Bardenhewer § 53. Fessler-Jungmann § 82 n. 10; Hist. litéraire l. c. § 6, quae merito conqueritur, librarios et editores nimiam sibi permisisse licentiam in codd. emendandis et ab erroribus emaculandis ope-

cur. Le Brun et Lenglet, Parisiis 1748 t. 2 in 4; Gallandi IV, 225-436; Ed. a s. Xaverio, Romae 1754-59 t. 14 in 8., ed. multis notis et diss. aucta. Fritsche Lipsiae 1842—44 t. 2 in 8; Migne t. VI. VII; Brandt (qui praeprimis de Lactantio meruit) et Laubmann, Vindobonae 1890-93 CSE. XIX; XXVII etc. *Carmina* aliquot Lactantio olim tributa dubia vel spuria sunt, ut *de resurrectione Domini,* quod est Venantii Fortunati; *de passione Domini,* quod forte est sec. exeuntis XV.

55. Propter argumenti affinitatem his duobus addimus Julium Firmicum Maternum, licet circa medium hujus seculi floruerit[1]), qui disseruit c. 347 *de errore profanarum religionum:* quo in op. stilo diserto et vivaci gentilium superstitiones tamquam turpes absurdasque traducit, atque imperatores graviter hortatur, ut demum gentilium sacra aboleant. Prodiit in Migne Patrol. L. XII, 971—1050; cum Minucio Felice cur. Halm, Viennae 1867 etc. De auctore nil plane scimus, sed probabilis admodum est conjectura, auctorem nostrum eundem esse cum Jul. Firmico Materno astrologo siculo, qui quondam fuit ethnicus et cujus *ll. matheseos* prodierunt Lipsiae 1897. Cf. Cl. H. Moore: J. F. Maternus Der Heide und der Christ, München 1897.

56. Vir forte doctissimus hujus periodi est Methodius[2]), acerrimus-

ribus hujus scriptoris: hinc magnum reperiri dissensum inter ipsos codices. Diligentissime autem recenset ed. prope innumeras usque ad a. 1715; Ebert Allgemeine Gesch. des MA. I[2] 1 c. 5; Nirschl § 96 s.; Ehrhard II, 487—499; Harnack 1, 736—744; Krüger Gesch. d. a. L. § 88.

[1]) Cf. Bardenhewer § 85; KL, IV, 1503.

[2]) Cf. Bardenhewer § 32 ed. 1. n. 2: Methodius muss als der grösste unter den christlichen Schriftstellern seiner Zeit

que veritatis patronus[1]) et Origenis adversarius, Olympi Lyciae, et postea (juxta Hieronymum c. 83) Tyri episcopus. Martyrio coronatus obiit a 311 vel 312. Ex ejus scriptis stilo nitido et concinno exaratis integrum superest *Convivium decem virginum* sive de castimonia, quo celebre Platonis convivium aemulatus est. In eo decem virgines in castitatis, maxime continentiae vitae coelibis mutuo confabulantur, sed forte nimia quadam libertate in describendis matrimonii molestiis ac generatione versantur. Praestantissimum alioquin est opusculum, quo praecellentia religionis christianae prae gentilium religione et sapientia enitescit. Edidit illud primum Allatius Romae 1656. — Fragmenta prolixa supersunt (apud Photium cod. 236; Migne CIII p. 1147-1160) operis *de libero arbitrio* adversus Valentinianos et Origenem; syriace vero totum superest apud Bonwetsch 1—62; disputat in eo de origine mali. *L. de rebus creatis,* cujus epitomen exhibet Photius cod. 235 (Migne CIII, 1137—1147), pariter est adversus Origenem, in quo ostendit, rerum universitatem Deo non esse coaeternam. — In egregio op. *de resurrectione* ll. 3 dialogi forma conscripto contra Origenem corporis resurrectionem solide probat. Hujus epitomen exhibet Photius cod. 234 (Migne l. c. p. 1110—1138); integrum (l. 2. vel 3. ad breviorem formam redacti) syriace Bonwetsch p. 70—283. Haec reperiuntur etiam cum quatuor aliis opusculis in breviorem redacta formam (si illud de rebus

bezeichnet werden. Für seine hohe Begabung und seine klassische Bildung zeugt eine jede seiner Schriften.

[1]) Epiphanius haer. 64 n. 63. Cf. Fessler-Jungmann § 80; Pankau Methodius B. von Olympos, Moguntiae 1888, quo libro exhibentur quae auctor disseruerat in Katholik 1887. II, 1—28; 113—142; 225—50; Nirschl § 89; Harnack I, 468—478; Ehrhard I, 122; II, 363—368; Krüger § 76; Baumgartner Gesch. der Weltlit. IV, 22—29.

creatis excipias) in versione slavica, quam Bonwetsch germanice reddidit in Methodius von Olympus, Erlangen und Leipzig 1891. Libri *adversus Porphyrii ll. XV* contra christianos, *de pythonissa* adversus Origenem, Commentarii *in Genesim* et *in Cantica Canticorum*, scholia *in Job* aliosque ll. V. et N. T. aliaque perierunt; homiliae *de Simeone et Anna; in ramos palmarum*, in ascensionem D. N. J. Chr. saltem dubiae sunt, certe spuriae *Revelationes* Methodii et *Chronicon* Methodii. Quae supersunt collecta reperiuntur apud Gallandi III, 670—832, ed. optima; Migne P. G. t. XVIII, 9—408. Novam ed. curavit Jahn: *S. Methodii opera* et s. Methodius platonizans sive Platonismus ss. patrum Ecclesiae graecae s. Methodii exemplo illustratus; Bonwetsch[1]) op. cit. Halis Sax. 1865. Plura fragmenta reperit ediditque Pitra in Anal. III, 603—627; IV, 201—209. De quadam *Apocalypsi* Methodio supposita et ab Istrin professore edesseno 1897 critice admodum edita accurate disserit Kampers hist. Jahrb. 1899 p. 417—421.

57. Circa *sacras literas* praeter Methodium versati sunt[2]) Lucianus, Samosatae natus, juxta s. Hieronymum de vir. ill. c. 77 „vir dissertissimus, antiochenae ecclesiae presbyter, qui tantum in Scripturarum studio laboravit, ut usque nunc quaedam exemplaria Scripturarum Lucianea nuncupentur (quae eodem teste praef. in Paralip. Constantinopoli usque Antiochiam vulgata erant). Feruntur ejus *de fide* libelli et breves ad nonnullos *epistolae*. Passus est Nicomediae ob confessionem Christi sub persecutione Maximini (7. Jan. 312) sepultusque Helenopoli Bithyniae[1]).“ Censetur auctor scholae exegeticae antiochenae et haeresis arianae: Arius enim fuit ejus discipulus, et jam cum Paulo samosateno probabiliter videtur fuisse ab Ecclesia exclusus. Postmodum iterum receptus martyrio maculas prioris conversationis abstersit. Exhibet Rufinus in sua versione H. E. Eusebii IX, 6 sermonem illius apologeticum religionis christianae, quem instante morte Nicomediae habuisse traditur. Alias scriptorum reliquias collegit Routh IV, 1—17. — Eodem fere tempore et Hesychius, natione Aegyptius († c. 305) exemplaria versionis LXX et textus N. T. recensuit, cujus exemplaria in usu erant per Aegyptum. Verum utriusque labor in N. T. minime arrisit s. Hieronymo Praef. in Evang. (Migne XXIX, 527), imo in decretali Gelasio I. adscripta de recip. libris declarantur „Evangelia quae falsavit Lucianus ... quae falsavit Hesychius apocrypha.“ Viri critici recentiores Vercellone, Field, de Lagarde vestigia horum laborum se reperisse putant[2]), unde de Lagarde edidit ex codd., qui Luciani recensionem V. T. continere conjiciebantur: *Librorum V. T. canonicorum p. 1.*, graece Gottingae 1883; altera pars non prodiit.

---

[1]) Cf. etiam hujus diss. Ueber die Schr. des Methodius von Olymp *Vom Aussatz* inter Abh. Alex. v. Oettingen gewidmet, München 1898 p. 29—53.

[2]) Praetermittimus Hierakam errorum Origenis asseclam, coptum, qui sec. III, ad finem vergente Leontopoli monasterium instituit. Vir quidem fuit eruditus atque scriptor plurium operum, in primis in s. Scripturam, quae tamen perierunt. Epiphanius (quem de eo cf. haer. 67 et 55 n. 5; 69 n. 7), haereticis eum accenset; negasse enim traditur carnis resurrectionem; salutem infantium etsi baptizatorum atque affirmasse, Spiritum s. apparuisse in Melchisedech, reprobasse matrimonium etc. Cf. Bardenhewer KL. V, 2005.

[1]) Cf. Harnack I, 526—532; Bickell, Zeitschr. f. kath. Theol. 1879. III, 407—409.

[2]) Bardenhewer § 44 n. 3; KL. VIII, 198; V, 1872; Hundhausen KL. II, 701 ss.: Ehrhard II, 353—355; 370—372; Bousset textkrit. Studien zum N. T. in Texte u. U. 1894 XI, 4.

58. Victorinus probabiliter gente Graecus, nam s. Hieronymus c. 74 de eo testatur: „non aeque latine ut graece noverat," primus occidentalis Ecclesiae est exegeta. Factus est episcopus petavionensis in Styria atque martyr occubuit (2 Nov. 304/305). Opera ejus, teste eodem Hieronymo, „grandia sensibus, viliora videntur compositione verborum. Sunt autem haec: *Commentarii* in Genesim, in Exodum, in Leviticum, in Isaiam, in Ezechiel, in Habacuc, in Ecclesiasten, in Cantica canticorum, in Apocalypsim Joannis, adversus omnes haereses (forte catalogus ille haeresum post Tertulliani l. de praescriptionibus), et multa alia." Sequitur sed non serviliter in explanatione Scripturarum Origenem, sed ejus scripta fere omnia perierunt: tr. *de fabrica mundi* superest fragmentum, quod forte est ipsius (apud Routh III, 451—483). — Commentarius in Apocalypsim exstat retractatus ab Hieronymo, qui omisit in fine ejus opiniones chiliasticas: haec s. Hieronymi recensio iterum retractata fuit ab anonymo (ed. etiam in bibl. casin. 1894 V, 1—21). Quae supersunt prodierunt apud Gallandi IV, 49—64; et Migne P. L. V, 281—344. Recensio brevior et prior commentarii in Apocalypsin exstat in Bibl. PP. lugd. III, 414-421. — *Carmen contra Marcionem* ll. 5 ipsi subinde tributum est propter singularem affinitatem[1]). Opera apocrypha collegit ediditque A. Rivinus in Reliquiis duorum Victorinorum, Gothae 1652. — Reticius, Rheticius, natione Gallus, augustodunensis episcopus, vir magnae erat auctoritatis. Hinc cum Constantinus imp. ad dijudicandam donatistarum causam plures Romam episcopos ex variis imperii partibus convocaret, e Gallia Reticium adesse voluit. S. Augustinus iteratis vicibus ipsum invocat inter patres, quos testes adducit pro tuendo dogmate catholico de peccato originali. Scripsit stilo ornato et sublimi commentarium *in Cantica canticorum*, quem tamen Hieronymus ep. 37 graviter carpit exprobrans „ineptias sensuum", innumerabilia, quae in illo ipsi sordere visa sunt, adeo ut plura ei displicuerint quam placuerint. Reliquit et grande volumen *adversus Novatianum*. Utrumque opus periit. Harnack tamen suspicatur tr. *ad Novatianum* inter opera s. Cypriani supposita esse illud volumen *adversus Novatianum*. Quando obierit[1]) s. Reticius incertum, non desunt qui censeant eum vitam produxisse ad a. 334.

59. Mentione digni praeterea ex hujus seculi initio sunt: Phileas vir, qui cunctis in patria sua, in urbe scil. Aegypti, quae vocatur Thmuis, honoribus ac muneribus summa cum laude perfunctus est: fuit enim et patriae suae episcopus. In philosophiae quoque studiis claruit. Fervente persecutione Maximini per Aegyptum in carcerem conjectus est atque martyrio[2]) fuit coronatus (p. a. 306 vel c.

[1]) Cf. Hausleiter die Kommentare des Victorinus, Tychonius und Hieronymus zur Apokalypse in Zeitschr. f. kirchl. Wissensch. u. kirchl. Leben 1886, VIII, 239—257: Hic idem reperit clausulam commentarii in Apocalypsin chiliasticam, quam Hieronymus in sua praetermiserat retractatione eamque edidit: Der chiliastische Schlussabschnitt im echten Apokalypsekommentar des B. Victorinus von Pettau, Theol. Lit. Bl. 1895 p. 193—199. Cf. Bardenhewer § 58; Ehrhard II, 484—487: Napotnik in vita s. Victorini slovenice ed. Viennae 1888; Harnack I, 731—735; J. Launojus de Victorino ep. et M. diss.; Parisiis 1653; 1664 ed. 2.

[1]) Cf. Hist. lit. de la Fr. t. 1 p. 2 p. 59—63; Bardenhewer § 58 n. 2; Ehrhard II, 487.

[2]) Cf. Bardenhewer KL. IX, 1998. Habuit autem Phyleas martyrii occasione disputationem adversus judicem, qui eum sacrificare cogebat. Ea substantiam saltem si spectes, reperitur in Actis ipsius et s. Philoromi tribuni militum sociorumque

311). Elegantissimum librum *de martyrum laude* composuit, cujus fragmentum insigne Eusebius suae inseruit historiae ecclesiasticae VIII, 10. Cum tribus collegis scripsit e carcere epistolam ad Meletium tristis schismatis per Aegyptum auctorem, qua et hujus schismatis historia et disciplina ecclesiastica illustratur. Ejus versio latina adhuc superest, quae cum fragmento supra laudato habes apud Routh IV², 83—111; Migne P. G. X, 1559—68. — Petrus Alexandriae, postquam scholam rexerat catecheticam, ecclesiae summa cum laude praefuit (c. 300), vere praecipuum ac divinum episcoporum decus, cum ob totius vitae sanctimoniam, tum ob studium ac peritiam sacrarum Scripturarum. Nullum ob crimen comprehensus praeter omnium exspectationem subito et absque ulla probabili causa Maximino jubente capite truncatur[1]) (a 311), ultimus fere martyr, hinc ‚martyrum sigillum' dictus. Beda in Martyrol. ad d. 25 Nov. de eo habet: „Qui cum esset omnibus adornatus virtutibus: in Scripturis quoque divinis nullius priorum inferior, vere sacerdos et hostia Deo, subito capitur atque ex Maximini praecepto capite obtruncatur." Scripsit plura contra Origenis errores, quae tamen scripta, si fragmenta excipias, ep. brevem *ad Alexandrinos* adversus Meletium et *epistolam canonicam* complectentem varios *de poenitentia* canones, exciderunt. Illa reperies apud Routh IV, 19—82; Migne XVIII, 449—522; epistolam canonicam graece et syriace edidit Lagarde in Reliquiis jur. eccl. antiquissimis p. 63—73 graece, 99—117 syriace. Fragmentum *ep.* probabiliter *festalis,* in qua diei dominicae sanctificationem inculcat, se reperisse censet ediditque C. Schmidt in Texte und Unters. N. F. V, 4, Lipsiae 1901. Cf. Harnack I, 443—449; Krüger § 68.

60. *Acta* quorundam *martyrum,* Guriae, Schamonae et Habib (a. 309) collegit Theophilus natione Syrus, ethnicae quondam superstitioni addictus, ad fidem dein Christi conversus[1]). Acta originalia non amplius exstant, sed duorum priorum acta reperta fuere in versione armena 1896 atque edita in folio per. Ararat 1896 mense Augusto. Omnium trium acta graece habes in Migne P. G. CXVI, 127—163, sed ex Sim. Metaphraste, latine apud Surium ad d. 15 Nov. Acta unius Habib (Abibi) una cum hymno Jacobi sarugensis in eundem leguntur apud Cureton Anc. syr. documents et Bedjan Act. Martyrum t. 1, Parisiis 1890. — Isaias Bar Chabadu descripsit e Saporis II persecutione (a. 330) nonnulla martyrum certamina, inter quos eminuerunt Jonas et Brichjesus fratres, quae reperies in Steph. Ev. Assemani Actis MM. orient. et occid., Romae 1748. — Eodem fere tempore Isaias de Arzoum, eques regis narrat testis oculatus *martyrium Lazari et sociorum ejus* (c. a. 327), quod reperies apud Assema-

---

quae collegit Gregorius coaevus, recognovit Rufinus. Haec ea esse, quae exhibet Ruinart in Actis primorum MM., Amstelodami 1713 (ed. 2) p. 493—496, aucta in Act. St. 4. Febr. I, 459-465, censent plures. Acta plurimum aucta exhibet Combefisius in op. Illustrium Christi MM. lecti triumphi, Paris 1660 p. 145—188.

[1]) Ita Eusebius H. E. IX, 6. Cf. Bardenhewer § 41 n. 3; Peters KL. IX, 1884. Ab hoc distingui debet Petrus alexandrinus II, s. Athanasii successor (373), qui mox tamen ab arianis sede pulsus, post Valentis imp. mortem (378) in eam est restitutus († 381). Scripsit *Epistolam* encyclicam, cujus fragmentum exstat in Theodoreti H. E. IV, 20, et ep. *ad episcopos* Aegypti fidei causa exsules, cujus verba quaedam servavit nobis Facundus herm. IV, 2; XI, 2, apud Migne P. G. XXXIII, 1275—1295.

[1]) Cf. Duval La Litérature syriaque p. 126 s.; Bickell in conspectu rei Syrorum lit. p. 17.

num op. cit. t. I, et Bedjan t. II, Parisiis 1892. — Joannis presbyteri nicomediensis, testis oculati exstat *Vita s. Basilii* ep. Amaseae in Cappadocia martyris Nicomediae († c. a. 322), quae exstat in Actis SS. 26 Apr. III, 417—422; et app. L—LX. — *Vitam et Acta s. Theodori* ducis Heracleae in Ponto megalomartyris († 312) narrat Augarus ejus notarius, qui martyrio interfuit. Ea vel forte eorum compendium habes in Act. SS. 7 Febr. II, 20—30 graece in Anal. boll. 1883, II, 359—367. — *Acta s. Ephysii M.* in Sardinia sub Diocletiano ex iis, quae tradidisse literis Marcus presbyter, testis oculatus dicitur, leguntur in Act. SS. 15 Jan. 1, 998—1005; textum primigenium exhibent Anal. Boll. 1884 III, 362—377.

V.

Scriptores ecclesiastici seculi IV.

Pars altera (326—400).

61. Pace Ecclesiae reddita et praevalente jam in omni ordine, etiam in ordine publico et politico, religione christiana coepit aurea theologiae catholicae aetas, cui sane praepotens haeresis ariana, quae universum orbem christianum maxime turbavit, aliaeque controversiae, inprimis theologicae, occasionem etiam dederunt. Principes primum in hac cum Arianis pugna doctores recensebimus. Palma sine dubio debetur magno s. Athanasio, cujus vita fuit jugis pugna cum Arianis, nam strenuissime fidem catholicam adversus eorum sophismata, artes fraudulentas, insidias defendit, ut merito ‚Ecclesiae columna, magna veritatis tuba et medicus divinitus Ecclesiae datus ad curanda vulnera ab illis inflicta', salutaretur[1]). Natus est s. Athanasius Alexandriae[2]) circa a. 293 (juxta alios 295. 296. 297. 298. 299. vel demum 300), atque in disciplinis ecclesiasticis egregie excultus vix adolescentiam praetergressus (c. 320) eruditionis suae splendida dedit specimina in duobus libris contra gentes seu in duabus orationibus, quarum prima est *contra gentes,* altera *de humana natura a Verbo assumpta,* seu de incarnatione V., quae elegantia et argumentorum pondere se commendant[1]). Ab Alexandro diaconus ordinatus a. 319 ejus

[1]) Cf. s. Gregorius naz. or. 21 n. 13. 26. 37 etc., integra enim oratio encomium est tanti viri; or. 25 n. 11.

[2]) Admittunt nonnulli Athanasium quendam juniorem seu Exiguum, quem floruisse putant c. 765, cui adscribunt opera quaedam s. Athanasio M. supposita, ut ex. gr. *Historiam* celebrem de miraculo Beryti edito circa venerandam J. Christi imaginem a judaeis sacrilege violatam, quae sanguinem effuderit. Ea lecta fuit in conc. nicaeno II act. IV, qua audita patres ad lacrymas usque fuere commoti, et tantae fuit existimationis penes sequioris aevi Graecos, ut ea legeretur publice dominica Orthodoxiae seu dominica 1. quadragesimae, in qua apud eos celebratur festum restituti cultus ss. imaginum. Eam tamen esse imperiti alicujus et infacundi hominis censent editores maurini opp. s. Athanasii. Duplex exstat ejusdem recensio graeca et latina (Migne P. G. XXVIII, 797—824). Cf. Wildt KL. I, 1543—1547.

[1]) Hinc illarum versionem latinam exhibuimus inter ss. PP. opuscula selecta t. XLIV Oeniponte 1882; *de incarnatione*

amanuensis fuit et a consiliis. Cum vero circa ea tempora Arius coepisset suorum errorum contra Verbi divinitatem virus spargere, episcopo suo, in tutela fidei orthodoxae vigili, fidelis fuit adjutor eumque comitatus est ad synodum nicaenam, in qua licet diaconus tantum inter patres emicuit. Defuncto a. 328 (juxta alios jam 326) Alexandro [1]) datus est ei unanimi populi consensu Athanasius successor. Ob suam in tuenda fide nicaena constantia jugiter insidiis et calumniis Arianorum expetitus fuit, non semel depositus, quinquies sede pulsus „profugus toto orbe actus est, nec ullus ei tutus ad latendum supererat locus [2])“; nam vel in crypta latuisse sepulchrali dicitur. In primo exsilio Treviris (335—337) versatus est, ubi a s. Maximino illius civitatis episcopo [3]) perhumaniter fuit exceptus. Exsul licet non destitit suae gregis agere curam literis ad Alexandrinos datis, qui ei fideliter semper adhaeserunt. Tandem postquam maxima pro doctrina catholica servanda pertulit pericula et a. 46 in summa temporum varietate ecclesiam suam sanctissime rexit, Alexandriae mortuus est in pace senex octogenarius 2. Maj. 373.

62. Plurima reliquit opera plane egregia, quae fere in ariana impugnanda haeresi versantur. Huc spectant prolixae *Orationes IV contra Arianos*, quae plenam Arianismi continent refutationem, ex qua veluti ex fonte s. Gregorium naz. et s. Basilium pulchros illos et pellucidos suarum contra hunc errorem orationum fluvios hausisse recte asserit Photius cod. 140, qui praeterea earum orationum laudat dictionem perspicuam, sobriam item et candidam, vehementem atque profundam, argumenta valide torquentem, ubertatem ac fecunditatem sane mirabilem, adeo ut ad Arianismum universum refellendum plane sufficiant. Sed aliorum etiam haereticorum, qui circa Christum Dominum errarunt,

---

V., Londini 1882; 1893 ed. Robertson. Cf. Hoss Studien über das Schrifttum und die Theologie des Athanasius auf Grund einer Echtheitsuntersuchung von A. contra gentes und de incarnatione, et Stülcken Athanasiana in Texte und U. Leipzig 1899 N. F, IV. fasc. IV., qui contra Dräseke earum genuinitatem tuentur.

[1]) Exstant hujus egregii praesulis *epistolae* tantum duae, ex plurimis, quae perierunt, una ad cognominem episcopum CP., altera ad episcopos universos de Arii erroribus, quas cum sermone *de anima et corpore* deque passione Domini et aliquot fragmentis aliorum librorum cf. apud Migne P. G. XVIII, 547—608. Ipse jam b. Mariam V. θεοτόκον salutat. Statim se Arii erroribus opposuit, frequens contra eum totius Aegypti convocavit concilium 100 fere episcoporum, Arium excommunicavitatque Alexandria expulit periculi gravitatem mox perspiciens. Cf. Rausch KL. I, 493; Harnack I, 449—451; Krüger § 69.

[2]) Ita Martyrologium rom. ad 2. Maji.

[3]) S. Maximinus natione fuit Gallus et electus est episcopus trevirensis c. a. 332. Arianis fortiter restitit. Solicitudine sua cavit, ne Constans imp. illorum fraudibus circumveniretur. Interfuit concilio mediolanensi a. 343, atque cum Athanasio imperatorem induxit, ut synodum convocaret sardicensem. Nihil mirum, eum ab Arianorum conciliabulo Philippopoli habito cum Julio I, Hosio aliisque episcopis orthodoxis excommunicatum fuisse. Obiit 12. Sept. 349. Juxta s. Athanasium ep. ad Aegypti episc. n. 8 fidem catholicam videtur et scriptis propugnasse, quae tamen perierunt. Cf. Hist. litér. 1 p. 2 pag. 110 ss. Hujus in sede trevirensi successor fuit s. Paulinus, ejus concivis et filius spiritualis. Hic adeo intrepide stetit in conc. arelatensi praesente ipso imperatore (353) Constantio pro fide nicaena et s. Athanasio, ut ab episcopis arianis deponeretur et ab imperatore in exsilium in extremam pelleretur Phrygiam, ubi post quinquennium mortuus est a. 359 confessor gloriosus pro fide orthodoxa. Teste s. Athanasio in ep. ad episcopos Aegypti etiam calamo stetit pro doctrina catholica adversus Arianos. Cf. Hist. lit. l. c. pag. 121—24; De Lorenzi KL. IX, 1658—1662; Diel Der h. Maximinus und der h. Paulinus B. v. T., Trier 1875.

commenta obiter dissolvit; jam in antecessum Nestorii et Eutychetis errores damnat, b. Mariam V. passim Deiparam appellat. De quartae tamen or. genuinitate nonnulli dubitant. Prodierunt seorsim cur. W. Bright, Oxonii 1873. — Ad episcopos Aegypti et Lybiae *ep. encyclica* (c. 356), qua ipsos contra Arianorum errores muniret, subinde praeponitur illis orationibus, quocirca nonnulli 5 ll. numerant, sed nulla inter eas et hanc ep. est connexio. — Magni momenti pro historia hujus controversiae sunt tres ejusdem apologiae: *Apologia contra Arianos,* cui inseruit 36 documenta (intra a. 347 et a. 351). In fine (n. 79. 80) mentio fit lapsus Hosii et Liberii. Num hoc additamentum sit ab ipso s. Athanasio postea adjectum vel ab alio, est dubium. *Apologia ad Constantium* imp. (a. 356) et *Apologia pro fuga sua* (a. 357 vel 358), persecutionis scil. in se excitatae occasione, quam licitam subinde esse ex s. Scriptura, ex verbis et exemplo ipsius Christi bene ostendit opus haud immerito percelebre apud antiquos. — *Epistola* encyclica ad orbis episcopos (c. 341), in qua indignam adversariorum agendi rationem patefacit, qui Gregorium cappadocem in sedem intruserant alexandrinam. — Epistola *de decretis nicaenae synodi,* documentum summae utilitatis ad cognoscenda ea, quae in ea synodo gesta sunt (c. a. 351). — Ep. *de sententia Dionysii* (de quo cf. supra p. 85), insignis hujus viri gravissimi apologia adversus arianos, qui ejus doctrina suos munire nitebantur errores. — *Historia arianorum* ad monachos ab a. 335—57, quae ab initio videtur mutila; cui addantur ep. a. 358 ad Serapionem *de morte Arii;* ep. (a. 359) *de synodis Arimini et Seleuciae* in Isauria celebratis, cui postmodum appendicis loco monumenta duo adjecit (n. 59), quae ad historiam synodi ariminensis spectant.

63. Alia opera dogmatica s. doctoris sunt: *Epistolae quatuor ad Serapionem*[1]) ep. Thmuitanum scriptae inter a. 356—362, in quibus Spiritus s. tuetur divinitatem. Affinis argumenti sunt l. *de Trinitate et Spiritu s.,* qui latine tantum exstat, etiam ut l. XII. inter ll. XII Vigilii tapsensis (Migne P. L. LXII, 307—344, scriptus c. a. 365; et l. *de incarnatione Dei Verbi et contra Arianos,* de cujus genuinitate tamen nonnulli dubitant. — Sequuntur tres fidei catholicae expositiones: *Expositio fidei* compendiosa in qua praecipuos errores notat; Sermo major *de fide,* saepius a Theodoreto citatus, plane egregius, sed nonnihil mutilus; et *epistola ad Jovinianum,* qua fidem commendat nicaenam[2]). — L. *de incarnatione Dei Verbi,* juxta viros criticos (Caspari etc. Ungedruckte Quellen, Christiania 1866 p. 143—160), probabiliter est Apollinarii laodiceni. — Tr. in illud: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*

[1]) Hic idem videtur cum illo, de quo s. Hieronymus de viris ill. scribit: „Serapion, Thmueos episcopus, qui ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici meruit, carus Antonii monachi, edidit *adversus Manichaeum* egregium librum, et *de psalmorum titulis* alium, et ad diversos utiles *epistolas,* et sub Constantio principe etiam in confessione inclytus fuit.“ Obiit p. 358. Supersunt ejus l. adversus Manichaeum, vere egregius; ep. brevis consolatoria ad Eudoxium episcopum, et ep. prolixior valdepia ad alexandrinos, quae prostant apud Migne P. G. XL, 895—942. Recentissime vero reperit Wobbermin ep. dogmaticam *de Patre et Filio* in monasterio Lawra, quam nostro Serapioni vindicat edidit que in Texte und Untersuchungen, Neue Folge II fasc. 3, 1898. Cf. Bardenhewer § 65 n. 3: KL. XI, 179—181; Brinkmann Die Streitschr. des Serapion v. Th. gegen die Manichäer in Sitzungsber. der k. preuss. Ak. der Wiss. zu Berlin. 1894. I, 479—491. Juxta Socratem H. E. IV, 9. vir erat summae sanctitatis et eloquentiae singularis, s. Antonio M. admodum familiaris.

[2]) Huic affinis est *interpretatio in symbolum apostolicum,* quae tamen non est ipsius, sed illius temporis, forte Petri vel Timothei ejus successorum. Spuria est altera ad Jovinianum imp. *epistola.*

(Matth. 11, 27) contra Arianos, fragmentum forte est operis majoris. — Pretiosae pro dogmate de incarnatione Verbi sunt tres *epistolae* (a. c. 371): una *ad Epictetum* Corinthiorum episcopum contra haereticos celeberrima, quam Epiphanius integram suo operi de haeresibus inseruit haer. 77; altera *ad Adelphium* ep. et confessorem contra Arianos, in qua agit de adoratione Christi; tertia *ad Maximum philosophum*[1]), scripta circa annum 371. — Libri duo *de incarnatione* contra Apollinarium, qui ei hactenus tribui solebant, juxta recentiores criticos ipsius esse non videntur; sed 1. Didymi alex., alter Ambrosii[2]) alex., Didymi discipuli. — Prodierunt seorsim cur. P. H. Bentley, Londini 1887. — Accedunt plures adhuc epistolae dogmaticae (praeter jam laudatas) magni momenti, ut ep. *ad Antiochenos* ab Athanasio et synodo alexandrina data (362), de receptione eorum, qui Arianismi erroribus erant infecti juxta decreta synodi alexandrinae (a. 362), de qua etiam agit ep. *ad Rufinianum;* ep. duae *ad Luciferum* calaritanum, in quibus ejus pro fide catholica contra Arianos zelum collaudat; ep. *ad afros episcopos,* qua eos hortatur, ut sibi ab Arianorum fraudibus caveant (c. 369); epistolae *ad monachos* etc., quibus addantur ejus epistolae festales jejunii quadragesimalis initium et paschatis diem collegis suis in singulos annos annunciantes. Textus originalis fere periit: repertae plures (15) fuere lingua syriaca et a. 1848 editae a Cureton; in linguam versae latinam apud Mai Nova PP. bibl. VI p. 1; Migne XXVI, 1351—1444: eae pretiosae sunt pro Arianismi historia.

64. Ad s. Scripturam, cujus testimonia in suis operibus polemicis libenter allegat diligenterque exponit, referri praeterea debent: egregia epistola ad Marcellinum *de interpretatione psalmorum,* quos plurimum commendat; commentarii in plures s. Scripturae ll., qui tamen fere praeter fragmenta in catenis saepe dubia exciderunt. Solum *expositionum in Psalmos* magna reliqua est pars. Sequitur in iis plerumque sensum spiritualem seu mysticum, literalem tamen sensum apprime et acute tangit. Protulit N. Antonelli ex duobus codd. aliam interpretationem psalmorum, quae praeter tituli psalmorum explicationem paulo fusiorem haud raro innixam verbis hebraicis male intellectis, non est fere nisi paraphrasis exilis singulorum versuum simillima glossae interlineari[1]). Nititur editor hujus interpretationis genuinitatem admodum erudita comprobare diss., verum manet adhuc incertum, num ea sit ille l. *de titulis psalmorum,* quem s. doctorem scripsisse testatur Hieronymus de viris ill. c. 87. Juxta Faulhaber Theol. Qtlschr. 1901 LXXXIII, 227 ss. et G. Mercati Note di Letteratura bibl. e crist. antica

[1]) De hoc ita scribit Hieronymus de vir. ill. c. 127: „Maximus philosophus, natus Alexandriae, Constantinopoli episcopus ordinatus est (379) et pulsus insignem *de fide* adversus Arianos scripsit librum, quem Mediolani Gratiano principi dedit. Ejus laudes celebrat et Gregorius naz. or. 23. Etiam s. Athanasius in sua ep. scripti meminit Maximi contra quosdam circa incarnationem errores, quod et ipse approbat. Haec tamen scripta periisse videntur.

[2]) Ita Draeseke Patristische Untersuchungen Altonae 1889 p. 169—207. De hoc Ambrosio scribit s. Hieronymus de vir. ill. c. 126: „Ambrosius alexandrinus, auditor Didymi, scripsit *adversus Apollinarium* volumen multorum versuum de dogmatibus, et ut ad me nuper quodam narrante perlatum est, commentarium *in Job*, qui usque hodie superest," modo tamen periit. Ex priori opere Leontius byzantinus fragmentum asservavit l. 1 contra Eutychianos et Nestorianos. Contra Draeseke stat tamen Lauchert die Lehre des h. Athanasius 1895 p. XI s.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 89.

ea potius est Hesychii hierosolymitani presbyteri sec. V vel VI, de quo infra. — Praeter fragmenta in aliquot alios ll., quae exhibent editores maurini et Migne P. G. XXVII, 1344—1408, alia reperit edidit a. 1888 Pitra. — Demum cum laude memoranda est eximia *Vita et conversatio s. P. N. Antonii*[1]), sub cujus magisterio adolescens s. Athanasius asceticam duxerat vitam et quocum, quamdiu iste sanctus monachorum pater vixit, familiarem fovit societatem atque amicitiam. Plurimum enim promovit s. praesul vitam asceticam per Aegyptum atque eum aliis quoque ascetis, nominatim et cum celebri Pachomio, de quo infra redibit sermo, necessitudo sancta intercessit. Vitam laudatam latine sed satis libere vertit Evagrius[2]). Jam Oudin, dein nostra aetate Weingarten nisi sunt ejus genuinitatem in dubium revocare, sed frustra: solide eam defenderunt plures viri eruditi, inter quos Hase Das Leben des h. A. in Jahrb. für protest. Theol. 1880 p. 418—448; Eichhorn in diss. Athanasii de vita ascetica testimonia collecta, Halis Sax. 1884, et Mayer Ueber Echtheit und Glaubwürdigkeit der dem h. Ath. dem Gr. zugeschriebenen Vita Antonii in Katholik 1886. I, 495—516; II, 72—86; 173—193. — Epistolae ejus familiares fere omnes perierunt, quod valde dolendum.

65. Plura opera, quae s. Athanasio tribui solebant, sunt dubia, ut testimonia ex s. Scriptura *de naturali communione similis essentiae* inter Patrem et Filium et Spiritum s., opus Nestorio saltem antiquius; *refutatio hypocrysis Meletii et Eusebii samosatensis* adversus consubstantialitatem, forte Paulini antiocheni ep. vel asseclae ejusdem; *syntagma doctrinae ad monachos* (iterum ed. a Batiffol inter Studia patristica, Parisiis 1890 p. 117—160) etc. — Multa sunt supposita, ut *disputatio* habita in conc. nicaeno adversus Arium; *doctrina* et *quaestiones* (137) ad Antiochum ducem de multis et necessariis in divina Scriptura controversis, quas nemo christianus ignorare debet. *Doctrinam* seu Praecepta edidit W. Dindorf, Lipsiae 1857, qua in ed. copiosam varietatem lectionis ad quaestiones exhibet. — Dialogi V *de Trinitate* et dialogi II contra Macedonianos (Migne XXVIII, 1115—1338), qui tribuuntur etiam Theodoreto. Eorum tres priores juxta Draeseke sunt Apollinarii laod.; *Confutatio quarundam propositionum* (ib. 1337—1394), quae est forte Eutherii ep. Tianae ne-

---

[1]) S. Antonius, ob vitam sanctissimam et merita in promovenda propagandaque mirum in modum vita monastica „Magnus“ cognominatus, natus est a. 251 in Aegypto superiori. Adolescens a. 20 in eremum secessit innumerosque vitae exemplo et monitis induxit ad amplectendam vitam monasticam eosque in ascesi instituit rexitque. Senex plenus dierum, attigit enim a. aetatis 105, meritorumque decessit a. 356. Praeter monita salutaria a s. Athanasio ipsius inserta vitae misit aegyptiacas ad diversa monasteria apostolici sensus sermonisque *epistolas* septem, quae in graecam linguam translatae sunt. Num hae sint eae, quae modo sub s. Antonii nomine circumferuntur, est sat dubium. Alia quoque quae ei tribuuntur ad ascesim spectantia cf. apud Migne P. G. t. XL, 954—1103. Cf. A. Verger Vie de St. Antoine le Grand, Tours 1890, et alios apud Potthast p. 1175.

[2]) De hoc Evagrio, quem solum ex s. Hieronymo de vir. ill. c. 125 cognoscimus, ille ita scribit: „Evagrius, Antiochiae episcopus (388) acris ac ferventis ingenii, cum adhuc esset presbyter, diversarum hypotheseon tractatus mihi legit, quos necdum edidit (et qui ad nos non pervenerunt). Vitam quoque b. Antonii de graeco Athanasii in sermonem nostrum transtulit.“ Obiit a. 393. Exstat haec versio in ed. opp. s. Athanasii a Montfaucon curata; apud Roswei-dum in vitis patrum I, 25 et in Act. SS. mensis Jan. II, 120—141; Migne P. L. LXXIII, 125—170; Maunoury, Parisiis 1887; 1890. Cf. Bardenhewer KL. IV, 1030.

storiani. — *Synopsis Scripturae s.*, eximia sane, cujus auctor erudite, perspicue et sagaciter fere omnia pertractat, quae introductionem in ll. sacros spectant. — L. *de Virginitate* sive de ascesi praeceptis refertus utilibus [1]). — Symbolum celebre *Quicunque,* quod ab eo nomen habet, ejus doctrinam accurate quidem exhibet, sed ab ipso non videtur compositum. Alii alium ejus assignant auctorem Vincentium ler., vel Honoratum arel. vel Venantium Fortunatum, vel Hilarium pictaviensem sive arelat, vel Anastasium II etc.; juxta aliquos Vigilii tapsensis exeuntis sec. V. esse videtur [2]). Varias ejusdem formulas et versiones etc. cf. apud Migne XXVIII, 1567-1604. — Spuriae praeterea sunt variae homiliae, quae ejus nomen prae se ferunt; tr. *de ratione paschae,* retractatio operis Martini bracarensis *de paschate,* de quo infra; *historia imaginis berytensis,* de qua supra egimus p. 118a. *Vita s. Syncleticae* ss. virginum antistitae sub Constantino M., quae legitur interprete Dav. Colvillo in Act. SS. Boll. 5. Jan. 1, 242-257. Laudem merent ejus opera a probandi soliditate, apto s. Scripturae traditionisque usu, a sagacitate in detegendis refutandisque adversariorum fraudibus et sophismatibus, idearum claritate, a stili nobilitate et elegantia: quare eorum lectio theologis nonnisi utilis esse potest. Collecta ea prodierunt [1]) cura Lopin et B. de Montfaucon O. S. B. congr. maur., Parisiis 1698 t. 3 in f. ed. egregia et accurata, quae recusa fuit Patavii 1717 aucta t. 3 in v. 4., quae plura opuscula interim reperta complectitur, recepta a Migne in P. G. t. XXV—XXVIII, cujus t. ultimus plura complectitur opuscula dubia, plurima vero spuria; opuscula selecta edidit Thilo Lipsiae 1853; potiora opera W. Bright Oxford 1873—1882 t. 3.

66. Transeamus ad Athanasium Occidentis, ad s. Hilarium pictaviensem, s. Athanasii alex. aequalem, in episcopatu collegam, strenuum in pugna contra arianismum commilitonem. Natus is est ineunte sec. IV. ex familia nobili, sed paganicae superstitioni, ut communiter creditur, addicta Pictavis in Gallia. Quando ad fidem fuerit conversus et baptizatus, non constat. Matrimonium iniit, ex quo suscepit filiam, cui postmodum duos dicavit hymnos matutinum alterum, alterum vesper-

[1]) Cf. Batiffol röm. Qtlschr. 1893 VII, 275—286.

[2]) Cf. A. E. Burn The Athanasian creed and its early commentaries, Cambridge 1896 (Texts and Studies IV, 1); G. D. W. Ommaney A critical diss. on the Athanasian creed, its original language, date, authorship, titles, text, reception and use, Oxford 1897, qui plura alia de hoc argumento scripsit, etiam contra C. A. Swainson († 1887) The Nicene and apostles' creeds etc., Londini 1875, juxta quem hoc symbolum ex duplici fidei expositione antiquiore de ss. Trinitate et de incarnatione demum sec. IX coaluit. Ita et Harnack Dogmengesch. II, 299, sed cf. Künstle Katholik 1899 I, 262-271. — Loofs, qui erudite in illius originem inquirit Realencyclop. II³, 177—194, eam assignat intra a. 450—600 in Gallia meridionali. Recentissime Morin Le Symbol d'A. et son premier témoin S. Cesaire d'Arles, Bruges 1901, urget singularem affinitatem sentiendi loquendique inter hoc symbolum et s. Caesarium ar.

[1]) Cf. copiosam literaturam de s. Athanasio ejusque operibus apud Bardenhewer § 63; Lüdtke KL. I, 1333—1343; et generatim de eo Möhler Athanasius der Gr. und die Kirche seiner Zeit t. 2 in 8. Moguntiae 1827; 1844; Montfaucon in vita ed. suae praemissa; Tillemont Mémoires pour servir à l'hist. ecclés. VIII, 1—259 ed. ven. 1732; Papebrochius Vita s. Athanasii in Actis St. mensis Maj. I, 186—256; Hergenröther Der h. Athanasius der Gr. 1877; Atzberger Die Logoslehre des h. A., München 1880; Straeter Die Erlösungslehre des h. A., Freiburg 1874; Stülken Athanasiana, Litterar- und Dogmengesch. Untersuchungen, Leipzig 1899; Loofs Realencycl. II³, 194—205.

tinum. Ob virtutes, quas vel laicus coluit, concordante favore populi electus est episcopus paulo ante a. 355, et exinde cum conjuge professus continentiam. Magnam adeptus inter Galliae episcopos auctoritatem ob suum in tuenda fide catholica adversus Arianorum machinationes zelum. A communione cum eorum coryphaeis Saturnino metropolita arelatensi, Valente et Ursacio se cum collegis separavit, hinc eorum incurrit iras et insidias, qui tamdiu eum apud Constantium imp. accusarunt, donec exsul in Phrygiam mitteretur (a. 356). Verum et in Oriente tanto zelo fidei catholicae causam egit, ut ipsis Arianis urgentibus »quasi discordiae seminarium et perturbator Orientis redire in Gallias absque exsilii indulgentia« juberetur (Sulp. Severus Chron. II, 45, 4). Redux magna catholicorum gratulatione exceptus est (a. 360). Jam omnes vires eo intendit, ut vulnera ecclesiae gallicanae ab Arianis illata congruis sanaret remediis felicissimo fructu: nam »illud apud omnes constitit, inquit Sulpicius Severus l. c., unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo haeresis liberatas.« Etiam de Italia fuit sollicitus. Hinc alpes transcendens Mediolanum venit, ut hujus ecclesiae contra Auxentium episcopum, Arianorum causam per Italiam quam maxime foventem, subveniret. Sed Valentiniani imp. mandato tamquam pacis perturbator urbe cedere est coactus. Rediit Pictavos, ubi exercendo muneri pastorali scribendisque libris ad mortem usque strenue vacavit, quae contigit a. 366 vel 13. Jan. 367 (juxta alios 368). Summa fuit semper hujus praesulis apud Gallos, imo in universa Ecclesia catholica auctoritas. »Quis enim, scribit s. Augustinus contra Jul. l. 1. c. 3., ignorat, Hilarium episcopum gallum, Ecclesiae catholicae adversus haereticos acerrimum defensorem venerandum?« Hinc mox l. 2. c. 8 n. 28. eum salutat ‚insignem Ecclesiarum doctorem'. »Contra Arianos latini sermonis tubam«[1]), eum appellat s. Hieronymus l. 2. adversus Rufinum n. 19, qui et ep. 34 n. 3 ad Marcellam testatur, eum »et confessionis suae merito et vitae industria et eloquentiae claritate, ubicunque romanum nomen est, praedicari.« Inter doctissimos viros, testatur Cassiodorius de instit. div. lit. c. 18, »quibus velut stellis micantibus coelum fulget Ecclesia ... s. Hilarius pictaviensis urbis episcopus nimia profunditate subtilis et cautissimus disputator incedit, altasque divinarum Scripturarum abyssos in medium reverenter inducens facit praestante Deo illuminata mente conspici, quae prius parabolis velabantur obscuris.« Aliis encomiis praetermissis sufficiat nobis, Pium IX. eum a. 1852 instante synodo burdigalensi universalis Ecclesiae doctorem declarasse[2]).

---

[1]) „Buccinam terribilem" eum dicit Venantius Fortunatus l. 1. de vita s. Martini. In vetere inscriptione de eo legimus:

„Hilarius cubat hac Pictavus episcopus urna.
Defensor nostrae terrificus fidei.
Illius adspectum serpentes ferre nequibant.
Nescio quae in vultu spicula sanctus habet."

[2]) Sicut s. Athanasius familiari junctus erat amicitia magno Antonio vitae monasticae per Aegyptum promotore, ita et s. Hilarius magnum Martinum Pictavos suscepit, qui et ibidem primum in Galliis monasterium condidit vitamque monasticam late per Gallias propagavit. Natus est Martinus Sabariae (Sarwar) in Pannonia c. a. 316 parentibus gentilibus. Puer amplexus est fidem christianam, et a. aetatis 18. baptizatus. Juvenis arma gessit vitam tamen monachi potius agens quam militis. Missione demum accepta Pictavos ad s. Hilarium se recepit, qui eum ad diaconatum promovere cogitavit, sed vir humilis exorcistatus ordine fuit contentus. Maxime splendere coepit cum electus est in episcopum turonensem c. a. 371. Multos convertit ad Christum decessitque praesulum exemplar illustre 11. Nov. 397 (secundum alios a. 399 vel 400). Tanti viri superest nonnisi brevis

67. Praecipuum auctoris nostri opus inscribitur *de Trinitate ll. XII* (alias etiam *de fide* adversus Arianos vel simili titulo), in exsilio intra a. 356—359 compositum, in quo dogma catholicum de Filii generatione et consubstantialitate probat et illustrat atque uberrime adversariorum exceptiones refellit, ita ut quamvis prae ceteris aggrediatur Arianos, data tamen occasione errores etiam veterum haereticorum profligat ut Hebionis, Valentini, Manichaeorum, Sabellii etc., imo jam in antecessum evertit errores postea excitatos ab Apollinario, Macedonio, Nestorio, Eutychete, Sacramentariis sec. XVI. etc. En splendidum de hoc op. card. Mai judicium[1]): „Latinorum contra Arianos propugnatorum princeps sine dubio Hilarius pict. est, cujus duodecim de Trinitate volumina totidem revera θαύματα sunt. Nam et eloquentiae splendorem, et dialecticae acumen, et theologiae altitudinem, et Scripturarum divinarum peritiam summam, et ecclesiastici zeli fervorem, et quidquid opis in humano ingenio est, ad hoc opus conscribendum affluenter Hilarius contulit.“

68. Cum Ariani omnia sus deque verterent calumniis mendaciisque omnia turbarent, coactus est Hilarius eorum fraudes aequivocationesque aperire, ut collegas et oves atque generatim fideles ab illorum insidiis defenderet: hinc plura composuit opera pro historia Arianismi pretiosa, ut l. *de synodis* seu de fide orientalium, qui in nonnullis codd. quasi l. XIII. praecedenti adjungitur operi. Utitur eo in opere magna animi moderatione: verba aliorum aequivoca in bonum interpretatur sensum, quae excusare potest uno pacis amore et studio excusat. Hinc quibusdam, inter quos fuit Lucifer calaritanus pugnax nimis, visus est s. doctor Semiarianis orientalibus nimis indulgere. Ideoque scripsit *Apologeticu* ad reprehensores l. de synodis *responsa*, brevissima quidem, sed ad verum l. de synodis sensum percipiendum magni momenti: sed hujus l. fragmenta tantum supersunt. — *Ad Constantium* Augustum l. I. (a. 355), quo hujus suspiciones et praejudicia adversus episcopos orthodoxos et catholicos dissipare nititur, cujus l. fructus videtur lex ab imperatore lata, ne episcoporum causae ab aliis quam ab episcopis cognoscerentur. *L. II. ad Constantium* (a. 360), copiam nititur impetrare disputandi coram ipso cum Arianis, in primis cum eorum coryphaeo Saturnino. Sed frustra, hinc moestitia zeloque correptus stilo acri et libertate apostolica alium scripsit libellum *contra Constantium*, quo eum antichristum compellat

et simplex, subobscura subinde *Confessio fidei* de s. Trinitate, quae passim reperitur in PP. bibliothecis, apud Fabricium bibl. med. lat. III, 36; Gallandi t. VII; Migne XVIII, 9—15. Pia quaedam monita et vitae spiritualis documenta asservavit nobis magnus ejus encomiastes Sulpicius Severus (de quo infra) in vita s. Martini, in epistolis de morte et virtutibus ejusdem et in dialogis, quae habes inter nostra opusc. select. ss. PP. ed. t. XLVIII.

[1]) Collect. novae vet. Script. III. p. 2 p. 188. Ita Bardenhewer § 86 n. 2. Es ist die vollendetste schriftstellerische Leistung, welche die Geschichte des Kampfes mit dem Arianismus aufzuweisen hat. H. knüpft an die Speculation der griechischen Kirchenväter an um dieselbe in durchaus selbstständiger und eigenartiger Weise fortzuführen und auszubilden. Er hat überhaupt in hervorragendem Masse dazu mitgewirkt, der abendländischen Theologie den Einfluss der morgenländischen Literatur zu vermitteln, und dadurch neue befruchtende Elemente zuzuführen . . . Immer hat sein Ausdruck etwas Urwüchsiges und kerniges, Kraftvolles und Charaktervolles. So wenig sein Stil durch Leichtigkeit und Anmuth glänzt, so mächtig fesselt er durch den Reiz der Individualität und Originalität.“ Propter tantam operis excellentiam illud edidimus annotationibus illustratum inter opuscula SS. PP. selecta t. IV. seriei secundae, Oeniponte 1887. Cf. Baumgartner Gesch. der Weltlit. IV. c. 7.

atque Neroni, Decio, Diocletiano etc. confert iniquamque agendi rationem contra fidem catholicam gravissime redarguit. Publici juris tamen eum fecit nonnisi post imperatoris mortem († 3. Nov. 361). In l. *contra Auxentium* Italiae praesules deterrere nititur a communione servanda cum Auxentio mediolanensi, callido Arianorum fautore. — Ex opere quodam historico, quo synodi ariminensis historia illustratur, fragmenta XV supersunt[1]): eorum tamen genuinitas si primum (et forte secundum) excipias, non est satis certa, quasdam enim complectuntur epistolas Liberio suppositas. Duo ejusdem perierunt opera: *L. adversus Valentem et Ursacium* historiam ariminensis et seleuciensis synodi continens; et ad praefectum Sallustium, sive *contra Dioscorum* medicum, in quo brevi libello juxta Hieronymum „quid in literis possit ostendit."

69. Diligenter quoque versatus est in interpretandis s. Scripturis non solum in operibus dogmaticis, in quibus bene sequitur sensum literalem, sed et prolixis commentariis, primusque est patrum latinorum, cujus scripta fusiora ad nos pervenerint. Exstant ejus tractatus *super psalmos,* quos forte omnes interpretatus est, sed habemus modo tantum in tertiam eorundem partem. Non negligit sensum literalem, sed typico et morali multum delectatur. Juxta s. Hieronymum multum utitur Origene[2]), „sed quasi captivos sensus in suam linguam victoris jure transposuit." Stilus vero plerumque est planior et apertior quam in aliis ejusdem operibus[1]). Egregiam accuratamque ejus operis curavit A. Zingerle editionem, Viennae 1891, in Corpore script. eccl. t. XXII. Omnium nostri auctoris primum opus est ejus *Commentarius in Evangeliuu s. Matthaei,* in quo non neglecto sensu literali, praecipuam, tamen collocat operam in investigando sensu allegorico et spirituali abundatque applicationibus moralibus. Prooemii loco habetur argumentorum in 33 capitula distributorum elenchus. Alia *commentaria* ut in Job, Cantica cant. et forte in ep. s. Pauli perierunt. Commentarius in breviores s. Pauli ep., quem sub ejus nomine edidit Pitra in Spicileg. solesm. Paris I, 49—145 non est ejus, sed Theodori Mopsuesteni. — Recentiori aetate Gamurrini reperit *l. mysteriorum* (sed mancum), qui non agit de rebus liturgicis vel Ecclesiae sacramentis, sed de V. Testamenti typis; reperit et *librum hymnorum* sed pariter mancum, nam trium tantum fragmenta continet[2]). Prodiit uterque primum Ro-

---

[1]) Ea primum protulit ediditque Nicolaus Faber (le Févre) praemissa erudita praefatione, Parisiis 1598.

[1]) Cum Hilarius initio saltem non adeo calleret linguam graecam, usus est opera cujusdam presbyteri nomine Heliodori (cf. Hist. lit. I. p. 2 pag. 194—96). Num hic idem sit cum Heliodoro presbytero, cujus meminit Gennadius de viris illustr. 6, non satis liquet. Hic, teste Gennadio „scripsit librum *de naturis rerum exordialium*, in quo ostendit, unum esse principium, nec quidquam coaevum Deo, nec mali conditorem Deum, sed ita bonorum omnium creatorem, ut materia, quae ad malum versa est, post inventam malitiam a Deo sit facta; nec quidquam malitiam alium absque Deo credatur conditum, aut fuisse alium rerum creatorem praeter Deum, qui praescientia sua, cum praevideret mutandam naturam, praemonuit de poena." Verum hic liber adversus Manichaeos, Hermogenem etc. elaboratus, penitus periit. Ab hoc (seu utroque) sane distinguendus est Heliodorus antiochenus presbyter, qui, ut scribit idem Gennadius c. 29, „edidit *de virginitate* egregium et sanctis Scripturis instructum volumen," quod pariter periit. Floruit hic, ut videtur, ineunte sec. V.

[1]) Cf. Schellauf Rationem afferendi locos liter. div., quam in tr. super psalmos sequi videtur s. Hilarius illustravit, Graecii 1898.

[2]) Reperit Gamurrini cum duplici hoc l. et s. Sylviae Aquitanae *peregrinationem ad loca sancta*, opusculum valde

mae 1887; *Hymni* in Zeitschr. für k. Theol., Innsbruck 1888, XII. 358—369 cur. Dreves; alium cf. ib. XIII, 737-740. Cum s. Hieronymus s. Hilario tribuat hymnorum librum, et s. Isidorus hisp. de eccl. off. I, 6 de eo scribat: „Hymnorum carmine floruit primus (scil. inter occidentales)," merito inde colligitur, eum plures alios composuisse hymnos, et revera sub ejus nomine aliquot alii circumferuntur hymni: sed de eorum genuinitate inter eruditos controvertitur[1]). — *Epistolae* s. praesulis, quarum certe non parvus erat numerus, interciderunt.

70. *Opera* saepius collecta prodierunt: editionum omnium[2]) praestantissima omnibusque absoluta numeris est ea, quam adornavit P. Coustant e congr. s. Mauri Parisiis 1693, novis curis aucta a Maffei, Veronae 1730 t. 2 in f., recusa sed mendose, Venetiis 1749 et ab Oberthür (cum supplemento), Würzeburgi 1785—88 t. 4, et recepta cum apparatu literario a Migne P. L. IX. X. Stilus auctoris nostri est pressus, concisus, nervosus, et eloquentiae singularis, unde belle s. Hieronymus l. II in ep. ad Gal. eum dicit „eloquentiae latinae Rhodanum," sed verum etiam est eum „a lectione simpliciorum fratrum longe esse," teste eodem s. Hieronymo ep. 58 n. 10, ob longiores interdum et intrincatas periodos, densas sententias, frequentes ellipses: imo quorundam incurrit accusationes quasi in aliquibus non recte senserit: hinc admodum opportuna est doctissima Coustantii praefatio generalis operibus praemissa, in qua orthodoxiam s. doctoris strenue tuetur, sagaciter dicta illustrat obscura vel aequivoca, quaquaversus lucem diffundit, suspicionum dissipat nebulas, et a septem accusationis capitibus contra ejus doctrinam objectis egregie vindicat.

71. Aequalis ss. Athanasii et Hilarii, socius in vigilantia pastorali, in certamine pro fide, in sollicitudine pro bono Ecclesiae catholicae, particeps persecutionum, passionum, exsilii fuit s. Eusebius natione Sardus[1]), romanae

---

pretiosum pro historia s. liturgiae illius temporis, hinc illud simul edidit. Prodiit rursus accurate, quantum fieri potuit, inter Itinera hierosolymitana ed. Geyer, Lipsiae 1899.

[1]) Cf. B. Hoelscher de ss. Damasi P. et Hilarii ep. pict. qui feruntur hymnis sacris, Monasterii 1858; J. Kayser Beiträge zur Gesch. und Erklärung der ältesten Kirchenhymnen, Paderborn 1881 ed. 2 p. 52—88.

[2]) Cf. de edit. variis Schoenemann bibl. hist. lit. PP. lat. I, 276—94; Bardenhewer § 86, ubi reperies literaturam de s. Hilario; Histoire lit. de la France I p. 2, 139—194; 451—61; Barbier vie de St. Hilaire, Tours 1887; Nirschl § 110 ss.; Fechtrup KL. V, 2046 ss.

[1]) Eodem tempore floruit alius s. Eusebius, episcopus samosatenus, qui et ipse fortiter Arianis se opposuit: quapropter in exsilium fuit ejectus (374). In reditu tegula a muliere ariana desuper emissa confracto capite martyr occubuit (379 vel 380). Acta ejus syriace exstant atque prodierunt inter Acta MM. et SS. a Bedjan edita VI, 335. Memoria ejus celebratur in Ecclesia latina 22. Jun. Cf. Fritz KL. IV, 1010. — Alii praeterea Eusebii hoc seculo vixerunt. Omissis Eusebio caesariensi et Eusebio nicomediensi, de quibus infra, haud parum innotuit Eusebius emesenus episcopus „elegantis et rhetorici ingenii" juxta Hieronymum de vir. ill. c. 91, qui innumerabiles et ad plausum populi pertinentes confecit libros, „magisque historiam secutus ab his, qui declamare volunt, studiosissime legitur, e quibus vel praecipui sunt adversum Judaeos et gentes et Novatianos et ad Galatas ll. X. et in Evangelia homiliae breves, sed plurimae." Ceterum Seminarianis est adnumerandus et Macedonii errores contra Spiritum s. sectabatur. Expulso jam altera vice ab Eusebianis Athanasio, ipse in ejus locum fuit electus, sed merito sedem alexandrinam non acceptavit. Postea electus est in episcopum emesenum, sed non sine multorum contradictione. Constantii imp., quem comitatus

urbis lector, post miro Dei ductu vercellensis episcopus a 340. Tanto zelo et constantia causam Dei contra arianos egit, ut ejus invicta fides Liberium romanum episcopum ad vitae solatium erigeret. In concilio mediolanensi (355) intrepide pro fide nicaena et s. Athanasio stetit, hinc ab imperatore Constantio relegatus est in remotissimas Orientis partes, ubi gravissima mala est passus. Sub Juliano imp. permissus est redire ad sedem suam, sed prius voluit pro reparandis fidei jacturis se conferre ad synodum alexandrinam postque medici praestantissimi instar peragrans Orientis provincias in fide infirmos ad integram valetudinem restituit eos in doctrina instituens Ecclesiae. Inde salubritate pari digresso in Illyricum tandemque in Italiam delato, ad ejus reditum lugubres vestes Italia mutavit. Obiit meritis plenus a 371, a. aetatis ut fertur 88, ob tot persecutiones, quas fidei causa sustinuit, ab Ecclesia martyribus accensetur. Tanti viri exstant tantum tres epistolae breviores (Migne P. L. XII, 947—54; X, 713—14). Vertit Eusebii caesariensis commentarios *in psalmos* de graeco in latinum, quae versio tamen periit. Celeber est codex Evangeliorum latinus sua manu, ut fert vetusta et fidelis traditio, descriptus juxta textum antehieronymianum (hinc summi pretii), qui adhuc in ecclesia majori vercellensi pie asservatur. Eum ediderunt, ut diximus Nomencl. III, 73 ed. 2., Jo. Andr. Irrico, Mediolani 1747; Blanchinius Romae 1749; Migne P. L. XII, 1—972, cum expositione fidei *de ss. Trinitate* symbolo Athanasiano simili, quam nonnulli absque ullis codd. testimoniis, solis innixi argumentis internis Eusebio nostro adscribunt, alii abjudicant. Denuo illum ex editione Iriciana principe J. Belsheim dedit, Christianiae 1894. Primus fuit ipse in Occidentis partibus, qui in eadem eccle-

---

est ad bellum contra Persas, fruebatur gratia. Obiit c. a. 359. Vix aliquod scriptum certo genuinum hujus scriptoris superest: eo magis vero dubia vel supposita, cui suppositioni forte verba s. Hieronymi supra cit. occasionem praebuerunt. Huc spectant *opuscula graeca* a C. G. Augusti Eberfeldi 1829 edita, quae videntur esse potius Eusebii cujusdam alexandrini sec. VI.; *homiliae LVI* a Gaigneio Parisiis 1547; Lovanii 1560 editae, quae sunt scriptorum Galliae, s. Hilarii arel., Eucherii lugd., Fausti rheg. etc.; *homiliae CXLV* (potius CXLII) primum a Cl. Jeremy editae Parisiis 1554 (inde transierunt cum praecedentibus in bibliothecas PP.), quae videntur esse Brunonis astensis (cf. Nomencl. IV, 20) excerptae ex ejusdem commentario in IV Evangelia. Duo ll. saltem ex opusculis XIV sub nomine Eusebii caes. a Sirmondo Parisiis 1463 editis scil. *de fide* adversus Sabellium i. e. adversus Marcellum ancyranum videntur esse ipsius. Cf. quaedam alia ipsi tributa Migne P. G. LXXXVI, 1, 463—504; Fessler-Jungmann § 131; Thilo Ueber die Schriften des Eusebius v. Alex. und des Eus. v. Emisa; Oudin diss. de scriptis Eus. amis. ep. hucusque perperam attributis comment. de script. eccl. I, 389—426; Augusti in Eus. em. annotationes hist. op. cit. et Migne l. c. p. 463—504. *Vitam Eusebii* scripserat Georgius laodicenus, de quo infra p. 147 a. agemus: ea tamen periit. Plures ei asseruit *homilias* Augusti op. supra cit., quas tamen esse Eusebii alexandrini statuit Thilo op. cit. Sed quis fuit hic Eusebius alexandrinus? Omnia de eo sunt incerta. Juxta Joannem monachum ejusque notarium, qui ejus scripsit *vitam* (Mai Spicil. rom. IX, 703—713; Migne P. G. LXXXVI, 1, 297—310) fuit monachus omnium virtutum genere praeditus, a s. Cyrillo sibi in successorem ordinatus, qui ecclesiam alexandrinam per plures annos laudabiliter rexerit. Verum inter s. Cyrilli successores in nullis aliis monumentis comparet Eusebius successor. Habes sub ejus nomine ex Mai apud Migne P. G. l. c. p. 313—462 homilias XXII, quae ex criteriis internis colliguntur esse sec. V. Cf. Bardenhewer § 77 § 14; Streber KL. IV, 99. Alius ab hoc Eusebio alex. est Eusebius diaconus alexandrinus s. Dionysii, qui postea factus est episcopus laodicenus (266—270), cujus meminit Eusebius caes. HE. VII, 11, 32. Cf. Gams KL. IV, 1008.

sia eosdem monachos instituit esse quos clericos, ut esset in ipsis viris et contemptus rerum et accuratio levitarum[1]).

72. His coryphaeis aliqui alii addendi sunt, inter quos summam nominis celebritatem consecutus est Hosius n. 256, episcopus cordubensis (296), qui juxta Bardenhewer § 86 et 87 n. 1. prae Hilario ‚Athanasii Occidentis' encomio celebrari meret non tamen scriptis, quorum vix aliquid composuit, sed rebus gestis contra Arianos in causa fidei. Magna valebat auctoritate apud Constantinum M., qui ejus opera in negotiis ecclesiasticis est usus. Concilio nicaeno sicut et sardicensi praefuit: aliis quoque interfuit conciliis, conventibus legationibusque pro tuenda fide orthodoxa. Hinc Arianorum incurrit odium atque particeps factus est omnis vexationis et persecutionis, in exsilium pulsus vel senex a. 100 et verberibus affectus calumniisque laceratus: verum immotus stetit in saevissima tempestate pro fide nicaena: neque enim probabile videtur, eum in fine vitae turpiter subscripsisse fidei formulae arianae et damnasse ὁμοουσίου professionem: ad summum forte quadam deliquit conniventia, quam et ipsam retractavit[1]). Decessit senex venerandus a. ultra centum natus 27. Aug. 357. Unica exstat ejus *ep. ad Constantium imp.* libertate et fortitudine apostolica conscripta, quam recepit Athanasius in suam hist. Arianorum c. 44 (Migne P. L. VIII, 1327-1331). Libelli duo quos laudat Isidorus hisp. de viris ill. c. 5. scil. *de laude virginitatis* et *de interpretatione vestium sacerdotalium,* quae sunt in V. T., perierunt. Nostra aetate card. Pitra publicae luci dedit doctrinam Hosii ep. *de observatione disciplinae dominicae* i. e. 49 breves sententias inter Analecta sacra et classica, Parisiis 1888 I, 117. — Phoebadius Agenni Galliarum episcopus, arianae perfidiae insectator acerrimus, a. 358 librum exaravit stilo nitido et conciso *contra Arianos,* quo secundam formulam sirmiensem egregie refellit; l. elegantem *de Filii divinitate et consubstantialitate,* vel simpliciter *de fide orthodoxa* contra Arianos, et *libellum fidei* prioris veluti compendium: quae duo posteriora scripta non adeo certo auctoris nostri sunt: hinc ab aliis tribuuntur aliis, ut Vigilio taps., Gregorio eliberitano, Gregorio naz. etc. Reperiuntur in Gallandi bibliotheca V, 2050—65, et inde apud Migne XX, 13—50. Obiit dignissimus praesul et fidei catholicae strenuus propugnator[1]) post a 392.

73. His in certamine contra Arianos fuit socius Lucifer calaritanus episcopus, qui bene coepit, gloriose pugnavit, sed minus laudabiliter finivit. A Liberio propter suum pro recta fide zelum „cum Pancratio et Hilario romanae Ecclesiae clericis ad Constantium imp. (Arelatum a. 354 pro bono Ecclesiae) legatus missus est. Cum nollet sub nomine Athanasii nicaenam

[1]) Cf. lectiones Noct. II. in ejusdem festo 16. Dec.

[2]) Cf. Gams Kirchengesch. v. Spanien, Regensburg 1864 II p. 1 pag. 137—309; III. 2, 48 ss.; Knöpfler KL. VI, 290—295. Ferunt eum ad formulam (juxta Hilarium de syn. c. 11 blasphemiam) syrmianam subscribendam inductum fuisse a Potamio episcopo olysiponensi, ipsius formulae auctore, qui quondam stetit pro fide nicaena, ut liquet ex epistola ad Athanasium *de consubstantialitate Dei Filii* (apud Gallandi V, 96 ss.; in ed. Ballerini opp. s. Zenonis append.), quae sub ejus nomine circumfertur. Tribuuntur ei quoque Tr. *de Lazaro,* et *de martyrio Isaiae prophetae,* quorum stilus est admodum obscurus et implexus. Exstant in op. cit. et in Migne PL. VIII, 1411—1418. Cf. Mich. Jos. Maceda Hosius vere Hosius h. e. vere innocens, vere sanctus diss., Bononiae 1790, in qua et Potamii innocentiam tuetur.

[1]) Cf. Histoire lit. I, 2 p. 266—81.

damnare fidem (in conc. mediolanensi a 355), in Palaestinam relegatus mirae constantiae et praeparati animi ad martyrium contra Constantium imp. scripsit librum eique legendum misit, ac non multo post sub Juliano principe reversus, Caralis Valentiniano regnante obiit.« Ita Hieronymus c. 95. Priusquam ad sedem rediret suam, Antiochiam venit, ibique cum Eustachianis Meletium episcopum quasi arianismi (sed immerito) suspectum agnoscere noluit, sed zelo intempestivo Paulinum[1]) in episcopum ordinavit, inde in illa ecclesia schismati occasionem dedit, quod eam diu turbavit. Ad rigorem pronus improbavit concilii alexandrini a. 362 moderationem, qua lapsis in arianismum, sed resipiscentibus pax et indulgentia concedebatur, ac propterea, ab Eusebii vercellensis aliorumque episcoporum, qui illi interfuerant synodo, ut videtur, communione se separavit. Deinde etiam eos, qui Arimini dolis Arianorum circumventi a constantia defecerant, dure condemnavit seque ab illis, qui eos poenitentes receperant, sejunxit. Num eo progressus sit, ut auctor exstiterit formalis illius schismatis, quod postmodum ab eo nomen accepit[2]), non liquet († 371). A nonnullis nimio ardore vel inter sanctos recensetur[1]). Plura exstant opera ab eo in exsilio conscripta adversus imperatorem, zeli intrepidi, libertatis et fortitudinis animi imperterritae argumenta. Cernitur promptissimus in iis s. Scripturae usus, sermo tamen rudis et incomptus est[2]). *De s. Athanasio ll. 2,* in quibus hujus praeclare tuetur causam, invicte ostendens, eum nec visum nec auditum non potuisse deponi conventus mediolanensis et imperatoris sententia; *de non conveniendo cum haereticis; de regibus apostaticis,* quo in l. impiorum exemplo regum ostendit, florentem imperii romani conditionem non esse argumentum justitiae causae arianae, quam imperator tam praefracte tuebatur; *de non parcendo in Deum delinquentibus; Moriendum esse pro Filio Dei.* Meliores operum editiones sunt fratrum Coleti, Venetiis 1778, recepta a Migne P. L. t. XIII; Gallandi bibl. VI, 153-260; Hartel, Viennae 1886 ed. critica in Corp. script. eccl. t. XIV. *Exhortatio s. Ambrosii ep.* ad neophytos de sym-

[1]) Hujus Paulini exstat *professio fidei* ab Athanasio probata, quam s. Epiphanius haer. 77 § 21 nobis asservavit. Decessit a. 388 vel 389.

[2]) Luciferianorum post Luciferum coryphaeus dicitur Gregorius, cognomine Baeticus, Eliberi episcopus († p. 392), qui teste Hieronymo c. 105, „usque ad extremam senectutem diversos mediocri sermone tractatus composuit, et *de fide* elegantem librum, qui hodieque superesse dicitur.“ In synodis sirmiensi et ariminensi fortiter restitit Arianis. Ejus scripta dicebantur periisse; verum diligentissimus Morin in Revue d'hist. et de littér. relig. 1900 V, 2 librum elegantem *de fide orthodoxa* contra Arianos, qui reperitur apud Migne inter s. Ambrosii XVII, 549—568, et etiam Vigilii tapsensis opera LXII, 466—468; 449—463 ipsi asserit; insuper ll. VII priores ex XII *de trinitate*, qui sub Vigilii taps. nomine comparent (ib. p. 237—334), necnon tr. *de ll. ss. Scripturarum,* quos sub Origenis nomine recentissime Batiffol ediderat, quam sententiam Künstle Lit. Rundschau 1900 p. 171 s. probabilem censet (cf. supra p. 62).

[1]) Quid de ejus sanctitate sentiendum sit, exponit Benedictus XIV. de beatif. et canoniz. SS. t. 1 l. 1 c. 40 n. 2. 3, ubi narrat, controversiam acriter agitatam fuisse sub Urbano VIII., qui tamen silentium utrique parti imposuit. Papebrochius in actis SS. ad d. 20. Maj.

[2]) Fessler-Jungmann § 99; Bardenhewer KL. VIII, 200; § 87 n. 2. Die Eigenart der Schriften Luzifers liegt in ihrem rücksichtslosen Tone gegenüber dem Kaiser. Dabei ist der Ausdruck grossentheils der Vulgärsprache entnommen, und auch auf geordneten Gedankengang wird nicht der geringste Werth gelegt. Luzifer ist der hervorragendste Vertreter des Vulgärlateins seiner Zeit und wegen der ausserordentlich reichen Schriftcitate zugleich ein sehr wichtiger Zeuge des Vorhieronymianischen Bibeltextes.

bolo, quam Caspari 1869 primum, dein in alten und neuen Quellen, Christiania 1879 p. 186—195 edidit, ab eodem asseritur Lucifero, a Krüger[1]) Eusebio vercellensi.

74. Luciferianorum necnon et Ursicini schismati addictus erat Faustinus presbyter, sed acerrimus fidei orthodoxae vindex, qui »scripsit ad personam Flacillae reginae (*de Trinitate* sive de fide) adversum Arianos et Macedonianos (quos tamen non nominat) libros (seu potius capita) septem, his eos maxime Scripturarum testimoniis arguens et convincens, quibus illi pravo sensu utuntur ad blasphemiam. Scripsit et librum (libellum precum), quem Valentiniano, Theodosio et Arcadio imperatoribus pro defensione suorum cum Marcellino quodam presbytero obtulit[2]), ex quo ostenditur Luciferiano schismati consensisse, quia Hilarium pictaviensem et Damasum urbis Romae episcopos in eodem l. culpat, quasi male consuluerint Ecclesiae, quod praevaricatores episcopos in communionem et sacerdotium pacis recuperandae gratiae recepissent, quod Luciferianis ita displicuit recipere episcopos, qui in ariminensi concilio Arianis communicaverant, quod (f. quomodo) Novatianis apostatas poenitentes[3]).« Obtulerat quoque *fidem* Theodosio, in quo se a sabellianismi accusatione tuetur[1]). Reperiuntur haec opuscula apud Gallandi VII, 439—74, Migne XIII, 37—107. Floruit exeunte sec. IV.

75. De quodam Sabbatio ita refert Gennadius (et quidem ipse solus) de vir. ill. c. 25: »Sabbatius, gallicanae provinciae episcopus, rogatus a quadam casta et Christo dedicata virgine Secunda nomine, composuit librum *de fide* adversus Marcionem et Valentinum, ejus auctorem, et adversus Eunomium et magistrum Aëtium, ostendens et ratione et testimoniis Scripturarum, unum esse deitatis principium ipsumque esse et suae aeternitatis auctorem et mundi ex nihilo conditorem, simulque et de Christo, quod non in phantasia homo apparuerit, sed veram habuerit carnem, per quam manducando, bibendo, lassando, plorando, patiendo, moriendo, resurgendo verus probatus sit homo. His enim sententiis Marcion et Valentinus contrarii exstiterunt, asserentes duo deitatis principia et Christum venisse in phantasia. Aëtio vero et Eunomio, discipulo ejus, ostendit, Patrem et Filium non duarum esse naturarum et divinitate parilium, sed unius essentiae, et alterum ex altero i. e. ex Patre Filium, alterum alteri coaeternum, cui credulitati Aëtius et Eunomius contradicunt.« Hujus operis nihil amplius exstat. Porro editores historiae literariae Galliae conjiciunt[2]) hunc Sabbatium alium non esse a Servatio episcopo tungrensi († 13 Mai 384), qui interfuit concilio sardicensi fortiterque initio restitit Arianis in concilio ariminensi, sed demum fraudibus Ursacii et Valentis deceptus subscripsit formulae arianae, quem lapsum certe cum tot aliis retractasse merito praesumitur.

---

[1]) Krüger, Lucifer B. von Cagliari und sein Latein in Archiv für Lat. Lexikogr. und Grammatik 1886. III, 1—58; cf. et ipsius l. Lucifer B. . . . und das Schisma der Luziferianer, Leipzig 1886; Nirschl II. § 114.

[2]) In codd. praemittuntur *gesta inter Liberium et Felicem*, in quibus narrantur calamitates, quas passus sit Ursinus antipapa Damasi tempore. Haec tamen alterius sunt auctoris. Libellus precum prodiit inter Sirmondi opera t. I. Parisiis 1696, et jam prius seorsim ib. 1650 in 8 cum ejus notis. Cf. Fabricius bibliothec. lat. ed. Florentiae 1858. I, 555. Primus ejusdem l. a nonnemine Gregorio Baetico asseritur.

[3]) Ita Gennadius de vir. ill. c. 16.

[1]) Cf. de his scriptoribus, quos n. 71 ss. recensuimus, Bardenhewer § 87.

[2]) Tom. 1. p. 2 pag. 242 ss.

76. Sed jam ex Occidente redeamus in Orientem aliosque recenseamus praeter s. Athanasium fidei doctores. S. Cyrillus [1]) natus c. 315 innotuit celeberrimis suis catechesibus, quibus presbyter, vel, ut alii jam malunt, episcopus recens ordinatus a. 350 vel 351 (juxta alios 347 vel 348) hierosolymitanus catechumenos tam egregie instituit. Illibatam in iis tradit orthodoxamque doctrinam, quamvis initio non videretur agnovisse sicut et ejus praecessor momentum controversiarum, quas Arius excitavit, atque Athanasianae causae justitiam. Hinc et Arianorum non meminit, neque consubstantialis vocem adhibet in suis catechesibus [2]), neque generatim in certamine contra illos comparet. Eum tamen ipsis postmodum fuisse valde invisum illud probat, quod ter fuerit sede pulsus, et tertia vice ab a. 367—78. Interfuit concilio constantinopolitano I, imo eidem cum episcopo antiocheno et alexandrino praefuisse refert Sozomenus H. E. VII, 7. († 18. Mart. 386). Dum ecclesiam hierosolymitanam faustissime regeret, duplici eam prodigio illustratam fuisse referunt: splendida crucis solis radiis fulgentioris apparitione 7. Maj. 351 et terrificis phaenomenis, quibus Judaei templum hierosolymitanum contra Christi vaticinium reaedificare studio omni conantes, a coepto prosequendo sunt deterriti. Praecipuum s. doctoris opus sunt ejusdem *catecheses,* quibus stilo non quidem eleganti, sed simplici et candido succinctam exhibet doctrinae christianae summam, pretiosissimum antiquitatis monumentum, praesertim quod attinet s. liturgiam et sacramenta [1]). Praeter has catecheses, quae auctorem nostrum reddiderunt celeberrimum, exstant tantum *homilia* in paralyticum ad probaticam piscinam jacentem, cujus miraculosam sanationem secundum omnia expendit illustratque adjuncta, et *ep. ad Constantium imp.,* qua eum de visione signi crucis supra memorata certiorem reddit. Aliae ejusdem quae circumferuntur literae sunt suppositae. Praestantissimam op. editionem curavit [2]) A. A. Touttée congr. s. Mauri (de quo cf. II, 808) Parisiis 1720; Venetiis 1763, a Migne recusam P. G. 1. XXXIII; commodam curarunt W. K. Reischl et J. Rupp, Monachii 1848—60; Photius Alexandrides eadem edidit Hierosolymis 1867—1868. t. 2 in 8.

[1]) S. Cyrilli ex sorore nepos Gelasius Caesareae Palaestinae episcopus (367-94) „accurati limatique sermonis fertur, juxta s. Hieronymum c. 130, quaedam scribere, sed celare", hinc mirum non est, ejus periisse scripta, praeter fragmenta, quibus utuntur Theodoretus et Leontius byzantinus adversus Eutychianos. Photius codd. 88 et 89 alia quaedam Gelasio ep. caesariensi tribuit. Fatetur tamen, se non potuisse certo cognoscere, quis hic Gelasius fuerit, cum tres hujus nominis fuerint sec. IV. et V. Caesareae episcopi. Opera autem, quorum meminit sunt l. *adversus anomoeos* diserta conscriptus forma; ll. III de rebus in nicaena synodo gestis, quod opus est Gelasii cyziceni, et *Prooemium* . . . in ea, quae ad ecclesiasticam historiam Eusebii Pamphili adjiciuntur, in quo meminit Cyrilli avunculi sui, qui ipsi ad scribendum auctor fuerit. Cf. Ceillier Hist. génér. des Auteurs sacrés V², 84 ss.

[2]) In sua ad Constantium imp. ep. n. 8 profitetur „consubstantialem Trinitatem."

[1]) Propter summam quinque posteriorum catecheseon, quae mystagogicae dicuntur, utilitatem eas latine versas exhibuimus inter opusc. sel. SS. PP. VII, 95—141 annotationibus illustratas.

[2]) Cf. Bardenhewer § 66; Fessler-Jungmann § 92 ss.; J. Mader der hl. Cyrillus B. v. J. in seinem Leben und seinen Schriften, Einsiedeln 1891; Nirschl II § 106 s.; Delacroix St. Cyrille de Jér. sa vie et ses oeuvres, Parisiis 1865; Laufkötter III, KL. 1290—95; Marquardt S. Cyrilli H. de contentionibus et placitis Arianorum sententia; Brunsbergae 1881; S. Cyrillus H. baptismi, chrismatis, eucharistiae mysteriorum interpres, Lipsiae 1882; Christologia (ejusdem) 1885.

77. Orientem remotiorem hac aetate illustravit par nobilissimum fratrum: s. Basilius M. et s. Gregorius nyssenus[1]). Nati sunt Caesareae in Cappadocia parentibus nobilibus et divitibus, praeprimis vero christianis. Basilii nativitas incidit in a. circiter a. 330 vel 331. Infantiam transegit sub sollicitissima cura s. Macrinae, aviae suae, quae fidelissime inhaesit institutioni s. Gregorii Thaumaturgi et persecutionum tempore pro Christi confessione pugnaverat. In liberalibus disciplinis ab ipso patre, rhetore insigni, qui etiam Basilius vocabatur, Neocaesareae fuit excultus: quo defuncto earum continuavit studium Caesareae, Constantinopoli, dein et Athenis, ubi cum s. Gregorio nazianzeno intimam (359, juxta alios jam 355) iniit familiaritatem et exemplarem amicitiam. Post reditum aliquamdiu rhetoricam docuit, sed »cum multum temporis impendissem vanitati, narrat ipse ep. 223 n. 2, totamque fere juventutem meam perdidissem inani labore, quem in discendis infatuatae a Deo sapientiae disciplinis occupatus suscipiebam, ubi tandem aliquando velut ex alto somno expergefactus, respexi ad lumen admirabile veritatis Evangelii, ac vidi inutilitatem sapientiae principum hujus mundi, qui destruuntur (1. Cor. 2, 6); miserabilem vitam meam deflens, optabam dari mihi disciplinam, quae me ad pietatis dogmata introduceret. Ac mihi quidem ante omnia curae erat, ut emendationem aliquam morum facerem, quos diuturna cum improbis consuetudo perverterat.« Quare baptismum suscepit lectorque ordinatus est a Dianio episcopo caesariensi, utque vitam monasticam melius exploraret, Syriam, Mesopotamiam et Aegyptum peragravit, et in patriam reversus, patrimonio magna ex parte inter pauperes distributo, in Pontum secessit, ut vitam ageret asceticam prope Neocaesaream. Multos verbis et exemplo ad imitationem provocavit, hinc plura condita sunt monasteria: et »brevi permutata est totius provinciae facies,« teste Rufino H. E. II, 9. Cum amico suo Gregorio, qui ipsum saepe invisebat, regulas composuit pro illis monasteriis: ac ita est fundator vitae monasticae per Pontum et Cappadociam, imo vitae monasticae, prout modo adhuc in Ecclesia orientali viget. Interim ab Eusebio caesariensi metropolita presbyter est ordinatus (c. a. 364), cui fidelissime astitit temporibus illis turbulentis: nam regnante Valente (ab a. 364) potente Arianismi fautore, Ariani omnia sibi permittebant atque metropolim ipsam Cappadociae invadere tentabant. Erat enim episcopo suo, teste Gregorio naz. or. 43 in

[1]) Tertius frater Petrus sanctitatis laude pariter insignis factus est episcopus sebastenus. Exstat tantum epistola (Migne P. G. XLV, 241—244), qua fratrem Gregorium rogat, ut Basilium jam mortuum vindicet adversus Eunomii apologiam, qua hic impugnaverat Basilii ll. contra ipsum. — A Basilio nostro secerni debet Basilius ancyranus episcopus, artis medicinae peritus, qui teste Hieronymo de vir. ill. c. 89 „scripsit *contra Marcellum* ancyranum et *de virginitate* librum, et nonnulla alia, et sub rege Constantio macedonianae seu semiarianae partis cum Eustathio sebasteno (cf. infra p. 152 a.) princeps fuit.“ Ejus scripta perierunt, si excipias *Memoriale*, quod nomine suae factionis cum Georgio laodiceno pro formula sirmiana composuit asservavitque Epiphanius haer. 73 n. 12—22. In synodo Constantinopolitana a. 360 ab Acacianis fuit depositus. Cf. Hefele Conciliengesch. I, 675 ss.; Peters KL. II, 29. Hic vero distingui debet a s. Basilio ancyrano, qui obiit Caesareae 2. Jan. 362, de quo cf. Martinov Ann. eccl. gr. slav. (1864) p. 25—27, et alio s. Basilio ancyrano presbytero († 22. Mart. 363), de quo cf. Act. SS. Mart. III, 379—380 (ed. 3. p. 377—378). — — Georgius, cujus mox meminimus, patria erat Alexandrinus. Arianorum patrocinio factus est episcopus laodicenus. Ejus scripta, inter quae opus *adversus Manichaeos* et *Vita Eusebii emeseni*, perierunt († ante a. 363). Cf. Fritz KL. V, 335; Schladebach Basilius von A., Leipzig 1898 diss. inauguralis.

laudem Bas. n. 33, monitor probus, opitulator commodus, divinorum oraculorum interpres, rerum agendarum praemonstrator, senectutis subsidium, fidei adminiculum, domesticorum fidelissimus, externorum ad res gerendas aptissimus.« Quum a. 368 dirissima vigeret Caesareae fames, haereditatem, quae ei ex matris Emmeliae morte obvenerat, pauperum subsidio impendit. Defuncto Eusebio (370) ipse in successorem est electus non tamen citra aliorum contradictionem et a s. Gregorio naz. amico suo ordinatus est. In candelabro positus omnibus praeluxit exemplo, disciplinae ecclesiasticae fuit studiosissimus, paci componendae cum collegis in episcopatu variis de causis turbatae sollicitam impendit operam, de reformando clero sollicitus, hospitium egenis et peregrinis excipiendis, leprosis curandis amplissimum instituit, sed in primis zelus ejus exarsit, ut obviaret tot malis, quae undique ex turbis ab haereticis omnis generis, ut Arianis, Semiarianis, Macedonianis, Apollinaristis etc. in Ecclesiam redundabant. Imperterrita fortitudine resistebat Valenti imp. sua potestate turpiter abutenti, ut Arianismum ubique diffunderet. Nam cum ille Modestum provinciae praefectum ad Basilium misisset, qui bonorum proscriptionem, exsilium, cruciatus ipsamque mortem, ni voluntati imperatoris cederet, minitaretur: »si quid aliud habes, reposuit placide Basilius, id nobis minitare. Horum enim, quae commemorasti, nihil nos attingit . . . Quoniam bonorum proscriptioni obnoxius non est, qui nihil habet, nisi forte laceris et detritis hisce pannis indiges ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates sunt. Exsilium autem haud cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum« etc. . . . Quo sermone obstupefactus praefectus: »Nemo, inquit, me ad hunc usque diem ita, nec pari verborum libertate est allocutus. Neque enim, ait Basilius, fortasse in episcopum incidisti.« Reversus praefectus ad imperatorem eique missionis rationem reddens, »Imperator, inquit, ab hujus Ecclesiae antistite victi sumus. Minis superior est, sermonibus firmior, verborum blanditiis fortior. Ignavorum alius quispiam tentandus est; huic autem aut vis aperte inferenda est, aut non exspectandum, ut minis cedat[1]).« Cum ergo muri aenei instar se opposuerit innovationibus fraudibusque Arianorum aliorumque haereticorum, fidem nicaenam verbis scriptisque propugnaverit, nutantes in fide confirmaverit, discordes ad concordiam pacemque revocare sit nisus omnibus omnia factus, ipsi post s. Athanasium Oriens praeprimis debet victoriam demum post diuturnas gravesque pugnas de arianismo variisque ejusdem formis. Obiit Kalendis Januarii a 379, cum tantum spiritu vivens praeter ossa et pellem nulla praeterea corporis parte constare videretur, rigida ascesi, laboribus pro causa Dei et proximorum salute susceptis, moerore ob tot scandala et mala, quibus Ecclesia affligebatur, consumptus, meritis plenus. Fuit insignis theologus, verus Ecclesiae doctor, pastorum exemplar, virtutum speculum, pauperum et indigentium sollicitus pater, prudens vitae spiritualis legislator, liturgiae reformator, quem propterea grata posteritas ‚Magni' encomio honestavit.

78. Praeclarissima sunt tanti viri opera. Inter polemica eminent *ll. V adversus Eunomium* c. a. 363 vel 364, in quibus diluit arianorum tricas de notione ingeniti, consubstantialitatem Filii et s. Spiritus divinitatem contra adversariorum subtilitates tuetur. Cum desint ll. 4 et 5 lima et accuratio, videtur viris criticis eorum genuinitas saltem dubia: conjiciunt aliqui, eos ex

[1]) Ita refert s. Gregorius naz. in pulcherrima or. 43 in s. Basilii laudem habita n. 48 ss.

aliis Basilii operibus fuisse ab alio concinnatos et postea adjectos. Garnierius, qui hanc quaestionem accurate expendit, eos genuinos esse prorsus negat argumentis innixus internis. Cujus ergo erunt? Draeseke in Ztschr. für Kirchengesch. XI (1890), 22—61, illos asserit Apollinari laodiceno; Funk Kirchengesch. Abhandl. u. Untersuchungen II. (Paderborn 1899) 291-329 hujus opinione rejecta stat pro Didymo alexandrino comparatione diligenti instituta inter hos libros et opera Didymi, quae adhuc supersunt. — *De Spiritu s.* ad Amphilochium Iconii episcopum[1]). Prodiit seorsim cur. Johnston, Oxonii 1892; cum *ll. III adversus Eunomium* cur. J. D. H. Goldhorn, Lipsiae 1843. L. *adversus Manichaeos* periit. — Ex libris exegeticis supersunt Homiliae novem *in Hexaemeron*[1]), in quibus sensum persequitur literalem usque ad hominis formationem, quam exposuisse non videtur: neque enim ipsius sunt homiliae duae *de hominis structura* et tertia *de paradiso,* quae sub ejus nomine circumferebantur. Eae comparent etiam inter s. Gregorii nysseni opera Migne P. G. XLIV, 257—298. — Homiliae (13) *in Psalmos* (praeter quos quinque aliae sunt dubiae) quibus praemisit „praeclarum sane, judice Garnerio[2]),

[1]) Reperies hujus opusculi versionem inter opuscula selecta SS. PP. a nobis edita t. XXXI Oeniponte 1875. Amphilochius, qui s. Basilio auctor fuit scribendi hoc opus, e Cappadocia erat oriundus et primum rhetor foro addictus. In solitudinem postmodum secessit familiarique amicitia junctus est s. Basilio et s. Gregorio naz., qui eum magni fecerunt. Iconii episcopus mira Dei providentia electus a. 374 synodum coegit 377, in qua adversus Macedonii haeresim divinitatem s. Spiritus asserit, simul edita egregia *ep. synodica* ad ep. Lyciae episcoporum Lycaoniae conscripta nomine, quae adhuc superest (Migne XXXIX, 93—98): imo scripsit teste Hieronymo c. 133, librum *de Spiritu s.* quod Deus, et quod adorandus quodque et omnipotens sit, qui tamen periit. Interfuit synodo constantinopolitanae a. 381 atque a patribus hujus synodi ad restituendam fidem catholicam per Asiae provinciam delegatus est. A Theodosio M. ingeniose impetravit, ut Arianorum conventicula prohiberentur. In synodo Sidae in Pamphilia a. 388 habita 25 episcoporum, cui praefuit, Messalianorum errores damnavit († p. 394). Magna est penes veteres ejus auctoritas, qui ipsius testimoniis ad confirmanda dogmata catholica saepe utuntur, sed ejus scripta, si ejusmodi fragmenta excipias, perierunt: quae enim sub ejus nomine prostant vel dubia vel spuria sunt, ut *homiliae, vita s. Basilii* etc. Ipsius forte sunt *Jambi ad Seleucum* referti egregiis monitis ad juvenes literis deditos et non sine pretio pro historia canonis s. Scripturae, inter opera s. Gregorii naz. ed. Ben. II, 1089 ss.; Migne XXXVII, 1577. et saepius seorsim editi cur. Rittershusii Altorfii 1644; A. W. Cunonis Magdeburgi 1795; Bernholdi Altorffi 1740 in 8. Quae supersunt certa vel dubia edidit Combefisius, Parisiis 1644; Gallandi VI, 457—514; Migne XXXIX, 13—130. Cf. Fessler-Jungmann § 115.

[1]) Has homilias quidam Eusthathius sive Eustachius afer „ita transtulit in latinum c. a. 440, ut ingenium doctissimi (Basilii) facundiae suae viribus aequiparasse videatur." Ita de eo Cassiodorus Instit. div. lit. c. 1. Dicavit eam versionem Syncleticae diaconissae. Reperitur ea versio ad calcem t. 1. ed. maurinae, et in Migne P. G. XXX, 869—968. Ea tamen non est satis accurata. Ab hoc Eusthathio alter ejusdem nominis distingui debet scil. Eustathius Sebastenus episcopus quondam Basilio amicitiae vinculo junctus, sed homo versipellis et dubiae fidei, qui se postmodum ostendit in Arianos propensus. Hinc s. Basilius communionem cum ipso abrupit fidelesque, ut ab ejus fraudibus caverent, monuit. Verum Eustathius eo improbitatis processit, ut epistolam haeretico sensu infectam Basilii nomine ad Apollinarium confictam spargeret in vulgus, qua de re Basilius in suis epistolis non semel conqueritur. Cf. Fessler-Jungmann § 101. Eum tamen tuetur Fr. Loofs Eustathius v. Seb. und die Chronologie der Basiliusbriefe. Eine patristische Studie, Halle 1898. Ab utroque distingui debet s. Eusthathius antiochenus de quo infra.

[2]) Praefat. gener. § 6 n. 30 in sua ed. opp. s. Basilii.

et in primis elegans prooemium: quod qui legerit miram illam in Basilio dicendi artem mirabitur, quo quocunque se intendisset excellebat.« Fragmenta in Psalmos edidit Pitra in Analectis sacris et classicis Parisiis 1888 p. I pag. 76—103 (cum aliquot aliis fragmentis p. 103—110). In suis in psalmos commentariis sensui literali adjungit moralem et allegoricum, et non pauca ex Origene mutuatur. — Commentarius *in Isaiam* (1—16) quoad formam non satis expolitus et limatus, alioquin bonus, est dubius sed forte immerito, seculi tamen IV; ejus versio latina antiqua prodiit in biblioth. casinensi 1880 IV, 392—424. — Commentarius *in Job* periit cum aliis, quae in ss. literas scripsisse videtur.

79. Ad ascetica opera spectant tractatus tres praevii, praevia scil. *institutio ascetica,* qua ad militiam Christi suscipiendam hortatur; sermo *de ascetica disciplina,* quomodo monachum ornari oporteat; sermo asceticus *de renunciatione mundi* et de perfectione spirituali. Praefatio Moralium coalescit ex duobus libellis scil. *de judicio Dei* et *de fide.* Sequuntur jam ipsa *Moralia* scil. regulae octoginta verbis N. Testamenti compositae, quae variis hominum conditionibus conveniunt. Sequuntur duo *sermones ascetici* nonnihil tamen dubii, qui sunt veluti introductio ad sequentes *regulas fusius tractatas* (55) et *ad regulas brevius tractatas* (313), pro monachis, quae interrogationibus et responsionibus constant. Continent eae verum sapientiae spiritualis thesaurum non solum pro monachis, sed pro christianis omnis conditionis virtutis et solidae pietatis studiosis; Scripturae vero testimonia tam apte et concinne applicat et explicat, ut plures gravesque quaestiones docte dilucideque solvantur. Maxima earum commendatio est, quod vel ad nostram usque aetatem vigeant atque serventur a monachis ecclesiae orientalis. Utrasque regulas Rufinus latine vertit et in unam redegit regulam, quae constat ex 203 quaestionibus cum earum responsionibus. Habes hanc versionem cum praefatione Rufini in Codice reg. monast. ed. ab Holstenio Augustae V. 1759 I, 67-108. *Poenitentiae,* quae subjiciuntur, pro regularum transgressoribus et *constitutiones asceticae* (34), quibus monachis plura praescribuntur vel saltem commendantur, dubiae sunt originis, sicut et duo ll. *de baptismo* pulchri alioquin et ad mores informandos utilissimi, hinc argumenti potius ascetici quam dogmatici. Prodierunt *opuscula ascetica* latine versa in pp. IV distributa, Romae 1748 t. 4 in 8. — Spurius est l. *de vera virginitatis* integritate. — Ex *homiliis* dogmaticis, exegeticis, moralibus et panegyricis 24 saltem sunt genuinae[1]), in quibus mascula se prodit eloquentia: quare dignissimae sunt quae theologorum manibus assidue terantur: propter eas merito s. Basilius inter principes oratores christianos numeratur. Inter illas celebris est homilia seu tr. ad juvenes, *quomodo ex gentilium libris utilitatem percipere possint:* hinc propter controversias de hoc argumento subinde excitatas seorsim saepe prodiit, ut curis C. A. F. Frémion, Parisiis 1819 cum versione gallica, ed. egregia; ib. 1894 interprete Sommer; Lotholz, Jenae 1857 cum versione germanica; Wandinger, Monachii 1858; Bach, Münster 1900 etc. Sagaciter monet in ea, quid cavendum, quid utilitatis etiam ad morum institutionem inde sit capiendum. Aliquot ex homiliis Rufinus latine vertit Migne P. G. XXXI, 1723—1794.

[1]) Habentur etiam sermones 24 *de moribus,* quos ex s. Basilii opp. diligenter collegit Simeon Metaphrastes, in quibus de suo nihil apponit, nisi forte verbum ad nexum sententiarum complendum. Quare ut Basiliani haberi possunt.

80. Ex ejus *epistolis,* rejectis spuriis dubiisque, cujusmodi sunt ep. ad Libanium, Julianum apostatam, adversus Eunomium haereticum, ad Apollinaremlaod.(cf.suprap.152a.) etc. supersunt 319 vel forte 325. Eae plane sunt elegantes, quas ejus magister Libanius, praecipuus eo tempore rhetor, maximi fecit, admodum pretiosae et utiles pro historia illius temporis et controversiis tunc agitatis[1]). Inter eas sunt magni momenti pro disciplina poenitentiali tres *ep. canonicae* ad Amphilochium. Num *Liturgia* sub ejus nomine per Orientem vulgata[2]), talis qualis nunc habetur, ejus sit opus, non satis liquet. Eam habes in Daniel Cod. liturg. Eccl. orientalis, Lipsiae 1853 IV, 421—438. Alia opera, quae sub ejus nomine circumferuntur, dubia vel spuria praetermittimus. Unanimes autem sunt eruditi in depraedicanda operum s. Basilii praestantia. Mirantur scil. „in scriptis Basilii orationis perspicuitatem eximiam, facundiam, singularem quandam in Scripturis interpretandis facilitatem, verborum delectum et sententiarum gravitatem; praesertim felicissimus est in seligendis exemplis aptis, in rerum natura explicanda et in praeceptis morum aptissime deducendis. In homiliis ejus nihil otiosum, nihil redundans invenitur, in illis densa sunt et compacta omnia, nervorum et virium plena, cum omnibus condita dicendi festivitatibus, tum praeclarissimis saluberrimisque praeceptis refertissima. Nihil autem est inter opera Basilii et forte in tota antiquitate ecclesiastica magis eruditum lectuque dignius, quam ejusdem epistolae, quae vivam imaginem ipsius s. Basilii et Ecclesiae illius aetatis exhibent[1]).“ Inter editiones eminet ea, quam adornavit J. Garnier, absolvit vero Maranus uterque e congr. s. Mauri Parisiis 1721—30 t. 3 in f; emendata et aucta cura L. de Sinners ib. 1839 t. 3 in 4; recepta et locupletata pluribus additamentis a Migne P. G. t. XXIX—XXXII; Animadversiones in s. Basilii M. opera, supplementum editionis Garnerianae secundae edidit A. Jahnius Bernae 1842 fasc. 1. in t. 1.

81. S. Gregorius frater junior erat s. Basilii, qui cum sorore s. Macrina multum contulit utpote aetate major ad eum in omni pietati et literis solide instituendum: quamobrem Gregorius eum gratus patrem atque magistrum appellat. Cum jam lectoris in ecclesia munere fungeretur, nimio rhetorices studio abreptus sacra militia relicta ad munus docendi rhetoricam se transtulit: verum amicorum, s. Gregorii naz. in primis, hortationibus motus paulo post in solitudinem secessit atque vitam degit asceticam. Invitus in episcopum Nyssae in Cappadocia electus est (371), sed mox etiam gravissimas passus Arianorum insectationes, ab eisdem, favente Demosthene Cappadociae vicario, synodo habita de-

[1]) De earum chronologia cf. praeter Loofs op. supra cit. p. 152a. V. Ernst Ztschr. für KG. XVI, 626—664.

[2]) De ejus liturgia fuse et erudite disserit Propst Katholik 1882 II, 561—582; 1883 I., 1—27; 113—141; et Liturgie des IV. Jahrh. und deren Reform, Münster 1893 p. 377—412.

[1]) Ita Fessler-Jungmann § 105, et in annot. additur: „Viri doctissimi pronunciare non dubitant, s. Basilium vel praestantissimis Graeciae oratoribus Pericli, Lysiae, Isocrati, Demostheni eloquentiae palmam praeripere.“ Cf. de Basilio Bardenhewer § 67, cujus encomium cf. infra p. 165 a., qui copiosam literaturam exhibet; Peters KL. 2², 24—29; prolegomena ed. maurinae etc.; de meritis exegeticis Weiss die grossen Kappadocier Basilius, Gregor von Nazianz und Gregor von Nyssa als Exegeten. Ein Beitrag zur Gesch. der Exegese, Braunsberg 1872; Nirschl § 129 Kranich der h. Basilius in seiner Stellung zum Filioque, Braunsberg 1882; E. Scholl die Lehre des h. Basilius von der Gnade, Freiburg 1801 in 8; P. Allard St. Basile, Parisiis 1899 etc.

positus fuit (a 375). Animum ejus tot malis graviter afflictum fidelissimus amicus Gregorius naz. solatus est confirmavitque. Post Valentis obitum (a. 378) ei ad suum redire licuit gregem magnaque fidelis populi exsultatione est receptus. Interfuit variis synodis, ut antiochenae (379) ad componendum schisma occasione ordinationis Meletii[1]) in episcopum obortum, quae tamen caruit fructu, constantinopolitanae I (381), in qua magna erat ejus auctoritas, etc. Post a. 394 ejus non amplius occurrit mentio.

82. Multa reliquit de variis argumentis opera. Inter opera dogmatica eminet ejus *oratio catechetica magna* quae est eximius tractatus de modo, quo ethnici, judaei atque heretici sunt instituendi, ut christiana religione quam optime imbuantur[1]). Translatae et assutae sunt in fine c. ultimi aliunde quaedam lineae (26), quae etiam in pluribus desunt codicibus. Ipsa etiam oratio videtur fuisse interpolata ab Origenistis, reperitur saltem in ea (c. 25) error Origenis de salute omnium hominum, imo vel daemonum. — Libri seu orationes XII (juxta aliorum computationem XIII) *contra Eunomium*, quibus fidem catholicam adversus Arianos et Basilii fratris sui defuncti opus adversus Eunomium tuetur, opus prolixum, quod a Photio codd. VI. VII (Migne P. G. CIII, 51) laudatur ob venustatem, splendorem, mirificam jucunditatem et ob argumentorum copiam: hinc est unum ex praecipuis operibus adversus Arianismum. — Tr. brevis *de fide* ad Simplicium seu de Patre et Filio et Spiritu s., initio et fine mancus, fragmentum forte operis majoris, in quo Filii et Spiritus s. propugnat divinitatem. — Ad illustrandum dogma de ss. Trinitate spectant etiam opuscula: Adversus Graecos *de communibus notionibus*, scil. expositio philosophica terminorum, quibus antiqui in exponendo mysterio ss. Trinitatis usi sunt ex. gr. Deus, essentia, persona, hypostasis etc. — Similis argumenti est tr. *De eo quod non putandum sit, tres deos dici oportere* ad Adlabium, et duo prolixiores *sermones* adversus Arium et Sabellium et contra Macedonianos a Card. Mai reperti et editi in bibl. nova t. IV[2]).

---

[1]) Meletius melitenensis, quondam sebastenus episcopus, ab Arianis promotus est (c. a. 360 vel 361) ad sedem antiochenam. Cum vero fidem profiteretur orthodoxam, pluresque ad eam revocaret, mox ab iisdem Arianis sede dejectus a Constantio in exsilium missus atque Euzojus ei substitus est. Sub Juliano rediit Antiochiam, sed iterum sub Valente relegatus nonnisi eo defuncto (378) reverti ei licuit ad sedem suam. Interfuit synodo constantinopolitanae (a. 381), qua dura ante obiit. Magni factus est a patribus praecipuis, ita a Gregorio nostro, qui orationem funebrem in eum habuit; et ob eximias virtutes non solum ab Ecclesia orientali, sed et ab occidentali inter sanctos colitur. S. Epiphanius haer. 73 n. 29—33 ejus orationem, quae Arianorum iram succendit, nobis asservavit. De ipso schismate, quod duravit ab a. 330—415, cf. Hefele KL. VIII, 1228-33. — Distingui ab eo debent Meletius Theodori in sede mopsuestena successor, Nestorii assecla, hinc in conc. ephesino (a. 431) depositus. Ejus *epistolas* (11) cum epistolis aliorum patrum ad synodum ephesinam edidit Lupus Lovanii 1682 in 4; et Meletius monachus dictus, qui tamen et philosophus et medicae artis peritus fuisse videtur. Exstat ejus l. *de natura hominis*, in quo variis ex auctoribus nunc fere deperditis describit corporis humani structuram: eum habes in Migne P. G. LXIV, 1075—1327. Floruit forte sec. X. Cf. Fabricius, qui Bibl. gr. IX, 304—307 alios saltem octo nomine Meletii insignitos recenset.

[1]) Eam edidit graece et latine Krabinger Monachii 1838, addita oratione funebri in Meletium.

[2]) L. ad Eustachium *de s. Trinitate* et quod Spiritus s. sit Deus est dubius: ab aliis s. Basilio (cf. Migne P. G. XXXII, 684—692) tribuitur; Tr. ad Petrum fratrem suum *de differentia essentiae et hypostasis* est ep. 38 s. Basilii; ep. *ad Evagrium* monachum (or. 45 inter orationes s. Gregorii naz.) forte est s. Gre-

— *Antirrheticus adversus Apollinarium*[1]), in quo hujus refellit errores, Verbum carnem e coelo attulisse et mentem in Christo supplesse. Hujus veluti supplementum est tr. *contra Apollinarium* adversus Theophilum ep. alex. — Dialogus *de anima et resurrectione* habitus inter ipsum et s. Macrinam sororem suam (unde etiam inscribitur *Macrinia*) occasione mortis s. Basilii ipsorum fratris, liber a Baronio dictus „aureus," rerum gravitate, tum disputandi subtilitate et dictionis elegantia commendandus, in quo Macrina ipsa morti proxima de mutuo etiam in coelo occursu disputat: sed dolendum eum infici erroneis Origenis opinionibus. Vitiatum eum fuisse ab Origenistis testatur Germanus CP. apud Photium cod. 233. Seorsim prodiit cura J. G. Krabinger Lipsiae 1837; Oehler ib. 1850. Adscribitur ipsi a quibusdam alius *de anima* l., qui tamen potius videtur fragmentum operis Nemesii[1]). — Ep. seu liber *contra fatum* seu disputatio cum ethnico philosopho, in quo valide impugnat astrologiam judiciariam. — Tr. ad Hierium Cappadociae praefectum *de infantibus qui praematura morte abripiuntur*. — *Selecta testimonia adversus Judaeos* non videtur opusculum genuinum, saltem est interpolatum.

---

gorii Thaumaturgi, ut supra p. 99 jam meminimus.

[1]) Apollinaris (Apollinarius) initio quidem bene meruit de christiana juventute. Cum enim Julianus apostata prohiberet Christianos, ne publicas adirent humaniorum literarum scholas, ipse sequens patris exemplum satis feliciter carmina pangebat de argumentis biblicis. Exstat *Psalmorum paraphrasis* versibus hexametris (Migne P. G. XXXIII, 1313-1538). Etiam in literis sacris adeo profecit, ut magnam adeptus sit eruditionis famam, et in s. Scripturam, teste Hieronymo c. 104, innumerabilia conscriberet volumina, et etiam *adversus Porphyrium* triginta ll., qui juxta eundem Hieronymum inter cetera ejus opera vel maxime probantur. Quare Vincentius Lir. in suo commonitorio de eo ita scribit c. 11: „Nam quid illo praestantius acumine, exercitatione, doctrina? Quam multas illa haereses multis voluminibus oppresserit, quot inimicos fidei confutaverit errores, indicio est opus illud triginta non minus librorum nobilissimum ac maximum, quo insanas Porphyrii calumnias magna probationum mole confudit" etc. Factus est Laodiceae episcopus a. 362, sed circa incarnationis mysterium erravit, pro quo errore multo scripsit, et, ut facilius diffunderentur eius scripta in vulgus, a suis asseclis et monophysitis nomine alicujus patris catholici inscribebantur. Et revera Draeseke in op. Apollinarios von Laodicea. Sein Leben und seine Schriften (quae supersunt in appendice exhibet) Lipsiae 1892 (in Texte u. U. VII fasc. 3. 4) ipsi asserit argumentis tamen non semper satis validis *expositionem fidei* prolixiorem sub Gregorii Thaumaturgi nomine vulgatam; l. *de incarnatione Dei Verbi* sub nomine Athanasii editum; ll. 4 et 5. *Antirrhetici* adversus Eunomium sub nomine s. Basilii; *Cohortationem* ad gentiles et *expositionem fidei* Justino tributos; primos tres ll. *de Trinitate* Theodoreti nomine inscriptos; aliquot *epistolas* Julio t. tributas etc. In ejusmodi conjecturis ei praeiverunt saltem ex parte Lequien diss. 2 in opp. s. Jo. Damasceni, Caspari etc. Cf. Bardenhewer § 61 n. 4; Caspari Alte und neue Quellen, Christiania 1879; Schwan KL. I, 1087 ss.; Krüger Real-Enc. f. pr. Th. 1³, 671—676.

[1]) Nemesius hic exeunte sec. IV. vel V. ineunte Emesae in Phoenicia episcopus scripsit opus sat prolixum et eruditum *de natura hominis*, quo exhibet secundum principia christiana psychologiam et anthropologiam. Circa animarum originem obscurius loquitur, ut videri possit favisse Origenis errori de animarum praeexsistentia. Prodiit opus in Gallandi bibl. t. VII, et in Migne P. G. XL, 479—840 secundum editionem Chr. Fr. Matthaei, Halle 1802. Versionem latinam forte ab Alfano archiepiscopo salernitano († 1085) adornatam edidit Holzinger Lipsiae et Pragae 1887 in 8. Cf. Domański Die Lehre des Nemesius über das Wesen der Seele, Münster 1897; Die Psychologie des N., ib. 1900. Cf. Fessler-Jungmann § 120; Bardenhewer § 69 n. 11; Stemmer KL. IX. 94.

83. Ad opera exegetica[1]) spectant: *Explicatio apologetica in Hexaemeron,* supplementum veluti operis gemini fratris Basilii, nam difficiliora quaedam, quae hic in suis ad populum concionibus omiserat, pertractat, alia vero, quae minus bene intellecta fuerant, amplius exponit et tuetur. Liber *de hominis opificio*[2]), quo fratris in Hexaemeron opus absolvit atque praestat quod ille cogitaverat quidem, sed scripsisse non videtur. Latine illum vertit Dionysius Exiguus (Migne P. L. XVII, 345-408)[3]). In his duobus operibus prae ceteris sensus literalis rationem habet. — Sed eo magis allegorias sectatur in l. *de vita Mosis,* in quo vitam Mosis tamquam virtutis normam proponit, hinc inscribitur etiam *de vita perfecta,* et in ll. 2 *de psalmorum inscriptionibus,* in quibus disserit etiam de Psalmorum fine, ordine, distributione, brevem dein priorum 58 psalmorum expositionem addit. Subjicitur demum hom. in Ps. VI. — Homiliae octo *in Ecclesiasten,* quibus tria priora capita explanat. Ejus *expositio Cantici canticorum* constat homiliis XV et pertingit ad VI, 9. Id autem „quod describitur in hoc cantico, ipso interprete (hom. 1), est apparatus nuptialis; id vero, quod intelligitur, est animae humanae cum Deo conjunctio." — *De oratione* in genere et speciatim de oratione dominica sunt lectu dignissimae[1]), sicut et hom. VIII. *de beatitudinibus.* — Tractatus in illud: *Quando sibi subjecerit omnia* (1. Cor. 15, 28), dubius est vel saltem interpolatus: favet enim nimis aperte Origenis erroribus de salute omnium hominum etiam perditissimorum. — Epistola *de Engastrimytho* seu Pythonissa (1. Reg. 28), in qua probat, non veram Samuelis animam regi Saul apparuisse, sed daemonem in prophetae specie.

84. Ascetica praeter plura ex exegeticis sunt: Tr. *quid nomen professiove Christianorum sibi velit,* hinc de professione christiana, quae continetur imitatione J. Christi; *de perfectione et qualem oporteat esse Christianum;* de proposito secundum Deum seu *de scopo Christianorum,* quae est institutio ad religiosos. — L. pulcherrimus et sublimissimis refertus sensibus *de virginitate*[2]) scriptus est a. 370, cum post suam a mundana vita conversionem in desertum secesserit. — Huc spectant quoque quidam ex ejus *sermonibus.* Horum vero alii sunt dogmatici, inter quos eminet oratio *de deitate Filii et Spiritus s.* et de fide Abrahami. In oratione *in suam ordinationem* (de qua tamen nihil occurrit) pariter agit de divinitate Spiritus s. Alii ex ejus sermoni-

---

[1]) Die Mehrzahl, scribit Bardenhewer § 69 n. 2, der uns erhaltenen Schriften entfällt auf das Gebiet der Exegese, wiewohl die Stärke Gregors nicht auf diesem Felde liegt. Wie er überhaupt der Gelehrsamkeit und dem Scharfsinn des Origenes eine sehr weitgehende Verehrung entgegenbringt, so zeigt er sich in den meisten seiner exegetischen Versuche insbesondere von den hermeneutischen Grundsätzen der Alexandriner stark beeinflusst. Namentlich liebt er es, sozusagen hinter jedem Worte des biblischen Textes einen Schatz sittlicher Belehrungen zu suchen und zu finden und nimmt er zu diesem Ende keinen Umstand den Literalsinn in bedenklicher Weise zu verflüchtigen oder auch vollständig preiszugeben.

[2]) Seorsim prodiit cura Leunclavii Basileae 1567 in 8. Ceterum cf. Hilt des hl. Gregorius v. Nyssa Lehre v. Menschen systematisch bearbeitet Cöln 1891.

[3]) Perperam tribuuntur Gregorio hom. duae in verba Scripturae: *Faciamus hominem* etc.; quae etiam inter opp. s. Basilii reperiuntur, neque tamen ipsius sunt. Suppositum pariter est opusculum seu fragmentum majoris op. *De eo, quid sit. ad imaginem Dei et ad similitudinem* (Migne XLIV, 1327—1346), quod potius est Anastasiae Sinaitae (sec. VII.), sub cujus nomine impressum legitur ed. J. Tarino, Parisiis 1624 p. 559 ss.

[1]) Eas seorsim edidit Krabinger Landshuti 1840.

[2]) Eum seorsim edidit Livinejus Antverpiae 1574.

bus[1]) sunt panegyrici, ut in laudem s. Stephani Protomartyris, Theodori M., quadraginta MM., s. Basilii fratris sui, s. Ephraemi syri; alii funebres, ut de Meletio, Pulcheria, et Flacilla imp., quibus affines sunt *Vitae* ut s. Gregorii Thaumaturgi et sororis suae natu majoris s. Macrinae. — Supersunt *epistolae* (26), inter quas speciali mentione dignae: *Epistola canonica* ad Letejum, qua remedia canonica statuit contra graviora quaedam peccata, uti sunt apostasia a fide orthodoxa, magia, varia luxuriae genera, homicidia, sacrilegia, latrocinia etc.; ep. *de euntibus Hierosolymam* et ep. *ad sorores Eustachiam et Ambrosiam filiamque* Basilissa, in quibus commoda quidem agnoscit ex visitatione locorum sanctorum redundantia, sed et abusus in ea saepe occurrentes reprehendit: qua in re pietatis zelo abreptus vehementiori utitur stilo. Immerito vero protestantes sec. 16. et 17. ad eas provocarunt contra pietatem sive liceitatem talium peregrinationum: neque enim propter abusus merito reprehensione dignos pietatis exercitium, quod communis probat Ecclesiae sensus, et vel ipsa sana ratio commendat, contemnere licet.

85. S. Gregorius post Basilium et Gregorium nazianzenum inter patres Orientis excellit[2]) atque in primis meruit de dogmatibus ss. Trinitatis, incarnationis et resurrectionis. Stilo utitur non tam eleganti atque illi duo, splendido tamen, sed aliquando artificiosiore, unde inter difficiliores Ecclesiae scriptores numeratur. Nimio in Origenem fertur studio, hinc quaedam ejus opera hujus erroneis inficiuntur opinionibus, nisi ea, ut plures conjiciunt, postea ab Origenistis fuerint interpolata[1]). Deest hujus operum editio accurata et omnibus numeris absoluta: unde forte factum est, ut ejus non tam frequens sit usus in theologia atque aliorum patrum. Post alias editiones prodierunt ejus opera cura Fronto Ducaei, Parisiis 1603 in f., sed latine tantum; graece etiam ib. 1615 t. 2 in f., cum appendice, ib. 1618 editore et partim interprete Jac. Gretsero; hinc ib. 1638 t. 3 in f. Temporis lapsu plura alia reperta et edita fuere a Zaccagni, Caracciolo, Gallandio, Mai, quae simul collecta prodierunt in Migne P. G. XLIV-XLVI. Novam editionem inchoarunt Forbes Burntisland 1855; Oehler Halae 1865, sed neutra est absoluta[2]). Illa complectitur tantum Apologiam

[1]) Dubii sunt sermones alioquin elegantes *in diem natalem D. N. J. Christi;* et *de occursu Domini*, de Deipara V. et de justo Simeone seu in festum Purificationis b. M. V. — *Adhortatio ad poenitentiam* et hom. *in principium jejuniorum* videntur esse Asterii amaseni.

[2]) Cf. Bardenhewer § 69 n. 6: Gregors eigentümliche Bedeutung beruht in seiner philosophischen Begründung und Vertheidigung des kirchlichen Glaubens. Er ist Gelehrter, und zwar ebensowohl Philosoph wie Theologe. Für die Aufgabe und Thätigkeit des Seelsorgers und des Kirchenfürsten hat er weit weniger Geschick und Talent bekundet.

[1]) Hoc data opera tuetur S. Germanus CP. in l. inscripto Retribuens et legitimus seu *de vera et legitima retributione*, cujus mentionem facit Photius cod. 233 (Migne CIII, 1105 ss.), „Libri autem, quos insidiis excipere haeretici moliti sunt et quos Germanus veritatis propugnator primarius ab latronum insultu sine noxa servavit, sunt Dialogus ad Macrinam sororem *de anima* et l. *catecheticus* et ille qui *de perfecta vita* narrationem continet.“ Ita Photius l. c. De Gregorii Nysseni doctrina et vindiciis fuse agit Vincenzi in op. S. Gregorii N. et Origenis scripta nova recensio, Romae 1834. t. 1. Cf. Diekamp die Gotteslehre des h. Gregorius von Nyssa. Ein Beitrag zur Dogmengeschichte der patristischen Zeit, Münster 1896; et alios apud Bardenhewer § 69 n. 12.

[2]) De Gregorio Nisseno praeter plures alios cf. Fessler-Jungmann § 111 ss. Tillemont Mémoires IX, 561—617. 732—44, Venetiis 1732; Nirschl II, 135 ss.

in Hexaemeron, de conditione hominis et ex parte *de vita Moysis;* haec ll. dogmaticos. Plura s. Gregorii opuscula prodierunt in Oehleri bibliotheca PP. Lipsiae 1858—1859 t. 4 in 8.

86. Sequitur jam tertium illius illustris ternarii cappadocii, quo maxime hoc seculo illustrata fuit orientalis Ecclesia, splendissimum sidus s. Gregorius nazianzenus, qui et cogitationum sublimitate et nobilitate eloquentiae s. Basilium et hujus fratrem Gregorium nyssenum praecellit[1]). Natus est intra a 324—29; juxta alios c. 330 in pago, cui nomen Arianzus, prope Nazianzum[2]), patre Gregorio quondam ethnico, qui tamen Nonnae piissimae uxoris monitis et precibus conversus est ad fidem Christi factusque postmodum episcopus nazianzenus. A matre peroptime fuit institutus in omni pietate christiana[3]). Studiis operam dedit Caesareae Cappadociae, ubi primum cognovit Basilium, dein Caesareae in Palaestina, Alexandriae, demum Athenis, ubi Julianum futurum caesarem cognovit, sed et mox male de ipso auguratus est, quum ejus habitum moresque conspiceret. In patriam reversus (a. 360) baptismum suscepit totumque exinde se Deo consecravit solitudine et ascesi quam maxime delectatus. Cum vero pater suus Arianorum deceptus fraude formulae ariminensi subscripsisset, non quievit, donec pater edita confessione plane orthodoxa animos ovium commotos pacasset. Invitus presbyter ordinatus est forte c. a. 361: sed mox tanto territus onere in solitudinem confugit ad amicum suum suaeque fugae, quae multos offenderat, rationem reddidit in nobilissima oratione apologetica *de fuga sua*[1]). Mox tamen rediit amore concivium pertractus et exemplo Jonae excitus patremque suum adjuvit in administranda sua ecclesia: quamvis enim solitudine delectaretur, quam primum Ecclesiae bonum ejus postularet opem, promptus aderat. A Basilio ordinatus est Sasimorum episcopus, induci tamen non potuit, ut stabilem hujus ecclesiae in se susciperet curam eamque forte ne adiit quidem. Defuncto patre suo prope centenario (373 vel 374) concivium precibus coactus nazianzenae ecclesiae administrationem saltem temporariam admisit. Cum vero concives cunctarentur novum eligere pastorem, viribus jam fractus Seleuciam Isauriae secessit (375), totumque ascesi se dedit. Summo moerore affectus est ob nuncium mortis carissimi fidelissimique amici Basilii (379) quasi media parte sua multatus.

87. Tristissima interim erat ecclesiae constantinopolitanae conditio sub Valente imp. penitus ariano: fides exsulabat orthodoxa, nulla amplius relicta fuit aedes sacra catholicis. Regnante jam Theodosio spes illuxit restaurationis fidei catholicae. Accersitus

---

[1]) Es ist nicht unberechtigt, inquit Bardenhewer § 67 n. 8, Basilius als den Mann der That, Gregor von Nazianz als den Meister des Wortes, und Gregor von Nyssa als den Denker zu bezeichnen.

[2]) Benoît ostendit in Revue des qq. hist. 21, 146—57 eum neque ante a. 324, neque post a. 329 esse natum.

[3]) Frater ejus aetate junior erat Caesarius professione medicus vel in aula imperatorum, unde magnis honoribus fuit auctus; a Valente factus est Bithyniae praefectus. Vel in aula Juliani apostatae strenue fidem servavit. Precibus monitisque parentum fratrisque de animae ipsius salute maxime sollicitorum et periculo vitae occasione terrae motus territus cogitavit de derelinquenda aula. Morbo correptus baptismum suscepit decessitque (368 vel 369). Circumferuntur sub ejus nomine *Dialogi IV* seu quaestiones et responsiones theologici et philosophici argumenti (197), sed communi fere eruditorum consensu suppositae censentur. Eas reperies apud Gallandi VI, 1—152; Migne P. G. XXXVIII, 851—1190. Cf. Jocham KL. II, 1660.

[1]) Eam habes latine versam inter opuscula a nobis edita XL, 1—119; seorsim edidit et Alzog Friburgi 1858; 1868.

ad illam regendam ecclesiam, non est cunctatus Gregorius, venitque in auxilium (a. 379) et brevi admirabili sua eloquentia, prudentia, pietate, rem restituit catholicam purgavitque civitatem ab haeresi et non obstantibus accerrimis Arianorum insectationibus vel cum vitae periculo plurimos haereticos ad veram reduxit Ecclesiam. Qua occasione Hieronymus ejus fama attractus Constantinopolim ad eum audiendum venit, quamobrem eum suum appellat praeceptorem (de viris ill. c. 117). Hinc unanimi fidelium suffragio in episcopum est electus[1]) ipso eam sedem modeste recusante. Electionem communi calculo comprobarunt patres in synodum tunc congregati (381): quare in sede constantinopolitana est collocatus. Quo facto mox dissidia orta sunt inter synodi patres, etiam propter hanc ejus in sedem CP. promotionem: quare s. praesul quod diu cogitaverat, exsequi statuit, episcopatu se abdicare illa prophetae verba usurpans: *Si propter me commota est ista tempestas, dejicite me in mare, ut vos jactari desinatis* (Jon. 1, 12). Ante discessum coram 150 episcopis populoque civitatis egregiam habuit orationem (42) praestantissimum artis oratoriae exemplum, in qua statum ante suum adventum tristem hujus ecclesiae confert cum prospera ejus conditione praesenti, fidem de Trinitate exponit, dissidia inter episcopos deplorat. Nazianzum reversus et hujus ecclesiae administratione se exuit atque Eulalium ei praeficiendum curavit, totumque exinde se contemplationi atque operum scriptioni dicavit: quo tamen non obstante sollicitudinem retinuit boni communis ecclesiarum, et harum pro viribus nitebatur promovere ordinem et pacem. Laboribus curisque senio morbisque confectus obiit c. a. 389 vel 390.

88. Inter ejus opera eminent *orationes* (45) vere classicae ob fidei sinceritatem, conceptuum nobilitatem, eloquentiae elegantiam. Palma vero debetur quinque orationibus *de theologia* CP. habitis quarum intuitu prae reliquis patribus nomen ‚theologi' promeruit[1]). Iis continetur compendium veluti tract. de Deo uno et trino. Duae orationes (4. et 5.) sunt invectivae *in Julianum imp.* probabiliter post ejus mortem (26 Jun. 363) editae. Prodierunt seorsim cura Montaigu Etonae 1610 in 4. cum Nonni[2]) collectione et expositione historiarum (ultra 138), quarum in iis meminit Gregorius. Eam exhibet et Migne XXXVI, 985-1058. Aliae orationes sunt morales, festivales, panegyricae, ut *in s. Athanasium* (21.), *in s. Basilium M.* (43.), funebres *in patrem* Gregorium (or. 18. al. 19.), *in Caesarium* fratrem (or. 7. al. 10.) *et Gorgoniam* sororem (or. 8. al. 11.),

[1]) Magnas ei molestias ea occasione creavit Maximus Cynicus seu philosophus patria alexandrinus, qui se insinuavit in Gregorii animum doli nescium ab eoque loco amici fidelis et coadjutoris habebatur. Sed Maximus ambiens episcopatum auctoritate Petri alexandrini missis CP. quibusdam episcopis aegyptiis in episcopum est ordinatus. Verum mox cum suis episcopis a populo et clero sede et civitate pulsus est. Cf. quae supra de eo ex Hieronymo de viris ill. c. 127 notavimus.

[1]) Illarum versionem latinam edidimus inter SS. PP. opusc. sel. t. XXIX Oeniponte 1875. Prodierunt cum quibusdam aliis orationibus et ep. ad Cledonium etc.; graece et latine cura Goldhorn, Lipsiae 1854. critice cum introductione et annotationibus cur. J. A. Mason Cambridge 1899.

[2]) Quis fuerit hic Nonnus, non satis liquet. Alii eum dicunt gente Aegyptium, urbe Panopolitanum, abbatem, qui vixerit a. 410. Juxta Patzig de Nonnianis in IV orationes Gregorii naz. commentariis (progr.) Lipsiae 1890, auctor harum collectionum floruit ineunte sec. VI. in Syria vel Palaestina ipsumque Nonni nomen nonnisi conjecturis inniti. Ejusmodi collectiones compilavit etiam in or. s. Gregorii in s. Basilium et in or. de sacris luminibus, quas habes Migne ib. 1057—1073.

oratio *in lautem Maximi* alex., quae postea *in laudem Heronis* philosophi falso inscripta est (or. 25. al. 23.). Harum decem vel octo Rufinus aquilejensis e graeco transtulit in latinum, eaque versio prodiit Argentinae 1508 in 4. In orationes XIX reliquit Elias cretensis [1]) *commentarios* haud indoctos, quos latine versos edidit Leunclavius Basileae 1571; graece primum Alb. Jahn in Migne P. G. XXXVI, 737—902. — Praeter Eliam Gregorii orationes illustrarunt Maximus M., Basilius Min. et Nicetas, de quibus imfra. — Sequuntur *epistolae* 243, quae hodiedum adhuc exstant, de quibus scribit Fessler-Jungmann § 109: „In plerisque Gregorii ep. plus micat ingenii, eruditionis et elegantiae, quam doctrinae circa religionem et disciplinam ecclesiasticam. Sunt tamen nonnullae, in quibus dogmata et quaestiones morales summa perspicuitate tractantur. Ceterum in omnibus suis ep. laconicam maxime brevitatem amat.“ Inter eas eminent duae ad Cledonium presbyterum, in quibus contra Apollinaristas incarnationis dogma tuetur; contra eosdem agit in ep. ad Nectarium suum in sede constantinopolitana successorem [2]). — Succedunt plurima (507) ejusdem *poemata,* quae produnt ingenium, sed minus artem vere poëticam. Ea composuit, ut occurreret apollinaristis, qui errores suos carminum ope in vulgus disseminabant, et ut ostenderet, christianos scriptores ethnicis non esse inferiores, neque religionem christianam studium humanarum abhorrere literarum. Inter ea poëmata [1]) alia sunt dogmatica (38), alia moralia et ascetica (40), alia historica (206) etc. Carmen praecipuum historicum est illud *de vita sua,* quod conferri potest cum s. Augustini confessionibus. Tragoedia inscripta *Christus patiens,* non est ipsius; forte Gregorii, qui circa 542 episcopus antiochenus fuit, ut testatur Evagrius hist. eccl. V, 6; juxta alios scriptoris [2]) sec. nonnisi XI. vel XII. Carmina com-

---

[1]) Jam controversia est inter eruditos, quando hic Elias vixerit. Juxta aliquos ipse idem est cum Elia metropolita cretensi, qui interfuit conc. nicaeno II. a. 787; juxta Oudin comm. de script. eccl. I, 649 s. coll. II, 438 floruit priori sec. X dimidio; juxta Jahn medio sec. XI. Eidem Eliae tribuuntur Expositio in Joannis Climaci *Scalam Paradisi,* ingens et praegrande opus, hactenus ineditum; *Responsa* ad Dionysium monachum de VII ejusdem interrogationibus, quae habes in Leunclavii Jus graeco-romanum, Francofurti 1596 p. 335—341. — Etiam aliquot scriptores anonymi reliquerunt scholia seu commentaria in quasdam Gregorii orationes, quae habes apud Migne P. G. XXXVI, 933—984; 1205—1256.

[2]) Nectarius patria tarsensis in Cilicia, ante suam in episcopum constantinopolitanum electionem (381) senator erat et praetoris munere Constantinopoli fungebatur († 29. Oct. 397). Parum ceterum innotuit unusque tantum superest ejus sermo *de festo s. Theodori* et de jejunio et elemosyna inter opera s. Joannis Chrysostomi Migne P. G. XXXIX, 1821—40.

[1]) Cf. M. Schubach De b. P. Gregorii Naz. theologi carminibus commentatio patrologica, Confluentibus 1871; Baumgartner Gesch. der Weltlit. IV c. 3; qui p. 41 de eo scribit: Die Stärke Gregors besteht in der Feinheit und Fülle der Sprache, der Leichtigkeit der Form, der Genauigkeit des theologisch-dogmatischen Ausdruckes bei inniger Wärme des Gefühls . . . Seine Sprachgewalt zeigt sich am glänzendsten darin, dass er die feinsten speculativen Begriffsbestimmungen so natürlich in die Formen der altklassischen Sprache zu giessen weiss, als wäre diese gleichsam als natürliches Vehikel der christlichen Theologie entstanden . . . Wer Hesiod oder Dante bewundert, der wird ihm noch mehr Bewunderung zollen müssen, da er von den Tiefen der Gottheit Dinge weiss, von denen der heidnische Dichter keine Ahnung hatte, sie aber mit einer Feinheit und Bestimmtheit behandelt, welche jene des grossen Florentiners noch weit übertrifft.

[2]) Cf. J. G. Brambs de auctoritate tragoediae christianae, quae inscribi solet χριστὸς πάσχων, Gregorio naz. falso attributae, Eichstaett 1883.

mentariis illustravit Cosmas melodus (de quo infra), quae cl. Mai reperit ediditque in Spicil. rom. t. II; Migne XXXVIII, 340—681. *Paraphrasin* vero *carminum arcanorum* reliquit David Niceta († post 880), quam accurate post alias ed. iterum dedit typis Ern. Dronke Gottingae 1840, et Migne l. c. 685—842. Prooemium ad hanc paraphrasim habes ib. CV, 577—582.

89. Totus est s. Gregorius in suis scriptis dogmaticis, ut profligatis erroribus labefactatam Trinitatis doctrinam, Filii et Spiritus s. divinitatem firmaret, illustraret, vindicaret doctor divinitus excitus adversus Arianos et pneumatomachos. In scriptis vero asceticis se exhibet virginitatis praeconem vitaeque coenobiticae, quam ardenter et coluit. Merito de ipso ita judicat Rufinus (Prol. in ll. ab ipso translatos): „Vir per omnia incomparabilis, verbo et operibus clarus, splendidissimum lumen scientiae Christi ecclesiis praebuit, dum ea docuit, quae fecit. Hujus neque vita aliquid probabilius et sanctius, neque fide purius et rectius, neque scientia plenius et perfectius inveniri potest, utpote qui solus sit, de cujus fide ne dissidentes quidem inter se partes et studia disputare[1]) potuerint, sed id obtinuerit meriti apud Dominum et ecclesias Dei, ut quicunque ausus fuerit doctrinae ejus in aliquo refragari, ex hoc ipso, quia ipse sit magis haereticus, arguatur. Manifestum namque indicium est, non esse rectae fidei hominem, qui in fide Gregorio non concordat.“ — Opera ejus collecta ediderunt praeter antiquiores Billius et Morellus Parisiis 1609 t. 2; 1630; Coloniae 1690. Novam accuratissimam editionem coepit Clemencet ex congr. s. Mauri, cujus t. 1. prodiit Parisiis 1778, alter nonnisi 1840, cura D. A. B. Caillau; pluribus aucta recepta est a. Migne PG. t. XXXV—XXXVIII. Praemittitur docta praefatio generalis ed. maurini, necnon accurata vita ex ipsius s. doctoris scriptis ab eodem adornata. Sequuntur *vita* a Gregorio presbytero[1]) graece scripta (Migne PG. XXXV, 241—305), veterum et recentiorum testimonia in laudem s. Gregorii, Billii praefationes etc.

90. Dubiae admodum fidei est Marcellus ancyranus episcopus, qui in concilio nicaeno fortiter se opposuit haeresi arianae, adeo ut promeruerit legatorum pontificis et dein Julii I. laudem: neque destitit in impugnandis Arianis. Hinc scripsit adversus Asterium[2]) Arianorum coryphaeum *de sub-*

[1]) Et revera dum haeretici ex aliis passim patribus plura objiciunt contra varia fidei catholicae dogmata, nunquam forte invocant s. Gregorii auctoritatem. Cf. praeter auctoris jam laudatos Weiss op. supra cit p. 156a; Hergenröther die Lehre von der göttl. Dreieinigkeit nach dem hl. Gregor v. N. dem Theologen mit Berücksichtigung der älteren und neueren Darstell. dieses Dogma, Regensburg 1850; A. Benoît St. Grégoire de N. Paris 1876; 1885 t. 2; Tillemont IX, 305—560 cum annot. p. 692—731; Hümmer des hl. Gregor v. N. Lehre von der Gnade, Kempten 1891; Nirschl II § 132 ss.; Potthast p. 1348; praeprimis Bardenhewer § 68; Fessler-Jungmann I, 532—565.

[1]) Quis fuerit hic Gregorius disputant eruditi, sed nihil certi aut de persona aut de ejus aetate proditum est. Juxta alios floruit sec. VII. vel VIII., imo forte nonnisi sec. X, quo haec vita satis vulgata fuit, nam in magno ecclesiae consessu encomii vice jubente episcopo lecta est. Forte hujus Gregorii est etiam *oratio in sanctos CCCXVIII deiferos patres* nicaenos et Constantinum piissimum imp., quam habes in Migne P. G. CXI, 419—441.

[2]) Hic Asterius, teste Hieronymo de vir. ill. c. 94, scripsit „in ep. ad Romanos, et in evangelia et psalmos commentaria, et multa alia, quae a suae partis hominibus studiosissime leguntur.“ Haec tamen exciderunt praeter *expositionem Ps. I V.*, quam graece et latine Montfaucon in nova coll. PP. et graecorum scriptorum, Paris 1706 IV, 18—30 publici juris fecit. Natione erat Cappadox,

jectione Domini Christi, cujus scripti tantum exstant fragmenta in op. Eusebii adversus ipsum et de ecclesiastica theologia. Verum in iis oppugnandis videtur excessisse et incidisse in Sabellianismum: saltem hujus erroris fuit ab illis accusatus et in concilio constantinopolitano a 336 damnatus sedeque dejectus. In ejus locum ordinatus est Basilius: Eusebio insuper caesariensi munus datum, ut contra eum scriberet. „Porro ille (Marcellus), refert Hieronymus c. 86 de vir. ill., defendit (in epistola *de fide* a. 337 vel 338, apud Epiphanium haer. 72 n. 2) se non esse dogmatis, cujus accusatur, sed communione Julii et Athanasii, romanae et alexandrinae urbis pontificum, se esse munitum." In concilio quoque sardicensi declaratus est orthodoxus et a. 345 sedi restitutus. Interim Ariani in variis conciliis eum iterum damnarunt et a. 349 coactus est sedem suam relinquere. Ceterum etiam Basilius, Hilarius, Chrysostomus, Epiphanius eum non habuerunt pro orthodoxo, verum tamen non esse videtur, s. Athanasium communionem cum eo revera abrupisse. Forte de eo obtinuit quod Sulpicius Severus de eo dixit Chronici II, 37: „Antea innocens, postea depravatus." Obiit a. 374. Viri eruditi subsequentium seculorum inter se dissentiunt de ejus orthodoxia[1]). Hanc

professione magister rhetoricae (sophista). Fidem christianam est amplexus, sed tempore persecutionis sub Maximiano sacrificavit, hinc forte nunquam ad dignitatem ecclesiasticam fuit promotus. Vixit saltem ad a. 341.

[1]) Cf. de hac controversia Rettberg, Marcelliana, ubi habes fragmenta operum Gottingae 1794; Klose Geschichte und Lehre des Marc. und Photinus, Hamburg 1837; Wilenborg Ueber die Orthodoxie des M. v. A., Münster 1859; Th. Zahn M. v. A. Ein Beitrag zur Geschichte der Theol., Gotha 1867. De Marcelli op., quorum exstant tantum quaedam fragmenta, cf. Bardenhewer § 61 n. 3; Kaulen KL. VIII, 660.

negant Tillemont, Petavius, Schelstrate etc., eam tuentur Möhler, Nat. Alexander, Montfaucon Diatriba in bibl. nova PP. et apud Migne XVIII, 1277—1299, in qua provocat ad *legationem Eugenii diaconi pro causa Marcelli* et confessionem fidei ecclesiae ancyranae, quam Athanasius cum aliis episcopis suffragio suo et subscriptione comprobarunt etc. Aliis videtur non tam circa fidem errasse, quam modo loquendi seque explicandi[1]).

91. In Aegypto inclaruit Didymus alexandrinus, c. a. 310 natus, qui „captus a parva aetate oculis et ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus praebuit, ut dialecticam quoque et geometriam, quae vel maxime visu indiget, usque ad perfectum didicerit (s. Hieronymus de vir. ill. c. 109)." „Miscebat, addit Rufinus H. E. II, 7, precibus studia ac laborem et juges continuatasque vigilias non ad legendum, sed ad audiendum adhibebat, ut quod aliis visus, hoc illi conferret auditus. Cum vero post lucubrationis laborem somnus, ut fieri solet legentibus advenisset, Didymus silentium illud non ad quietem vel otium datum ducens, tamquam animal ruminans cibum, quem ceperat, ex integro revocabat et ea, quae dudum per-

[1]) Plus jam erravit Photinus de Gallograecia, Marcelli discipulus, Sirmii episcopus, qui „Hebionis haeresim instaurare conatus est. Postea a Valentiniano principe pulsus ecclesia, plura scripsit volumina, in quibus vel praecipua sunt contra gentes et ad Valentinianum libri (Hieronymus c. 107)", qui tamen perierunt. Haec errorum teste Vincentio lirinensi Commonit. c. 12 (al 17) summa: „Dicit Deum singulum esse et solitarium et more judaico confitendum. Trinitatis plenitudinem negat, nec ullam Dei Verbi aut ullam Spiritus s. putat esse personam. Christum vero hominem tantummodo solitarium asserit, cui principium adscribit ex Maria." Obiit circa a. 376.

currentibus aliis ex librorum lectione cognoverat, memoria et animo retexebat, ut non tam audisse, quae lecta fuerant, quam descripsisse ea mentis suae paginis videretur. Ita brevi Deo docente in tantam divinarum humanarumque rerum eruditionem ac scientiam venit, ut scholae ecclesiasticae doctor exsisteret.« Ultra seculi dimidium, etsi laicus, scholam rexit et eruditionis fama vel Isidorum Pelusiotam, Rufinum, Palladium attraxit necnon Hieronymum, qui in prol. comment. in ep. ad Ephes. ita testatur: »Nuper ob hanc vel maxime causam Alexandriam perrexi, ut viderem Didymum, et ab eo in Scripturis omnibus, quae habebam dubia, sciscitarer.« Et in ep. 50 se eum et Gregorium naz. in Scripturis sanctis habuisse catechistas affirmat. Decessit senex c. a. 395. Composuit quam plurima opera, sed teste Hieronymo (c. Rufinum l. 1. n. 6) »apertissimus Origenis propugnator est,« et (l. 2 n. 16) »apertissime in Origenis scita concedit«, hinc Eutychius episcopus constanstinopolitanus cum aliis episcopis medio sec. VI. in eum cum illo anathema dixit[1]), quod renovarunt synodi oecumenicae VI et VII: sed »certe in Trinitate, teste Hieronymo l. c. l. 2 n. 16, catholicus est.«

92. Ex ejus operibus plura perierunt: adhuc supersunt: Libri III *de ss. Trinitate* a Mingarelli reperti et editi Bononiae 1769 in f. Hujus prolixi op. veluti complementum est liber plane egregius *de Spiritu s.*, cujus versio tantum exsistit, sed ab ipso s. Hieronymo ob libri praestantiam adornata. Nam rogatus a Damaso P. ut de Spiritu s. scriberet, maluit, ut ipse fatetur in praef. suae versionis alieni operis interpretem exsistere, quam alienis se coloribus adornare. »Didymus meus, subdit, oculum habens sponsae de Cantico canticorum, et illa lumina, quae in candentes segetes sublimari Jesus praecepit, procul altius intuetur, et antiquum nobis morem reddidit, ut videns vocetur propheta. Certe qui hunc legerit, Latinorum furta cognoscet, et contemnat rivulos, cum coeperit haurire de fontibus. Imperitus sermone est, et (f. at) non scientia: apostolicum virum ex ipso sermone exprimens tam sensuum lumine, quam simplicitate verborum.« Prodiit seorsim (cum enarrat. in ep. canonicas) Coloniae 1531 in 8. — *L. adversus Manichaeos,* sive major libri pars, quo haereticos illos rationibus aggreditur metaphysicis: quae deinceps sequuntur in forma syllogismorum coincidunt cum iis, quae leguntur in tr. *contra Manichaeos,* qui sub nomine s. Gregorii nyss. circumfertur. — L. 4. et 5. *contra Eunomium,* qui sub s. Basilii nomine passim circumferuntur, a nonnemine Didymo nostro tribui supra p. 151 vidimus. Ita l. primus ex duobus, qui inscribuntur *contra Apollinarii* et sub nomine s. Athanasii vulgati fuere, a Draeseke Didymo asseritur. — E multis ejusdem commentariis in s. Scripturam, in quibus nimium sectatur mystico-allegoricum Origenis interpretandi modum, exstant *expositio in Psalmos* magna ex parte, sed genuinitas horum scholiorum, quae cl. Mai diligenter collegit ediditque (1854) in bibl. N. PP. VII p. 2. pag. 131—311 non est supra omne dubium; sicut et fragmentorum in alios quosdam ll. V. T., (Genesim, Exodum, l. 2. Regum, Job, Proverbia) et N. T. (Ev. s. Joannis, Actus apostolorum), quae ex antiquis catenis fuerunt collecta. Certior est enarratio *in ep. catholicas,* cujus versionem Epiphanio Scholastico demandavit Cassiodorius. Prodiit ed. Lücke in op. *Quaestiones ac Vindiciae Didymianae* cum textus graeci magna parte ex graecis scholiis restituta, Gottingae 1829—32 pp. 4. Haec prae-

[1]) Cf. Diekamp Die origenistischen Streitigkeiten im 6. Jahrh. Münster 1899 p. 131 ss.

sertim enarratio inficitur erroribus origenianis. — Cl. Mai edidit primum magnam commentarii partem *in 2. ep. ad Corinthios* in bibl. N. PP. IV, 2, 115-146. Haec et alia reperiuntur in P. G. Migne t. XXXIX, 269—1818. Plura ex ejus operibus periere, praesertim ex commentariis in s. Scripturam in Isaiam tomos XVIII, in Osee ll. III, in Zachariam ll. V, in Ev. Matthaei et Joannis, quos s. Hieronymus de vir. ill. c. 109 commemorat[1]).

93. Convertamus nos iterum ad Occidentem, in quo exeunte sec. IV. illustrissimum fulsit sidus, s. Ambrosius, »qui non solum mediolanensis ecclesiae, verum etiam omnium ecclesiarum columna quaedam et turris inexpugnabilis fuit . . . qui ad ecclesiarum Dei gloriam electus a Deo est: qui in conspectu Domini locutus est, in conspectu persecutorum regum et non est confusus[2]).« Natus est patre Galliarum praefecto probabiliter Treviris intra a. 338—40, quo defuncto c. 354 mater cum tribus filiis Romam est reversa, nam gente et familia erat romanus. Egregie hic institutus, juvenis adhuc ob insignes animi dotes Probo praetorio praefecto assessor fuit atque mox c. 370. consularis potestate praepositus Liguriae atque Aemiliae. Cum mortuus esset Auxentius episcopus mediolanensis arianus 374, populusque dissideret in eligendo successore, ipse pro officio sui muneris in ecclesiam est ingressus ad sedandam commotam multitudinem. Multa de quiete et tranquillitate praeclare dixit, cum puer derepente eum episcopum exclamaret: quam in vocem universus consensit populus Ambrosium episcopum deposcens. Tantam dignitatem omni recusavit conatu, sed frustra: accessit enim et imperatoris consensus. Hinc baptizatus est; nam catechumenus tantum erat, 30. ut videtur Novembris, et susceptis ordinibus in episcopum consecratus 7. Dec. 374. Factus episcopus catholicam fidem et ecclesiasticam disciplinam acerrime defendit multosque Arianos et alios haereticos ad fidei veritatem convertit, in quibus clarissimum Ecclesiae lumen s. Augustinum Jesu Christo peperit. Is enim dum Mediolani rhetoricam profiteretur, ejus sermonibus captus assiduus singulis diebus dominicis auditor adfuit ac demum veritatem agnovit, ut ipse de se narrat Confess. V, 13: »Verbis ejus suspendebar intentus . . . et delectabar suavitate sermonis;« et ep. 147. n. 23: »Per illius os potissimum me Dominus ab errore liberavit.« Magna valuit gratia apud Gratianum, Valentinianum et Theodosium M. imp. Hunc ob caedes Thessallonicae a. 390 praecipitanter decretas ad poenitentiam adegit, quam tantus imperator tot victoriis inclytus humiliter suscepit, nam teste ipso Ambrosio in or. de Theodosii obitu c. 34, »stravit omne, quo utebatur, insigne regium, deflevit in ecclesia publice peccatum suum, . . . gemitu et lacrimis oravit veniam.« Hinc Theodosius de eo dixit (apud Theodoretum H. E. V, 17): »Episcopum dignum nullum vidi quam Ambrosium.« Conatibus Justinae imperatricis, quae Arianis addicta protectione sua horum partes fovebat, intrepide restitit prudentiaque sua eos elusit. Ita et Symmacho Urbis praefecto, qui nullum non movebat lapidem, ut ara Victoriae in senatus aula restitueretur, restitit praevaluitque ejus apud tres imperatores auctoritas.

94. Licet tantum valeret in aula, gravissimasque obiret legationes et

---

[1]) Cf. plura de eo apud Mingarelli in docto commentario suae ed. praemisso (etiam in Migne P. G. XXXIX, 139—216); Lücke in quaestionibus cit. (ib. p. 1731—1748); Bardenhewer § 70 et KL. III, 1713; Fessler-Jungmann § 120; Nirschl II § 142 s.

[2]) Ita Rufinus in Invect. 2. in Hieronymum.

pluribus interesset conciliis, totus vivebat suo gregi omnibus omnia factus. Hinc catervatim eum adibant auxilii inopes, quorum infirmitatibus serviebat: nemo vetabatur ingredi, neque mos erat ei venientem nunciare: erat gaudens cum gaudentibus et flens cum flentibus[1]). Vir erat »multae abstinentiae et vigiliarum multarum et laborum, quotidiano jejunio macerans corpus, cui prandendi nunquam consuetudo fuit nisi die sabbati et dominico vel cum natilitia celeberrimorum martyrum essent. Orandi etiam assiduitas magna die ac nocte; nec operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate corpus ejus attineretur. . . . In rebus etiam divinis adimplendis fortissimus in tantum, ut quod solitus erat circa baptizandos solus implere, quinque postea episcopi tempore, quo decessit, vix implerent. Sollicitus etiam nimium pro pauperibus et captivis: nam in tempore, quo episcopus ordinatus est, aurum omne atque argentum, quod habere poterat, ecclesiae vel pauperibus contulit. Praedia etiam, quae habebat, reservato usufructuario germanae suae, donavit ecclesiae, nihil sibi, quod hic suum diceret, derelinquens, ut nudus atque expeditus miles Christum Dominum sequeretur[2]).« Laboribus curisque consumptus incidit in infirmitatem, qua cum pluribus diebus detineretur in lectulo, comes Stilico dixisse fertur, »quod tanto viro recedente de corpore, interitus immineret Italiae[3]).« Decessit tantus ille vir 4. Apr. 397.

95. Propter insignem ejus scientiam atque merita maxima pro bono Ecclesiae temporibus admodum turbulentis magnis quatuor Ecclesiae occidentalis doctoribus accensetur. A s. Augustino dicitur[1]) »homo Dei, catholicus et catholicae veritatis adversus haereticos usque ad periculum sanguinis defensor acerrimus . . . strenuus Christi miles et Ecclesiae fidelis doctor;« »quem veneror ut patrem, in Christo enim Jesu ipse me genuit . . . cujus pro catholica fide gratiam, constantiam, labores, pericula, sive operibus sive sermonibus et ipse sum expertus et mecum non dubitat praedicare orbis romanus[2]).

96. Multa reliquit opera praeclara, in quibus pietas, doctrina, eloquentia pariter movent lectoris animum, docent atque oblectant. Ex his dogmatica et polemica sunt: Libri V *de fide* (a nonnullis inscribuntur *de Trinitate*) rogante Gratiano ad imperatoris fidem confirmandam contra cavillationes Arianorum conscripti. Scripserat primum duos (378). Ad novas tamen Arianorum cavillationes refutandas adjecit alios tres singulari cura elaboratos (379), qui priorum sunt velut supplementum. Hinc partim omissa adjungit, partim jam dicta fusius explanat, partim ad novas exceptiones respondet[3]). Hic coronidis gratia adjecit (381) eodem imperatore rogante *ll. 3 de Spiritu s.*, in quibus utitur operibus de hoc argumento a s. Basilio, s. Athanasio et Didymo elaboratis[4]). — *L. de incarnationis dominicae sacramento*, in quo novas ab Arianis motas quaestiones contra Filii divinitatem discutit. — Sequitur jam bellissimum *de mysteriis*

[1]) Cf. s. Augustinus Confess. VI, 3; Paulinus in ejus vita n. 39.
[2]) Ita Paulinus in vita c. 9 n. 38.
[3]) Ibid. c. 10 n. 45.

[1]) Adv. Julianum l. 2 c. 9. n. 32.
[2]) Ibid. l. 1. c. 3. n. 10.
[3]) Opus hoc s. Ambrosii praecipuum ob singularem praestantiam inter opuscula ss. PP. selecta edidimus t. XXX Oeniponte 1875. Liber autem *de fide orthodoxa* contra Arianos falso ei tribuitur: ab aliis Vigilio ep., vel Phoebadio: probabiliter videtur esse Gregorii eliberitani. Cf. p. 141 a.
[4]) Exstat alius libellus vel fragmentum op. *de Spiritu s.* (Migne XVII, 1005—1012) sub nomine s. Ambrosii, qui quidem est lectu dignus et auctore, sed tamen non est s. praesulis nostri.

opusculum, in quo de baptismo, confirmatione, nominatim vero de eucharistia juxta doctrinam catholicam lucidissime disserit[1]). Idem argumentum nonnisi aliquantulum fusius tractatur verbis sententiisque ambrosianis in *ll. VI de sacramentis,* de cujus op. genuinitate tamen dubitatur. Tribuuntur auctori sec. V. vel VI., a Morino Nicetae de Romatiana, ab aliis Venerio s. Ambrosii discipulo, vel Maximo taurinensi[2]) etc. — Libri II *de poenitentia,* in quibus clare adversus Novatianos Ecclesiae asserit potestatem remittendi peccata[3]). *Explanatio symboli* ad initandos (Migne XVII, 1155-1160; alia forma LVII, 853-858; Caspari Ungedr. Quellen p. 48-127); fragmentum *expositionis fidei* asservavit nobis Theodoretus (Migne XVI, 847—850). Genuina tamen non est Exhortatio ad neophytos *de symbolo,* quam primus Caspari edidit et Lucifero calaritano asseruit Ungedruckte... Quellen zur Gesch. des Taufsymb., Christiania 1869 II, 132—140; et Alte und Neue Quellen, ib. 1879 p. 186—195. — Idem diligens vir criticus edidit in Kirchenhist. Anekdota p. 225—247 *Alteratio s. Ambrosii* contra eos, qui animam non confitentur esse facturam aut ex traduce esse dicunt, quam tamen ipse ostendit esse spuriam.

97. Opera ejus pleraque sunt exegetica, et plerumque prodierunt ex sermonibus, quos ad populum in aliquem librum vel libri s. Scripturae partem habuit atque postea in libri formam redegit: hinc practici sunt argumenti et ad mores fingendos praesertim compositi[1]). *Hexaemeron ll. VI,* in quibus libenter s. Basilii de eodem argumento homiliis utitur[2]). — *De Paradiso; de Cain et Abel ll. II,* in quibus plurima e Philone in suam transfert lucubrationem; *de Noe et arca* (nonnihil mutilus), in quo diligentius forte solito utrumque sensum literalem et spiritualem scrutatur; *de Abraham* ll. duo; *de Isaac et anima,* cui affinitate quadam interna junguntur l. *de bono mortis* et l. *de fuga seculi;* ll. duo *de Jacob et vita beata;* l. *de Joseph* patriarcha, in quo omnia, quae de Joseph narrantur, mystice exponit; l. *de benedictionibus patriarcharum* (Gen. 49); *de Elia et jejunio* seu sermo de jejunio; *de Nabute* Jezraëlita, contra divites avaros vel contra pauperes crudeles; *de Tobia,* contra usuram; ll. *de interpellatione Job et David* scil. de infortuniis piorum et felicitate impiorum; *Apologia prophetae David*[3]), qua inter alia ostendit, non tam insolitum esse hominem utpote fragilem peccare, sed illud prorsus admiratione dignum, regem potentissimum vix monitum cul-

[1]) Edidimus illud inter opuscula ss. PP. selecta annotationibus illustratum t. VII, Oeniponte 1869; 1897 ed. 2.

[2]) Habes illos inter op. selecta XXXVII, 4—95, Oeniponte 1878.

[3]) Illos reperies inter opuscula selecta, Oeniponte 1869. V, 1—118; 1894 ed. 2. — Alius liber *de poenitentia* s. Ambrosio fuit suppositus (Migne XVII, 971—1005), qui non est ejus, sed potius juxta Sirmondum Victoris tunnonensis, de quo infra redibit sermo.

[1]) Cf. Kellner Der hl. Ambrosius B. von Mailand als Erklärer des A. Testamentes. Ein Beitrag zur Geschichte der Exegese, Regensburg 1893. qui p. 183 ita censet: Ambrosius hat der biblischen Exegese keineswegs neue Bahnen gebrochen und sie auf neue Bahnen geleitet. Er ist überhaupt nicht ein Exeget ex professo, die Exegese ist bei ihm fast ausnahmslos einem anderen Zwecke, der Paränese untergeordnet.

[2]) Ebert op. infra cit. p. 153. Seine Darstellung verräth nirgends eine fremde und speciell griechische Vorlage, selbst wo er dieser wortgetreu folgt; Ambrosius verstand, wie Cicero, das dem Griechen Entlehnte seiner eigenen Individualität und dem römischen Gedankenausdruck vollkommen zu assimiliren.

[3]) Exstat sub nomine s. Ambrosii *Apologia altera prophetae David,* quae pluribus dubia videtur, genuinitatem tuetur Ballerini. Haec opera exegetica, quae hactenus recensuimus, a curate edidit C. Schenkl Viennae 1896—97 pp. 2.

pam agnovisse tantaque poenitentia delevisse. Fertur s. doctorem hunc l. Theodosio imp. misisse, ut illum Davidis exemplo ad poenitentiam propter Thessalonicensium caedem excitaret. — Enarrationes *in duodecim psalmos;* maxime vero aestimatur et commendatur tamquam thesaurus vitae spiritualis prolixa *expositio in Ps. 118.* — Cum in hac expositione et passim in suis commentariis et operibus s. doctor Canticum Canticorum illustrat, Guilelmus a s. Theodorico O. Cist. (f. Nomencl. IV, 78 s.) ex iis concinnavit commentarium in Cantica Canticorum, qui exstat inter opera s. Ambrosii Migne XV, 1851-1962. — *Expositio Evangelii secundum Lucam* ll. X comprehensa, ex sermonibus, quos ad populum habuit a. 385—87 redacta est, hinc sensus moralis abundat. Non tamen praetermittit praecipuas sui temporis haereses impugnare, ut Manichaeos, Photinianos, et prae primis Arianos. Prodiit recentissime cur. Schenkl in Corp. SEL. t. XXXII, Viennae 1902 —. Quondam s. Ambrosio tributa fuerunt[1]) *Commentaria* (brevia et bona, non tamen ab omni errore contra fidem immunia) *in tredecim ep. b. Pauli* (M. XVI, 45—509); s. Augustinus ea citat sub s. Hilarii nomine: verum ea neque sunt s. Hilarii pictaviensis neque Hilarii romani diaconi asseclae Luciferi calaritani (cf. n. 112 a.); neque s. Ambrosii; auctoris tamen exeuntis sec. IV: cujus vero, nondum potuerunt viri eruditi certo determinare[2]):

[1]) Neque s. Ambrosii est, ut ostendit Mommsen, *Lex Dei* sive Mosaicarum et Romanarum legum collatio, quam ipse edidit in coll. ll. juris antijust. Berlin III, 109—198. Genuinitatem propugnaverat Rudorff Ueber den Ursprung und die Bestimmung der Lex Dei etc. Abhandl. der philosoph. hist. Kl. der Berl. Akad. der Wissensch. 1868 p. 265—96.

[2]) Neque enim arrisit opinio a Langen proposita, ea esse Faustini presbyteri romani, in progr. de commentariorum in ep. Paulinas, qui Ambrosii, hinc mos invaluit, ut citentur sub Ambrosiastri nomine. Fatendum est opera nostri auctoris exegetica interpreti minus utilia esse, quam concionatori. Pendet in iis multum ab Hippolyto, Origene, Basilio et Philone nimiumque delectatur allegoriis: hinc propter sensus nimis quaesitos, quos s. Scripturae tribuit, considerationes et meditationes a longe arcessitas sunt sat difficilia, minus perspicua, et etiam lectu minus jucunda et fructuosa.

---

et quaestionum biblicarum, quae Augustini nomine feruntur, scriptore, Bonnae 1880. Recentiori aetate Ballerini in sua ed. opp. s. Ambrosii III, 349 ss. ea iterum s. Ambrosio vindicat: sed frustra. Doctissimus vero D. G. Morin O. S. Ben. in Revue d'Histoire et de Littératur relig. 1899 pag. 97—123 novam proposuit conjecturam. Suppouit scil. horum commentariorum auctorem esse eundem cum auctore *quaestionum in V. et N. Testamentum,* quae reperiuntur in appendice operum suppositorum s. Augustini (Migne XXXV, 2213—2416), quae opinio jam pluribus viris criticis recentioribus placuit. Internis dein argumentis innixus eum conjecit esse eundem cum Isaac, qui quondam Judaeus factus est Christianus, cujus scriptum *de Trinitate et incarnatione* edidit Sirmondia. 1630 (Migne P. G. XXXIII, 1541—1546), quique alius non esse videtur ab eo, de quo scribit Gennadius de vir ill. c. 26: „Isaac scripsit de s. Trinitate et de incarnatione Domini librum obscurissimae disputationis et involuti sermonis, confirmans ita in una deitate tres esse personas, ut tamen sit in singulis aliquid proprium, quod non habeat alia: Patrem scil. hoc habere proprium, quod ipse sine origine origo sit aliorum; Filium hoc habere proprium, quod genitus genitore non sit posterior; Spiritum s. hoc habere proprium, quod nec factus, nec genitus, et tamen sit ex altero. De incarnatione vero Domini ita scripsit, ut manentibus in ea duabus naturis una credatur Filii Dei persona." Hic Isaac postmodum adhaesit Ursino pseudoepiscopo romano, acerbasque turbas excitavit adversus Damasum. Hinc a Gratiano imp. in exsilium in Hispaniam missus est (c. 378—80), ubi iterum ad judaismum defecit. Ejusdem esse videtur fragmentum *expositionis fidei,* quod edidit Caspari Kirchenhistor. Anecdota p. 304—8.

98. Praecellunt ejus opera moralia, cujusmodi sunt libri tres *de officiis ministrorum* scil. clericorum[1]), in quibus Ciceronis de officiis libros sequendos sibi proposuit atque feliciter sagaciterque est assecutus. — Amator zelosus virginitatis hanc iteratis vicibus pluribusque sermonibus depraedicat, commendat extollitque tanto fervore et fructu, ut multas puellas vel ex remotis regionibus ad vovendam virginitatem induxerit, matresque filiabus non permitterent audire Ambrosii exhortationes. Ex his sermonibus prodierunt ll. tres *de virginibus* ad Marcellinam sororem, de quo opere s. Hieronymus ep. 22 n. 22: „Tanto se effudit eloquio, ut quidquid ad laudes virginum pertinet, exquisierit, expresserit, ordinarit.“ In l. 1. s. Agnetem tamquam exemplar celebrat; in 2. b. Mariae et s. Theclae exempla proponit; in 3. praecepta tradit. — Proxime ad virginitatem accedere viduitatis professionem, necnon matrimonio longe praecellere ostendit in l. *de viduis*. Utriusque operis veluti appendix est alius liber, quem malunt editores inscribere *de virginitate*. Sequitur *de institutione virginis* et s. Mariae virginitate perpetua; *Exhortatio virginitatis*. *De lapsu virginis consecratae* (nomine Susannae) *admonitio* vehemens a nonnullis tribuitur Nicetae Daciarum episcopo, vel s. Hieronymo, Ambrosio ab aliis asseritur; juxta Morin et Bardenhewer substantiam si spectes est Ambrosii, sed non ea forma, qua modo prostat: est forte cujusdam auditoris, qui Ambrosii sermonem literis consignaverit. Codices enim omnes uno recentiori excepto stant pro s. Ambrosio, sed notatur stili differentia et severitas Novatianis favens. Liber *ad virginem devotam* spurius est.

99. Praeter *sermones*, ex quibus pleraque s. Ambrosii prodierunt opera, prae primis memorandi adhuc sunt: *Sermo contra Auxentium* de basilicis tradendis (a. 386), in quo intrepidam animi fortitudinem ostendit adversus Justinae imperatricis Arianis pro viribus patrocinantis ausus, cum vel vi armata vellet haereticis basilicam, quae dicebatur „nova“, tradere. Sermo *in translatione reliquiarum ss. Gervasii et Protasii*, quas illo angustiarum tempore Deo revelante reperit. In eo gloriam sanctorum fusis laudibus celebrat, miracula per istas reliquias patrata narrat atque defendit plebisque animos in spem erigit. — Consolatio *de obitu Valentiniani*, in qua vitam et virtutem juvenis hujus imperatoris a Maximo usurpatore a. aetatis 20. trucidati (392) narrat, spemque enunciat votum baptismi (nam nondum baptizatus obiit) ipsi profuisse; Oratio *de obitu Theodosii* (a. 395), in qua et hujus imperatoris virtutes encomio prosequitur. Utraque oratio censetur classica. — Huc spectant et ll. 2 *de excessu Satyri* fratris sui, quia sunt nonnisi sermones lugubres, quorum 2. inscribitur *de fide resurrectionis*[1]). Sermones tres in Luc. 12, 33: *Vendite omnia, quae possidetis et date eleemosynam* a de Corrieris a. 1834 reperti (in ed. Ballerini V, 195—222) minoris sunt momenti et valde dubii.

100. Sequuntur *epistolae* (91) vere pretiosae, lectu dignissimae et utilissimae, in quibus lucidissimum virtutum pastoralium in s. Ambrosio exhibetur exemplum: quasi commune sui seculi oraculum comparet, cui vel principes negotia committebant gravissima. Inter eas aliae sunt historicae magni momenti; aliae dogmaticae vel exegeticae; aliae morales vel fami-

---

1) Prodiit seorsim cura Krabinger Tübingen 1857 et jam antea R. O. Gilberti Lipsiae 1839.

1) Prodierunt accuratissime cura Caroli Schenkl in Ambrosianis, quod opus infra citabimus.

liares. — Denique s. doctor *hymnos* composuit pro populo, qui illos in ecclesia caneret, in primis de mysterio ss. Trinitatis, ut ita fidem redderet popularem fidelesque praemuniret adversus Arianorum fraudes. Qua de re en quam belle gloriatur s. praesul noster Serm. c. Auxentium c. 34: „Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec abnuo. Grande carmen istud est quo nihil potentius. Quid enim potentius quam confessio Trinitatis, quae quotidie totius populi ore celebratur! Certatim omnes student fidem fateri, Patrem et Filium et Spiritum s. norunt versibus praedicare. Facti sunt igitur omnes magistri, qui vix poterant esse discipuli.“ Hinc et in alias Occidentis transiit ecclesias usus canendi hymnos, qui teste Isidoro hisp. de eccl. off. I, 6 ex nostri praesulis nomine „Ambrosiani“ vocabantur. Quot autem sint ipsius s. Ambrosii, magna est inter eruditos controversia. Adalb. Daniel in suo thesauro hymnologico, Halae 1841 undique collegit 82 s. doctori attributos, et inde Migne XVII, 1171—1223; ad 50 illi asserit card. Tommasius; Biraghi et Dreves 20, multi cum ed. Maurinis 12, critici rigidi saltem quatuor vel quinque[1]). — Disticha metrica supra picturis in basilica mediolanensi ei vindicant Biraghi et Merkle. Hymnus *Te Deum laudamus* ambrosianus dictus communius ipsi et s. Augustino abjudicatur, verum non desunt qui contendant, non satis probari eum non esse Ambrosii[1]).

101. S. Doctoris *opera* prodierunt post alias editiones[2]) cura J. du Frische et Nic. le Nourry e congr. maurina, Parisiis 1686—1690 t. 2 in f. ed. praestans (cf. Nomencl. II, 489 s.), recusa Venetiis 1748—51 t. 4 in f.; 1781—82 t. 8 in 4; Parisiis 1836 t. 4 in 8; in Migne P. L. XIV—XVII; novam curavit P. A. Ballerini consultis codd. mediolanensibus 1875-83 t. 6; novam coepit Schenkl, cujus duo tantum prodierunt hactenus t., Viennae 1897. Plura s. doctoris opera perierunt, multa olim sub ejus nomine circumferebantur, ex quibus sunt aliqua dubia, ut Historiae *de excidio urbis hierosolymitanae* seu de bello judaico ll. V, quod opus sub Hegesippi nomine (orto per corruptionem ex Ἰώσηπος, Josippus, Egesippus) circumfertur, estque versio libera operis Josephi Flavii, quod partim contractum, partim additionibus auctum fuit. Illud haud pauci s. Ambrosio, sed juveni, tribuunt, aliis tamen refragantibus. Editores maurini illud in sua ed. omittunt, sed reperitur in ed. ven. 1781-82 t. II. append.; Gallandi VII, 653—771, Migne P. L. XV, 1961—2224; seorsim edi-

[1]) Cf. L. Biraghi Inni sinceri e Carmi di S. Ambrogio, Milano 1862; G. M. Dreves S. J. Aurelius Ambrosius der Vater des Kirchengesanges. Eine hymnologische Studie (58. Ergänzungsheft der Stimmen aus Maria Laach) Freiburg 1893; Zeitschr. für kath. Theol. 1804. XVIII, 575—85; Kayser Beiträge zur Geschichte und Erklär. der ältesten Kirchenhymnen, Paderborn 1881 ed. 2 p. 127—248; 435—438; Baumgartner IV c. 9, qui de genuinis ejusdem hymnis scribit: Sie besitzen reichen dogmatischen Gehalt in knapper lichtvoller, echt volksthümlicher Fassung, fasslich und leicht sangbar, nicht zart oder süsslich, aber voll kräftigen, männlichen Gefühls; Ebert op. cit. t. 1 l. 2 c. 7; Merkle in röm. Qtlschr. für christl. Altertumskunde etc. 1896 X, 185—222. Ceterum de parte, quam habuit in figenda et perficienda liturgia ecclesiae mediolanensis cf. Probst Katholik 1882. I, 16—22; 113—132; 225—243; 337—354.

[1]) Morin L'auteur du Te Deum in Revue Bénédictine 1890. VII, 151—159; et Nouvelles recherches sur l'auteur du Te Deum, ib. 1894. XI, 49—77, ubi illud vindicat Nicetae de Romatiana. Bone das Te Deum inter Frankfurter zeitgemässen Broschüren 1880 II fasc. 3 iterum nititur eum s. Ambrosio asserere.

[2]) Cf. Schoenemann bibl. hist. lit. PP. lat. 1, 368 ss.

derunt C. Fr. Weber et J. Caesar Marburgi 1864, quam editionem recudit Ballerini VII, 1—276. Cf. Bardenhewer § 88 n. 9 et KL. V, 1585; Fr. Vogel de Hegesippo, qui dicitur, Josephi interprete diss. inaug., Erlangae 1880, versionem hanc Ambrosio abjudicat: adversus quem tamen scripsit Rönsch Roman. Forschungen 1882 p. 256—321. De aliis operibus dubiis supra jam egimus. — Plura vero s. doctori fuere supposita (Migne t. XVIII), cujusmodi sunt ep. *de fide* ad b. Hieronymum, quae est luculenta expositio fidei de Filii divinitate et incarnatione; *de Trinitate* vel in symbolum ap. tr., qui est compilatio testimoniorum ex opp. patrum de Trinitate, incarnatione, resurrectione; commentarius *in Apocalypsin*, qui est Berengaudi, de quo infra; *sermones LXIII; de dignitate conditionis humanae; Acta s. Sebastiani; de XLII mansionibus filiorum Israel* tr.; *De dignitate sacerdotali* Migne XVII 567—79, qui libellus est Geberti (qui postea fuit pontifex sub nomine Silvestri II.); l. *de vitiorum virtutumque conflictu* ad Simplicianum, qui est Ambrosii Autperti etc. Cf. de singulis operibus genuinis, dubiis, spuriis accurate disserentes editores maurini; Histoire lit. de la Franc. I. p. 2 p. 325—412 etc. Laudatur s. doctoris[1]) stilus ut gravis, nobilis, dulcis: imo judice Erasmo dicendus esset, „doctor mellifluus:“ meritoque mirantur viri eruditi, eum de tribunalibus, ideoque prorsus imparatum derepente ad ecclesiae regimen promotum innumerisque exinde curis laboribusque obrutum, tam bene fuisse imbutum doctrina catholica, ut nullibi cespitaverit nullamque praebuerit dicta sua carpendi occasionem.

102. Arianorum adversariis[1]) in Occidente accenseri debet Cajus Marius Victorinus natione afer, qui in liberalibus doctrinis admodum eruditus Romae rhetoricam docuit tanta fama, ut ei in foro romano statua fuerit erecta. In extrema senectute tempore Juliani apostatae Christi se tradidit fidei[2]) c. a.

---

[1]) Cf. de s. Ambrosio praeter auctores jam citatos Paulinus ejus notarius in *vita s. Ambrosii* ab eo conscripta (inter opuscula selecta ss. PP. a nobis edita Oeniponte 1869; VII, 1—49; 1897 ed. 2); ejus vita ex ipsius opp. collecta in ed. maurina (Migne XIV, 65—114); Tillemont X, 78—306; cum annot. 729-90; Baunard Histoire de s. Ambroise, Parisiis 1871; Locatelli Vita di s. Ambrogio, Milano 1875; M. Ihm Studia Ambrosiana Jahrbuch für class. Philos. Supplementbd. XVII, 1—124 Lipsiae 1890; prodiit etiam seorsim; Peters KL. 1, 695—701; Fessler-Jungmann § 123 ss.; Bardenhewer § 90; Ambrosiana: Scritti varii publicati nel XV centenario della morte di s. Ambrogio con introd. di A. C. Card. Ferrari arciv. di Milano 1897 (de quo op. cf. Zeitschr. für k. Theol. Innsbruck 1899 XXIII, 189); Nirschl II § 168 s.; Ebert t. 1 l. 2 c. 6, qui animi atque characteris nobilitatem bene depingit.

[1]) „Audentius, episcopus hispanus, ut refert Gennadius de vir. ill. c. 14., scripsit adversus Manichaeos et Sabellianos et Arianos, maximeque speciali intentione contra Photinianos, qui nunc Bonosiaci dicuntur, librum, quem praetitulavit: *De fide* adversum haereticos, in quo ostendit antiquitatem Filii Dei coaeternalem Patri fuisse, nec initium Deitatis tunc a Patre Deo acceperit, cum Maria matre virgine homo Deo fabricante conceptus et natus est.“ Verum liber hic periit, neque aliud de hoc auctore scimus: hinc neque satis constat, quando vixerit.

[2]) Pulchre hanc conversionem narrat s. Augustinus Confess. l. 8 n. 3 ss. qui etiam in ejus laudem refert: „Legebat s. Scripturam omnesque christianas literas investigabat studiosissime et perscrutabatur.“ Cf. de eo Gallandi VIII proleg. c. 4 (Migne VIII, 993—1000); Nirschl II § 117; Fessler-Jungmann § 99; Bardenhewer § 87 n. 8; G. Koffmane de Mario Victorino philosopho christiano (diss. inaug.), Vratislaviae 1880; G. Geiger C. M. Victorinus Afer ein neuplatonischer Philosoph, Metten 1888. 1889. in duobus program.; Gams KL. XII, 926; R. Schmid M. Victorinus Rhetor und s. Beziehung zu Augustin, Kiel 1895.

361. „Scripsit *adversum Arium* libros (4), teste s. Hieronymo ejus in rhetorica discipulo de vir. ill. c. 101, more dialectico valde obscuros, qui nisi ab eruditis non intelliguntur;“ scil. *de generatione divini Verbi* contra Candidi ariani l. *de generatione divina; de ὁμοουσίῳ recipiendo.* — Reliquit et commentarios *in epistolam ad Galatas,* in ep. *ad Philippenses;* in ep. *ad Ephesios,* de quibus s. Hieronymus in Praef. comment. in ep. ad Gall. satis dure censet, „quod occupatus ille eruditione secularium literarum Scripturas omnino sanctas ignoraverit, et nemo possit, quamvis eloquens, de eo bene disputare, quod nesciat.“ Minus dure judicat Fessler-Jungmann: „Expositio est simplex, clara et contextui inhaerens: sed quaedam occurrunt opiniones singulares.“ Etiam Cornely in hist. et crit. introd. n. 239 censet ejus tres superstites commentarios aliis illius aetatis operibus inferiores non esse. — Contra Manichaeos est tr. de verbis: *Factum est vespere et mane dies unus,* et l. ad Justinum manichaeum *contra duo principia Manichaeorum,* et de vera carne Christi. Habes haec in Migne P. L. VIII, 999—1309. Tribuuntur ei et *carmina, hymni,* l. *de physicis,* in quo tuetur Moysis Hexaemeron: de eorum tamen genuinitate viri critici nonnihil dubitant. Juxta H. Usener Anecdoton Holderi, Bonn 1877 p. 59—66 ipsi tribui debet opusculum de *definitione* apud Migne P. L. LXIV, 891—910 inter opuscula Boëthii, quod critica prodiit cura Th. Stangl inter Tulliana et Mario-Victoriniana, Monachii 1888 p. 12—48. — Heraclianus laicus, scriptor hactenus plane ignotus, auctor est dialogi plane egregii et sagacis, qui inscribitur: Altercatio Heracliani laici cum Germinio ep. sirmiensi *de fide synodi nicaenae* et ariminensis Arianorum, quam Caspari reperit ediditque in Kirchenhist. Anecdota, Christiania 1883. I, 131—147.

103. Adversus Manichaeos pugnarunt[1]) praeter Basilium (p. 152), Victorinum, Didymum (p. 176), Serapionem Thmueos episcopum (p. 122 a.), Hegemonium (p. 93) et Diodorum tarsensem, de quo infra plura, Titus bostrensis in Arabia[2]), qui „sub Juliano et Joviniano principibus fortes adversum Manichaeos scripsit (4) libros (Hieronymus de vir. ill. c. 102).“ Eos ex parte habes secundum textum graecum ex cod. satis turbato apud Gallandi V, 260—350; Migne P. G. XVIII, 1069—1264. Syriace illos integros reperit Lagarde ediditque Berolini 1859, cum iis, quae ex cod. hamburgensi servata sunt graece. Oratio *in ramos palmarum,* opusculum eruditum et egregiis refertum sensibus, est dubia (Migne ib. p. 1263—1278); commentarius *in Evangelium s. Lucae* per modum Catenae a Fronto Ducaeo Parisiis 1624, et in Bibl. magna vet. PP. Parisiis 1644 XIII, 762—836 non est ipsius. Plurima tamen fragmenta (186) ex ipsius in hoc evangelium homiliis magna sedulitate collegit et exhibet Sickenberger accurata diss. inaug. in Titus von Bostra. Studien zu dessen Lukashomilien, Lipsiae 1901 in 8., in Texte u. Unt. XXI fasc. 1. Obiit Titus c. a. 371 vel 374.

---

[1]) Impugnatoribus Manichaeismi adnumerari solebat Alexander lycopolitanus, qui juxta Photium c. Manich. I, 11 fuerit episcopus hujus urbis. Verum Augustinus Brinckmann in op. accurato Alexandri lycop. *contra Manichaei opiniones disputatio,* Lipsiae 1895 ostendit, eum non fuisse christianum, nedum episcopum, verum „Platonis disciplinam professum non Manichaeorum modo strenuum exstitisse adversarium, sed christianae quoque philosophiae judicem severum sane, nec tamen infensum.“ Prodiit Alexandri disputatio in Combefisii bibl. gr. PP. auctario novissimo, Parisiis 1672 II, 3—21; Gallandi IV, 71—88; Migne P. G. XVIII, 409—448. Cf. Bardenhewer § 65 n. 2; Funk KL. I, 501.

[2]) Cf. Zeck KL. XI, 1801; Bardenhewer § 65 n. 4.

104. Contra Novatianos scripsit auctor plane egregius Pacianus barcinonensis episcopus[1]), castigatae eloquentiae et tam vita quam sermone clarus († c. 390), cujus supersunt tres *epistolae ad Sympronianum* novatianum, in quarum prima et altera pulcherrime disserit de *catholico* nomine; in 3. egregie Ecclesiae vindicat potestatem remittendi peccata post baptismum commissa. Scripsit et *paraenesim* seu libellum adhortatorium *ad poenitentiam* et sermonem *de baptismo*. Ratiocinationes validae sunt, scribendi ratio jucunda, stilus elegans et concisus. Saepe prodierunt haec opuscula ut in collectione maxima conc. Hisp. cum notis eruditis card. D'Aguirre, in Gallandi Bibl. PP. VII, 255—76; Migne P. L. XIII, 1051—94, inter opuscula ss. PP. a nobis edita et annotationibus illustrata 1878 XXXVII, (132—253); et cura Peyrot Zwolle 1896. Cf. de Paciano diss. accuratam Gruber Studien zu Pacianus v. B. München 1901.

105. Optatus afer „episcopus milevitanus ex parte catholica, scripsit sub Valentiniano et Valente principibus (372—375) adversus donatianae partis calumniam ll. 6, in quibus asserit crimen Donatianorum[2]) in nos falso retorqueri". Ita Hieronymus de vir. ill. c. 110. Nihil praeterea scimus de s. Optato. Scripsit autem *de schismate Donatistarum,* contra Parmenianum episcopum donastistam, qui tunc temporis inter suos auctoritate eminebat opusque ediderat adversus Ecclesiam catholicam. Obiisse autem colligitur s. Optatus p. a. 384. Ejus memoria in martyrologio romano recurrit 4. Junii. Opus suum divisit in ll. 6; verum in vetustissimis codd. comparent ll. 7: hinc non defuerunt, qui l. 7. spurium existimarint. Praevalet tamen inter eruditos sententia, quae statuit, librum, qui nunc numeratur 7., nihil aliud esse quam appendicem tria complectentem additamenta ad ll. 3, quae ipse auctor postmodum secundis recognoscens curis opus suum, illustrandi confirmandique gratia adjecerit[1]). „Vix autem in antiquis monumentis, notat Du Pin in praef. ed. suae § 2, ullum reperiri potest (non dico

[1]) Paciani filius erat Flavius Lucius Dexter „clarus apud seculum (erat enim sub Honorio imp. Praefectus praetorio) et Christi fidei deditus (Hieronymus de vir. ill. c. 132)," cujus hortatu scripsit Hieronymus a. 392 suum l. *de viris ill.* eique dedicavit. Scripsisse creditur chronicon ab a. Romae 752 ad sua usque tempora, quod tamen periit. Illud vero, quod sub ejus nomine Hier. Rom. de Higuera reperisse gloriatur et post ejus mortem prodiit Caesaraugustae 1619 in 4. confictum est. Cf. Nic. Antonius bibl. vet. hisp. l. 7 c. 8. Recepit illud Migne in P. L. XXXI, 1—636. Cf. Schrödl KL. III, 1656; de s. Paciano cf. Acta SS. 9. Mart. II, 44.

[2]) Donatista erat, imo donatistarum Romae occultus pseudoepiscopus Macrobius († p. 370), qui teste Gennadio de vir. ill. c. 5 „cum adhuc in Ecclesia Dei presbyter esset, ad confessores et virgines librum moralis quidem, sed valde necessariae doctrinae et praecipue ad custodiendam castitatem aptissimis valde sententiis communitum scripsit." Hic tamen periit. Donatista factus scripsit epistolam ad plebem carthaginiensem *de passione Maximiani et Isaaci* donatistarum. — Alterius, ut videtur, Macrobii mentionem facit s. Isidorus hisp. de vir. ill. 2 scribens: „Macrobius diaconus studium s. Cypriani ingeniumque secutus, complexus est congrua ex utroque Testamento adversus haereticorum capitula, de scil. Dei Patris majestate, et Filii Dei adventu, ejus incarnatione sive passione, resurrectione et ascensione in coelos, parique modo et de electione gentium, et reprobatione judaeorum. Deinde subjecit etiam cetera ad utilitatem vitae et disciplinae religionis pertinentia, omnia haec in 100 distincta capitulis." Hic tamen l. etiam periit, nec ullum de hoc auctore penes alios reperitur vestigium.

[1]) Cf. Duchesne Le dossier du donatisme in Mélanges d'archéologie et d'histoire 1890. X, 589—650, qui genuinitatem tuetur adversus Voelter et Seeck; Bardenhewer § 71 n. 2; Fessler-Jungmann II, 1 § 158.

ejusdem molis, sed longe prolixius opus), quod tot et tanta doctrinam et disciplinam christianam pertinentia tam aperte contineat . . . Praecipua fidei capita breviter, dilucide ac orthodoxe exponit . . . Quod ad stilum ejus pertinet, magnificus est, vehemens et pressus, sed minus nitidus est ac politus. Quos expugnat acriter urget . . . Uno verbo, quod auctor hujus operis magnae eruditionis et excellentis ingenii fuerit, nemo rerum istarum peritus negabit.« Merito hinc Augustinus Optatum inter illustres Ecclesiae scriptores refert, ejusque auctoritas gravis erat non solum apud catholicos, sed etiam apud Donatistas illo tempore. Saepius prodiit hoc opus: editio praestantissima est, quam curavit Du Pin multisque monumentis auxit et historia donatiani schismatis illustravit, Parisiis 1700, quae recusa prodiit in Gallandi bibl. PP. V, 457—675; Migne P. L. XI; inter opuscula selecta SS. PP. a nobis edita t. X, Oeniponte 1870; demum accuratissime curante Ziwsa, Viennae 1893, in corp. scr. t. XXVI.

106. Inclaruit hoc seculo quam maxime Ecclesia in partibus Syriae, adeo ut aurea coeperit literarum syriacarum aetas. Prae omnibus autem nominandus est s. Ephraem, cognomento Syrus, qui tantam apud suos sanctimoniae et doctrinae famam adeptus est, ut ‚Spiritus s. cithara, et Ecclesiae columna, totius orbis doctor et Syrorum propheta' audire meruerit[1]). De vitae ejus fatis parum certi scimus. Natus videtur circa a. 306, non antea. Pie educatus a. aetatis 18. baptizatus videtur. A juventute vitam lectioni, meditationi s. Scripturae pietatisque operibus deditam duxit. Carus erat s. Jacobo nisibeno episcopo[2]), qui eum comitem ad concilium nicaenum secum duxisse ac post munus ei docendi in schola Nisibi tunc florenti commisisse in monumentis orientalibus perhibetur. Civitate nisibena a Persis occupata ipse secessit atque Edessae stabilem fixit moram vitam degens eremitae (c. a. 364 vel 365). S. Basilium c. a. 370 invisit ejus doctrinae et sanctitatis fama allectus, ab eoque dicitur diaconus ordinatus. Presbyter non videtur fuisse. Edessenae ecclesiae fideles exemplo sanctissimae vitae aedificavit, haereses strenue impugnavit, de pauperibus, grassante praesertim fame gravissima, sollicitissimam curam egit. Meritis plenus e vita migravit 9 Junii a. 373, juxta alios 378 vel 379.

107. Plurima composuit opera tam soluto quam praesertim ligato sermone[1]), quae tanti facta sunt, ut illa post lectionem Scripturarum publice in quibusdam ecclesiis recitarentur, hymnique in s. liturgiam et ecclesiastica reciperentur officia. Dolendum tamen est, ex ejus operibus non multa haberi in lingua originali, sed in versione tantum: nam olim jam versa fuerunt in linguam armenam, copticam, aethiopicam, arabicam et praesertim graecam. Quod vero s. Hieronymus de viris ill. c. 115 testatur: „Legi ejus *de Spi-*

---

[1]) Fessler-Jungmann II § 132.

[2]) Jacobo nisibeno episcopo magnae sanctitatis viro († 338, secundum alios 335), imo post a. 350), tribuuntur a Nic. Antonelli *sermones* (18), qui armeniace tantum exstant, Romae 1756, in Gallandi bibl. V, I—CLXIV; verum W. Wright ostendit, eos esse Jacobi Aphraatis, de quo mox. Hujus Jacobi nihil videtur superesse. Tantae fuit apud Syros famae, ut „Magni" vel „Sapientis" cognomine cohonestaretur. Cf. Czapla in comment. ad Gennadii de viris ill. c. 1; Kaulen KL. VI, 1172.

[1]) Dicitur porro circiter tricies centena versuum (ἐπῶν linearum) milia in universum scripsisse." Sozomenus H. E. III, 16. Multa tamen fuere ei supposita, quae sunt discipulorum, vel etiam Nestorianorum, ut Narsetis. De operibus, quae adhuc supersunt cf. Eirainer Der h. Ephräm der Syrer, Kempten 1889 p. 10—16.

ritu s. graecum volumen, quod quidam de syriaca lingua verterat, et acumen sublimis ingenii etiam in translatione cognovi:« affirmat Sozomenus H. E. III, 16 de omnibus valere versionibus (saltem graecis): ita enim scribit: »Nam et ipso adhuc superstite libri ejus in graecum sermonem translati sunt, et usque ad hoc tempus transferuntur: nec tamen a domestica ac nativa praestantia multum recedunt. Sed dum graece legitur, non minus admirationi est, quam dum syriace.« Ceterum vel ipsa originalia scripta, multo magis versiones graecae, cum plurimum lectitarentur, saepe ampliata, interpolata, retractata fuerunt, vel etiam contracta. Inter ejus opera prosa conscripta (reliqua enim fere formam prae se ferunt metricam) praecipua sunt commentaria, quae in omnes forte s. Scripturae ll. elaboravit, sed solum *in Genesim* et *Exodum* (usque ad 32, 26) exstant commentaria originalia: commentariorum in alios ll. V. T. habentur tantum prolixa fragmenta seu scholia, praesertim ex catena patrum, quam composuit c. a. 861 Severus monachus antiochenus. Sensum literalem admodum diligenter inquirit et plerumque feliciter assecutus est[1]), sensum mysticum non negligit cavens allegoriae abusum, qualis apud Origenem reperitur: et quia s. Scripturam interpretatus est coram monachis suisque discipulis, pietatis profectum et spiritualem auditorum utilitatem etiam intendit. Armeniace tantum exstant commentarii *in ll. Paralipomenon,* latine *in ep. s. Pauli* excepta ep. ad Philemonem, in ed. opp. armen. Vindobonae 1836 t. III; et versio armeniaca *Expositionis Evangelii concordantis,* in qua maxime utitur Harmonia Evangeliorum (Diatessaron) Tatiani (cf. p. 35 a.) quam commentariis et scholiis ampliat; eam in latinum transtulit Jo. B. Aucher Mechitarista, cujus versionem emendavit, annotationibus illustravit ediditque Moesinger, Venetiis 1876. Praeter jam notos *sermones XII* exegeticos de variis utriusque T. textibus, alios plures reperit publicavitque cl. Lamy, inter quos laudantur sermones X *de Joseph;* integre editi a Bedjan S. Ephrem. Hist. complet *de Joseph.* Poème en 12 livres, Paris 1891 in 8; Moesinger Monumenta syriaca Oeniponte 1878 p. 335.

108. Praeter commentaria reliquit multa alia scripta dogmatica, moralia, ascetica, quorum pars longe major carminibus et hymnis continetur. Haec carmina, quibus universam fere catholicam doctrinam non solum moralem, sed et dogmaticam complexus est variasque tunc gliscentes impugnat errores, diffusa sunt per universum Orientem. Cum enim Bardesanes gnosticus syrus ejusque filius Harmonius scriptis ad lyrae cantum compositis suos per vulgus diffunderent errores, voluit et Ephraem, ut veneno remedium opponeret et doctrinam Christi fidelium animis infunderet festaque Domini exornaret, carmina et hymnos componere. Huc ergo spectant eloquentissimi *Sermones polemici* 56 adversus haereses, gnosticos praesertim, adversus Judaeos; 80 adversus scrutatores, qui scil. mysterium ss. Trinitatis perscrutari temere praesumebant, 7 *de margarita,* quam ceu symbolum considerat fidei christianorum, 3 *de fide,* 15 *de paradiso Eden,* 4 carmina *contra Julianum apostatam*[1]), 22 *de nativitate Domini,* 15 *de Epiphania,* alii *de variis mysteriis* deque vita

[1]) Bardenhewer § 82 n. 3: Die Auslegungsmethode Ephraems darf als eine vorzügliche bezeichnet werden. Er huldigt im allgemeinen den Anschauungen der antiochenischen Schule und nähert sich insbesondere sehr der Art und Weise Theodorets von Cyrus. Cf. J. T. Lamy L'exégèse en Orient au IVe siècle in Revue bibl. 1893 p. 5 ss.; et L'Université Cath. N. S. III, 321—349; IV, 161—190.

[1]) Habes haec germanice interprete Bickell Zeitschr. für k. Theol. 1878 II, 335—56.

et passione Domini, multi *de b. Maria* V. (20), quibus magnifice Dei genitricis praerogativas, virginitatem in primis et immunitatem a quovis peccato extollit, *deque sanctis,* inter quos est encomium plane insigne *in s. Basilium,* quod forte eo adhuc vivente est elaboratum. Alii dein sunt qui *de perfectione christiana* agunt, eam commendant, ad eam urgent, circa virtutes et vitia versantur; alii ad vitam monasticam amplectendam vel excolendam hortantur, vel sunt exhortationes (76) ad poenitentiam; Necrosima seu *canones funebres* 85; *de virtute* cc. 10; *In illud Attende tibi ipsi* cc. 12; *Paraeneses* 50 etc. Praeclarum libellum exaravit *de sacerdotio,* in quo status sacerdotalis dignitatem plurimum extollit ac multiplicem ostendit utilitatem, quae ex eo in mundum dimanat universum. Denique mentio facienda est et ipsius *Testamenti,* in quo omnia vitae suae consilia, actiones atque virtutes uno veluti conspectu exhibentur. Juxta Duval tamen La Littérature syriaque, Parisiis 1899 p. 108 jam communiter illud censetur apocryphum.

109. Cum s. doctor in suis scriptis semper prae oculis habeat spiritualem populi utilitatem, stilo utitur simplici et populari, a subtilibus ingeniosisque abstinet disputationibus, magni animi ardore sermonisque fervore virtutes inculcat atque insectatur vitia adeo, ut forte nullus patrum eo melius atque efficacius hominem ad vitae sanctitatem perducat. Admirabili eloquentiae suae vi animos, teste Gregorio nysseno in egregio encomio in s. Ephraem (opp. III, 603), ubi fusius haec exsequitur, animos emollivit, fregit flexitque ut voluit. Opera ejus syriace aut graece, quotquot nancisci licuit cum versione latina satis libera minusque accurata ediderunt Jos. et Steph. Assemani atque P. Benedictus. Romae 1732-46 t. 6 in f.; latine tantum cum integris prolegomenis, Venetiis 1755—56, editio splendida et praestans, sed neque completa, neque satis critica, neque omnibus numeris absoluta. Supplementa vel emendationes exhibent A. Pohlmann: S. Ephraem Syri *commentariorum in s. Scripturam textus* in codd. vaticanis manuscriptus et in ed. romano impressus. Commentatio critica pp. 1. 2, Brunsbergae 1862-64; Lamy s. Ephraem Syri *Hymni et sermones,* Mechliniae 1882—90 t. 3 in 4, in quorum t. 2 p. 103—310 exhibet copiosa commentariorum fragmenta ex Severi catena. — Opera quae exstant armeniace (absque versione latina), Venetiis 1836 t. 4 in 8; Overbeck S. Ephraemi Syri, Rabulae ep. edesseni Ballaei aliorumque *opera selecta,* (syriace tantum), Oxonii 1865; G. Bickell s. Ephraemi syri *carmina nisibena* additis prolegomenis etc. Lipsiae 1866; s. Ephraem syri *commentarii in ep. d. Pauli* nunc primum ex armeno in latinum a patribus Mechitharistis translati, Venetiis 1893 in 4. Plura opuscula selecta germanice reddidit ediditque P. Zingerle, Oeniponte 1830—37 t. 6 in 8. 1845. 1846 ed altera[1]); Hymnen aus dem Zweiströmeland. Dichtungen des h. Ephräm ... mit erklärenden Anmerkungen, Mainz 1882. — Quaedam carmina inedita (15) germanice versa exhibet Martin in Zeitschrift f. k. Theol. 1880 IV, 426—38. — *Acta s. Abramii* seu Abraham Kindunaiae monachi et ere-

[1]) Plura de s. Ephraemo reperies apud Assemani Bibl. orient. I, 24—164; et in proleg. ad singulos fere tomos suae edit. praesertim t. IV; Lamy pariter in proleg. suae ed; Tillemont VIII, 259—319 et 736—59. Bollandus in Actis SS. 1. Febr. I, 49—75; Bickell in conspectu rei literariae Syrorum, Monasterii, 1871; Fessler-Jungmann § 132 ss.; Bardenhewer § 82; Nirschl § 146 s.; Zingerle KL. IV, 677—81; Burkitt S. Ephraim's Quotation from the gospel. Collected and arranged, Cambridge 1901 in Texts and Studies ed. by J. Robinson VII, 2, opus pro judicio critico de scriptis s. Ephraemi valde opportunum.

mitae et s. Mariae ejus neptis († 366) accurate descripta habes in Act. SS. 16. Mart. II, 434—444; Migne P. L. LXXIII, 281—292. Ea aramaice primum edidit Lamy in Anal. Bolland. 1891 X, 10—56. — De opere s. Ephraemo supposito, quod est compilatio legendarum de primitiva humani generis historia usque ad passionem Christi cf. Bezold Die Schatzhöhle aus dem syrischen Urtext (qui postea 1888 prodiit) metrisch ins Deutsche übersetzt und mit erklärenden Anmerkungen versehen, Leipzig 1883.

110. Jam ante s. Ephraem floruit Jacobus Aphraates ‚Sapientis Persae' cognomine honoratus[1]), de cujus vita parum admodum scimus. Patria et genere Persa vel saltem ex Syria orientali Persarum ditioni subjecta fuisse videtur, et quondam paganus: professione erat monachus, dignitate episcopus in monasterio Mar (i. e. sancti) Matthaei haud procul a Mossul distanti († p. a. 356). Innotuit nostra aetate homiliis seu tractatibus moralibus fere seu asceticis 23 in textu originali (a Wright a. 1869) repertis, quos Aphraatis esse evicit, non Gregorii Thaumaturgi seu Jacobi Nisibeni, ut conjecerat Nic. Antonelli, qui illorum versionem armeniacam Romae a. 1756 (Venetiis 1765) ediderat. Pretiosissimi censentur hi tractatus, jam propter aetatem (336—345) venerandi (sunt enim antiquissimum ecclesiae syriacae monumentum, quo fruimur), praesertim propter linguam[2]) et propter testimonia, quae complectuntur pro variis fidei catholicae dogmatibus, ut de s. eucharistia, de sacrificio missae et confessionis necessitate. Profitetur vero et errorem postmodum Nestorianis syris communem de somno animarum post earum a corpore separationem ad diem usque resurrectionis. Illas (19) edidit primum, ut diximus, N. Antonelli sub nomine Jacobi Nisibeni cum versione latina (quae exstat etiam in Gallandi Bibl. t. V.), quae tamen est potius paraphrasis quam versio fidelis; dein Wright: The homilies of Aphraates, the Persian Sage etc., Londini 1869; Parisot syriace et latine Parisiis 1894, in patrol. syr. accur. Graffin; plures germanice versas edidit Bickell: *Ausgewählte Schriften* der syrischen Kirchenväter Aphraates, Rabulas und Isaak von Ninive, Kempten 1878; omnes germanice versas Bert in Gebhard et Harnack Texte und Untersuchungen, Leipzig 1888, t. III. fasc. 3.

111. Idem diligentissimus rei Syrorum scrutator G. Bickell germanice edidit: *Ausgewählte Gedichte* der syrischen Kirchenväter Cyrillonas, Balaeus, Isaak von Antiochien und Jakob von Sarug, Kempten 1872. Porro horum primus Cyrillonas

---

[1]) Praetermittimus Papa Catholicum seu patriarcham seleuciensem ab a. 266-335, cui nonnullae literae tribuuntur, de quorum tamen genuinitate merito dubitatur, neque ad rem nostram magni sunt momenti. Cf. de ipso hisque litteris accurate disserentem O. Braun Zeitschr. für k. Theol. 1894 p. 163—182; 546—565.

[2]) Der Ausdruck des Verfassers ist klar und einfach, aber recht breitspurig. In philologischer Hinsicht sind seine Schriften von unschätzbarem Werthe, insbesondere für die syrische Syntax von geradezu grundlegender Bedeutung. Seine syrische Sprache ist eben noch durchaus rein und originell, nicht vermischt mit fremden Elementen, namentlich nicht beeinflusst vom Griechischen. Bardenhewer § 81 n. 2. Cf. de nostro auctore Fessler-Jungmann § 137; Forget de vita et scriptis Aphraatis diss. historico-theol. Lovanii 1882; J. M. Schönfelder Theol. Qtlschr. 1878. LX, 195—256; Sasse Prolegomena in A. sermones, Lipsiae 1878: Kaulen KL. I, 1007; Duval la littér. syr. pag. 225 ss. Georgius episcopus jacobita arabum ep. edita a 714 graviter impugnavit aliquot Aphraatis opiniones. Eam habes apud Forget op. cit.; versionem in Bertii ed. infra cit. p. XXXVII—LI.

diaconus, ipso judice praecipuus est post s. Ephraemum Syrorum poeta. Videtur fuisse Edessenus, s. Ephraemi discipulus et forte ex sorore nepos. Floruit c. 395. Ex ejus carminibus praeclara adducere licet pro variis fidei catholicae dogmatibus testimonia[1]). Textum syriacum sex carminum exhibet Bickell Zeitschr. der deutschen morgenld. Gesellschaft 1873 XXVII, 366—98 (coll. 1881 XXXV, 531 ss.). — De aliis tribus scriptoribus syris supra nominatis sec. seq. agemus. — S. Simeonis Barsabae martyris et archiepiscopi seleuciensis tria tantum supersunt *carmina* in officio Nestorianorum servata[2]). Floruisse videtur circa medium sec. IV.

112. In illustrandis s. Scripturis quam plurimi versati sunt. In primis omnes illi magni Ecclesiae doctores et scriptores quorum supra jam mentionem fecimus, ut Hilarius pict., Athanasius, Basilius, uterque Gregorius nazianzenus et nyssenus, Ambrosius, Cl. M. Victorinus, Didymus alexandrinus, Ephraem. His jam alios addemus[3]). Eustathius

[1]) Cf. Streber KL. III, 1281; Nirschl II, § 149; Duval op. cit. p. 337.

[2]) Cf. Bickell in Conspectu rei Syr. liter. pag. 18.

[3]) In divinis literis illustrandis praeterea versati sunt: Acacius, quem quia luscus erat μονόφθαλμον nuncupabant, caesariensis ecclesiae in Palaestina episcopus, unus ex praecipuis arianae haeresis antesignanis, non minus eruditione ac dictionis elegantia quam animi levitate et inconstantia notissimus († 366). „In tantum autem sub Constantio imp. claruit, ut in Liberii locum Romae Felicem episcopum constitueret.“ Elaboravit juxta Hieronymum de viris ill. c. 98 *in Ecclesiasten* 17 volumina, *variarum quaestionum* sex; Αντιλογία adversus Marcellum ancyranum pro Asterior (Cf. Epiphanium haer. 72 n. 6—10), *vitam* Eusebii caesariensis magistri sui, quae tamen omnia perierunt praeter fragmenta et *expositionem fidei* in synodo seleuciensi a 359 contra fidem nicaenam editam (ib. genere Pamphylius, Sidetes, in persecutione Diocletiani et Licinii gloria confessionis illustratus, primum Beroae Syriae fuit episcopus, communi dein suffragio evocatus est ad sedem antiochenam (a. 325), primusque ecclesiae antiochenae episcopus, ut scribit s. Hieronymus ep. 73 n. 2, contra Arium clarissima tuba bellicum cecinit. Interfuit synodo nicaenae et ob sedis

haer. 73 n. 25). Cf. Fessler-Jungmann II § 131; Loofs Realencycl. für protest. Theol. I³, 125—127; Hergenroether KL. I, 145. — Theodorus Heracleae Thraciorum episcopus, seminarianus, qui in conciliabulis Tyri 341 et Antiochiae 341 contra Athanasium habitis sedit, hinc a concilio sardicensi a. 347 depositus († 355). Hic „elegantis apertique sermonis et magis historicae intelligentiae edidit . . . commentarios *in Matthaeum* et *in Joannem* et *in Apostolum* et *in Psalterium* (Hieronymus de vir. ill. c. 90),“ qui tamen paucis exceptis fragmentis perierunt. Commentarius vero *in Psalmos*, quem sub ejus nomine edidit Corderius in Catena PP. graec. in Psalmos, Antverpiae 1643, ipsi abjudicatur, est enim posterioris Theodori compilatio ex scriptis veterum. Cf. Maranus in praef. opp. s. Basilii t. I praef. § VIII n. 41-50; Fessler-Jungmann § 131. — De Fortunatiano natione afro, episcopo aquilejensi, sed sectae seminarianae, refert Hieronymus de viris ill. c. 97, eum „imperante Constantio, in Evangelia titulis ordinatis brevi et rustico sermone scripsisse commentarios,“ qui tamen perierunt. Cf. Tillemont VI, 364—419. — Praetermittimus Hilarium Sardum, diaconum, cui quondam, sed immerito, tributa fuere commentaria *in XIII ep. Pauli* sub Ambrosiastri nomine notissima (cf. supra p. 183) et *quaestiones in V. ac N. T.* (in appendice opp. s. Augustini Migne XXXV, 2213-2416). Hic a Liberio cum Lucifero, Eusebio et Pancratio missus fuit ad concilium mediolanense (354, et jam antea 353 ad conc. arelatense) atque strenue stetit pro fide nicaena, pro qua a Constantio imp. verbera et exsilia est passus, sed nimio zelo abreptus defecit ad Luciferanorum schisma, scripsitque libellos *de haereticis rebaptizandis*. — Praetermittimus et Wulfilam (Ulfila, Gulfila etc.) gente Gothum, ab Eusebio nicomediensi episcopum pro Gothis ordinatum (ante a. 341) et haeresi

dignitatem, doctrinae virtutisque famam orationem habuit ad Constantinum imp. Theodoreto teste H. E. 1, 7. Cum in ea synodo strenue pro vera stetisset fide, Arianos a communione excluderet et quamplurima adversus eorum dogma scripta componeret, mirum non est eum illorum in se concitasse iram. Hinc uterque Eusebius nicomediensis et caesariensis eum erroris sabelliani aliorumque accusarunt criminum, et in synodo episcoporum suae factionis Antiochiae 330 habita desposuerunt depositumque Constantius imp. ex arianorum suggestione in exsilium Trajanopolim Thraciae misit (330). Verum sui gregis curam ad obitum usque (c. a. 360, juxta alios jam 337) quam plurimis egit epistolis. Merito propterea praecipuis haeresis arianae adversariis accensetur. Ex ejus scriptis, cujusmodi sunt *contra Arianos* ll. VIII; contra eosdem *de anima* etc., praeter fragmenta reliqua est tantum diss. *de Engastrimytho,* in qua adversus Originem negat, pythonem vere suscitasse animam Samuelis (1 Reg. 28), spectrum tantum in phantasia regis a daemone

arianae prorsus addictum, qui gentem illam ad Christum convertit, sed et haeresi ariana infecit († 383; secundum alios 381—88). Ipse vertit s. Scripturam ex graeco in linguam gothicam, quae versio laudatur et proditingenium sagax. Magna ejus pars ad nos pervenit et saepe prodiit Migne P. XVIII, 497—879; cur. Bernhardt Halle 1875 ed. optima; ib. 1884 cum glossario. Cf. Kaulen KL. 12, 188 ss.; Einleitung, Freiburg 1898 1[a], 168 ss., Kauffmann Texte und Untersuch. zur altgerm. Religionsges., Strassburg 1899; F. Vogt allg. deutsche Biogr. 44, 270—86 et literaturam ab his auctoribus citatam. Kauffmann ei asserere nititur opus imperfectum *in Matthaeum*, quod inter opera spuria s. Jo. Chrysostomi reperitur, sed, ut videtur, immerito. Ipsius forte sunt fragmenta commentarii *in Ev. s. Lucae*, reperta et edita a Mai Scr. vet. nov. coll., Romae 1828 III, 2, 186—237, apud Migne P. L. XIII, 593-628. Exstat Auxentii dorosterensis ep. de fide, vita et obitu Wulfilae, quam edidit Kauffmann Strassburg 1899.

fuisse excitatum. Qua occasione praeclare disputat de sensu literali s. Scripturae carpitque nimium Origenis pruritum omnia allegorice interpretandi[1]). Eam cum fragmentis aliorum operum optime exstat in Gallandi bibliotheca t. IV et Migne P. G. XVIII, 613—74. Ibidem p. 703—1060 prostant: Commentarius *in Hexaemeron* sive potius chronicon usque ad tempora Judicum, magnis encomiis ab Allatio, qui illum reperit, laudatus atque notis illustratus; *allocutio* (quam habuerit in conc. nicaeno) ad Constantinum imp. (ib. 673—676), quae genuina non censentur.

113. In eadem ecclesia antiochena inclaruit Diodorus parentum nobilium filius. Athenis, dein Antiochiae magistro utens praeprimis Eusebio emeseno, profanis sacrisque studiis incubuit, in quibus sicut et in ascesi magnos fecit progressus, imo praefuisse videtur monasterio. Tempore tristis schismatis, quod diu turbaverat ecclesiam antiochenam, strenue cum Flaviano[2]) amico suo orthodoxorum egit causam curamque gessit gregis catholici contra Arianos. »Flavianus et Diodorus, ita Theodoretus H. E. IV, 22 (Migne LXXXII, 1183) tamquam rupes quaedam irruentes fluctus frangebant. Meletio enim pastore ipsorum remotis in locis degere coacto, gregis

[1]) Cf. Jahn des hl. Eusthachius Erzb. v. A. Beurtheilung des Origenes etc. Lipsiae 1877, qui etiam in Texte und Untersuch. zur Gesch. der altchrist. Lit., herausgeg. v. O. v. Gebhardt und A. Harnack II fasc. 4. Lipsiae 1886, curavit novam ed. hujus diss. et hom. Origenis *de pythone* (cf. supra p. 59); Schleyer KL. IV, 1016.

[2]) Flavianus episcopus antiochenus († 404) auctor fuit aliquot homiliarum et commentarii *in Evangelium s. Lucae*, forte et *in Ev. s. Joannis*, quae tamen interciderunt. Contra Messalianos seu Euchitas synodum habuit atque epistolis quoque contra eos egit, ut testantur Theodoretus H. E. IV, 10 et Photius cod. 52.

illi curam susceperant, lupis quidem fortitudinem ac sapientiam suam opponentes, ovibus vero convenientem curam impendentes . . . At sapientissimus quidem fortissimusque Diodorus quasi fluvius quidam limpidus et ingens, suos quidem irrigabat, adversariorum vero blasphemias diluebat, nec generis splendorem considerabat, sed aerumnas pro fide libenter sustinebat.« Propter fortitudinem suam et zelum maxime exosus erat Juliano Apostatae, ut id testantur hujus literae apud Facundum Hermianensem pro def. trium capit. IV, 2 (Migne LXVII, 621). Duos plane illustres, dum Antiochiae degeret et doceret, discipulos habuit, Joannem scil., postea cognominatum Chrysostomum[1]), et Theodorum, postea episcopum mopsuestenum, Nestorianismi veluti patrem. A Meletio ordinatus est a 378 episcopus tarsensis. Interfuit a 381 concilio constantinopolitano magnique a Theodosio imp. est factus († ante a. 394). Plurima reliquit scripta, exegetica praesertim, integram enim s. Scripturam eum commentariis illustrasse refert Leontius byzantinus de sectis IV, 3. Eorum catalogum bene longum exhibent Suidas in suo Lex. sub v. Diodorus, et Fabricius bibl. gr. IX, 272—282 scil. *de fato* ll. VIII, *adversus ethnicos, adversus Photinum,* Malchionem, Sabellium et Marcellum anc., *Chronicon,* quo errata ab Eusebio in l. de temporibus admissa emendantur; de eo *quod sit unus Deus* in Trinitate adversus Arianos; *contra Melchise decitas; contra Judaeos; de resurrectione carnis, de anima; de providentia; de Deo et falsa Graecorum materia; contra Manichaeos, de Spiritu s., adversus Syniastas;* de differentia theoriae et allegoriae[2]) etc. Sed exstant tantum fragmenta sat tenuia, praesertim ex ejus commentariis in s. Scripturam. Se opposuit, ut moris erat scholae antiochenae, methodo origenianae nimis inhiandi sensui allegorico, studiosus sensus literalis et naturalis s. Scripturae. Exstant haec fragmenta plerumque ex catenis collecta, hinc non semper satis, certa apud Migne P. G. XXXIII, 1561—1628 graece tantum. Ex ejusdem op. *de fato* ll. VIII copiosa excerpta exhibet Photius bibl. cod. 223 (Migne P. G. CIII, 829—77); Excerpta quaedam syriaca edidit Lagarde in Anal. syr. p. 91—100. Nostra aetate A. Harnack in l. Diodor v. Tarsus. Vier pseudaugustinische Schriften als Eigenthum Diodors nachgewiesen in Texte u. Unters. N. F. VI, 4, Leipzig 1901, ei asserere nititur: 1. *Quaestiones et responsiones* (161) ad orthodoxos, quas ipsius suspicatus est J. La Crose in ep. 1721 ad Mosheim (in l. c. p. 10—15). 2. *Quaestiones* (15) *gentilium* ad Christianos de incorporeo, de Deo et de resurrectione mortuorum, et 3. *quaestiones Christianorum* (5) ad gentiles cum horum responso et hujus refutatione; 4. *confutatio dogmatum* Aristotelis. Tria priora opuscula exhibet in linguam germanicam versa p. 69—230 et ex 4. praecipua capita. Dum viveret Diodorus magno in honore est habitus: sed ex nimio fervore, quo pugnavit contra Arianos et praesertim Apollinaristas, irrepserunt plura imprudenter dicta in ejus scripta, quae germina continent Nestorianismi, adeo ut hujus haeresis habeatur avus: hinc post mortem orta hac haeresi plurimum obscurata est ejus fama, adeo ut patribus accenseri jam non possit, quamvis bona fides et intentio satis eum excuset a macula haeresis formalis.

114. Aquilinus Gajus Vettius Juvencus »nobilissimi generis, hispa-

[1]) S. Jo Chrysostomus elegantem habuit in magistrum suum orationem, qua modeste laudes ab illo sibi publice tributas, in ipsum referre studet Migne P. G. 41, 761—65.

[2]) Cf. de hoc praesertim opusculo Kihn Theol. Qtlschr. 1880 LXII, 531—582; Bardenhewer § 72 et KL. III², 1765—68.

nus presbyter, quatuor Evangelia hexametris versibus pene ad verbum transferens quatuor libros composuit:«[1] quod »laboriosum opus non spernimus, sed miramur,« legimus in decret. de ll. recip. Gelasio tributo. Specimen est harmoniae evangelicae, olim *historia evangelica* inscriptum, in quo Matthaeum eum pro opportunitate ex aliis tribus evangeliis supplens et complens sequitur. Opus arte poetica confectum[2] magno usui et in pretio erat medio aevo: et propter illud a nonnemine ipse »Virgilius christianus« est salutatus. Prodiit cura A r e v a l i Romae 1792, ed. egregia, recepta a M i g n e P. L. XIX, 1—395; M a r o l d Lipsiae 1886; H u e m e r Viennae 1891 in corp. scr. eccl. lat. t. XXIV etc. Eodem metro nonnulla ad sacramentorum ordinem pertinentia scripsit, quae tamen perierunt. Dubia videtur *Historia veteris Testamenti* usque ad mortem Josue pariter scripta versibus, quam exhibet P i t r a in Spicilegio solesm. I, 171—261; *Genesim* jam A r e v a l u s in sua ed. Auctor si non est ipse Iuvencus, aliquis forte est ex suis discipulis vel ei aequalis: probabiliter est C y p r i a n i galli, de quo infra. — Carmen elegans, politum et doctum *de laudibus Domini* (M i g n e l. c. p. 379-395) dubium vel suppositium est, scriptoris tamen aequalis. Prodiit accurate cur. W. B r a n d e s, Braunschweig 1887. Floruit Juvencus circa a. 330. — »T r i p h y l l i u s Cypri ledrensis sive Leucotheon episcopus, eloquentissimus suae aetatis et sub rege Constantio celeberrimus fuit. Legi ejus *in Cantica Canticorum* commentarios. Et multa alia composuisse fertur, quae in manus nostras minime pervenerunt.« Ita H i e r o n y m u s de viris ill. c. 92. Hujus scriptoris nemo veterum meminit, nisi obiter S o z o m e n u s H. E. I, 11; scriptorum vero nullum reliquum est, ne fragmentum quidem. — Exeunte sec. IV. floruisse videtur J o s e p h u s quidam, scriptor plane ignotus, quem nonnemo sec. X. assignare vellet, cujus *liber memorialis in V. et N. T.* seu epitome quaedam complectens brevibus responsis res potiores s. Scripturae a T h e o d o r o archiepiscopo cantuariensi a 670 in Anglia allatus exstat in bibl. G a l l a n d i t. XIV et in M i g n e P. G. CVI, 15—176.

115. Quosdam nominemus, qui de h i s t o r i a ecclesiastica meruerunt. Primus occurrit E u s e b i u s a sede, quam tenuit, caesariensis[1] cognominatus, vir vere eruditus, qui merito »Pater historiae ecclesiasticae«, et »Herodotus christianus« est appellatus. Nominis tamen gloriam favore, quem Arianis impendit, et agendi ratione, quam adversus s. Athanasium ostendit, turpiter maculavit. Patria fuit palaestinus n.

---

[1]) H i e r o n y m u s de vir. illustribus cap. 84. Cf. G e b s e r diss. de Iuvenci vita Gesch. der Lit. des MA. I, 2, 1; S c h r o e d l KL. VI, 2076—2078.

[2]) Dass das Gedicht bei so engem Anschluss an den Text nicht nur fliessende Verse, sondern dichterisch schöne Partien enthält, ist ein Beweis für die Begabung und den ausdauernden Fleiss des Dichters, so dass man nicht mit Unrecht die Arbeit einen labor propemodum herculeus genannt hat (D a n k ò hist. revel. div., Vindobonae 1867 XVII). Ita Christ. P e s c h Zeitschr. für kath. Theol. 1886 X, 235; B a r d e n h e w e r § 88 n. 1, qui testatur: Bis tief ins Mittelalter hinein hat das Werk sich grosser Beliebtheit erfreut und zahlreiche Nachahmungen gefunden.

[1]) Distingui ab eo debet E u s e b i u s a sede n i c o m e d i e n s i s dictus; qui magna fruebatur gratia et auctoritate apud Constantium imp., qua pessime est abusus in Arii favorem et contra s. Athanasium († 341 vel 342). Praeditus erat eloquentia et in rebus gerendis sagacitate. Nullum reliquit opus: supersunt tantum epistola et ep. ad Arium fragmentum. Cf. F r i t z KL. IV, 1009; F a b r i c i u s - H a r l e s s in bibl. gr. VII, 335-418, qui p. 409 amplius 60 alios enumerat Eusebii nomine insignitos. Ibidem ad ostendendam Eusebii eruditionem scriptorum, quos citat vel laudat, catalogos bene longos exhibet p. 372-394; 346—364.

a. 265; plurimum profecit in schola s. Pamphili presbyteri et martyris (cf. 63): hinc gratitudinis ergo voluit appellari Eusebius Pamphili, eique in carcerem conjecto fideliter adstitit ejusque vitam ll. 3 descripsit (quae tamen periit). Persecutionis vim fugiens recessit in Aegyptum, sed ibidem fuit captus et in carcerem conjectus. Persecutione sedata Caesaream rediit factusque est episcopus (313 vel 314). Plurimum gratia valuit apud Constantinum imp., qui eum et absentem literis salutabat et praesentem honoribus cumulabat. Interfuit concilio nicaeno, in quo mediam voluit inire viam inter orthodoxos et arianos, subscripsit tamen symbolo nicaeno, nunquam tamen usus est vocabulo ὁμοούσιος. Inconstans in fide arianos fovebat, interfuit eorum conventibus, in quibus depositi fuere Eusthathius antiochenus (cf. supra p. 187) et s. Athanasius. Neque apertus arianus, neque sincerus catholicus[1]) decessit c. a. 340. Si male meruit de Ecclesia sui temporis, optime meruit de Ecclesia subsequentium aetatum, quatenus suis operibus vere eruditis pretiosa asservavit fragmenta ex scriptis patrum primorum seculorum. Ab Hieronymo de vir. ill. c. 81 dicitur »in Scripturis divinis studiosissimus et bibliothecae divinae cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator.«

116. Inter ejusdem opera primum locum ob utilitatem et momentum merent opera historica. *Chronicon* seu chronica seu παντοδαπὴ ἱστορία, quae duabus constat pp., quarum prior exhibet chronologiam singularum nationum ex monumentis historicis collectam, altera per columnas chronologice dispositas ab Abrahamo usque ad a. 325 p. Christum synchronismum gestorum variarum nationum ob oculos ponit, quam etiam κανὼν χρονικός inscripsit. Operis originalis fragmenta tantum supersunt et duplex versio: una latina s. Hieronymi partis posterioris, qui tamen de suo multa interserit, ut difficile sit divinare, quid sit auctoris, quid interpretis; altera armena concinnata jam sec. V. accurata utramque exhibet p. ultima solum prioris p. sectione excepta. Prodiit haec versio armena (cum interpretatione latina et additis suis locis fragmentis graecis) cura S. B. Aucherii inscripta Eusebii *chronicon bipartitum,* Venetiis 1818 pp. 2; in Mai Script. vet. nova collectione t. VIII; Migne P. G. t. XIX; optimam ed. totius chronici curavit A. Schoene Berolini 1866-1875 t. 2 in 4. Confer ejus l. Die Weltchronik des Eusebius in ihrer Bearbeitung durch Hieronymus, Berlin 1900, in quo fructum suorum studiorum circa Eusebii opus et Hieronymi versionem exhibet. Eruditissime de Eusebii op. disputarunt Arn. Pontacus in apparatu ad illud in Hieronymi opp. t. VIII, p. 2; Vallarsi ib. p. 1; Hier. de Prato in edd. opp. Sulpicii Severi t. II, diss. 2. 3. et l. cui titulus: De Chronicis ll. ab Eusebio caes. scriptis et editis Venetiis 1750. — Aliud Eusebii opus propter antiquitatis monumenta et fragmenta, quae complectitur, copiosus et pretiosissimus fons est ejus *Historia ecclesiastica* ll. X a christiana religionis exordiis ad a. 324. L. VIII. subjicitur l. *de martyribus Palaestinae* (intra a. 303—10), quo in l. narrat quae ipse rebus gestis praesens viderat et audierat. Duplex est hujus l. recensio: brevior, quae integra adhuc exstat; altera prolixior, quae si fragmenta excipias, in versione syriaca superest. Plura fragmenta exhibent Anal. boll. XVI, 113—139. De relatione harum recensionum ad invicem disputant eruditi[1]). Collegerat etiam acta cuncto-

[1]) Veterum testimonia tum eorum, qui pro ipso steterunt, tum eorum, qui ejus fidem in dubium vocant, collegit H. Valesius in sua ed. Hist. eccl. Eusebii.

[1]) Cf. A. Halmet Die paläst. Märtyrer des Eusebius v. B. in ihrer zweifachen

rum martyrum; haec tamen collectio prorsus periit. — *De vita Constantini M.* ll. IV, in qua tamen omittit praelia et triumphos narratque tantum nimis encomiastice ea, quae imperator gessit ad Dei cultum et christianae religionis profectum, silentio involvens totam arianae haeresis historiam. Accedit oratio *de Constantini M. laudibus* pronunciata in ejus triennalibus Constantinopoli a. 335 ab ipso Eusebio. Haec omnia habes in optima ed. *Historiae ecclesiasticae* ab H. Valesio (cum aliis historiographis eccl. veteribus) adornata graece et latine, Parisiis 1659; 1677 in f.; W. Reading Cambridge 1720 t. 3 ed. aucta emendata, commoda; E. Zimmermann, Francofurti 1822 t. 2 in 8; Heinichen Lipsiae 1827—28 t. 3 in 8; 1868—1870; Burton Oxonii 1838; Migne P. G. t. XX; Schwegler Tubingae 1855; Laemmer Schaffhausen 1859; Dindorf Lipsiae 1871 ed. manualis, *Vita* et *laus* Constantini cum oratione (spuria) ad PP. conc. nic. editae sunt ab J. A. Heikel Lipsiae 1902. De historiae versione a Rufino adornata infra loquemur. Versionem germanicam ex syriaco dedit Nestle Lipsiae 1901 (Texte und U. VI N. F. fasc. 2).

117. Ad s. Scripturam illustrandam[1]) haec spectant: *In 150 psalmos commentarii* juxta Hieronymum de vir. ill. c. 81 eruditissimi, in quibus multum utitur Origenis laboribus: literalem tamen sensum etiam persequitur. Supersunt tamen tantum commentarii integri in psal. 51—95; in alios usque ad ps. 118 fragmenta ex catenis saepe dubia vel etiam supposita, in Montfaucon nova collectione PP. et scriptorum graecorum, Parisiis 1706 t. 1; Migne t. XXIII; supplementa dedit Pitra in Analectis sacris III, 365—520; fragmenta commentariorum in psalmos sequentes Mai (in nova PP. bibl. IV, I, 65—107; Migne XXIV, 9—76). Mercati in magna catena bibliothecae ambrosianae reperit prolixa fragmenta in ps. 96—150, adeo ut magna ex parte restitui possint Eusebii in psalmos commentarii[1]). — Commentarii *in Isaiam* fere integri supersunt, quos saepe s. Hieronymus secutus est: in iis tamen nimis arbitrariis indulget allegoriis. — *Canones* sive indices decem harmoniae Evangeliorum, latine redditi ab Hieronymo, in quibus notatur, quid ab omnibus quatuor evangelistis, quid a tribus, vel duobus, quid ab uno solo refertur. — Libri III *quaestionum evangelicarum*, quorum excerpta seu capita selecta nostra aetate reperta atque edita sunt ab A. Mai (in collect. nova vet. Script. t. 1), in iis, de quibus evangelistae discrepare videntur, solvendis versantur. — Sat copiosa fragmenta commentarii *in Lucam* supersunt. — *De locis hebraicis*, qui scil. occurrunt in libris V. T., ordine alphabetico recensentur et topographice determinantur. Hic l. fragmentum esse videtur op. majoris, topographiae scil. Palaestinae et urbis hierosolymitanae. Illum s. Hieronymus latine vertit auxitque, hinc optime prostat inter ejus opera ed. Vallarsi III, 121—290; Migne P. L. t. XXIII; ediderunt etiam Larsow et G. Parthey Eusebii *Onomasticon* urbium et locorum s. Scri-

Form. Eine Untersuchung zur Entstehungsgeschichte der Historia eccl. des Eusebius v. C., Essen 1898; Violet die paläst. Märtyrer des Eus. v. C., ihre ausführlichere Fassung und deren Verhältniss zur kürzeren, Leipzig 1896 (Texte und Unters. XIV, 4).

[1]) Cf. Bardenhewer § 62 n. 3: Mit hervorragendem Talente für Geschichtsdarstellung verband Eusebius grosse Vorliebe für exegetische Studien. Doch mangeln ihm gesunde und klare hermeneutische Grundsätze, und ist es im Wesentlichen die Art und Weise des Origenes, welche in seinen exegetischen Schriften vorherrscht.

[1]) Cf. Reale Istituto Lombardo di scienze e lettere. Rendiconti Ser. II vol. XXXI, 1037 ss.

pturae, Berolini 1862 in 8; et Lagarde *Onomastica sacra,* Göttingae 1870.

118. Eusebius reliquit insuper eruditissima opera apologetica, quibus veritatem fidei christianae adversus gentiles tuetur: *Praeparatio evangelica* ll. XV, quibus incomparabilem religionis christianae et etiam judaicae praestantiam prae quibusvis aliis cultibus vel systematibus philosophicis ostendit; inanem gentium doctrinam vellicat, quamque dissoni inter se fuerint illarum philosophi patefacit. Hujus operis veluti continuatio est *Demonstratio evangelica:* ex ll. XX supersunt tantum X, in quibus religionis christianae veritatem tuetur [1]). Horum duorum operum compendium est *de Theophania* ll. V, cujus fragmenta ampla graeca cum versione latina primum publicavit card. Mai bibl. nova PP. t. IV, integrum opus syriace versum (jam a 411) reperit Tatta in monasterio deserti Nitrici edidit que S. Lee cum versione anglica, Londini 1842; Canterbury 1843. — Eundem fere scopum persequuntur *Eclogae propheticae* de Christo, ll. IV, qui pars sunt op. majoris ll. X comprehensi inscripti *generalis elementaria introductio:* exhibent vero vaticinia messiana. Seorsim prodierunt cur. Th. Gaisford, Oxonii 1842 in 8. — Liber *contra Hieroclem* Bithyniae praesidem, infensum religionis christianae hostem, qui opus contra Christianos libris 2 comprehensum ediderat: in quo Christo opponit famosum Apollonium Tyaneum. Hanc comparationem praesertim refellit Eusebius ostendens quam indigna fide sint quae de Apollonio fabulantur gentiles. — Libri II *contra Marcellum* scil. ancyranum (cf. pag. 172) ex mandato concilii constantinopolitani a. 336, in quo ille ab Arianis fuerat depositus. Contra eundem ll. III *de ecclesiastica theologia.* In hisce nititur evincere, Marcellum incidisse in Sabellii errores ideoque merito fuisse depositum. Haec tria opera, quae modo laudavimus, junctim prodierunt cur. Gaisford Oxonii 1852. — Opusculi *de solemnitate paschali* Constantino M. valde accepti et jam olim in linguam latinam versi insigne exstat fragmentum, in quo praeclare disserit de paschate christiano deque sacrificio missae. Primum editum est a Mai in nova PP. coll. t. IV, 208—216. — *Sermones XV,* qui sub ejus nomine solum in versione latina a Sirmondo sunt editi, Parisiis 1643, ex integro saltem non videntur genuini. — Ex *epistolis* duae tantum supersunt, una ad Caesarienses, in qua rationem reddit de admissa consubstantialis professione in synodo nicaena (apud Socratem H. E. 1, 8; Theodoretum 1, 11), altera ad Constantiam Augustam, Constantini sororem de Christi imaginibus, quas non admittit, quod Christus, ut opinabatur, imagine exprimi non possit. Hanc ex parte exhibet Nicephorus CP. († 826) atque refellit. — Exstant quaedam fragmenta *de vitis prophetarum* etc. Plura opera perierunt, inter quae *in Isaiam ll. X,* et *contra Porphyrium,* qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ll. XXX, de quibus XX ad Hieronymum devenerant etc. — Nulla exstat editio operum omnium Eusebii praeter eam, quam exhibet in P. G. t. XIX—XXIV Migne. Praestantiores ed. operum praecipuorum supra jam indicavimus [1]).

[1]) *Praeparationem evang.* ediderunt Heinichen Lipsiae 1842. 1843 t. 2 in 8; Gaisford Oxonii 1843 t. 4 in 8., qui etiam edidit *Demonstrationem evang.* Oxonii 1852 t. 2, pariter et *l. adversus Hieroclem, contra Marcellum* et *de ecclesiastica theologia* ib. 1852. Praeparationem et demonstrationem ev. cum H. E. edidit et Dindorf Lipsiae 1867—1871 t. 4. Cf. Faulhaber Die griechischen Apologeten der klass. Väterzeit, Würzburg 1895; A. Seitz, Die Apologie des Christenth. bei den Griechen des 4. und 5. Jahrh., ib. 1895.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 85 ss.; Bardenhewer § 62. et KL. IV, 1001—

119. Quintus Julius Hilarianus, episcopus in Africa proconsulari, concinnavit stilo quidem barbaro libellum chronologicum *de duratione mundi* sive de cursu temporum ab o. c. usque ad a. Christi 397, qui passim prodiit[1]) in bibliothecis PP.; sicut et libellum *de die paschae et mensis* non cum Judaeis, sed die dominica prima ab aequinoctio mensis lunaris celebrando. Utrumque libellum exhibent praeter alios Gallandi t. VIII, et Migne P. L. XIII, 1097—1114; priorem etiam edidit C. Frick inter Chronica minora, Lipsiae 1892 I, 153—174. — Timotheus episcopus alexandrinus[2]), vitae probitate omnibus carus († 7 vel 20 Julii 385) *vitam monachorum* in Thebaide vitam agentium literis consignavit, quod tamen opus periit; alii vero illud Timotheo berytensi (381—449) tribuunt. *Responsa canonica* sub ejus nomine publicavit Pitra in juris eccl. graecorum historia et mon. Romae 1894. I, 630—45 et jam ante Beverigius in Synodico, Oxonii 1672. II, 165; Gallandi bibl. VII, 345—50; Migne P. G. XXXIII, 1293—1310, ubi habes et brevem ejusdem *epistolam* ad Diodorum Tyri ep., quam Facundus herm. nobis asservavit l. IV. c. 2. — Eusignius (Asignius) scriba a memoriis, testis oculatus descripsit *vitam et passionem s. Basilisci M.* cappadocis († c. 308), quam habes in Actis SS. 3 Mart. I, 237—341. Idem forte est cum eo, qui Juliano Apostatae fidem exprobravit Constantini M., ideoque senex a. 110 capite fuit truncatus (c. a. 633).

120. Sicut Epiphanius in Oriente longum haeresum catalogum (intra a. 374—377) texuit (de quo infra), ita in Occidente eodem fere tempore haereses recensuit s. Philastrius (Philaster) episcopus brixiensis, vir per omnia apostolicus, qui zelo fidei „circumiens universum pene ambitum romani orbis, dominicum praedicavit verbum Pauli apostoli idoneus imitator exsistens. Sancto enim Spiritu plenus, non solum contra gentiles atque Judaeos, verum etiam contra haereses omnes et maxime contra furentem eo tempore arianam perfidiam tanto fidei vigore pugnavit, ut etiam verberibus subderetur et in corpore suo stigmata D. N. Jesu Christi portaret. Nam et in mediolanensi urbe idoneus olim custos dominici gregis fuit, ariano repugnans Auxentio, priusquam b. eligereretur Ambrosius. Romae etiam non exiguo tempore moratus, multos et publica et privata disputatione lucratus in fide est[1]).“ Obiit ante a. 397 juxta quosdam jam 18. Juli 387. Enumerat haereses 156 notione haeresis sat laxe accepta, hinc jam 28 ante Christi adventum recenset, sed nullam saepe subjungit refutationem. Non caret erroribus historicis et chronologicis, stilus est humilis, subinde obscurus et implexus, textus librariorum incuria multis deformatus mendis[2]). Bonam ed. curavit Galeardus inter Card. Quirini veterum Brixiae episc. opera, Brixiae 1738, quam recuderunt Gallandi VII, 475—521 et Migne P. L. XII, 1049—1302; Oehler corpus haereseologicum, Berolini 1856. I,

1007. F. J. Stein Eusebius B. v. C. nach seinem Leben, seinen Schriften und seinem dogmatischen Charakter, Würzburg 1859 Nirschl II, § 100 ss.; Potthast p. 435 ss.; Preuschen apud; Harnack I, 550—587, qui diligenter Eusebii opera eorumque codd. et versiones etc. recenset; Salmon in op. A. Dictionary of Christian Biography II, 308—355.

[1]) Cf. Gelzer in op. Sextus Julius Africanus II, 1, 121—129.

[2]) Fessler-Jungmann I, 624.

[1]) Ita Gaudentius ejus in sede successor serm. 21 *de vita et obitu b. Philastrii*, ubi etiam ejus virtutes pluribus commendat.

[2]) Fessler-Jungmann § 130; Bardenhewer KL. IX, 1997.

1—185; Fr. Marx Viennae 1898 in Corp. script. eccl. lat. t. XXXVIII.

121. Ex romanis pontificibus hujus seculi speciali mentione digni sunt Julius I. romanus (337—352), qui fortitudine apostolica rexit Ecclesiam, cum Ariani omnia turbare tentarent plúresque illustres deposuissent episcopos, inter quos nominatim s. Athanasium. Horum tutelam in se suscepit pontifex, scripsitque hac in causa *epistolam* ad episcopos eusebianos spiritu apostolica plenam, e qua romani praesulis in universam Ecclesiam primatus tam splendide elucet, ut posteriores pontifices vix gravius illum sibi vindicaverint[1]). Reliqua est adhuc alia ejusdem praesulis epistola *ad Alexandrinos*. Alias epistolas ei supposuere Apollinaristae. — Julii in sede romana successor Liberius (352—66) fortiter stetit pro fide nicaena et s. Athanasio, hinc iras persecutionesque ex parte arianorum in se concitavit et a Constantio in exsilium Beroeam in Thracia (375—378) fuit pulsus. Ferunt eum calamitatibus et exsilii taedio demum fractum formulae fidei, si non aperte haereticae, saltem aequivocae subscripsisse, qua τοῦ ὁμοουσίου professio silentio premitur, et causam prodidisse Athanasii atque ita veluti recuperasse sedem suam. Verum jam praevalet sententia eruditorum narrationem hanc meram esse fabulam atque adversariorum ipsius calumniam. Hinc tot epistolae quibus ea nititur, sunt suppositae vel falsatae. Supersunt duodecim[1]) tantum ejusdem *epistolae*, quas diligenter accurateque exhibet Coustantius op. cit. *Sermonem*, quem habuit, dum Marcellinae s. Ambrosii sorori traderet velum, s. doctor nobis asservavit in suo op. de Virginibus l. 3 n. 1—3. Cf. omnia, quae ad eum spectant genuina et spuria apud Migne VIII, 1351-1411. Martyriologium vulgo Hieronymianum dictum eum sanctis accenset; ita et Ecclesia graeca 27. Aug., magnisque encomiis a veteribus celebratur. — Liberium excepit Damasus (366—384), patria Hispanus, secundum alios Romanus, cui tamen se opposuit Ursinus, unde graves ortae sunt turbae, quibus demum compositis operam dedit exstirpandis arianae haereseos reliquiis per superiorem Italiam vicinasque regiones, Spiritus s. divinitatem adversus Macedonianos asseruit, Apollinarii damnavit errores, Maximi Cynici ordinationem in episcopum CP. reprobavit, et Petrum episcopum alexandrinum ab Arianis sede pulsum peramanter excepit suaeque restituit sedi. S. Hieronymi opera est usus, ut Orientis Oc-

[1]) Edidit illam (cum altera ad Alexandrinos) Coustantius in sua egregia epist. rom. pont. editione, et exinde illam recepimus in opuscula ss. PP. selecta Oeniponti 1871 XVII, 138—182. Migne P. L. VIII, 857—926. De epistolis Julio suppositis cf. Veith Ep. nonnullae sub Julii nomine divulgatae, diss. inaug. Vratislaviae 1862; Caspari A. u. N. Quellen, 1879 p. 107. Eas reperies apud Migne l. c. p. 925—94; Lagarde in sua ed. Titi bostrensis p. 114-124; syriace in analectis syriacis p. 67—79; fragmenta ejus Moesinger in Monumentis syriacis II, 1—5.

[1]) Potiorem, quae primatus romani pontificis insigne est argumentum, reperies in opusc. sel. SS. PP. XVII, 182-190. Celeber archaeologus de Rossi interpretatur de Liberio insigne epitaphium, quo praeclare vindicatur ejus in fide constantia in Bulletino d'archeologia cristiana IV. 1883 p. 5 ss.; 1890 p. 123 ss. Verum alii id interpretantur de Joanne I. (Friedrich, sed omnino improbabiliter), vel de Felice II. antipapa (Mommsen), vel de Martino I., ut Funk magna probabilitatis specie in Kirchengeschicht. Abhandl. und Untersuchungen Paderborn 1897. I. diss. XVIII; sed cum et contra hanc conjecturam nonnulla excipiantur, conjicit, si epitaphium intelligi nequeat de aliquo episcopo romano, spectare forte ad Paulinum trevirensem, de quo supra egimus. Cf. de Liberio, praesertim de lapsu, qui ipsi objicitur, in primis Grisar KL. VII, 1945—1959; Stilting in Act. SS. 23. Sept. VI, 572—622; L. de Feis Storia di Liberio P. e dello scisma dei Semiariani; Roma 1894.

cidentisque consultationibus suo nomine responderet. Obiit senex 80 fere a. sub finem (10. Dec.) a. 384. Ex ejus *epistolis*[1]) reliquae sunt tantum XI vel XII fere synodicae. „Elegans insuper in versibus componendis ingenium habuit (s. Hieronymus de vir. ill. c. 103)“ ejus tamen *carmina* fere omnia perierunt: supersunt tantum *Epigrammata* circiter XI. seu inscriptiones vel epitaphia pro sacellis, aris, sepulchris, quae quamvis in leges metricas haud raro peccent, pretiosa tamen sunt propter varias notitias, quas complectuntur. Magnam industriam ad ea colligenda omnia, quae illustrem hunc pontificem spectant, adhibuit Ihm in op. Anthologiae latinae supplementa. t. 1. Damasi *epigrammata;* accedunt Pseudodamasiana aliaque ad Damasiana illustranda idonea[2]), Lipsiae 1895. S. Damasi *opera* collegerunt notisque illustrarunt M. Sarazanius Romae 1638; in f.; Merenda ib. 1754 in f.; ed. optima[3]); inde Migne XIII, 111-441. — Damasum in sede romana secutus est s. Siricius (384—398), cujus supersunt *epistolae* septem. Ea, quae est ad Himerium tarraconensem, celeberrima est et prima ex decretalibus romanorum pontificum, quae tulit aetatem. Plena est vigoris apostolici et zeli pro tuenda ecclesiastica disciplina, atque illustrissimum illius sollicitudinis argumentum, qua de universalis Ecclesiae bono ex munere a Christo sibi imposito romani pontifices jam olim curam gesserint[1]). Reperies has epistolas singulari diligentia editas a Coustantio op. cit. p. 621-712; et Migne P. L. XIII, 1131—96.

122. Praetermittere non licet s. Zenonem ex Africa forte oriundum, a sede quam illustravit dictum veronensem. Paganos sui temporis aggressus est, quorum haud paucos ad fidem adduxit, Arianorum erroribus et fraudibus in Italia superiori se objecit, de morum reformatione fuit sollicitus ac primus fuisse dicitur, qui in Occidente virginum monasteria aperiret. Non desunt qui eum martyrem obiisse contendant[2]) († c. 380). Reliquit *tractatus* longiores 16 et breviores 77, imo adeo breves, ut sint potius concionum synopses seu summaria. Sermones hi praeclaram veteris disciplinae ecclesiasticae imaginem exhibent, et insignia testimonia pro variis fidei dogmatis testimonia complectuntur[3]), suam propriam elegantiam et stili nitorem aliis scriptoribus latinis haudquaquam com-

[1]) Ex his V. propter insignem quam continet fidei confessionem contra Macedonium, Eunomium et Apollinarem haereticos, edidimus inter opuscula ss. PP. selecta XVII, 191—201.

[2]) Cf. Weyman hist. Jahrb. XIX, 89 s.; Revue d'hist. et de littérature relig. 1896 I, 58—73; J. Kayser Beitr. zur Gesch. und Erkl. der ältesten Kirchenhymnen, Paderborn 1881 ed. 2 p. 89—126.

[3]) Cf. de ejus epigrammatis de Rossi Inscriptiones christ. urbis Romae 1857—1888 t. 2, passim; Bulletino di Archeologia cristiana Ser. IV. a. 3 (1884—85) p. 7—31; Carini Epigrafia e Paleografia del papa Damaso, Romae 1887; Bardenhewer § 88 n. 6; Fessler-Jungmann § 129; Tillemont VIII, 386—424 coll. 773—79; Seback-Streber KL. III, 1359—62; Grisar Gesch. Roms I n. 201 ss.

[1]) Cf. eam cum alia, quae probabiliter ab ipso ad gallos episcopos fuit directa inter opusc. selecta SS. PP. XVII, 201-243. Cf. Nirschl II § 164 ss.; Zeck KL. XI, 356—359.

[2]) Cf. Franc. Bonacchi: De sermonibus et martyrio s. Zenonis, Pistorii 1740; diss. critica de epocha et martyrio s. Zenonis 1751; utramque habes in Migne XI, 553-760. Juxta hunc auctorem s. Zeno floruit sec. III. sub Gallieno imp. († 268), cujus filiam a daemonis obsessione liberasse fertur.

[3]) Cf. Zeitschrift für k. Theol. 1884 VIII, 333—36, Fessler-Jungmann I § 130; Bardenhewer § 87 n. 10; Kleffner KL. XII, 1946—1948, et auctores praesertim infra citatos. Exstat cujusdam Coronati notarii Sermo *de vita s. Zenonis*, in quo tamen fere nihil de ipsa vita habes nisi miracula pauca et haec vulgari traditione prolata: ceterum juxta Bal-

munem prae se ferunt. Fatendum quidem est aliqua in iis occurrere duriora, quae offendere nonnullos potuere. Hinc Petavii incurrit censuram l. 1 de Trinit. c. 5 n. 7; sed Ballerinii nituntur in doctissima diss. 2 de doctrina s. Zenonis suae ed. praemissa eum ab erroris macula purgare (apud Migne XI, 81—145). Praestantissimam eorum editionem curarunt fratres Ballerinii, Veronae 1739; rec. cum appendice Augustae V. 1758 in 4; in Gallandi biblioth. V, 105—58; et Migne P. L. t. XI, 9—760 cum apparatu literario; novam can. comes Giuliari Veronae 1883; 1900 ed. altera cum prolegomenis, glossario, notis etc.

123. Reliquum est, ut celebriores hujus periodi ascetas[1]) saltem nominemus. S. Pachomius tabennensis ex milite gentili Christianorum caritate permotus Christianus factus et monachus celebratissimus, »vir tam in docendo quam in signa faciendo apostolicae gratiae et fundator Aegypti coenobiorum, scripsit regulam utrique generi monachorum aptam, quam angelo dictante perceperat (Gennadius de vir. ill. c. 7).« Hinc monachorum legislator habetur. Fuit s. Antonii[2]) aequalis, forte et discipulus, qui in suis monasteriis tria monachorum millia reliquisse scribitur. Commorari solebat in Nili insula Tabenna in Thebaide († 9. Maj. 346, juxta alios a. 345 vel 348). Multiplex superest ejus *regulae* recensio graeca et aethiopica[1]), illamque latine vertit s. Hieronymus, cujus versio complectitur regulas 194 (cf. Migne P. L. XXIII, 61—99) cum quibusdam s. Pachomii *epistolis;* cum longiore regulae recensione graeca, in Migne P. G. XL. 942—54. — Pachomio in munere regendi monachos tabenses successit s. Orsisius (Orsiesius, Oresiesis, Horsisius), »vir in

lerinios fabulis scatet; juxta Bonacchi temporis lapsu multipliciter fuit interpolatus. Eum habes Migne XI, 199—204. Quando autem Coronatus floruerit plane incertum. Juxta alios fuit contemporaneus s. praesuli, juxta alios scripsit sec. VII vel VIII, imo forte nonnisi sec. XIV.

[1]) Per se liquet his accensendos esse magnos illos patres, quos passim supra laudavimus, s. Basilium, s. Ambrosium, s. Gregorium naz., s. Ephraem, s. Antonium M. etc.

[2]) S. Antonii aequalis fuit Ammonius, qui e familia nobili natus, licet matrimonio ligatus, asceticam duxit vitam. Cum uxoris consensu adiit Nitriae desertum factusque est quinque millium monachorum pater spiritualis, quibus moriens (ante a. 357) reliquit salutis documenta. Gerhard Vossius exhibet sub ejus nomine (inter Ephraemi op. t. II) cc. 19 *paraenetica* e graeco versa. Plura de ejus vitae sanctitate refert Socrates H. E. IV, 23. — Cum hoc confundi non debet Ammonius eremita, huic fere coaevus, qui Arianorum persecutiones fugiens ad eremitas montis Sinai confugit. Sed en ferus saracenorum grex in hos irruit multosque trucidavit 25. Dec. 373. Periculum elapsus horridam descripsit catastrophen lingua aegyptiaca: quam narrationem Joannes monachus graece vertit. Combefisius in op. Illustrium martyrum lecti triumphi Parisiis 1660 in 8 historiam *de excisione monachorum* montis Sinai et Raithu graece et latine exhibet.

[1]) Cf. E. Amélineau non sine grano salis consulendus: Etude historique sur St. Pakhome et le cénobitisme primitif dans la Haute-Egypte, d'aprés les monuments coptes, Cairo 1887; Histoire de st. Pakhôme et de ses communautés. Documents coptes et arabes inédits publiés et traduits par E. A. Paris 1889. Multa quoque reperiuntur ad Aegypti ascetas spectantia in diss. ejusdem auctoris: Monuments pour servir à l'histoire de l'Egypte chrétienne au IVe, Ve, VIe et VIIe siècles, texte copte etc. in Mémoires publiés par les membres de la mission archèol. française au Caire, t. IV fasc. 2, Paris 1895. Ladeuze Etude sur le cénobitisme Pakhomien pendant le IVe siècle, Louvain 1898; Grützmacher Pachomius und das älteste Klosterleben, Freiburg 1896. Praesertim Plenkers in accurata diss. Katholik 1899. II, 145 ss. Jam Dionysius Exiguus vitam s. Pachomii e graeco vertit (apud Rosweyd Vitae PP. ed. 2. p. 111 ss.).

Scripturis, ut scribit Gennadius de vir. ill. c. 9, ad perfectum instructus, (qui) composuit librum divino conditum sale totiusque monasticae disciplinae instrumentis constructum et, ut simpliciter dicam, in quo totum pene V. et N. Testamentum compendiosis dissertationibus juxta monachorum dumtaxat necessitatem invenitur expositum; quem tamen vice testamenti prope diem obitus sui (c. 380) fratribus obtulit.« Hic liber videtur esse doctrina *de institutione monachorum*, cujus versionem latinam, ab Hieronymo forte adornatam adhuc habemus (Migne P. G. XL, 869—94). Circumfertur etiam libellus brevissimus sub Orsisii nomine *de sex cogitationibus sanctorum* (ib. 895 s.), qui forte junioris est auctoris. — Orsisius sibi in tam difficili munere coadjutorem adscivit Theodorum discipulum Pachomii praedilectum, qui, teste Gennadio c. 8 »scripsit ad alia monasteria epistolas ss. Scripturarum sermone digestas, in quibus tamen frequenter meminit magistri et institutoris Pachomii et doctrinae ejus, ac vitae ponit exempla, quae ille ut doceret angelo administrante didicerat. Simul et hortatur permanendum in proposito cordis et studii et redire in concordiam et unitatem eos, qui post abbatis obitum, dissensione facta, a coetu semet ipsos absciderant unitatis. Sunt autem hujus exhortationis *epistolae* tres:« quae tamen perierunt. Hieronymus unam nobis asservavit ep. Theodori *de paschate* ad omnia monasteria (Migne P. L. XXIII, 99 s.). Obiit jam 27. Apr. 368. Cf. docta diss. St. Schiewietz Gesch. der Pach. Klöster Arch. f. k. Kirchenr. LXXXI, 461 ss.

124. Sanctitatis fama inclaruerunt alii duo s. Antonii discipuli, ambo Macarii nomen gerentes, quorum unus, ut ab altero distinguatur, dictus est Aegyptius, Senior, et quia in juvenili aetate senis maturitatem prae se ferebat παιδαριογέρων. Annos natus 30 monasticum est amplexus institutum, in quo rigore vitae plurimum profecit, et a. natus 40 sacerdotio est initiatus. In abditam secessit eremum Sceti claruitque quam maxime virtutibus atque signis[1]): pro fide tamen sub Valente imp. in exsilium est pulsus. Obiit senex a. 90 circa a. 390 vel 391. Scripsit teste Gennadio de vir. ill. c. 10. ad juniores professionis suae epistolam, »in qua docet, illum perfecte Deo posse servire, qui conditionem creationis suae cognoscens, ad omnes semetipsum inclinaverit labores et luctando atque Dei adversum omne, quod in hac vita suave est, auxilium implorando, ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam velut naturae debitum munus obtinuerit.« Tribuuntur ei homiliae seu *instructiones spirituales L.* de integritate vitae, quae christianos deceat. Eae pluribus admodum probantur propter egregiam, quam complectuntur doctrinam asceticam, et de earum genuinitate juxta Bardenhewer § 65 n. 4 vix videtur dubitandum. Verum non desunt qui, quamvis homilias ex parte laudent, notant tamen, ea nonnulla admixta habere gravi et diligenti censura digna, adeo ut locus sit suspicioni, ea ab aliquo pelagiano fuisse interpolata. *Opuscula ascetica* septem de custodia cordis, de perfectione in spiritu, de oratione, de patientia et discretione, de elevatione mentis, de caritate, de libertate mentis,

[1]) De ejus virtute atque miraculis, quae patravit, multa habent Rufinus in vitis patrum c. 28 s. et Palladius in hist. laus. c. 19 s.; cf. etiam Bollandistae in actis SS. 15. Jan. I, 1005—16; Tillemont VIII, 574—617; 805—809. — De alio quodam Macario monacho refert Gennadius c. 28: „scripsit in urbe Roma adversus mathematicos libros, in quo labore Orientalium quaesivit solatia scripturarum:“ forte quia Rufinum rogavit, ut verteret Pamphili Apologeticum et Origenis opus de principiis, quo illis uteretur ad suum scopum, ut narrat Rufinus Apol. I, 11, qui eum vocat „virum fide, eruditione, nobilitate, vita clarum.“

a Possino sub ejus nomine 1683 edita, compilata esse videntur ex homiliis Macarii idque forte a Simeone Metaphraste vel a Simeone Logotheta nonnisi sec. X. Accedunt duae *epistolae* ad monachos, inter quas una magna et perutilis, egregiis sententiis referta; *preces,* quas Floss ex rationibus non gravibus ei vindicat, *apophtegmata* seu sententiae narrationesque de ipso, ab antiquis auctoribus ut ab Evagrio Pontico collecta. Quae sunt Macarii collegit diligenter H. J. Floss praemissis eruditis de Macariorum Aegyptii et Alexandrini quaestionibus criticis et historicis, Coloniae 1850; prostant et apud Migne P. G. t. XXXIV, 9—967. — Alter Macarius Alexandrinus dicitur, quia Alexandriae natus, hinc etiam Urbicus et Junior. Inclaruit pariter virtutibus et miraculis factusque est sacerdos et abbas nitriensis († 395, juxta alios 404). Tribuitur ei *regula* ad monachos apud Migne XXXIV, 967—970. — Eodem hoc tempore floruit s. Isaias (Esaias) abbas in eremo scetico (fl. c. 372), cui tribuuntur *orationes XXIX* (Migne P. G. XL, 1105—1214), capitula XIX *de religiosa exercitatione et quiete* (ib. 1205—1212), ex illis orationibus excerpta; praecepta LXVIII seu *consilia* posita tironibus in monachatu (Migne P. L. CIII, 427—34). Juxta alios tamen haec tribuenda sunt Isaiae ascetae, qui decessisse dicitur intra a. 485—490.

125. Discipulus utriusque Macarii fuit Evagrius, Ponticus dictus[1]) quia Iborae ad Pontum Euxinum oriundus erat c. a. 345. A s. Gregorio naz. in philosophia et in ss. literis institutus, a s. Basilio M. lector, et a Gregorio nysseno diaconus est ordinatus (a. 380), quem et Constantinopolim comitatus est (381). Ibi dein functus est archidiaconi munere sub Nectario. Urbe paulo post relicta Hierosolymorum sacra invisit loca; inde in Aegyptum transiit, ubi vitam professus est monasticam in scetensis Nitriae monasterio, postea in Celliis († 399 a. aetatis 54). Magni factus est ut magister vitae asceticae[1]), sed in dogmaticis propter errorem postea a Pelagianis defensum et Origenistarum opiniones de animarum praeexsistentia et omnium apocatastasi male audiit, ab Hieronymo non semel reprobatur, imo et conciliorum oecumenicorum (VI. VII et VIII) incurrit damnationem cum Origene. Haec ex ejus operibus, quorum nonnulla Rufinus, alia Gennadius latine vertit, supersunt (Migne P. G. XL, 1214—1286): Monachus seu *de vita activa,* quo in l. vitae sanctioris praecepta egregie tradit. Post epistolam ad Anatolium, quae est praefationis instar, sequuntur capita practica LXXI; dein l. *Practicus* constans cap. C. Alter libellus *Gnosticus* incriptus temporum injuria excidit. — *Rerum monachalium rationes,* quae cc. 11 officiorum conditionis monasticae brevem delineationem exhibent. — Libellus *de octo vitiosis cogitationibus,* epitome ut videtur majoris operis, de quo ita refert Gennadius de vir. ill. c. 11: »Adversus octo principalium vitiorum suggestiones, quas aut primus advertit aut inter primos didicit, octo ex ss. tantum Scripturarum testimoniis opposuit libros, ad similitudinem videlicet Domini, qui tentatori suo semper Scripturarum testimoniis obviavit, ita ut unaquaeque vel diaboli vel vitiatae naturae suggestionum contra se habeat testimonium. Quod tamen opus eadem simplicitate, qua in graeco inveni, jussus in latinum transtuli.« Librarii

[1]) Alius ab Evagrio antiocheno († 393), de quo supra egimus p. 125 a. et Evagrio gallo, cujus jam supra pag. 40 mentionem fecimus, et qui floruit priori sec. V. parte; ab Evagrio Scholastico, de quo infra loquemur.

[1]) Cf. Palladius Hist. laus. c. 86 (Migne XXXVI, 1188—97).

tamen videntur in eo describendo s. Scripturae ab Evagrio allegata praeteriisse atque sola ipsius verba exhibere. Prodiit primum cura E. Bigot, Parisiis 1680 cum Palladii vita s. Jo. Chrysostomi; recenter cura A. Elter, Gnomica. I. Lipsiae 1892. Prolixioris op. fragmenta ex versione syriaca germanice versa a Fr. Baethgen habes in app. op. O. Zoekler Evagrius Pontikus, München 1893. — *Sententiae* multae breves, quae olim inter s. Nili opera editae, Evagrii esse codicum et veterum scriptorum auctoritate comprobantur. — Aliae sententiae, dicta et fragmenta scriptorum, quorum plura perierunt, sparsa habentur in vitis patrum, catenis aliisque veterum monumentis. — Scholion *de nomine Dei tetragrammato* (Migne P. L. XXIII, 1275-1282 inter s. Hieronymi op. cum doctis Cotelerii notis), in quo agit de decem nominibus Dei hebraicis, est dubium. Sermo vero dogmaticus *de ss. Trinitate* ad eos, qui monasticam degunt in patria vitam, ei perperam tribuitur: est enim ep. VIII. s. Basilii M.[1]). Quae supersunt collecta habentur in Gallandi bibl. VII, 551—81; Migne P. G. XL, 1214—86. — Gregorius origine Persa, Edessae studiis operam dedit sub Moyse. Vitam monasticam professus est atque aliquamdiu in Cypri insula est commoratus, ubi literas dedit ad s. Epiphanium et Theodorum monachum. Scripsit l. *de vita monastica,* qui tamen periit[2]). Floruit altero sec. IV. dimidio.

126. Denique supersunt aliqui, quos nominasse sufficiet. Ita de Paulo quodam scribit Gennadius de viris ill. c. 31: »Paulus episcopus scripsit de poenitentia libellum, in quo dat legem poenitentibus, ita dolere debere pro peccatis, ne supra mensuram tristitia desperationis mergantur.« Quis fuerit hic Paulus ignoratur ipseque libellus periit. Suspicatur historia lit. Galliae (I. 1, 132), auctorem fuisse Paulum septimum a s. Dionysio episcopum parisiensem, qui vixit circa a. 361, eumque scripsisse contra imprudentem spirituique Christi plane contrarium rigorem, qui ne episcopos quidem fragilitate lapsos tempore vexationum factionis arianae ad communionem ecclesiasticam voluit recipere, nisi dolentes postularent communionem tantum laicam. — Severus Sanctus, quem aliqui cognominant Endelechium, Pauli Nolani amicus, grassente gravissima inter boves lue, composuit carmen bellum per modum dialogi de virtute signi dominici crucis, cujus usu revera Tityrus gregem suum a lue servavit immunem, dum Bucoli grex interierit. Agnita crucis virtute, quae hoc carmine extollitur, Bucolus cum Aegone fidem amplectitur christianam. Exhibet[2]) illud Migne P. L. XIX, 797—800; Pieper Göttingen 1835; Buecheler et Riese in Anthologia lat. Lipsiae (1869—1897) I, 2, 314-318. Historia tamen literaria Galliae II, 55, censet Endelechium aquitanum, qui Romae 395 rhetoricam profitebatur, alium esse a Severo Sancto pariterque amicitiae vinculo s. Paulino junctum. — Decimus Magnus Ausonius burdigalensis n. c. 309 vel 310 vix videtur nominandus, dum quia eruditi dissentiunt in quaestione, num fuerit christianus (ita Muratori Analect. bibl. ambros. I, 114 cum pluribus id negat), tum quia in ejus poëmatibus pauca religionis christianae vestigia occurrunt, imo spiritus regnat prorsus ethnicus. Erat grammaticus, rhetor et poëta celeber, quem s. Paulinus colebat ut praeceptorem et cui ipsa sua

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 120; Bardenhewer § 70 n. 4; KL. IV, 1031; Zöckler op. cit. Czapla Gennadius ad c. 11.

[2]) Cf. Assemani Bibl. orient. III. p. 1. pag. 170; Duval pag. 231.

[1]) Cf. Eberlt. 1 l. 2 c. 12; Bardenhewer KL. XI, 224.

carmina emendanda et probanda subjecit[1]). A Gratiano imp., quem in literis humanioribus instituerat, promotus est ad quaesturam, a 376 ad praefecturam praetorii Italiae, dein ad praefecturam praetorii Galliarum, et a. 379 ad consulatum (c. † c. 395). Pleraque ejusdem carmina post innumeras editiones reperies in Migne P. L. XIX, 817-959; novam editionem curarunt Schenkl in Mon. Germ. hist. auct. antiq. t. V p. 2, et Peiper, Lipsiae 1886 in 8.

[1]) Cf. Keppler KL. 1, 1702; Fabricius bibl. lat. m. ae. I, 144—49; Hist. littér. de France I p. 2 pag. 281—318, quae indubiam censet ejus religionem christianam, et accurate de ejus disserit scriptis horumque editionibus quam plurimis; Cam. Julian in Revue hist. 1891 fasc. Nov. et Dec. p. 241—66; Baumgartner Gesch. der Weltliteratur IV c. 10 p. 134—143; Arnold Real-Enc. II, 293—296.

VI.

Scriptores ecclesiastici seculi V.

Pars prior (401—431).

127. Aetas aurea theologiae catholicae, quae cum conc. nicaeno coepit, duravit et per hoc seculum. Eam in duas partiemur periodos, quarum prior ad concilium usque ephesinum pertingit, cujus lapsu agitatae sunt controversiae praesertim de gratia et peccato originali; altera complectetur seculi hujus reliquum, quo tot haereses exortae sunt christologicae. Initium ducimus a quatuor summis patribus quorum duo Orientem, alii duo illustrarunt Occidentem. — Ipso ineunte seculo (403) obiit venerandus senex s. Epiphanius c. 315 Eleutheropoli in Judaea natus. A juventute sacris incubuit literis addiscendisque linguis, quarum graecam, syram, hebraeam, aegyptiacam (copticam) et ex parte etiam latinam calluisse dicitur. A s. Hilarione monacho in sanctiore vita institutus Aegyptum adiit celebrioresque invisit eremitas. Adolescens c. 20 annorum Eleutheropolim rediit, et juxta Besanducem ejus territorii vicum monasterium condidit, quod interim presbyter ordinatus 30 a. rexit. Episcopos ob Arianorum turbas exsules summa prosecutus est veneratione, magnaque apud Eutychium episcopum eleutheropolitanum valuit auctoritate. Vitae sanctitate et doctrinae fama ita inclaruit, ut in episcopum Constantiae seu Salaminae, quae in Cypri insula metropolis erat, a. 367 fuerit electus. Episcopatum »non solum vitae conversatio ob virtutes reddidit illustrem, verum et miracula, quae Deus, honore illum afficere volens, ipso adhuc superstite et post obitum ejus, edidit (Sozomenus H. E. VII, 27).« In tanta dignitate monasticum coluit institutum, multa aedificavit per insulam coenobia, monasteria Palaestinae saepe invisit et frequentes ad monachos literas dedit. Cum singulari frueretur apud Cyprios auctoritate, factum forte est, ut Valens imp. arianae haeresi penitus addictus, qui tot venerandos praesules sedibus suis pepellerat, Epiphanium tangere non auderet. Fidei zelo ardens varias aggressus est haereses ea aetate pullulantes, et pacis studio ad componendas in ecclesia antiochena turbas ob Paulinum et Flavianum de episcopatu inter se dissidentes Romam ad synodum a. 382, grandaevus licet, properavit. Nimio

tamen aestu subinde abreptus prudentiae moderationem neglexit ultimosque vitae suae annos turbavit. Erat enim acer opinionum Origenistarum adversarius[1]). Cum ergo a. 394 Hierosolymis coram magna auditorum frequentia Origenem ejusque errores damnasset, Joannes vero urbis episcopus, qui concioni aderat, Origenis fautor in damnationem nollet consentire, communionem cum eo abrupit. Auxit dissensionem, quod contra ipsius voluntatem in ipsa sua dioecesi Paulinianum Hieronymi fratrem in presbyterum ordinaverit. Agente tamen Theophilo alexandrino pax cum Joanne fuit composita. Verum novae ortae sunt turbae. Cum enim Theophilus monachos nitrienses nimis Origenis opinionibus inhaerentes Aegypto expulisset, Joannes vero Chrysostomus benigne eos excepisset, iterum ejus exarsit zelus vel in ipsum Chrysostomum et instigante Theophilo Constantinopolim se contulit, ut Origenis errores omnibus patefaceret: cum Chrysostomo autem congredi penitus detractavit; atque publice Origenis libros illosque monachos tamquam idem cum Origene sentientes anathemate damnavit. Mox vero non expectato famoso conciliabulo ad quercum Cyprum renavigavit „seu quod constantinopolitanae profectionis ipsum poeniteret, seu quod Deus oraculo ipsum admonuisset mortemque ipsi suam, ut verisimile est, praenunciasset. Dum enim navigaret, priusquam appulisset in Cyprum, fato (12. Maj. 403) interceptus est (Sozomenus H. E. VIII, 15.)."

128. Plura reliquit opera, praesertim contra haereticos. *Ancoratus* sic dictus quia animum de salute fluctuantem instar ancorae moderatur et firmat (a. 374). In eo praeclare agit contra omnis generis haereticos, contra Arianos, pneumatomachos, Apollinaristas, Origenistas, Manichaeos, judaeos, gentiles etc., undique fidem muniens praesertim de ss. Trinitate et de Spiritu s. Subjicit operi duplicem fidei professionem: breviorem, quae parum immutata recepta fuit a synodo CP. a. 381 estque symbolum, quod vocari solet nicaeno-constantinopolitanum, et aliam paulo prolixiorem. — Aggressus est (374—377) jam majus opus: *Panarium* adversus LXXX haereses (20 Christo antiquiores, 60 post Christi nativitatem exortas), quibus expositis subjicit refutationem tamquam antidotum contra mortiferos et venenatos serpentium morbos, inde ejus nomen. Est hoc opus admodum pretiosum pro historia, dogmatica et archaeologia, verus antiquitatis thesaurus: fatendum tamen est ob nimiam auctoris credulitatem naevos quosdam historicos irrepsisse. „Dictio quoque, inquit Photius cod. 122 (Migne CIII, 403) ejus est humilis ac plane talis, qualem ejus esse oportuit, qui atticae elegantiae rationem nullam duceret. Infirmus vero ut plurimum est in conflictibus adversus impias haereses susceptis. Est tamen ubi fortiter aggreditur atque irruit" etc. Subjicitur op. brevis ac vera *expositio fidei* catholicae et apostolicae Ecclesiae. Exstat hujus operis Anacephalaeosis seu recapitulatio verbis ipsius auctoris concepta et ex opere extracta vel ab ipso Epiphanio vel a juniore auctore. Prodiit *Panarium* cum anacephalaeosi cur. Oehler, Berolini 1859-61 in Corporis haereseol. t. 2 et 3.

129. Ads. Scripturam illustrandam referri possunt l. *de mensuris et ponderibus*, in quo plus exhibet quam inscriptio prae se fert, agit enim etiam de textus hebraici versionibus[1]) earumque auctoribus, de canone V. T., de geographia Palaestinae etc. Textus

[1]) Cf. B. Eberhard Die Betheiligung des Ep. an dem Streite über Origenes, Trier 1859.

[1]) Hinc derivatus est libellus (Migne XLIII, 373—380) *de LXX interpretibus* et de iis qui prave interpretati sunt. Utrum

graeci supersunt tantum cc. 24; integrum opus exhibet Lagarde ex versione syriaca in op. V. T. ab Origene recensiti fragmenta apud syros servata quinque. Praemittitur Epiphanii *de mensuris et ponderibus l.* nunc primum integer et ipse syriacus, Gottingae 1880; et germanice necnon graece versus in op. Symmicta, Göttingen 1880. II, 149—216: Des Epiphanius Buch über Masse und Gewichte. — Liber *de duodecim gemmis*, quae scil. erant in Rationali summi pontificis Judaeorum juxta Ex. 18, 15—21; 39, 8—14 rogatu Diodori tarsensis, juxta Foggini in praef. suae ed. praemissa et Tillemont, Diodori Tyrii ep., scriptus eique cum epistola transmissus, cujus exstat triplex recensio: longior, latine tantum, quam Foggini edidit Romae 1743, atque opus originale exhibere censet; et brevior, operis, ut videtur compendium, quam Petavius in suam recepit editionem II, 233, sed deinde deprehendit meram esse Anastasii Sinaitae epitomen, quae extra corpus operis Anastasii et in nonnullis vaticanis codd. descripta legitur. Adhuc breviorem epitomen protulit C. Gesner in collectione ll. de omni rerum fossilium genere agentium, Tiguri 1585, apud Petavium II, 225. Non semel s. Hieronymus Epiphanii opus laudat atque insigne dicit ingenii et eruditionis suae volumen (l. XV in Is. 54) vel egregium volumen. — Ex ejus *epistolis* duae supersunt, quarum una est ad s. Hieronymum, altera ad Joannem hieros., in qua Origenismum impugnat, Pauliani ordinationem a se factam defendit, seque purgat, cur imaginem in ecclesia quadam Palaestinae veli loco pendentem destruxerit.

130. Plura praeterea opera ei tribuuntur (Migne XLIII, 394—539), quae spuria vel dubia sunt, ut commentarius in *Cantica Canticorum*, de quo Fessler-Jungmann I, 617: »Commentarium quoque scripsisse perhibetur in *Canticum Canticorum* memoratum olim a Cassiodorio instit. div. l. 1 c. 5, repertum nuper in versione latina antiqua, editum a P. Fr. Fogginio Romae 1750. Multa de eo disceptatio habetur, quia idem commentarius tribuitur etiam Philoni Carpasio seu Carpathio[1]) in nova ed. quae sic inscribitur: Philonis ep. Carpasii *enarratio in Canticum Canticorum* gr. et lat. ed. cum notis suis M. E. Giacomellus Romae 1772 in 4; rec. cum erudita praefatione in Gallandi bibl. IX append. 713—69; Migne P. G. XL, 27—154. — Liber (dubius) *ad Physiologum* (forte Aristotelem), in quo stilo barbaro auctor multorum animalium proprietates veras vel ex vulgi opinione ipsis tributas refert iisque breves reflexiones pias subnectit, opus medio aevo multum lectitatum; l. *de vitis prophetarum*, cujus duplex est recensio, nugis plenus; ed. Nestle Marginalien und Materialien, Tübingen 1893 II, 1—64; *homiliae* septem, quae sunt forte junioris cujusdam Epiphanii sec. VII vel IX. Alia ejusdem opera perierunt. Epiphanii opera collegit ediditque Petavius, Parisiis 1622, editio praestans, sed nondum perfecta; aucta Coloniae (Lipsiae) 1682, aucta et emendata cum diss. Petavii apud Migne P. G. XLI—XLIII; Dindorf, Lipsiae 1859—62 t. 5 exhibet textum graecum emendatum, sed absque versione. S. Epiphanius magnis encomiis ab aequa-

autem ab ipso Epiphanio haec epitome concinnata fuerit, an ab alio, non facile est statuere.

[1]) Hic Philo discipulus et amicus fuit s. Epiphanii, a quo ordinatus est episcopus Carpasii urbis insulae Cypri sive (erronee) Carpathi, quae est insula inter Cretam et Rhodum, hinc et Carpathius dictus. Scripsit quoque *historiam ecclesiasticam*, quae periit. *Epistolam* asceticam edidit Papadopulos-Kerameus in Ἀνάλεκτα ἱεροσολυμιτικῆς σταχυολογίας, Petersburg 1891, p. 393—99. Cf. de eo Gallandi in praef. suae ed.

libus et posteris celebratur[1]). »Pater paene omnium episcoporum et antiquae reliquiae sanctitatis« salutatur a s. Hieronymo l. contra Joannem hieros. n. 12. Vir vero omnis fraudis nescius pieque credulus in errores historicos et chronologicos incidit. Stilum non curavit, hinc dictio ejus humilis atque pedestris, incomta et salebrosa. »Quoad doctrinam tamen, censet Fessler-Jungmann I, 620, vix alius reperitur antiquorum patrum, qui dogmata catholica fere omnia et hodiernam quoque Ecclesiae catholicae disciplinam tam disserte adstruat, errores haereticorum recentiorum tam perspicue solideque reprobet, quam s. Epiphanius.«

131. Jam accedamus ad lucidissimum Ecclesiae orientalis hac periodo sidus ad s. Joannem propter aureum eloquentiae flumen jam olim (forte a sec. VI) Chrysostomum appellatum. Natus est Antiochiae a. 344 (juxta alios 347) parentibus nobilibus et patre orbatus sub piae matris Anthusae disciplina omni virtutum genere mature imbutus. In oratoria arte magistrum habuit celebrem Libanium paganae superstitionis collabentis patronum, in philosophia Andragathium. Studiorum socium nactus est piissimum juvenem Basilium aliunde quam ex hac nobilissima et exemplari amicitia vix notum[2]). »Unum erat, refert ipse de sacerd. I, 1, utriusque circa literas studium, una sollicitudo, par desiderium iisdem ex rebus natum. Neque enim solum cum ad magistros ventitaremus, sed etiam cum illinc egressos consilium inire oporteret, quod praestantius vitae genus nobis capessendum esset, tunc etiam idem consensus apparebat.« Instante Basilio foro valedixit sanctiorisque disciplinae genus inire coepit. Meletius Antiochiae tunc episcopus tam praecellentis juvenis curam gessit atque c. a. 369 baptizavit. Exinde sanctissime vixit. Meletio in exsilium pulso usus est magistris Diodoro tarsensi (cf. p. 206) et Carterio, qui una cum Diodoro monasteria antiochena curabat. Cum ita in pietate et sacrarum literarum studio proficerent Joannes et Basilius, episcopi eos ad dignitatem episcopalem provehere cogitabant. Basilius revera electus est in Raphaneae in Syria episcopum, Joannes vero noster prae humilitate fuga se subtraxit, quod consilium suum celaverat Basilium: qui propterea graviter conquestus Joanni occasionem praebuit scribendi in sui consilii excusationem aureos sex *de sacerdotio* libros[1]). Duxit dein aliquot annos in montibus prope Antiochiam vitam asceticam rigidamque, sed infracta rigore valetudine coactus est in urbem redire. A Meletio ordinatus est a. 381 diaconus, a. 386 a Flaviano presbyter, qui eum nunquam a suo latere dimisit adjutore eo usus in mu-

[1]) *Vita s. Epiphanii* forte a suis discipulis Joanne et Polybio concinnata (in ed. operum ipsius) plura, quae magis ficta quam facta videntur, complectitur. Cf. de ipso J. Gervais L'histoire et la vie de s. Epiphane avec l'Analyse des Ouvrages de ce saint, Paris 1738; Tillemont X, 484—521; 802—9; Bardenhewer § 71 et KL. IV, 713 ss.; Papebrochius in actis SS. mensis Maji III, p. 36 (ed. venetae 1736, etiam Migne P. G. XLI, 115—152); Nirschl § 152 s.

[2]) Conjiciunt eruditi hunc esse Basilium Raphaneae episcopum, qui interfuit conc. constantinopolitano a. 381; Photius vero cod. 167 opinatur eum fuisse Basilium seleuciensem, de quo infra n. 224 loquemur; verum obstat temporum ratio, cum hic obierit nonnisi c. a. 459.

[1]) Quos edidimus propter eorum praestantiam inter SS. PP. opera selecta t. XL, Oeniponte 1879 et quorum lectionem sacerdotii praesertim candidatis nunquam satis commendare possumus. Liber VII, qui olim additus fuit, non est Chrysostomi, sed s. Ephraemi. Prodierat hoc opusculum cur. Bengel Stuttgart 1725 graece et latine; solum graece saepius Lipsiae 1825; 1887; cur. Leo ib. 1834; cur. C. Seltmann Münster 1887 etc.

nere episcopali. Concionibus suis aggressus est adversarios omnis generis fidei catholicae, Judaeos, Manichaeos, Arianos etc., atque libertate apostolica in vitia corruptosque antiochenorum invexit mores magna auditorum commotione et fructu. Praestantiores ipsius homiliae hujus sunt periodi (387-397). Initio quidem potius oratorem egit quam interpretem. Anno tertio (a. 388) integros s. Scripturae libros exponere coepit, ita ut singulis fere annis unum totum explicaret.

132. Interim moritur Nectarius episcopus constantinopolitanus (27. Sept. 397): in ejus locum a clero et populo consentiente Arcadio, frustra repugnante Theophilo alexandrino, Joannes est electus, atque vi et dolo Antiochia Constantinopolim abductus episcopus ordinatus a. 26. Febr. 398. Omnibus omnia factus incredibili amore et cura ferebatur in oves concreditas, quae vicissim filiali ei adhaeserunt affectu et pietate. Non destitit depravatos mores et nobiliorum hominum vivendi licentiam vehementius objurgare[1]). Qua ex libertate magnam haud paucorum subiit invidiam iramque praesertim Eudoxiae imperatricis incurrit, quae Theophilum episcopum alexandrinum[2]) Chrysostomo alioquin offensum, et quia contra ejus voluntatem electus fuerat

---

[1]) Cf. M. A. Puech Un Réformateur de la société au IVe siècle S. J. Chrysostome et les moeurs de son temps, Paris 1891, liber bonus.

[2]) Theophilus episcopus alexandrinus (385; † 15. Oct. 412) vir tristis plane memoriae, promotor feralis tragoediae in virum sanctissimum Jo. Chrysostomum, reliquit aliqua scripta, de quibus Gennadius ita refert de viris ill. c. 33: „Scripsit adversus Origenem unum et grande volumen, in quo omnia paene ejus dicta et ipsum pariter damnat, simul edocens, non a se eum primum, sed ab antiquis patribus et maxime Heracla (verius Demetrio) fuisse et presbyterio dejectum et ecclesia pulsum et de civitate fugatum; sed et adversum anthropomorphitas haereticos, qui dicunt, Deum humana figura et membris constare, disputatione longissima confutans et divinarum Scripturarum testimoniis arguens et convincens ostendit, Deum et in corporeum juxta patrum fidem credendum neque ullis omnino membrorum lineamentis compositum, et ob id nihil ei in creaturis simile per substantiam, nec cuiquam incorruptibilitatem vel immutabilitatem aut incorporalitatem suae dedisse naturae, sed esse omnes intellectuales naturas corporeas, omnes corruptibiles, omnes mutabiles, ut ille solus corruptibilitati et mutabilitati non subjaceat, qui solus habet immortalitatem.“ Utrumque opus periit. Supersunt aliquot *epistolae* paschales, quarum tres a. 301. 302 et 304 Hieronymus latine vertit, aliquot *canones* etc., quae collecta reperies in Gallandi bibl. PP. VII, 601-52; Migne Patrol. gr. LXV, 33—68. Cf. Fabricius Bibl. gr. VII, 108 ss.; Czapla in comment. ad Gennadii c. 33; Knöpfler KL. XI, 1579. — Socios in hac tragoedia ferali habuit Theophilus Acacium beroeensem episcopum († 432 a. aetatis 100 vel 110), cujus supersunt tantum *epistolae* tres et *confessio* fidei in Migne P. G. LXXVII, 1445—48.—Antiochum episcopum Ptolomaidis, qui teste Gennadio c. 20 „Scripsit *adversus avaritiam* unum et grande volumen, et *in curatione coeci*, qui a Salvatore illuminatus est, homiliam composuit compunctione timoris Dei et humilitate plenam. Moritur Arcadii imp. († 408) tempore.“ Haec scripta periere. Cf. Krüger Real-Encyclop. I³, 124. — Aemulus subdolus s. praesulis nostri fuit Severianus gabalensis prope Laodiceam in Syria episcopus, in homiliis, juxta Gennadium c. 21 „declamator admirabilis. Unde et frequenter ab episcopo Joanne et imp. Arcadio ad faciendum sermonem Constantinopolim evocabatur.“ Imo Chrysostomus tanti eum fecit, ut proficiscens quondam Ephesum ei gregem suum commendaverit. Verum Severianus abutens sancti benevolentia nihil non egit, ut populum ab eo averteret, atque ut putabatur, illum a sede sua deturbaret seque in ejus substitueret locum († p. 408). Supersunt aliquot ejusdem *homiliae* inter opp. Chrysostomi editae, ut orationes sex *de creatione mundi;* (Migne LVI, 429—500) et aliquot aliae, quas recenset Bardenhewer § 74 n. 17; KL. XI, 215; hom. *de pace* cum Chrysostomo a. 401 inita ut censet Papadopulos, in Ἀνάλεκτα Petersburg 1891 p. 15—26; *Homilias XV*

in episcopum, et quia monachos nitrienses ab ipso propter Origenis opiniones Aegypto expulsos nimis benevole exceperat, incitavit, ut de Chrysostomo deponendo causam instrueret. Venit ille praesul ambitiosus cum 25 episcopis aegyptiis, qui cum aliquot episcopis suffraganeis ecclesiae constantinopolitanae famosam habuerunt synodum ad Quercum dictam (403). Vocatus Chrysostomus noluit illi se sistere utpote illegitimae. In ea fuit depositus, quam depositionem imperator imbecillis ratam habuit eumque in exsilium ejecit. Qua occasione Chrysostomus stupendum habuit *de Ecclesiae indefectibilitate* sermonem, sponteque se tradidit potestati seculari, ut in exsilium abduceretur: sed mox seditione populi propter ejus desiderium imperator territus, eum revocavit. Quare s. praesul rediit admirabili civitatis plausu receptus. „Verum cum perditos mores increpare non desisteret et ad argenteam Eudoxiae statuam in foro s. Sophiae ludos fieri prohiberet, conspiratione inimicorum episcoporum iterum exsulare cogitur, viduis et egentibus omnibus communis parentis ejectionem lugentibus. In exsilio Chrysostomus incredibile est quot et quanta mala perpessus sit, et quam multos ad Jesu Christi fidem converterit[1]).“ Exhorruit Innocentius I, ad quem Chrysostomus ab iniqua adversariorum sententia appellaverat, judicum illegitimorum audaciam fastumque (Palladius in vita Chrysostomi) atque sanctum praesulem suae restituit sedi, sed incassum. Tot malis et calamitatibus affectus fuit in itinere a militibus, tam horrida erant loca, in quae abducebatur, ut itineris exsiliique difficultatibus succubuerit atque saepe ingeminans ‚Deo gloria propter omnia‘ sanctissimam demum animam Deo reddiderit 14. Sept. 407 Comanae in Ponto. Adversarii ejus nondum ipsius morte contenti saevissimam in discipulos et fideles ei tamquam unice legitimo patri adhaerentes excitarunt persecutionem, diuque tenuit dissidium romanam sedem inter et praesules interim in sedem constantinopolitanam intrusos, donec Theodosius Arcadii filius corpus sanctissimi praesulis honorificentissime Constantinopolim transferendum curaverit et coram eo pro parentibus veniam sit precatus, et nomen Joannis tamquam legitimi episcopi in sacras tabulas fuerit relatum.

133. „Multitudinem, pietatem ac splendorem concionum, prosequitur idem Breviarium, ceterorumque ejus scriptorum, interpretandi etiam rationem, et inhaerentem sententiae ss. librorum explanationem omnes admirantur: dignumque existimant, cui Paulus apostolus, quem ille mirifice coluit, scribenti et praedicanti multa dictasse videatur[2]).“ Ex his homiliis multa sunt

---

ex antiqua versione armena in latinum sermonem transtulit ediditque Aucher Venetiis 1827. Reliquit et expositionem *in ep. ad Galatas,* quae periit, et *de baptismo et solemnitate Epiphaniae* libellum, qui est hom. 13 s. Basilii M. (Migne XXXI, 423—444), quae revera in versione armena ipsi tribuitur cf. Migne LXV, 9—29. — Atticus post Arsicium episcopus intrusus in sedem constantinopolitanam (406—10 Oct. 425 vel 427), post mortem s. Joannis adimpletis ab Innocentio statutis conditionibus legitimus, zelum ostendit in haereticos, ut a Coelestino I diceretur „fortissimus catholicae fidei propugnator,“ pauca reliquit, quae invenies apud Migne LXV, 637-679. Gennadius c. 52 refert eum scripsisse „ad reginas Arcadii imp. filias *de fide* et *virginitate* librum valde egregium, in quo praeveniens nestorianum dogma impugnat:“ qui tamen periit. Graeci eum inter sanctos colunt 8. Jan., hinc et in Act's SS. mense Jan. de eo agitur I, 437—482 (etiam apud Migne l. c.).

[1]) Ita Breviarium rom. lect. 5 in festo nostri sancti. Cf. opuscula et homilias ad has turbas spectantes lectu dignissimas, quas Migne t. LII collectas exhibet p. 391—543.

[2]) Jam s. Isidorus Pelusiota ep. l. 5 ep. 32 scripsit: „In his explanationibus

exegeticae, concionibus enim exposuit (probabiliter a. 388) *Genesin* (67), quibus addendae sunt aliae IX in tria priora cc. Genesis; aliquot cc. ll. Regum, ut hom. V *de Anna*, et hom. III *de Davide et Saule*. — Psalmos forte omnes concionibus illustravit, modo supersunt homiliae tantum *in psalmos* circiter sexaginta, quae praestantioribus et maxime utilibus, ideoque lectu dignissimis, incomparabilis hujus doctoris accensentur. „Quaecunque enim, scribit Photius inter alia occasione hujus commentarii cod. CLXXIV (Migne CIII, 506), auditorum captui accommodata essent atque ad eorum salutem et utilitatem pertinerent, ea neutiquam ille praetermittebat. Quamobrem neque admirari sanctissimum virum satis unquam possum, quod perpetuo in omnibus suis scriptis auditorum ita utilitatem tamquam scopum praefixisse sibi videatur, ut cetera vel omnino neglexerit vel levissime attigerit.“ — Praeter homilias genuinas reperies multas spurias seu potius quisquilias consarcinatorum graeculorum apud Migne LV, 531—784. — Hisce addantur fragmenta ex catenis collecta *in Job* et *in Proverbia*, Migne LXIV, 505—740, quorum genuinitas non satis est certa; homiliae duae *de prophetiarum obscuritate;* commentarius *in Js. 1—8, 10* plane insignis, sed forte ab alio concinnatus, omissis scil. exordiis ac epilogis; homiliae sex in illud: *Vidi Dominum* Js. 6, 1 ss.; *in Jeremiam* exstant plurima scholia sub Chrysostomi nomine, Migne LXIV, 739—1038; commentarius *in Danielem*, sed adeo exilis et jejunus, ut de ejus genuinitate dubitetur; vel forte est collectio scholiorum ex catenis.

134. In N. T. exposuit *Evangelium s. Matthaei* homiliis XC (XCI) prolixioribus et valde practicis[1]), unde Montfaucon in praef. scribit: „Ac sic revera nullus in orbe christiano liber est tot tantaque referens christianae ethices praecepta; unusque Chrysostomus tanta usus est inventione, facundia, sagacitate ad mores informandos, eliminanda vitia, christianas familias recte componendas[2]).“ Hinc maximi eum fecit s. Thomas, qui illum pro tota civitate pariensi noluisset permutare, ut pia traditur fama. — In s. Lucae evangelium (16, 19—31) habemus tantum hom. septem *de Lazaro et divite. Evangelium s. Joannis* exposuit h. LXXXVIII (excepto 8, 1—11) brevioribus, sed modo magis oratorio; in iis frequenter aggreditur anomoeos; *Acta apostolorum* hom. LV, minus accuratis, quia eas habemus nonnisi prout a notariis excep-

maxime in ep. ad Romanos sagacissimi Joannis sapientiae thesauri reperiuntur. Puto, si s. Paulus attica usus lingua semetipsum interpretatus fuisset, non alio modo expositurum fuisse quam egregius iste s. doctor. Ita nempe sensu, elegantia et verborum proprietate ejus interpretatio ornatur.“ Cf. etiam elogium Photii cod. CLXXIV apud Migne P. G. CIII, 502—506.

[1]) Homilias in Mattheum sicut et hom. VII *de laudibus s. Pauli* mox post Chrysostomi mortem latine vertit Anianus (Annianus) celedensis sive celennensis in Campania diaconus, amanuensis et defensor Pelagii in synodo diospolitano. Reperitur in editis versio tantum octo primarum verbis tinnulis et emendicatis, ut censet Hieronymus, facta, quamvis viginti quinque verterit homilias. Utramque versionem reperies in ed. Montfauconii (Migne P. G. LVIII, 973-1058 et L 471—514). Vertit et homiliam *ad Neophytos*. Liber ejus *adversus epistolam Hieronymi* ad Ctesiphontem intercidit. Garnerius vero ei tribuit etiam *ep. ad Demetriadem*, quae inter Augustini et Hieronymi opera fuit edita. Cf. Fabricius I, 103. W. Schmitz ei tribuit versionem ll. II *de cordis compunctione*, quam ipse edidit inter Monumenta tachygraphica cod. paris., Hannoverae 1882—1883. fasc. 2.

[2]) Prodiit quoque sub ejus nomine opus imperfectum in Matthaeum (Migne P. G. LVI, 611—946, latine tantum) a theologis scholae saepe citatum, lacunosum scil. in 1-13, 14 et in cc. 19—25, quod est Ariani latini sec. VI.

tae fuere: quibus adde alias IV *in principium actorum* et IV de *mutatione nominum,* quibus conversio Pauli c. 9 narrata praebuit occasionem. Effusus est in iis in s. apostoli laudem. — Epistolam *ad Romanos* exponit hom. XXXII, quae inter homilias in ep. paulinas prorsus eminent; ep. 1 *ad Corinthios* hom. XLIV, alteram hom. XXX, quibus adde hom. III *de legibus connubii* seu de matrimonio, et III de verbis Ap. *Habentes eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum* (2. Cor. 4, 13). — In ep. *ad Galatas* exstat commentarius plane accuratus, in homilias non divisus; in ep. *ad Ephesios* hom. XXIV; in ep. *ad Philippenses* XV; in ep. *ad Colossenses* XII; in 1 ep. *ad Thessalonicenses* hom. XI et V in alteram ep. Homiliae in has quatuor ep. posteriores reliquis in ep. s. Pauli inferiores sunt quoad accurationem et perspicuitatem. — In ep. 1. *ad Timotheum* reliquit hom. XVIII; in alteram hom. X; in ep. *ad Titum* hom. VI; in ep. *ad Philemonem* hom. III, quae speciali diligentia et accuratione sunt elaboratae. — In ep. *ad Hebraeos* hom. XXXIV post obitum s. doctoris ex scriptis notariorum concionanti adstantium vir pius i. e. Constantinus antiochenus presbyter collegit. Has latine vertit hortante Cassiodorio quidam Mutianus sec. VI scholasticus, vir dissertus et doctus atque diligens interpres. Prodiit haec versio Coloniae 1487, atque editionibus operum Chrysostomi fuit inserta (Migne LXIII, 237—455). — Praeter has homilias fragmenta supersunt *in ep. ss. Jacobi, Petri et Joannis (I),* quae habes in Migne P. G. LXIV, 1039—1062, et *homiliae* multae in singularia s. Scripturae loca: harum XXV habes in Migne P. G. LI. In explicanda vero s. Scriptura diligenter inhaeret sensui literali: hunc indagat, hunc illustrat, huic praeprimis insistit[1]).

135. Succedunt homiliae dogmaticae et polemicae. Ita hom. VIII *adversus Judaeos* seu potius adversus Christianos, qui cum Judaeis jejunia et festa celebrabant (a. 387—389). — Hom. XII *contra anomaeos* seu de incomprehensibilitate Dei, inter praestantissima s. doctoris opera numerandae[1]); hom. (solida) *de resurrectione mortuorum.* — Quam plurimae supersunt homiliae *in festis Domini* habitae, ex quibus tamen aliquae sunt dubiae; *in laudes sanctorum* dictae et sermones panegyrici[2]), inter quos primum occupant locum hom. VII *de laudibus s. Pauli ap.* Adeo mire effusus est in laudes tanti apostoli, ejus virtutes depraedicat maximisque confert sanctis, ut s. Paulus vix unquam eloquentiorem repererit encomiasten. Passim autem in hisce sermonibus panegyricis lectu dignissimis egregie disserit de cultu sanctorum eorumque reliquiis. In homilia *in laudem Theodosii M.* imperatorem defunctum a pietate celebrat atque a victoriis, quas Deo opitulante retulit de tyrannis Maximo et Eugenio. — Multae homiliae sunt morales, ut hom. II *ad illuminandos;* hom. III. adversus eos, qui dicunt, *daemones gubernare mundum* et Dei punitiones iniquo ferunt animo etc.; *de eleemosyna* in 1. Cor. XVI, 1—14; *contra circenses ludos*

---

[1]) Bardenhewer § 74 n. 11: So wie er, hat wohl kein Zweiter den hl. Text so gründlich und besonnen, und ich möchte sagen, so trocken und nüchtern auszulegen, und doch zugleich so tief und allseitig, so zart und feinsinnig fruchtbar zu machen gewusst für alle Zweige des religiösen Lebens. Cf. Kihn die antioch. Schule p. 49 ss.; 111 ss. Ceterum, ut scribit Cornely n. 237, s. doctor longe felicior fuit in interpretando N. T. quam in Veteris explanatione, quamvis haec quoque tantum abest, ut sit spernenda, ut sola illustrem reddere possit interpretem.

[1]) Harum quinque priores proprie agunt de incomprehensibilitate Dei, easque dedimus in opusc. SS. PP. selecta XXIX, 1—122.

[2]) *Encomium in s. Gregorium* Armenorum Illuminatorem (Migne LXIII, 943-954) spurium censetur.

et theatra; orat. VI *de providentia et fato* (nonnihil dubiae). Hom. VII *de jejunio* Migne LX, 711—24 sunt suppositae sicut aliae VII (VIII) *in Pascha* (ib. LIX, 721—756). — Hom. IX *de poenitentia,* vel de variis virtutibus colendis seu vitiis cavendis; hom. XXI *de statuis* ad populum antiochenum. Dejecerat enim populus in seditione ob nimiam tributorum (a. 387) exactionem imperatoris (Theodosii) patris filiorumque et Flacillae uxoris jam defunctae statuas. Profectus est Flavianus ep. ad imperatoris animum placandum: adeo autem eloquenter causam suam peroravit, ut imperator lacrymas tenere non potuerit[1]). Antiochenis inter metum et spem fluctuantibus habuit s. doctor has homilias occasione ea usus, ut cives ad poenitentiam eluendaque scelera, quibus iram Dei in se provocaverant, excitaret. Cernitur in his homiliis summa eloquentiae vis atque elegantia. Prodierunt seorsim (latine tantum cum hom. IX de poenitentia) Tyrnaviae 1763 in 4. Alias *homilias* XI c. a. 398 vel 399 CP. habitas ad historiam illius temporis illustrandam utiles serius repertas habes Migne LXIII, 455—565.

136. Composuit Chrysostomus etiam aliquot opuscula: *Demonstratio* contra Judaeos et gentiles, *quod Christus sit Deus* (f. circa a. 387), in fine ut videtur mutila, sed invicta, eloquentissima, hausta praesertim ex adimpletis V. T. vaticiniis et ipius Christi prophetiis, et ex Ecclesiae invicta firmitate[2]). — Liber *in s. Babylam,* contra Julianum et contra gentiles, in quo religionis christianae veritatem ex factis et miraculis Christi ejusque sectatorum comprobat (382). — Pulcherrima quoque atque utilissima sunt opuscula ascetica: Libri duo *ad Theodorum lapsum,* qui quondam fuit suus condiscipulus et in profitenda vita ascetica pedisequa, sed amore seculi et praesertim Hermionis puellae amore captus proposito priori renunciare cogitaverat. Monitis suis sinceris, eloquentibus atque ardentibus eum ad saniorem revocavit mentem. Fuit is Theodorus postmodum episcopus mopsuestenus, nominatissimus hoc seculo, ut infra videbimus. — Non minoris sinceritatis et ardoris sunt ll. 2 περὶ κατανύξεως *de compunctione,* quorum prior est ad Demetrium amicum, alter ad Stelechium amicum; ll. 3 πρὸς τοὺς πολεμοῦντας τοῖς ἐπὶ τὸ μονάζειν ἐνάγουσιν *adversus oppugnatores vitae monasticae;* ll. 3 *de providentia* Dei ad Stagirium monachum, ἀσκητὴν δαιμονῶντα a daemone vexatum, quem nimis afflictum consideratione providentiae divinae solari nititur: cum quibus cohaeret ἡ κατὰ χριστὸν φιλοσοφία *comparatio regis et monachi,* qua probat eum, qui vitae monasticae dat operam, regem vere appellari, imo rege ditiorem et potentiorem atque in morte esse beatiorem. Spirant in hisce opusculis ardor et magnanimitas animi, quam conceperat s. doctor, cum ardentissime se vitae tradidit asceticae. — *De virginitate* l. plane eximius; ll. 2 *ad viduam juniorem;* ll. 2 πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους et περὶ τοῦ τὰς κανονικὰς μὴ συνοικεῖν ἀνδράσιν *de subintroductis* scripti mox ac episcopale suscepisset munus, contra abusum, quo clerici coelibes in domum reciepiebant puellas, quae virginitatem profitebantur, eo specioso praetextu ut ceu fratres cum sororibus conviverent. — Quaedam opuscula scripsit occasione persecutionis in ipsum motae et exsilii, quae ejus animum fortissimum, excelsum, ex fide viventem produnt, ut l.

[1]) Hujus sermonis auctor fuit ut videtur ipse Chrysostomus. Est autem eloquentiae egregium exemplum, hinc receptus a Schleininger in suo op. Grundzüge der Beredsamkeit, Freiburg 1883 ed. 4 p. 336—43; prodiit seorsim cur. L. de Sinner Parisiis 1842; cur. E. Ragon ib. 1887; 1893.

[2]) Edidimus hunc libellum plane aureum, nunquam satis commendandum inter opusc. sel. SS. PP. Oeniponte 1871. XV, 111—182; 1901 ed. 2.

ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα οὐδεὶς παραβλάψαι δύναται quod *nemo laeditur nisi a se ipso; l. ad eos, qui scandalizati sunt* ob adversitates, quibus vix aliquid nobilius et sublimius in patrum scriptis reperitur. — Supersunt et 238 *epistolae*[1]), omnes, una excepta, in exsilio scriptae ultimo, breves plerumque sed testimonium paternae sollicitudinis et curae pastoralis tenerrimum, inter quas excellunt ep. 17 *ad Olympiadem* viduam et diaconissam prolixiores, quae vix absque lacrymis legi possunt, atque inexhausta eloquentia hoc fere unum tractant argumentum, quam salutares sint tribulationes. — Mirum esse non debet, tam celebri concionatori multas homilias fuisse suppositas, quas hic enumerare non vacat[2]). — Duplex quoque sub ejus nomine circumfertur liturgia, prolixior et brevior, quae vix talis, qualis modo prostat, ab eo est profecta[3]). Prodiit in Daniel Cod. liturg. eccl. or. Lipsiae 1853 p. 327—420. — *Synopsis V. et N. T.* est saltem dubia: exhibet compendio libros V. T. (non tamen omnes): aliquando etiam interpretem agit resque ipsas breviter explicat, sed manca est, nam de N. T. fere nihil habet. Fragmenta hactenus inedita reperit Ph. Bryennios atque in sua ed. Didaches CP. 1883 Proleg. p. 109—147 exhibet. Conjiciunt eruditi, s. praesulem eam in privatum suum redegisse usum.

137. Abstinebimus a recensendis encomiis, quibus ab aequalibus et a posteris tantus celebratur doctor[1]): optimum encomium sunt ejus opera incomparabilia, quae nunquam legentur sine uberrimo fructu. Ea saepe et seorsim et collectim prodiere. Editiones omnium operum curarunt Fronto Ducaeus Parisiis 1609—33 t. 12 in f.; Parisiis 1636; Francofurti 1697—98; 1723 etc.; Savile anglicanus, Eton 1612 t. 8 graece tantum; Montfaucon, Parisiis 1718—38 t. 13 in f. ed. praestantissima; Venetiis 1734-41 t. 13 in f.; Roboreti 1753—1764 t. 13 in 4 (latine); 1780 t. 14 in 4

---

[1]) Epistola *ad Caesarium* ei passim tributa dubia videtur, imo supposititia. De ea magnae olim viguerunt controversiae propter quaedam verba, quae videbantur transsubstantiationis dogmati adversari: dicitur enim natura panis in eucharistia manere. Sed nomine naturae intelligi debet summa qualitatum sensibilium, quibus panis substantia se manifestat. Inter s. praesulis epistolas receptae fuere quaedam (237—41 et forte 233), quae sunt Constantii presbyteri antiocheni, ejus amici, qui videtur esse ille, qui cognominatur ab aliis Constantinus et homilias in ep. ad Hebraeos edidit.

[2]) Eas occasione data notant Fessler-Jungmann § 138 ss., Montfaucon et Migne in suis ed. opp. s. doctoris. Ex ejus homiliis genuinis alii concinnarunt varia florilegia seu homilias. Horum 33 edidit Etzelius Moguntiae 1603 in 8; 48 Savilius, Montfaucon, Migne P. G. LXIII, 537—902; 52 Matthaei Mosquae et Lipsiae 1807. Simili consilio concinnavit Hefele *Chrysostomus-Postille.* Eine Auswahl des Schönsten aus den Predigten des hl. Chrysostomus für Prediger und zur Privaterbauung ausgewählt und aus dem Grundtext übersetzt, Tübingen 1845; 1850 ed. 2.

[3]) Cf. Migne LXIII, 901—923; F. Probst Liturgie des 4. Jahrh. und deren Reform, Münster 1893 p. 412—455.

[1]) In ejus laudem Theodoretus cyrensis quinque saltem habuit orationes, quarum excerpta dedit Photius bibl. cod. 273 Migne CIV, 229—36, et Leo Sapiens imp. prolixam quoque habuit in eum orationem Migne CVII, 228—292). Cf. praeter auctores jam citatos Bardenhewer § 74 et KL. VI, 1611—1640; Nirschl II § 155 s.; Stilting in Actis SS. 14. Sept. IV, 401—709, Venetiis 1761; Fabricius-Harless bibl. gr. VIII, 454—583; Tillemont XI, 1—405 cum notis 553—682; Potthast p. 1395; A. Neander der hl. Chrysostomus und die Kirche seiner Zeit, Berlin 1821—22 t. 2; 1848 ed. 3; Montfaucon vita in ed. opp. XIII, 91—177 etc. *Vita s. Jo. Chrysostomi,* quam stilo simplici et humili composuit Georgius patriarcha alexandrinus (630) quaeque legitur Migne P. G. CXIV, 1015—1210, non est magni pretii.

(latine); Parisiis 1834—40 t. 13 in 8; multis adminiculis scientificis et criticis aucta in Migne P. G. XLVII—LXIV, qui illa etiam latine tantum edidit. Homiliae *in Matthaeum* seorsim prodierunt cur. Frid. Field Cantabrigae 1839 t. 3 in 8., et hom. *in* omnes *s. Pauli epistolas,* Oxonii 1849—55 t. 5 in 8. Opuscula selecta edidit Lommler Rudolstadt 1840; coepit edere graece et latine Dübner, Parisiis 1861, sed prodiit tantum volumen primum.

138. Occidentalis Ecclesiae splendor et gloria est s. Sophronius Eusebius Hieronymus »patre Eusebio natus (c. 331, juxta recentiores vero nonnisi 349—350) oppido Stridonis, quod a Gothis eversum Dalmatiae quondam Panoniaeque confinium fuit[1])«. Adolescens a. 20 Romam missus est liberalibus disciplinis erudiendus, ibique Donatum celebratissimum illius aetatis grammaticum audivit, in cujus schola adeo profecit, ut sermonis elegantia facile scriptores aequales omnes vicerit. Romae dum degeret sedente Liberio (352—66) baptizatus est, sed quo anno ignoratur. In Galliam profectus comite Bonoso ipsi a pueris amicissimo Treviris aliquamdiu substitit, Hilariique libros ad usum Rufini aquilejensis tunc ei familiarissimi descripsit: inde Aquilejam abiit, ibique degit in consortio laetissimo illustrium virorum s. Valeriani, Rufini, Gaudentii, Chromatii aliorumque, donec nescitur quo subito turbine inde avulsus est. Quare cum aliquot sociis Innocentio, Heliodoro et Evagrio presbytero antiocheno longe instituit per varias Orientis provincias iter (a. 372) atque Antiochiam venit. Sodalibus duobus vita functis ipse languore correptus apud Evagrium remansit. Eo tempore frequentius Apollinarium celebrem tunc Laodiceae episcopum adiit eoque magistro in ss. literis est usus. Secessit deinde in horridum Chalcidis desertum, quod propter eremitas Thebais dicebatur syriaca, ibique vitam eremeticam rigidissimae poenitentiae deditam egit per quinquennium. »Sedebam solus, narrat ipse ep. XXII n. 7 (scorpionum tantum socius et ferrarum, addit infra), quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco membra deformia et squalida cutis situm (sordes) aethiopicae carnis obduxerat. Quotidie lacrymae, quotidie gemitus et si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo ossa vix haerentia collidebam. De cibis vero et potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida utantur et coctum aliquid accepisse luxuria est etc.« Simul tamen assiduam studiis s. Scripturae operam dedit atque magistro hebraeo baptizato linguam addidicit hebraicam primus forte occidentalium tanta animi contentione, ut de se ad Rusticum scribere potuerit ep. 125 c. 12. »Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperaverim quotiesque cessaverim et contentione discendi rursum inceperim, testis est conscientia, tam mea qui passus sum, quam eorum, qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Domino, quod de amaro semine literarum dulces fructus carpo.«

139. Cum Antiochiae triste schisma fidelium coetum in partes scinderet et controversiae theologicae mentes turbarent, duas aureas epistolas scripsit

[1]) Ita ipse de se in l. de viris ill. c. 135. Sed magna inter eruditos est controversia de accuratiori situ oppidi Stridonis. Alii putant illud esse oppidum Strigovo in Hungaria, vel cognomen oppidum in Dalmatia; alii Sdrinja prope Tergestum; recentissime ex inscriptione reperta conjiciunt Stimmen aus Maria Laach 1900 I, 232, illud esse Grahovo in Bosnia. Nec minor est controversia de anno nativitatis, quem alii putant fuisse jam a. 321, alii differunt vel ad a. 349. Cf. de his eruditissime disputantem Danko in diss. D. Hieronymum oppido Stridonis in regione interamna (Murakóz) Hungariae a. 331 p. Chr. n. esse, Moguntiae 1874.

ad Damasum pontificem, quibus enixe rogat, ut controversias authentice dirimat[1]). „Ego nullum primum, profitetur ep. 15 n. 2, nisi Christum sequens, beatitudini tuae i. e. cathedrae Petri, communione consocior: super illam petram aedificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus est etc.“ A s. Paulino, cujus partes sequebatur, ordinatus est, sed invitus, presbyter. A monachis Meletio faventibus multas passus est vexationes. Fama s. Gregorii naz. attractus Constantinopolim se contulit (379), ut eo magistro proficeret in arte ss. Scripturas interpretandi. Hic etiam impense lectioni operum patrum et scriptorum graecorum, Origenis praesertim et Eusebii caes. incubuit. Necessitate ecclesiastica motus (pro componendo schismate antiocheno) Romam se contulit haesitque in obsequio s. Damasi, eumque in chartis ecclesiasticis juvit et Orientis Occidentisque synodicis consultationibus respondit (ep. 123 n. 10.). Damasus vero, qui eum maximi fecit, ipsum incitavit ad difficiliores s. Scripturae locos interpretandos, ut Evangelia, quorum variae circumferebantur versiones, inter se sat dissonas ad codices originales reformaret: atque hinc enatus est labor praecipuus, qui eum per totam fere reliquam vitam occupavit, vel vertendi, vel emendandi versiones s. Scripturae, atque gradatim interpretandi s. Scripturae libros: quo labore immortalia sibi comparavit pro universa Ecclesia occidentali ad nostra usque tempora merita. Romae viri et feminae nobilissimae atque opulentissimae ejus se tradiderunt disciplinae tam in ascesi quam in studiis, tantaque pollebat auctoritate, ut de se ad Asellam ep. 45 c. 3 scribat: „Omnium pene judicio dignus summo sacerdotio decernebar. B. memoriae Damasus, meus sermo erat. Dicebar sanctus, dicebar humilis et disertus.“

140. Verum Damaso mortuo (a. 384), apud quem plurimum auctoritate valuit, electus est Siricius, et exinde clerici, monachi et virgines, quorum vitia aperte et libere verbis saepe acculeatis carpserat, vehementius eum impetierunt, sparsis etiam calumniis: quare Urbis pertaesus in Orientem remeavit (385) per Cyprum, ubi humanissime exceptus fuit ab Epiphanio, et Antiochiam Syriae in Bethlehem locum, ubi reliquum vitae degit aedificatis monasteriis, uno pro viris, cui ipse praefuit, altero pro virginibus sub directione Paulae nobilissimae viduae romanae et hospitiis pro peregrinis. Sanctas illas feminas in sacris instituit literis, ad fratres sermones habuit, scholas aperuit pro filiis divitum. Rigidissimam ibidem duxit vitam, simul tamen impensissime studiis se dicavit addiscendisque vel noctu linguis hebraicae vel aramaicae, summa fruens pace, quam demum in eremo invenit. Ad hoc tempus spectant quae de eo apud Sulpicium Severum dial. 1, 9, legimus: „Ego (inquit Posthumianus) apud Hieronymum sex mensibus fui, cui jugis adversus malos pugna perpetuumque certamen concivit odia perditorum. Oderunt eum haeretici, quia eos oppugnare non desinit: oderunt clerici, quia vitam eorum insectatur et crimina. Sed plane eum boni omnes admirantur et diligunt, nam qui eum haereticum esse arbitrantur, insaniunt. Vere dixerim, catholica hominis scientia, sana doctrina est. Totus semper in lectione, totus in libris est; non die neque noctu requiescit; aut legit aliquid semper, aut scribit.“ Ultimi tamen vitae anni satis turbati fuere, controversiis acribus cum Origenistis, Rufino praesertim. Initio quidem multum miratus erat Origenis ingenium, imo ali-

[1]) Habes eas inter ep. s. doctoris selectas a nobis editas Oeniponte 1870 XI, 25—40. Eae sunt insigne argumentum pro primatu romani episcopi vel in Orientem.

quot ejusdem scripta latine verterat[1]), sed Epiphanii auctoritate permotus eum, nominatim ejus asselas insectatus est, suumque in Origenem studium ita quasi excusans ep. 84 n. 2: »Laudavi interpretem, inquit, non dogmatisten, ingenium, non fidem, philosophum, non apostolum.« Pelagiani vero, quos pariter insectatus erat, irruptione facta plures Dei servos et ancillas, quorum curam in suis gerebat monasteriis, caede affecerunt, aedificia incenderunt adeo, ut ipse sanctus vir vix fuga vitae periculum sit elapsus. Ipsa etiam amicitia cum s. Augustino vehementia charactere sui nonnihil turbata fuit[2]). Morte commutavit vitam agitatissimam senex venerandus virtutibus conspicuus, meritis plenus, poenitentia durissima a naevis purgatus 30. Sept. 420.

141. Praecipuum s. Hieronymi studium versabatur circa s. Scripturam atque triplex distingui potest, nam libros V. T. juxta Hebraeorum canonem, postquam eorum versionem latinam juxta versionem alexandrinam hexaplarem retractaverat atque reformaverat eamque versionem ita emendatam fraude cujusdam amiserat, si Job et psalterium (gallicanum postea dictum) excipias, ex ipsis fontibus hebraicis transtulit; Librum vero Tobiae et l. Judith ex chaldaico sermone convertit. Librorum vero N. T. versionem jussu Damasi pontificis accurata correctione graecae fidei reddidit. Has versiones vel versionum retractationes complectitur ejus *Bibliotheca divina*, quam habes in Migne P. L. t. XXVIII et XXIX. Inde profluxit quae nunc in Ecclesia occidentali in usu est *Versio Vulgata*, ita appellata (a sec. XII.) quia gradatim a sec. V. per Occidentem invaluit et diffusa est. Ea complectitur canonem hebraicae veritatis, prout a s. Hieronymo translatus est solo Psalterio excepto, pro quo receptum est Psalterium gallicanum, cujus supra meminimus; ll. Tobiae et Judith ex chaldaico a s. doctore conversos, et quasdam partes Danielis et Esther e graeco ab ipso versas. Libri deuterocanonici Baruch, Sapientia, Ecclesiasticus et duo ll. Machabaeorum ab eo non translati ex vetere versione anonyma retenti sunt. Novum vero T. editionis Vulgatae integrum aut a s. Hieronymo de novo translatum aut saltem correctum est[1]). *N. T. secundum editionem s. Hieronymi* ad codd. msc. fidem ediderunt J. Wordsworth et H. J. White p. I. complectens IV Evangelia Oxonii 1889-1898. — Sed non solum de vertenda s. Scriptura sollicitus fuit s. doctor, sed etiam de ea interpretanda: atque initio quidem latine vertit *homilias Origenis* (14) in Jeremiam, in Ezechielem (14), in Isaiam

[1]) Inter haec est praeter ea, quae infra recensebimus, opus Origenis praecipuum *de principiis*, quod tamen periit. Cf. tamen ejus ep. 124 ad Avitum, quid cavendum sit in libris περὶ ἀρχῶν.

[2]) Cf. de hac controversia exegetica in Gal. 2, 14 Möhler, Gesammelte Schriften und Aufsätze, herausgegeben von J. Döllinger Regensburg 1839 I, 1—18.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 149. Triplex circa *Psalterium* s. Hieronymi labor distingui debet. Primo cursim illius versionem veterem revidit et emendavit, et hoc dicitur Psalterium romanum, quia in usum Ecclesiae romanae transiit, et quaedam ejusdem vestigia supersunt in liturgia romana. Alter est Psalterium gallicanum, de quo supra egimus, ita dictum, quia in Gallia receptum est, idque transiit in versionem Vulgatam. Tertius demum labor Psalterii est versio nova ex hebraico archetypo fidelissima et singulari accuratione elaborata, quae ad privatam legentium eruditionem summopere commendari meretur. Hanc accurate ediderunt Lagarde Lipsiae 1874 in 8. et eodem fere tempore Tischendorf, S. Baer et Fr. Delitsch, ib. 1874. cum textu masoretico. Cf. ceterum Kaulen Gesch. der Vulgata, Mainz 1868; Handbuch zur Vulgata. Eine system. Darstellung ihres lat. Sprachcharakters, ib. 1870; S. Berger Hist. de la Vulgate pendant les prémiers siècles du moyen âge, Paris 1893.

(9), Cantica Canticorum (2), in Evangelium s. Lucae (39), *de situ et nominibus locorum hebraicorum* l. Eusebii caesariensis, quem tamen simul emendavit et auxit, etiam in onomasticis sacris P. de Lagarde, Gottingae 1887 p. 25—192 (cum sequenti); l. Philonis *de interpretatione nominum hebraicorum* ab Origene ex parte jam reformatum, quem non solum vertit, sed Origenis vestigia premens emendavit et auxit addita N. T. nominum interpretatione: in utroque scribendo vetus aedificium nova cura instaurans, et novi potius operis conditorem, quam veteris interpretem se exhibuit. — Omissis quibusdam minoris momenti, scripsit in Genesim *quaestionum hebraicarum* l. unum, qui est judaicarum traditionum reconditiorisque doctrinae thesaurus, in quo varios per ordinem l. Geneseos textus difficiliores proponit eosque ex hebraico archetypo nunc elucidat, nunc corrigit, nunc vindicat. Edidit hunc l. P. de Lagarde, Lipsiae 1868; sequuntur commentarii *in Ecclesiasten, in Ps. 10—16* tr. 7, qui tamen periisse videntur; commentarioli *in psalmos,* quos demum reperit ediditque Germain Morin in op. Hieronymi presbyteri qui deperditi hactenus putabantur commentarioli *in psalmos,* commentario critico instruxit, prolegomena et indices adjecit, Maredsoli et Oxonii 1895. in Anecd. Mareds. in p. 1., opus magnae sagacitatis, quo probat Breviarium hoc constare magna ex parte ex scriptis s. doctoris sane mutilatis vel interpolatis. In altera p. exhibet quos feliciter reperit tractatus sive homilias *in Psalmos* (59), *in Marci Evangelium* (10, jam editos inter Chrysostomi opera, Venetiis 1549) aliaque varia argumenta (10, ibid. partim jam impressa, partim in app. op. s. Augustini vel ipsius Hieronymi). Partim detexit, partim adulterinis mercibus exemit, auctori vindicavit adjectisque commentariis criticis primus edidit, Oxonii 1897. Hae vero homiliae non sunt accuratae, schedae magis luci publicae non destinatae. Cf. de his ipsum Morin Revue d'hist. et de littér. 1896 1, 393—434. — Exstant et prolixi commentarii *in IV prophetas majores* (commentarium tamen *in Jeremiam* non absolvit) et *XII minores; in Evang. s. Matthaei;* in ep. *ad Galatas, Ephesios, ad Titum* et *Philemonem*[1]); et in Apocalypsin, qui periisse videbatur, sed saltem quoad substantiam repertus fuit ab Haussleiter[2]) in *Summa dicendorum* praemissa commentario Beati ab. († 798) in Apocalypsin ed. a Florez, Matriti 1770. His commentariis accedunt saltem epistolae XXIII longiores, in quibus interrogatus aliquot utriusque Testamenti locos accuratius explanat. Commentarios s. doctoris distribuit Cornely introd. gen. ed. 2. p. 657 in tres classes, quarum prima continet commentarios in Ecclesiasten, quatuor ep. Paulinas (scr. a. 387—390) et in Matthaeum (scr. non ante a. 398). In hisce variorum interpretum sententias congessit, Origenem potissimum secutus est, ita tamen ut ipsius propria

---

[1]) Hinsichtlich der sprachlichen wie der historisch-archäelogischen Erudition, der Belesenheit in der älteren exegetischen Literatur, kurz der Gelehrsamkeit nehmen diese Erläuterungsschriften des hl. Hieronymus unter allen gleichartigen Versuchen der abendländischen Kirchenväter die erste Stelle ein. Auf der anderen Seite weisen dieselben aber auch bedeutende Gebrechen auf. Viele, sehr Viele sind mit grosser Flüchtigkeit hingeworfen, bezw. einem Schreiber in die Feder dictiert. . . . Von der Nothwendigkeit vor allem den historisch-grammatischen Sinn des Schriftwortes zu ermitteln und darzulegen erscheint Hieronymus im Allgemeinen ganz uud gar durchdrungen . . . Aber anderswo wetteifert seine Auslegung an Willkürlichkeit und Unnatürlichkeit mit derjenigen des Origenes etc. Bardenhewer § 73 n. 5. Cf. Hoberg de s. Hieronymi ratione interpretandi, Bonnae 1886.

[2]) Cf. J. Haussleiter Die Commentare des Victorinus, Tichomius und Hieronymus zur Apocalypse. Zeitschr. für

sententia non satis clare dignoscatur. Altera classis complectitur commentarios in prophetas minores (scr. 391—396), in quibus suam novam sequitur versionem, ejus sensum literalem accurate exponit, alexandrinae textum spirituali magis sensu explicat. Tertia classis complectitur commentarios in prophetas majores (407—420), qui alios longe superant. In iis utramque quidem versionem ponit, sed suam fere explicat ratione tamen habita aliarum versionum rariusque allegorias affert. — Genuina non sunt quae sub ejus nomine circumferuntur: *Breviarium in psalmos* compilatum jam sec. V. ex veterum interpretum scriptis, bonum, (Migne XXVI, 802—1270); *quaestiones hebraicae* in ll. Regum et in ll. Paralipomenon (Migne XXIII, 1329—1402); *expositio interlinearis l. Job*[1]), quae suo merito non caret (Migne XXIII, 1407—1470); *expositio IV Evangeliorum* orationis vitiis infecta et *Expositio super ep. s. Pauli* excepta ep. ad Hebraeos (utraque apud Migne P. L. XXX, 531—902), quae non plane inutilis, si textus excipias, in quibus error se prodit, censetur esse ipsius Pelagii, sed jam olim nonnihil ab anonymo emaculata, qua de re cf. Zimmer in op. Pelagius in Irland. Texte und Untersuchungen zur patristischen Literatur. Berlin 1902. Cf. et Klasen, qui hanc expositionem Pelagio abjudicat Theol. Qtlschr. 1885 LXVII, 244—317; 531—577. — *De benedictionibus Jacob* patriarchae (Migne XXIII, 1307—1318) Alcuino tribuitur. Supposita quoque sunt: *Decem tentationes* populi Israel in deserto, et commentarius *in canticum Deborae* (ib. XXIII, 1319—1328). — Commentarius in *lamentationes Jeremiae* videtur esse Bedae (ib. XXV, 787—795).

142. Reliquit s. doctor opera historica, ut *chronicon* Eusebii caesariensis (cf. p. 211), quod latine reddidit, emendavit, auxit et ab a. 325—78 continuavit[1]). — Librum *de viris illustribus* seu de scriptoribus ecclesiasticis, in quo cc. 135 specimen exhibet patrologiae, duce prae primis Eusebio, exile saepe et jejunum, pro illo quidem tempore sane pretiosum, sed naevis infectum, festinanter, ut videtur, compositum, ut ostendit Stan. de Sychowski in optima ed. Münster 1894 apparatu critico instructa. Prodiit ille catalogus saepe admodum. Praeter ed. Sychowski cur. Bernoulli der Schriftsteller Katalog H. Freiburg 1895; Richardson, Lipsiae 1896 etc. — Scripsit stilo nitido et amoeno *vitas* quorundam patrum seu monachorum, ut s. Pauli eremitae, s. Malchi et Hilarionis[2]), quibus addi debent ep. quaedam prolixae complectentes encomia personarum illustrium.

143. Inter opera polemica primum forte est *Altercatio Luciferiani*

---

kirchl. Wissensch. und kirchl. Leben 1886 p. 239—257.

[1]) Ea esse videtur Philippi presbyteri optimi auditoris Hieronymi, de quo scribit Gennadius c. 62: „Philippus presbyter, optimus auditor Hieronymi, commentatus *in Job* edidit sermone simplici librum. Legi ejus et familiares *epistolas* et valde salsas, et maxime ad paupertatis et dolorum tolerantiam exhortatorias.“ Obiit c. a. 455 vel 456. Expositio autem laudata retractata videtur a Beda ven. ejusque operibus adjecta. Num vero in forma, qua in antiquioribus s. Hieronymi ed. prodiit, sit genuina, est iterum dubium ob excerpta, quae ex antiquissimo cod. ediderunt Muratori et Vallarsi in sua ed. cf. Fabricius Bibl. lat. med. III, 281.

[1]) Cf. Schoene die Weltchronik des Eus. in ihrer Bearbeitung durch Hieronymus, Berlin 1900.

[2]) Habes eas inter op. SS. PP. selecta XLVIII, 190—272 Oeniponti 1885. Cf. de variis eorum recensionibus, versionibus etc. doctissimam diss. Van den Ven in Museon 1900 I, 413—455; 1901 II, 208—326, et in op. S. Jérôme et la vie du moine Malchus, Louvain 1901.

et orthodoxi seu dialogus contra Luciferianos, pro horum historia magni momenti, scriptus probabiliter a. 379 (Migne XXIII, 155—182). — L. adversus Helvidium *de perpetua virginitate b. Mariae* stilo acri et vehementi circa a. 383 conscriptus[1]). — Libri II *adversus Jovinianum* (c. a. 392), in quibus Joviniani[2]) errores impugnat eaque occasione virginitatis praestantiam ita extollit, ut ab obtrectatoribus suis invidiose traduceretur, quod nimius fuerit in illa laudanda et iniquior in matrimonium: hinc libellum apologeticum seu ep. 48 *ad Pamachium* pro illis defendendis scripsit (c. finem a. 393). — In lucubratione unius noctis *contra Vigilantium*[3]) cultum reliquiarum SS. defendit, voluntariam paupertatem et clericorum coelibatum. — Contra Pelagianos mira concinnavit venustate (teste ipso Juliano pelagiano apud Augustinum in op. imperfecto contra eundem IV, 88) *dialogum* ll. III comprehensum. — Occasione litis de Origene (c. a. 398 vel 399) librum *contra Joannem hierosolymitanum* episcopum[4]), et *apologiam* duplicem contra Rufinum stilo nimis aculeato et acerbo scripsit. Hisce libris dogmaticis adjungi debet versio operis Origenis *de principiis* et op. Didymi *de Spiritu s.*, de quibus jam supra egimus p. 56 et 175.

144. Inter omnia autem s. doctoris scripta eminent, si dictionis spectes elegantiam, documentorum utilitatem, ingenii sagacitatem, idearum nobilitatem, ejus *epistolae*[1]). Ex innumeris tamen quas scripsit supersunt epistolae tantum circiter 116 ab ipso scriptae, saepe tractatuum instar prolixae, quarum plures spectant studium et intelligentiam ss. Scripturarum, aliae tradunt monita salutis et perfectionis, accendunt ad vitam eremeticam, ad servandam virginitatem, ad ducendam vitam clerico, monacho, virgine dignam, ad vitae emendationem etc.; aliae exhibent virtutum exempla spectanda in vitis virorum vel feminarum piarum, quas lectoribus vivide ob oculos ponit.

---

[1]) Reperies hunc pulcherimum libellum inter opuscula selecta Oeniponte 1870 XII, 249—98; 1894.

[2]) Cf. W. Haller Jovinianus die Fragmente s. Schriften, die Quellen zu seiner Geschichte, sein Leben und seine Lehre, Leipzig 1897 in Texte u. U. N. F. II, 2.

[3]) Cum Hieronymo et Ripario Vigilantium impugnavit c. a. 406 Desiderius hispanus, presbyter, ab Hieronymo laudatus: hujus tamen liber periit.

[4]) Joannes prius eremita, dein episcopus hierosolymitanus ab a. 386—417, pro Origene stetit. Qua de re ab hujus adversariis accusatus „scripsit adversum obtrectatores studii sui librum (vel potius epistolam), in quo ostendit se Origenis ingenium, non fidem secutus.“ Ita Gennadius de vir ill. c. 30. Haec apologia praeter fragmenta in hoc libro a s. doctore asservata interiit: sed quia in ea conquerebatur etiam de ordinatione Pauliniani, s. Hieronymi fratris, a s. Epiphanio in sua diocesi facta deque aliis injuriis sibi illatis, cumque ea apologia multum diffunderetur, s. Hieronymus censuit sibi esse respondendum, quod praestitit hoc libro. Alia opera ut commentaria *in Job*, et *in Evangelia* Matthaei, Marci et Lucae, *homilias LX* ipsi asseruit P. Vastel O. Carm. Bruxellis 1643 t. 2 in f., sed frustra: non enim sunt ipsius. Quae ei tribui possunt, ut *confessio fidei*, aliquot *epistolae* minoris momenti, diligenter collegit Caspari Ungedruckte Quellen zur Gesch. des Taufsymb. und der Glaubensregel, Christiania 1866 p. 161—212.

[1]) Bardenhewer § 93 n. 8. Sein Sinn für Schönheit und Eleganz, seine Originalität und Gewandtheit im Ausdrucke, seine schwungvolle und feurige Schilderungsgabe, kurz sein ganzes vielseitiges schriftstellerisches Talent feiert in seinen Briefen die glänzendsten Triumphe. Cf. Ebert t. 1. l. 2. c. 8, qui fuse de epistolis s. Hieronymi agit; Baumgartner IV c. 7 p. 109: Wie er (H.) unter den lateinischen Kirchenvätern der gewandteste Sprachenkenner, der belesenste Polyhistor und der gründlichste Bibelkritiker war, so besass er auch unter allen die umfangreichste profane Belesenheit und die tüchtigste vielseitigste klassische Bildung. Das beredteste Zeugniss hierfür bilden seine Briefe.

Hinc quovis seculo assiduae legebantur nec eorum lectio satis commendari potest: ideoque et saepius prodierunt. Ita jam b. Canisius ut »ingentem hunc divinumque thesaurum« in praegrandibus voluminibus latitantem, pluribus redderet utilem, earum plerasque in 3 distributas ll. edidit Dilingae 1565, quae ed. saepissime fuit recusa; ita et Catalani congr. Orat. Neapoli 1755; Bassani 1768; 1776; Venetiis 1795. Sexdecim prodierunt Pragae 1785, selectae Mediolani 1833; undecim, sed vere aureas edidimus inter op. SS. PP. selecta t. XI Oeniponte 1870. 1894. Inter ep. spurias notanda est praesertim *ep. ad Demetriadem*[2]), quae incipit: »Si summo ingenii« (Migne ib. XXX, 15—45) etc., quae est Pelagii haeresiarchae.

145. Necesse non est virorum eruditorum aequalium et posterorum referre encomia, quibus ejus mirantur eruditionem plane (pro eo tempore) universalem, disserendi elegantiam[1]), linguarum peritiam, Scripturarum intelligentiam, utilitatem operum, quae »per universum mundum quasi divinae lampades rutilant (Cassianus de incarn. VII, 26).« Sufficiat nobis eum a Gelasio pontifice ep. 5 ad episcopos per Picenum dici »ecclesiasticorum lumen magistrorum;« in martyrol. rom. ad 30. Sept. in ejus laudem legi »Omnium studia literarum adeptus ac probatorum monachorum imitator factus, multa haeresum monstra gladio suae doctrinae confodit;« imo eum ab Ecclesia salutari, »in exponendis s. Scripturae doctorem maximum.« Eruditionis ejus defensionem adversus Joan. Clerici Censuram scripsit Martianaeus, quam habes apud Migne XXV, 1577-1608. — Post plures veteres editiones novam adornarunt monachi O. S. Ben. e congr. s. Mauri (A. Pouget et J. Martianay), Parisiis 1693-1706 t, 4 in f., quae tamen eruditis non omnino satisfecit: quare Vallarsi novis curis aliam atque pluribus auctam est aggressus, quae prodiit Veronae 1734-42 t. 11 in f.; recusa et emendata, ib. 1766—72 t. 11 in 4; recusa a Migne XXII—XXX; neque haec ed. alioquin praestans omnibus numeris est absoluta, quod textus emendationem attinet. Quaedam ex s. doctoris operibus graece vertit Sophronius monachus, de quo ipse de vir. ill. ill. c. 134 scribit: »Sophronius[1]), vir apprime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, et nuper de subversione Serapis insignem librum composuit, de virginitate quoque ad Eustochium et vitam Hilarionis monachi, opuscula mea, in graecum eleganti ser-

[1]) Non confundenda cum pulcherrima ep. ad eandem sacram virginem Demetriadem seu *de humilitate* tr., quae est contra Pelagianorum errorem. Quis vero ejus fuerit auctor non constat inter viros eruditos. Alii eam tribuunt Leoni M.; alii Prospero, alii auctori op. de vocatione gentium ob stili doctrinaeque similitudinem. Edidimus illam inter ss. patrum opuscula selecta Oeniponti 1868 III, 175—217; 1894.

[2]) Bardenhewer § 93 n. 11: „Keiner der christlichen Prosaiker des Alterthums, Lactantius etwa ausgenommen, hat auf die Schönheit der Form so hohen Werth gelegt, (wie Hieronymus), wie denn auch keiner derselben, ausgenommen etwa Tertullian, seinem ganzen Ausdrucke ein so individuelles und originelles Gepräge zu verleihen wusste... Hieronymus ist nicht mit Unrecht der Meister der christlichen Prosa für alle folgenden Jahrhunderte genannt worden.

[1]) Hic forte idem est cum illo, de quo Photius cod. V. (Migne CIII, 51) testatur, eum pro Basilio contra Eunomium scripsisse librum, eumque „Theodoro (mopsuesteno) esse apertiorem et multo doctiorem et breviorem. Neque enim per omnia Eunomium persequitur, sed illa potissimum exagitat atque refellit, quae summa capita haeresis Eunomii continere videbantur. Stilo usus est aphoristico et ut plurimum solutus illi minimeque ligatus sermo, non ingratus tamen, imo et logicis argumentationibus perquam floridus est.“ Cf. Fabricius-Harless Bibl. gr. IX². 158—160; Bardenhewer KL. XI, 519.

mone transtulit, Psalterium quoque et prophetas, quos nos de hebraeo in latinum vertimus.« Vertisse videtur[1]) etiam l. de viris illustr., sed versio quae comparet in ed. Vallarsi II, 2, 821—956 et apud Harnack et Gebhard Texte und Untersuch. 1896. XIV, 1, censetur sec. forte VII. — De operibus dubiis vel spuriis, quae sub s. Hieronymi nomine circumferebantur, passim agit Fessler-Jungmann § 148 ss.; praesertim § 150. Ita *sermones* ipsi olim tributi sunt spurii, ut sermo alioquin bonus et a theologis saepe laudatus *de assumptione b. Mariae V.* — *Martyrologium* cum praefixis epistolis Chromatii et Heliodori ad Hieronymum et Hieronymi ad eosdem, quod inter ejus opera saepe prodiit (etiam in Act. SS. Oct. XIII, I—XLIV), non est ipsius, venerandae tamen antiquitatis[2]), rudimenta forte jam ex sec. IV initio. Illud temporis lapsu auctum et interpolatum ingenti sedulitate et diligentia laudabilissima ad formam quantum fieri potuit originalem restitutum juxta quam plurimos codd. ediderunt de Rossi et Duchesne cum doctissimis prolegomenis in Act. SS. Nov. t. II. Reperitur autem in antiquis codd. plenius et contractius. Graece videtur fuisse compositum medio sec. IV; et ineunte sec. V. ab auctore italo latine versum et Hieronymo suppositum. — Suppositum pariter est antiquum *Sacramentarium* seu Lectionarium, quod inscribitur *Liber Comitis*[3]), in quo assignatur lectio epistolae et evangelii diebus festis et dominicis: illud cum martyrologio habes apud Migne XXX, 435—531. Supersunt et *epistolae* suppositae (43), praesertim ad Damasum P. et vicissim datae (ib. p. 15—307), homilia ad monachos et regulae monachorum et monacharum (ib. 319—425), canones poenitentiales (ib. 425-435). Liber *de haeresibus* Graecorum, Judaeorum et Christianorum suppositus exstat in indiculo Haereseon ed. a Cl. Menardo, Parisiis 1617; item inter opp. s. Isidori hisp. ed. Arevalo III app. X, 520-534 etc. — Amelli recentissime reperit tr. contra Origenem *de visione Isaiae* ediditque Montecassino 1901, eumque s. Hieronymo asserere nititur rationibus non sat efficacibus. Probabilem tamen censet Weyman auctoris opinionem hist. Jahrbuch 1901 p. 795. — Morin in Anecd. Maredsol. III, 2, 392—398 exhibet *homiliam* Hierosolymis 25. Dec. habitam, quam s. Hieronymo asserit.

146. Augustinus, qui inter maximos universalis Ecclesiae doctores

---

[1]) Cf. G. Wentzel Die griech. Uebersetzung der Viri ill. des Hieron. in Gebhard et Harnack Texte u. U. 1895 XIII fasc. 3.

[2]) Cf. Vict. De Buck Recherches sur les Calendriers ecclesiast. Diss. posthume II. III. Bruxellis 1877; H. Achelis Die Martyrologien, ihre Geschichte und ihr Werth untersucht, Berlin 1900; Ildeph. Veith Katholik II, 314—324; hist.-pol. Bl. 1895 CXVI, 629—643; Potthast p. 774.

[3]) Praeter auctores jam saepius citatos cf. Vallarsi in vita s. Hieronymi ex ejus potissimum scriptis concinnata in ed. opp. XI p. 1, Migne XXII, 5—169; Dolci Hieronymus vitae suae scriptor, Anconae 1750; Stilting in actis SS. 30. Sept. VIII, 418—688; Tillemont XII, 1—356; 616—652; A. Thierry S. Jérôme, la société chrétienne à Rome et l'émigration romaine en Terre Sainte, Parisiis 1867 t. 2 in 8; 1875 ed. contracta, et in 12. ed. 3 (cf. Daux in Revue des qq. hist. 3, 625 coll. 21, 404—474); Nirschl II § 174 ss.; Ebert t. II. 2 c. 8, quieum s. Ambrosio conferens scribit: Kann man Ambrosius einen Charakter nennen, so H. ein Talent. Vertritt als Priester jener den christlichen Staatsmann, so dieser den Gelehrten, und zwar den klassisch, d. h. zugleich ästhetisch gebildeten christlichen Gelehrten; er ist der Urahn der Humanisten gleichsam, an die in seinem Leben und seinen Schriften manche Züge erinnern; Bardenhewer KL. V, 2017—2036; Grützmacher Hieronymus 1. Hälfte . . . bis zum J. 385, Leipzig 1901.

numeratur[1]), lucidissimum praesulum speculum, validissimus malleus haereticorum (s. Bernardus in Cant. Cant. serm. 80 n. 7), natus est Tagastae, quod est oppidum non procul Madauris et Hippone regio situm, 13. Nov. 354, patre gentili Patricio et matre christiana Monica femina piissima[2]). Puer docilitate ingenii condiscipulos longe superans brevi omnibus doctrina antecelluit. Adolescens seculi vitiis irretitus etiam in haeresim Manichaeorum incidit (374) vanis eorum deceptus pollicitationibus, se nullum premere ad fidem nisi prius dicussa et enodata veritate. Annos n. 19 grammaticam docere coepit in patria sua, mox Carthagine eloquentiam. Postea Romam profectus, inde Mediolanum missus est rhetoricae magister. Hic demum gratiae divinae, quam postea doctor gratiae tam strenue erat propugnaturus, lumine illustratus et virtute confortatus, cooperantibus sincerissimo veritatis studio, instructionibus s. Ambrosii paternis[3]), orationibus et lacrymis praesertim matris suae, quae a recta via aberrantem nunquam monere cessaverat, et transmarinas petentem regiones quasi fugitivum assectata erat, non citra gravissimam passionum pugnam, erroribus valedixit, fidei catholicae se dedit, baptismum cum Adeodato filio suo, puero optimae indolis, et Alypio fidelissimo suo amico a s. Ambrosio accepit in solemnitate paschali scil. in nocte 24—25 Apr. 387.

147. Reversus in Africam (a. 388) impenso cum studio vitae conjungens sanctimoniam a Valerio episcopo hipponensi presbyter quamvis summopere reluctans ordinatus est a. 390 (juxta alios 391). Eo tempore religiosorum instituit familiam, ex qua temporis lapsu decem saltem prodierunt episcopi. Communi utebantur sodales victu, atque orationibus bonisque vacantes operibus aegyptiorum monachorum vitam, quoad poterant, aemulabantur. Ut vero tantum adjutorem firmius suae ecclesiae alligaret Valerius, Megalium calamensem Numidiae primatem induxit, ut illum sibi in coadjutorem episcopalem consecraret (a. 394 vel 395). Quare Augustinus, defuncto Valerio a. 395 vel 396, ei in sedem hipponensem successit. Nihil illo fuit humilius, nihil continentius; lectus ac vestitus moderatus, vulgaris mensa, quam semper sacra lectio vel disputatio condiebat. Tanta benignitate fuit in pauperes, ut cum non esset alia facultas, vasa sacra frangeret. Sed non solum de sua sollicitissimus fuit ecclesia, sed de bono Ecclesiae africa-

[1]) Bene Ebert op. cit. c. 9: Wenn in dem Kleeblatt der drei grossen Schriftsteller, welche diese und die Folgezeit beherrschen, Ambrosius der Charakter, Hieronymus das Talent ist, so Augustin das Genie. Durch ihn gieng auf dem Felde der Spekulation die Herrschaft vom Morgenlande auf das Abendland über. — Er ist der Schöpfer der Theologie der abendländischen Kirche und hat der Entwickelung derselben das Gepräge seines Geistes als bleibende Signatur aufgedrückt. Für bestimmte Hauptfragen der Theologie war und blieb er die ausschliessliche Autorität etc. Ita Werner Die Scholastik des späteren Mittelalters 1881.

[2]) Quam prudens fuerit prudentia sane christiana, significat Augustinus, cum ipsa interesset doctis illius cum amicis suis disputationibus de beata vita et sententiarum suarum gravitate ac sapientia praesentes in admirationem rapuisset: exclamavit enim: „Ipsam prorsus, mater, arcem philosophiae tenuisti.“ Cf. ed. maurinos in admonit. ad l. de beata vita.

[3]) De sermonibus s. Ambrosii ita inter alia scribit Conf. V, 14: „Cum non satagerem discere quae dicebat, sed tantum quemadmodum dicebat audire (ea mihi quippe jam desperanti ad te viam patere homini, inanis cura remanserat) veniebant in animum meum simul cum verbis quae diligebam, res etiam, quas negligebam. Neque enim ea dirimere poteram. Et dum cor aperirem ad excipiendum quam diserte diceret, pariter intrabat et quam vere diceret, gradatim quidem.“ Cf. etiam c. 13 et VI, 1.

nae, imo Ecclesiae universalis. Pro fidei christianae puritate conservanda vigilabat attentus, et ubicunque pullulabant errores, paratissimus aderat ad eos refellendos et dedocendos errantes. Hinc ejus episcopatus est interrupta nunquam series certaminum adversus omnis generis haereses, praeprimis Manichaeos, Arianos, Donatistas, Pelagianos et Semipelagianos, laetosque saepe agebat triumphos praesertim in reducendis quam plurimis Donatistis. Quare s. Hieronymus ei scribere potuit ep. 195 (inter ep. s. August. Migne XXXIII, 891): „Macte virtute, in orbe celebraris, catholici te conditorem antiquae rursum fidei venerantur atque suspiciunt, et quod signum majoris gloriae est, omnes haeretici detestantur.“ Et s. Coelestinus I. ep. 21 ad episc. Galliae (a. 431) eum dicit „sanctae recordationis virum ... quem tantae scientiae olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur.“ Ultimis vitae annis gravissimas perpessus est calamitates ex rebellione Bonifacii Comitis et ex Vandalorum in Africam irruptione, quae extremam florentissimae illi ecclesiae attulit perniciem. In ipsa obsidione Hipponis subtraxit eum Deus vitae mortalium 28. August. 430, ne testis esset tantae ruinae[1]).

148. In s. praesulis laudes effusi sunt omnium aetatum scriptores. Mirantur in ipso eruditionis copiam, ingenii sagacitatem, qua subtilissimas movet de difficillimis mysteriis quaestiones, unde theologiae scholasticae stravit viam; mirantur idearum nobilitatem, animi magnitudinem et fortitudinem, quae ex omnibus elucet scriptis, disputandi solertiam, qua omnibus fidei catholicae adversariis occurrit, ardentissimum pro veritate et justitia zelum, inexhaustam disserendi ubertatem: vix enim est quaestio theologica, quam non attigerit, vix haereticorum genus, quod non impugnaverit, adeo ut librorum numero et varietate omnes superaverit patres. „Quid habet orbis christianus, scribit Erasmus epist. l. 28 ep. 1, hoc scriptore vel magis aureum vel augustius? ut ipsa vocabula nequaquam fortuito, sed numinis providentia videantur indita viro ... Non arbitror alium esse doctorem, in quem opulentus ille juxta ac benignus Spiritus s. dotes suas omnes largius effuderit quam in Augustinum, quasi voluerit in una tabula vividum quoddam exemplar episcopi repraesentare. Linguam habebat in tantum ab omni petulantia puram, ut etiam cum procacissimis haereticis vel scripto vel sermone disputans mire temperaret a conviciis; sed Scripturarum modo testimoniis et argumentis veritatem asserit, impietatem refellit, adeo ut ne lacessitus quidem regerat maledicta[1]).“

149. Innumera sunt s. doctoris opera et opuscula, ut Possidius in ejus vita c. 18 ita scribere non dubitaverit:

[1]) Vitam plane pretiosam cum operum indiculo sanctissimi hujus praesulis composuit s. Possidius fide dignissimus, qui 40 prope annis familiariter cum eo vixit ideoque testis oculatus fuit ejus conversationis exemplaris extremumque magistri sui excepit spiritum. Prodiit saepe haec vita inter sancti opera (Migne XXXII, 33—65), et cum notis egregiis in actis SS. Augusti ad d. 28 p. 427—460. t. VI. Fuit porro Possidius episcopus in Africa calamensis, a Genserico ob fidei catholicae propugnationem sede pulsus (c. a. 437). Quo a. obierit non constat. Edidimus et nos vitam ab ipso conscriptam inter opuscula selecta SS. PP. Oeniponte 1869 VIII, 1—93; 1895. De variis ed. cf. Schoenemann II, 714—721 (apud Migne L, 401—407). Cf. Gams KL. X, 238.

[1]) Cf. Bardenhewer § 94 n. 11. Hieronymus wurde als der gelehrteste unter den Kirchenvätern bezeichnet; Augustinus aber ist der grösste, der originellste, der vielseitigste. Er vereinigt in sich die schöpferische Kraft eines Tertullian mit dem kirchlichen Sinn eines Cy-

»Tanta autem ab eodem dictata et edita sunt tantaque in Ecclesia disputata, excerpta atque emendata ... ut ea omnia vix quisquam studiosorum perlegere et nosse sufficiat.« Merito quasi introductionis loco ponimus *Retractationum ll. II* (Migne XXXII, 583—659), in quibus quadam judiciaria severitate recenset c. a. 427 ordine chronologico a conversione sua opera a se edita (exceptis epistolis et sermonibus) 93 in ll. 230, »et si quid in eis, inquit ep. 224 n. 2, me offenderet vel alios offendere posset, partim reprehendendo, partim defendendo quod legi deberet et posset, operabar.« Hinc hortatur in ejusdem op. prologo: »Quapropter quicunque ista lecturi sunt, non me imitentur errantem, sed in melius proficientem.« Opus sane utile pro intelligentia ejusdem scriptorum, et simul exemplum illustre humilitatis. Prodiit cur. P. Knöll cum commentario critico, Lipsiae 1902. — *Confessionum ll. XIII* (ib. p. 659—869), in quibus miro animi candore atque humilitate anteactae vitae errata et accepta a Deo beneficia recenset (ad a. usque 400) relinquens posteris animi poenitentis et grati erga Deum splendidissimum argumentum. Ob summam suam utilitatem saepe seorsim prodierunt, Florentiae 1757 cum prolixis commentariis; cum brevioribus annotationibus Venetiis 1753; 1774; cura Sommalii Duaci 1607; cur. Wangnereck Dilingae 1630 (ll. X priores), Coloniae 1631, Lipsiae 1740; Augustae V. 1763; Parisiis 1776. 1835; Berolini 1822; Ingolstadii 1824; Lipsiae 1837; Oxonii 1838 ed. Pusey; Ratisbonae 1863; cura K. de Raumer Stuttgart 1856; Gütersloh 1876 ed. 2; Knöll Lipsiae 1898 t. XXXIII in Corp. scr. lat. eccl. etc.

150. Prima opera, quae composuit jam ante baptismum vel mox a suscepto baptismo sunt philosophica[1]) vel scholas spectant, inter quae suffi-

prian. Und mit dem praktischen Takte des Lateiners vermählt sich in ihm die Geistesbeweglichkeit des Griechen ... die Nachwelt ... feierte Augustinus als einen jener Geister, welche nur in Jahrtausenden einmal erstehen, aber auch für Jahrtausende bahnbrechend wirken. Sie krönte ihn insbesondere mit dem Namen des anderen Paulus oder des doctor gratiae. Kein Kirchenvater hat auch nur entfernt die Philosophie und Theologie der Folgezeit so massgebend beeinflusst wie Augustinus. Im Vorbeigehen gleichsam hat er mit fürstlicher Freigebigkeit Gedanken ausgestreut, in welchen spätere Denker die Grundlagen und Grundrisse ganzer Lehrsysteme erkannten. De ejus operum stilo ib. ita censet: In formeller Hinsicht sind diese Schriften sehr anziehend. Augustinus besitzt eine ausserordentliche Gewandtheit des Ausdruckes. Insbesondere ist ihm die Fähigkeit, innere Erfahrungen auszusprechen, seelische Zustände oder Vorgänge darzustellen, in einem ganz hinreissenden Masse eigen. Seine Latinität trägt das Gepräge seiner Zeit. Im allgemeinen redet er eine edle und gewählte Sprache. Cf. Reuter Augustinische Studien, Gotha 1887.

[1]) Bardenhewer § 94 n. 12: Gleich den meisten christlichen Lehrern des Alterthums huldigte auch Augustinus einem im Geiste des Christenthums ausgestalteten und umgestalteten Platonismus. Plato gilt ihm als der erste unter allen Philosophen der vorchristlichen Zeit. Haec autem propensio in Platonis philosophiam cernitur in omnibus s. Augustini operibus, in quibus philosophicas tractat speculationes, et aetatis progressu magis semper nobilitabatur et expoliebatur. De operibus philosophicis s. Augustini cf. Wörter Augustinus' literarische Thätigkeit bis zu seiner Taufe in op. die Geistesentwickelung des h. A. Augustinus, Paderborn 1892; Hertling Augustinus, Mainz 1902; J. F. Nourrisson, La philosophie de s. Augustin, Paris 1869 ed. 2. Praeprimis de s. doctoris philosophia ejusque in posteras aetates influxu cf. Willmann Geschichte des Idealismus II § 61 ss., ubi inter alia p. 235 dicit: Die augustinische Philosophie ist, sozusagen, die Ausführung der johanneisch-paulinischen, der Metaphysik des N. Testamentes. Opera quaedam ad scholas spectantia s. Augustino perperam adscripta habes in Migne P. L. XXXII, 1385—1448.

ciet nominasse ll. III *contra academicos* (a. 386 Migne XXXII, 905—958) seu contra scepticos, qui nihil ab homine sciri posse contendunt, per modum dialogi seu colloquii et discussionis inter Augustinum ejusque amicos Cassiciaci habitae valde concinne confecti; ejusdem temporis et loci sunt l. seu dialogus triduanus *de beata vita* (ib. 959—976), quam in perfecta Dei cognitione consistere ostendit; item et ll. II *Soliloquiorum* (ib. p. 867—904) in forma dialogi secum ipso, in quorum l. I se ipse ad vivum depingit docetque, quomodo eum esse comparatum oportet, qui Dei et animae scientiam cupit. Alter demonstrat, nunquam intermorituram esse veritatem, hinc animae immortalitatem colligit. Hoc opusculum distingui debet ab alio *Soliloquiorum* opere, quod incipit: „Cognoscam te Domine, cognitor meus“ etc., passim cum *meditationibus* et *manuali* sub s. Augustini nomine Duaci 1614; cur. E. W. Westhof Monasterii 1854 etc. et in Migne P. L. XL, 863—898; 901—942; 951—968 edito: quae opuscula, quamvis pia et utilia sunt, recentiori aetati originem debent. — Liber *de immortalitate animae* Mediolani 387 conscriptus (Migne XXXII, 1021—1056) congeries est brevis rationum pro hac stabilienda necnon intercurrentium difficultatum solutio: qui l. ipso invito exiit in manus hominum: „qui primo ratiocinationum contorsione atque brevitate sic obscurus est, ut fatiget, cum legitur, etiam intentionem meam vixque intelligatur a me ipso,“ ut scribit Retract. 1, 5 n. 1. — Liber seu dialogus Romae 388 cum Evodio amico habitus *de quantitate animae* agit prae primis de animae immaterialitate (ib. p. 1035-1080); in l. *de magistro* (388) seu dialogo cum filio Adeodato, admirabilis ingenii adolescente, ostendit Christi verbis Matth. 23, 10: *Unus est magister vester* (ib. 1193—1220), Christum Dei Verbum unicum esse hominum magistrum, quo intus docente rerum scientia obtineatur.

151. Opera dogmatica sunt: *Enchiridion* ad Laurentium de fide, spe et caritate (Migne XL, 231 – 289), in quo, ut Laurentii desiderio satisfaceret, ad tria capita revocat religionis christianae summam. „Ubi satis diligenter, inquit ipse Augustinus Retract. II, 63, mihi videor esse complexus, quomodo sit colendus Deus, quam sapientiam esse hominis utique veram divina Scriptura definit.“ Prodiit saepe seorsim, ut per Lamb. Danaeum Genevae 1575. 1579; Lipsiae 1705; 1838; cum notis et assertionibus doctissimis et utilissimis ad s. Augustini intelligentiam juvandam ed. a Jo. B. Faure, Romae 1755; Neapoli 1847, ex quibus aliqua derivavimus in nostram ed. inter opuscula SS. PP. selecta t. XVI Oeniponte 1871; 1895; critice cura Krabinger, Tübingen 1861. — *De agone christiano* (c. 396, ib. 289—309), quo in l. humili quidem stilo conscripto, sed utili et pulchro Christianos ad pugnandum cum diabolo instruit, singula fidei capita symbolo apostolico comprehensa explicat variasque haereses detegit atque vitare jubet. — Ex mandato episcoporum, qui (a. 393) plenarium totius Africae concilium Hippone-regio habebant, *de fide et symbolo* presbyter disputavit. Quam disputationem nonnullis eorum, qui eum familiarius diligebant, studiosissime instantibus in librum contulit (Retract. 1, 17). In eo singulos symboli articulos accurate explanat, ita ut simul haereticorum, in primis Manichaeorum, errores insectetur. Habes illum Migne ib. p. 181—197; inter opuscula nostra SS. PP. VI, 118—64, Oeniponte 1869; 1887, cui affinis est (sermo) *de symbolo ad catechumenos* (Migne XL, 627-638); supersunt et alii *sermones* III (ib. 637—669) de symbolo ad catechumenos, quorum genuinitas est dubia; sicut et aliorum VIII ad catechu-

menos, ut *de disciplina christiana* etc., quos habes apud Migne ib. p. 669—724; *De fide et operibus* (ib. 197-231), quo in l. ostendit, fidem sine operibus ad salutem non sufficere. — Opus mirae profunditatis et contemplationis est *de Trinitate ll. XV,* coeptum a 400., sed nonnisi post a 416 absolutum (Migne XLII, 819—1098). In priori p. (ll. 1—7) probat ex divinis literis veram de hoc mysterio doctrinam; in altera p. (ll. 8—15) nititur mysterium operose illustrare ex analogiis, quae cernuntur in anima humana. Fatetur ipse ep. 169 n. 1: »Nimis operosi sunt et a paucis eos intelligi posse arbitror.« Edidimus illud inter opuscula selecta t. XLII et XLIII Oeniponte 1881. — *De conjugiis adulterinis* ll. II (a. 419, ib. XL, 451—487) tuentur matrimonii indissolubilitatem; *de cura gerenda pro mortuis* ad Paulinum Nolanum (ib. 591—611); *de diversis quaestionibus* (83) l. unus a. 388 (ib. 11—101); *de diversis quaestionibus* ad Simplicianum[1]) ll. II (a. 397, ib. 101—147); *de octo Dulcitii quaestionibus* l. unus a. 422 vel 425 (ib. 147—171): quae quaestiones non solum sunt dogmaticae, sed et exegeticae. *De resurrectione mortuorum* tr. 2 seu sermones 361 et 362.

152. Succedunt opera dogmatico-apologetica, et primum quidem contra ethnicos et Judaeos. Inter haec palma debetur operi praegrandi *de civitate Dei* ll. XXII (scripto inter a. 413—26) »quorum quinque primi, ut ipse scribit Retract. II, 43, eos refellunt, qui res humanas ita prosperari volunt, ut ad hoc multorum deorum cultum, quos pagani colere consueverunt, necessarium esse arbitrentur: et quia prohibetur, mala ista exoriri atque abundare contendunt. Sequentes autem quinque adversus eos loquuntur, qui fatentur haec mala nec defuisse unquam, neque defutura mortalibus . . . sed deorum multorum cultum, quo eis sacrificatur, propter vitam post mortem futuram esse utilem disputant . . . Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse, non autem nostra asseruisse reprehenderet, id agit pars altera operis hujus, quae ll. 12 continetur . . . Duodecim ergo ll. sequentium primi quatuor continent exortum duarum civitatum, quarum est una Dei, altera hujus mundi; secundi quatuor excursum earum sive procursum; tertii vero, qui et postremi, debitos fines.« Opus est exquisitae eruditionis[1]), theologiae christianae thesauros complectens, atque singulare ingenii acumen prae se ferens. Prodiit amplissimis commentariis studio J. Ludov. Vives, Basileae 1522 in f. et saepius (cf. t. IV n. 460); cum commentariis L. Coquaei et L. Vives, Parisiis 1613; 1636; Hamburgi 1661 t. 2 in 4; cum notis inde selectis Ingolstadii 1737 pp. V; Bassani 1796; sine notis Lipsiae 1825; cum notis Parisiis 1838; in P. L. Migne t. XLI; cur. Strange Coloniae 1850; Lipsiae 1863, 1877 cur. Dombart; cur. E. Hoffmann in Corp. scr. eccl. lat. XL. — In libello *de divinatione daemonum* (Migne XL, 581—592) scripto intra a. 406—411

[1]) De hoc Simpliciano ita scribit Gennadius de vir. ill. c. 36: „Simplicianus episcopus (mediolanensis 397-400 ca. Aug.) multis epistolis hortatus est Augustinum adhuc presbyterum agitare ingenium et expositioni Scripturarum vacare, ut etiam novus quondam Ambrosius Origenis ἐργοδιώκτης videretur. Unde et multas ad ejus personam Scripturarum quaestiones absolvit. Est ejus epistola *Propositionum*, in qua interrogando quasi disciturus docet doctorem (f. docturum).“ Erat Simpliciamus presbyter ecclesiae romanae a Damaso Mediolanum missus, ubi s. Ambrosio erat a consilio et auxilio: et a s. praesule in successorem commendatus verbis ter repetitis: „Senex, sed bonus,“ ut narrat Paulinus in vita s. Ambrosii c. 10 n. 46. Obiit a. 400.

[1]) Cf. de eo Willmann Gesch. des Idealismus t. II § 66.

adversus paganorum praesumptionem confert scientiam daemonum circa futura libera cum prophetarum vaticiniis. — In tractatu seu sermone *adversos Judaeos* (Migne XLII, 51—64) ostendit[1]) Dei justitiam in Judaeorum reprobatione, et misericordiam in gentium electione[2]).

153. Operibus adversus haereticos praemittimus librum *de haeresibus* (Migne XLII, 21-51), quarum post Epiphanium et Philastrium 88 a Simone Mago usque ad Pelagium recenset. In eo compendio exhibet earum historiam atque errorum summam (scr. c. 428 vel 429). Promisit alteram partem, in qua ostenderet, quid faciat haereticum et in qua brevem earum exhiberet refutationem, sed morte praeventus eam perficere non potuit. Prodiit seorsim cura L. Danaei, Genevae 1576; cum prolixis commentariis Laur. Cozza t. 2 Romae 1707 etc. (cf. Nomencl. II², 1003); cum notis Ed. Welchmann, Oxonii 1721 in 8; in Otto Corpus haeresiologicum, Berolini 1856 I, 187—225. — Tr. *adversus quinque haereses* seu contra quinque hostium genera, quem plures auctores Augustino tribuunt (Migne XLII, 1101—17), juxta ed. maurinos ipsius esse non videtur. — Operosissimus fuit contra Manichaeos eisque cognatos haereticos Priscillianistas[1]), quorum errores innumeris refutavit operibus. Huc spectant initio quidem libelli plane aurei et utilissimi: *de vera religione* (scr. a. 390; Migne XXXIV, 121—173); *de fide rerum, quae non videntur* (Migne XL, 171—181), quo in opusculo ostendit, fidem generatim in rebus humanis esse necessariam et Christianos non temere, sed omnino rationabiliter credere res, quas oculis non vident (scr. p. a. 399) inter opuscula SS. PP. a nobis edita Oeniponte 1869 VI, 84—118; 1887; ubi habes p. 1—84 (et Migne XLII, 63—93) bellissimum l. *de utilitate credendi* ad Honoratum amicum suum (cc. a. 391) deceptum a Manichaeis eoque errore detentum, ut irrideret catholicos, quod juberentur credere, non autem quid esset verum, certissima ratione docerentur. — *De moribus Ecclesiae catholicae* et de moribus Manichaeorum ll. II (a. 388), ex qua comparatione Ecclesiae ostendit praestantiam (XXXII, 1309—1378). Librum priorem dedimus inter opuscula SS. PP. Oeniponte 1874. XXVII, 36—128. — *De Genesi* contra Manichaeos ll. II (a. 388), quibus tria priora Gen. cc. contra illorum tuetur cavillationes. — Liber *contra Adimantum* Manichaei discipulum (a. 394, ib. p. 129—173), qui ex N. Testamento V. impugnaverat; ll. XXXIII *contra Faustum manichaeum* (c. a. 400, ib.

[1]) Severus minoricensis in Balearium insula episcopus in prolixa epistola (Migne P. L. XX, 731—46 et XLI, 821-32) refert conversionem multorum Judaeorum, quae contigit occasione reliquiarum s. Stephani M., quas Orosius Minoricam attulerat (a. 418). De miraculis, quae Deus tunc temporis patravit per reliquias s. Stephani, multa habet s. Augustinus de civ. Dei XXII, 8. — Ab hoc Severo distingui debet Severus episcopus milevitanus, cujus exstat ep. ad s. Augustinum (inter hujus ep. 109) scripta f. 409, cui s. doctor blandissimis verbis respondet.

[2]) Suppositus est Sermo *de symbolo* contra Judaeos, paganos et Arianos (Migne XLII, 1117—1131); *de altercatione Ecclesiae et synagogae* dialogus (ib. 1131—1140).

[1]) Contra hos videtur etiam pugnasse Olympius, natione Hispanus, episcopus incertae sedis, qui teste Gennadio de viris ill. c. 23, „scripsit librum fidei adversus eos, qui naturam et non arbitrium in culpam vocant, ostendens non creatione sed inobedientia insertum naturae malum. Verba quaedam ejusdem ut viri magnae in Ecclesia et in Christo gloriae cum aliorum ss. patrum testimoniis allegat s. Augustinus c. Julianum l, 8. Nihil tamen aliud de ipso scimus; scripta quoque ejus perierunt. Floruisse videtur ineunte sec. V. Cf. Nic. Antonius Hisp. vet. I l. 2 c. 7 n. 243 ss.

p. 207—519), quibus praeclara continetur apologia religionis judaicae, contra quam ille pro Manichaeorum more multa baspheme excipiebat, et etiam christianae. Liber *contra epistolam Manichaei,* quam vocant „fundamenti", quia omnia fere, quae illius credebant discipuli, complectebatur (c. a. 396, ib. p. 173—207); *de actis* (in disputatione habita a. 304 Hippone) cum Felice manichaeo ll. II (ib. 519-551); *de natura boni* (c. a. 404, ib. 551-577); *de duabus animabus* (ib. 93—111), quo in l. ratione populari Manichaeorum de animabus duabus, bona et mala, in homine errorem refellit; Acta seu *disputatio contra Fortunatum* manichaeum habita a. 392 (p. 111-129); *ll. III de libero arbitrio* in forma dialogi cum Evodio[1]), in quibus expendit quaestionem: Unde sit malum? (Migne XXXII, 1221—1310). — Liber *contra Secundinum* (scr. c. a. 405, Migne XLII, 557—603), valde accuratus, quem l. ipse s. doctor omnibus, „quae adversus illam pestem scribere potuit" facile praeposuit, ut testatur Retr. II, 10. *Contra adversarium legis et prophetarum* (c. 420) libri duo (ib. 603—669); — Liber *ad Orosium* (ib. 669—677) contra Priscillianistas et Origenistas (a. 415). Aliquot horum opusc. prodierunt in t. XXIV, 1. 2 Corp. script. eccl. lat.

154. Plurimis operibus occasionem praebuit Donatistarum schisma, quorum errores s. doctor paucis his complectitur verbis: „Duo mala vestra vobis objicimus: unum, quod erratis in baptismi quaestione; alterum, quod vos ab eis, qui hac de re verum sentiunt, separatis (c. Cresconium III, 3)." Huc spectant: *Psalmus contra partem Donati* (a. 393, Migne XLIII, 23—33) Abecedarius dictus, in gratiam rudioris populi, ut cantari posset atque ita populus praeservari ab erroribus et exceptionibus Donatistarum, quem edidimus inter opuscula ss. PP. selecta XXVII, 279—303. — *Contra epistolam Parmeniani* (episcopi Donatistarum carthaginensis ad Tichonium pariter Donatistam) ll. III (c. a. 400, ib. 33—107). — *Contra literas Petiliani* (episcopi cirtensis) ll. III (p. 245—391); *ll. IV contra Crescomium* grammaticum partis Donatistarum (ib. p. 445—595); ll. VII *de baptismo* (c. a. 400), quibus Donatistarum argumenta pro iterando baptismo refellit (p. 107—245); *de unico baptismo* contra Petilianum (scr. c. a. 406—410, p. 595—613); *epistola ad catholicos* (ib. p. 391—445) contra Donatistas, quae vulgo dicitur (sed minus apte) l. de unitate Ecclesiae, inter opuscula ss. PP. selecta Oeniponte 1874. XXVII, 118—279. Non desunt tamen qui ex criteris internis de hujus libelli dubitent genuinitate, quae tamen satis certa videtur, cum memoretur a Possidio in op. Augustini Indiculo. — *Breviculus collationis* cum Donatis-

[1]) Hujus Evodii videtur esse l. *de fide* seu de unitate Trinitatis contra Manichaeos, qui olim Augustino tribuebatur. Exstat in Migne P. L. XLII, 1139—54. Supersunt quatuor ejusdem *epistolae* ad s. Augustinum (inter hujus ep. 158. 160. 161. 163), in quibus illi proponit quaestiones theologicas solvendas. Porro Evodius natus est Tagastae, causidicum egit et ad fidem christianam est conversus. Discipulus fuit s. Augustini et amicus familiaris factusque episcopus uzalensis (396-397; † 16. Oct. 424). Cf. Fabricius bibl. lat. med. aet. I, 534. Morin in Revue Bénéd. 1896 XIII, 481—486 *epistolam* hactenus ineditam ad monachos adrumetinos ei asserit. Cf. Bardenhewer KL. IV, 1061. Ipsius vero non sunt ll. II. *de miraculis s. Stephani* Protomartyris Migne XLI, 833—854. Ab hoc distingui debet Evodius caesariensis episcopus (juxta veteres scriptores s. Basilii discipulus et successor?), qui scripsisse dicitur *Martyrium* XL martyrum sebastenorum sub Licinio imp., cujus versio antiqua latina Joannis diaconi neapolitani exstat in actis SS. 10. Martii II, 22—25. Ita Fabricius ib. I, 539. Alterius vero Evodii scriptoris scil. sec. IX. sunt *Acta* MM. XLII, quae in Actis SS. leguntur 6. Mart. I, 887—893.

tis habitae[1]) Carthagine a. 411 (ib. p. 613—651); *l. ad Donatistas* post collationem (scr. a. 412, ib. p. 651—689): in utroque vero invicte ostendit, quam ineptae fuerint Donatistarum tergiversationes et infirmae argumentationes, eosque revera nihil habere quod ad suum schisma tuendum proferre possint. — *Sermo ad caesareensis ecclesiae plebem,* (p. 689—697), Emerito Donatistarum episcopo eorum in collatione carthaginensi duce praesente, quo cum sermone intime cohaeret *l. de gestis cum Emerito* (p. 697-707). — Libri duo *contra Gaudentium* (p. 707—753), pariter Donatistarum episcopum et in illa collatione ducem[2]). In omnibus hisce operibus elucent nobilissimus s. Augustini animus, materna caritatis viscera, quibus salutem zelat tot fidelium fraudibus Donatistarum seductorum, ardentissimus ecclesiasticae pacis amor, sublimis de Ecclesia cogitandi ratio.

155. Nondum sopitis acribus cum Donatistis controversiis nova insurrexit haeresis turbavitque Ecclesiae occidentalis pacem atque ad fidei christianae defensionem totum provocavit Augustini animum atque zelum. Fuit haec haeresis pelagiana, quae naturalismi et rationalismi praecursor, in primis peccatum negavit originale, gratiae tam necessitatem quam gratuitatem, et adulatione naturae hujus virtutem et vigorem depraedicavit. Huc spectant opera: Libri quatuor *de anima et ejus origine* (c. a. 419) ad Vinc. Victorem juvenem e Donatistarum castris ad Ecclesiam reversum, qui Manichaeorum, Origenistarum et Pelagianorum errores miscuit (Migne XLIV, 475—549). — *De peccatorum meritis et remissione* ll. tres vel etiam *de baptismo parvulorum* (ib. p. 100—199), primum forte hac in causa s. doctoris opus. — *De spiritu et litera* (ib. 199—247), quo in l. tuetur gratiae internae prae externa necessitatem, pertractans apostolicam sententiam: *Litera occidit, spiritus autem vivificat* (2 Cor. 3, 6).— Liber *de natura et gratia* (ib. p. 247-291), defendens gratiam non contra naturam, sed per quam natura liberatur et regitur (Retract. II, 42) contra l. Pelagii de natura (a. 415). — *De perfectione justitiae hominis* seu ep. ad Eutropium et Gallum (ib. 291—318), quo in l. ad definitiones Coelestii respondet (a. 415). — Liber *de gestis Pelagii* (ib. 319—359) ad Aurelium ep. carthaginensem[1]), in quo acta synodi dispolitanae (415) exhibet[2]) ape-

[1]) *Elenchum capitulorum* gestorum hujus collationis carthaginensis confecit Marcellus Memorialis, socius Marcellini, tribuni et notarii, quem Honorius imp. ad eam delegaverat. Prodierunt passim: primum curante Papyrio Massono, Parisiis 1589; emendatiora cur. P. Pithoeo, ib. 1596, dein in collect. conc.; novo studio recensita a St. Baluzio in t. 1. conc. et in ed. Optati milev., quam curaverat Dupin, et inde cum ipsis actis a notariis publicis conscriptis apud Migne P. L. XI, 1231—1258—1420: sed actorum magna pars a media collatione secunda interciderunt, hinc supplenda sunt e Breviculo Augustini.

[2]) Aliquot contra Donatistas opuscula perierunt; aliqua fuere s. Augustino suppositia, ut *Sermo* de Rusticano subdiacono a Donatistis rebaptizato et in diaconum ordinato (Migne XLIII, 753-758); *liber testimoniorum fidei* contra Donatistas a Pitra editus 1888, qui potius est contra Arianos et Macedonianos.

[1]) Hic Aurelius prius ecclesiae carthaginensis diaconus, dein episcopus (392—426), unus erat ex septem episcopis selectis ad agendam causam catholicam in collatione cum Donatistis Carthagine a 411 habita. Exstat ejus *epistola encyclica* ad omnes episcopos per byzacenam et azugitanam provinciam contitutos de damnatione Pelagii atque Coelestii haereticorum, quam exhibent Gallandi bibl. P. P. VIII; Garnier diss. V ad opera M. Mercatoris, Migne P. L. XX, 1009—14.

[2]) Huic synodo occasionem praebuerunt Heros s. Martini discipulus, episcopus arelatensis (407) a populo etsi innocens sede pulsus, et Lazarus aquensis

ritque Pelagii fraudes, qui ne damnaretur ambigua loquendi ratione episcopos illius synodi deceperat (a. 417). — Libri duo *de gratia Christi et de peccato originali* (ib. 359—411) contra Pelagium et Coelestium (a. 418); libri duo *de nuptiis et concupiscentia* (ib. p. 413-474), in quibus nuptiarum bonitatem tuetur contra Pelagianorum calumnias, catholicos propter peccatum originale nuptias tamquam a diabolo inventas prolisque generationem damnare. — *Contra duas ep. Pelagianorum* (scil. alteram Juliani eclanensis in Apulia ep. Romam datam ad fideles decipiendos, et alteram 18 episcoporum pelagianorum ad Rufum ep. thessalonicensem, ut eum ad suas traherent partes) ll. IV ad Bonifacium romanae Ecclesiae episcopum (c. a. 420, ib. 549—641). — Libri VI *contra Julianum* haeresis pelagianae defensorem[1]), eclanensem episcopum (c. a. 421, ib. 641-881), qui ejus l. 1. de nuptiis et concupiscentia ll. IV aggressus erat. Cum vero Julianus ll. octo impugnasset alterum de nuptiis et concupiscentia l. et horrida loquacitate innumeras fere calumnias et ineptias in catholicos, quos odioso Manichaeorum vel traducianorum nomine compellarat, s. doctor ultimis vitae annis huic op. occurrendum censuit singulis ll. responsionem opponens: sed morte praeventus nonnisi sex prioribus ll. respondit op. Contra secundam Juliani responsionem ll. VI (XLV, 1049—1611): unde *opus imperfectum* communiter vocatur. — Disputationis cum Pelagianis progressu quidam horum errores mollierunt, concessa gratiae necessitate ad opera quidem salutaria, non tamen ad prima salutis initia seu exordia. Quare dicti sunt Semipelagiani, seu a loco, ubi eorum praecipui degebant, Massilienses. Jam vero in his corrigendis vel refutandis ultimis vitae annis s. doctor fuit sollicitus. Hujus sollicitudinis fructus fuerunt. Liber *de gratia et libero arbitrio* (XLIV, 881—915) c. a. 427 scriptus, »propter eos, qui cum Dei defenditur gratia, putantes negari liberum arbitrium, sic ipsi defendunt liberum arbitrium, ut negent Dei gratiam, asserentes eam secundum merita dari (Retr. II, 66).« Eum edidimus inter selecta SS. PP. opuscula Oeniponte 1877. XXXV, 21-111. Liber *de correptione et gratia* ad Valentinum abbatem ejusque monachos paulo post l. praecedentem conscriptus (ib. 915—950). — *De praedestinatione sanctorum*[1]) i. e. fidelium ad Prosperum et Hilarium[2]) viros sane

(408), qua sede tamen se abdicavit a. 411, qui tunc Hierosolymis commorabantur testes errorum, quos Pelagius in Africa jam damnatus diffundebat. Composuerunt accusationis instrumentum contra Pelagium et Coelestium: hinc ab Eulogio Palaestinae metropolita convocata fuit synodus diospolitana (415), cui tamen non interfuere Heros et Lazarus. Absoluto Pelagio, qui episcopos ambigua loquendi ratione deceperat, rem detulerunt ad episcopos Africae, qui habitis synodis carthaginensi (416) et milevitana Pelagium et Coelestium iterum damnarunt. Zosimus durius duos nostros habuit episcopos ep. 3 n. 3 ad episcopos Africae. Posteriora eorum fata nos latent: videntur tamen institisse apud Theodoton episcopum antiochenum, ut et ipse cum concilio damnaret Pelagianos a. 420. Cf. Hist. lit. de la France II, 147—52. Eorum scripta perierunt, reliquiae quaedam reperiuntur in scriptis s. Augustini.

[1]) Cf. de hoc A. Bruckner Julian von Eclanum, sein Leben und seine Lehre. Ein Beitrag zur Gesch. des Pelagianismus, Leipzig 1897 in Texte u. U. XV, 3, 1—180.

[1]) Liber *de praedestinatione et gratia* (Migne XLV, 1635—1678), necnon libellus *de praedestinatione Dei* (ib. 1677—1680), olim Augustino tributi, ab ed. maurinis in appendicem t. X. sunt relati. *Hypomnesticon* contra Pelagianos et Coelestianos (Migne XLV, 1611—1664) est forte Marii Mercatoris.

[2]) De Prospero infra loquemur. Hilarius fuit quidem laicus, sed forte professione monachus. S. Augustini doctrinae fuit addictissimus, eumque jam ante

doctos in Gallia degentes (ib. 959—992); *de dono perseverantiae* (XLV, 993—1049) quo argumentum libri praecendentis plenius persequitur, unde quasi l. 2. op. praecedentis haberi potest. Utrumque habes inter opuscula selecta, Oeniponte 1878. XXXVI, 17—224.

His nondum contentus[1]) s. praesul Arianos quoque est agressus. Huc spectant Liber *contra sermonem Arianorum* (scr. 418) anonymum Augustino transmissum (Migne XLII, 677-708); *Collatio* cum Maximino Arianorum episcopo, qui cum s. doctore Hippone a. 427 vel 428 publice disputaverat (ib. 709—742). Cum vero hic loquacitate sua totum collationis tempus triverit, atque colloquium prosequi noluerit, Augustinus ejus errores editis ll. II *contra Maximinum* (a. 428) refutare satagit (ib. 743—719).

155[a]. Praeter opera dogmatica et apologetica quam plurima sunt s. Augustini opera exegetica[1]), quibus merito praemittuntur ll. quatuor *de doctrina christiana* (Migne XXXV, 15-121), in quibus tradit artem recte interpretandi s. Scripturam. Prior pars (l. I—III) docet modum inveniendi rectum s. Scripturae sensum et hinc est hermeneutices specimen; altera pars (l. IV.) est homiletica docens modum proferendi quae intellecta sunt. — Saepius versatus est in interpretanda Genesi. Huc spectant: *De Genesi* contra Manichaeos ll. II (intra a. 389—390) apud Migne XXXIV, 173—220), de quibus supra p. 280 egimus: sed in

---

noverat, inviserat, et cum eo est familiarissime conversatus. Redux in Gallias epistola ad s. Augustinum data eum de semipelagianorum erroribus instruit, quae proinde pro cognoscendis Massiliensium erroribus est pretiosa. Prodiit inter ep. s. Augustini n. 226, et opusc. XXXVI, 1—11. Hic Hilarius idem videtur cum Hilario, qui Syracusis ad Augustinum scribit de turbis, quas Pelagiani excitarunt, quae ep. est 156 inter s. doctoris epistolas et cui ipse 157 respondet: nulla enim est sufficiens ratio, ut cum Novisio eum a nostro distinguamus. Cf. Histoire Lit. de la France II, 209—15.

[1]) Mentionem hic fieri licet Leporii, de quo ita scribit Cassianus contra Nest. I, 4: „Leporius tunc monachus, modo presbyter, qui ex Pelagii. . . . institutione vel potius pravitate descendens apud Gallias assertor praedictae haereseos aut inter primos aut inter maximos, fuit a nobis admonitus, a Deo emendatus; ita male conceptam persuasionem magnifice condemnavit, ut non minus pene admiranda sit correctio illius quam illaesa multorum fides: quia primum est, errorem penitus non incurrere, secundum bene repudiare. Is ergo in se reversus, non solum in Africa, ubi tunc erat atque nunc est, tam errorem suum cum dolore, quam sine pudore confessus est, sed etiam ad omnes admodum Galliae civitates flebiles confessionis ac planctus sui literas dedit: scil. ut ubi deviatio ejus prius cognita erat, illic etiam emendatio nosceretur: et qui testes erroris antea fuerant, iidem postea correctionis essent.“ Praecipuus quidem error Leporii erat christologicus: negabat enim Verbi incarnationem putans Christum fuisse hominem merum, qui tamen meritis suis consecutus sit divinitatem: ex quo errore principali facile consequuntur sequelae pelagianae: fuerunt enim connexae haereses Pelagianismus et Nestorianismus. Propter hos errores Gallia fuit expulsus, hinc se in Africam recepit, ubi opera praesertim Aurelii carthaginensis, s. Augustini, Florentini et Secundini meliora edoctus *libellum emendationis* composuit c. a. 419 forte ex inspiratione s. Augustini, ut conjicit Quesnellus. Reperitur insignis hic libellus emendationis seu satisfactionis ad episcopos Galliae cum literis approbationis quatuor illorum episcoporum Migne XXXI, 1221–1230, inter opera M. Mercatoris ed. Garnerii I, 225; Sirmondi I, 345 ed. Venetae 1729 etc. Cf. Czapla in comment. ad Gennadii de viris ill. c. 59; Hist. lit. de la Fr. II. 165—75, quae etiam tuetur, Leporium hunc esse eundem cum Leporio presbytero hipponensi, cujus meminit s. Augustinus serm. 356 n. 10; Schoenemann Bibl. hist. lit. II, 588—597.

[1]) De s. Augustino interprete cf. Richard Simon Hist. crit. du V. T. p. 397 ss.; Hist. crit. des comment. du N. T. p. 246-300.

iis agit tantum de tribus prioribus cc. sensu literali plerumque praetermisso. Presbyter factus hunc scrutari nisus (c. a. 393) est in l. de *Genesi ad literam* (ib. 219—246), sed ‚tanta sarcinae mole succubuit (Retract. I, 18)', hinc pervenit nonnisi ad Gen. 1, 26; ideoque hic l. imperfectus dicitur. Tertia jam vice (c. a. 400) in Confess. ll. tribus posterioribus pie meditando, hinc sensui allegorico magis intentus disserit ab eo quod scriptum est: *In principio fecit Deus coelum et terram* usque ad sabbati requiem. Demum magis ad literam iterum coepit eam exponere in op. grandi *De Genesi ad literam* ll. XII (ib. 245—486), verum et ab hoc coepto rei magnitudine deterritus, iterum destitit, nam ultra tria priora cc. non pervenit, et in ipso hoc op. ut ipse testatur »plura quaesita quam inventa sunt, et eorum, quae inventa sunt, pauciora firmata; cetera vero ita posita velut adhuc requirenda sint (Retract. 1, 24).« — *Locutionum ll. VII* (c. a. 419 Migne XXXIV, 485-546), quorum scopus est, s. Scripturae phrases linguae latinae minus usitatas in Heptateucho obvias ex linguae hebraicae vel graecae proprietate dilucidare ad s. Scripturam facilius intelligendam. — *Quaestionum in Heptateuchum* seu in ll. V. Mosis, ll. Josue et Judicum ll. VII (c. a. 419), qui complectuntur scholia quaedam fusiora in locos difficiliores, juxta sensum literalem (ib. 547—824). — *Annotationes in Job* (c. a. 400) breves, mendis deformatae, ab aliis minus accurate collectae (ib. 825—887). Hinc ipse se nescire testatur Retr. II, 13 »utrum suum opus habendae sint, an potius eorum, qui eas, sicut potuerunt vel voluerunt, redegerunt in unum corpus descriptas de frontibus codicis,« et de earum obscuritate conqueritur. *Enarrationes in psalmos* (Migne t. XXXVI. XXXVII), quarum aliquae sunt succinctae, aliae constant prolixis homiliis, quae refertae sunt utilissimis ad mores informandos institutionibus: nam sensu literali fere neglecto allegoricas accommodationes et morales applicationes consectatur: conceptibus tamen nobilissimis de Ecclesiae, quam ubique praefiguratam et adumbratam cernit, relatione ad Christum atque de ejusdem praerogativis abundant, ut nihil sublimius, nihil nobilius apud patres hoc de argumento reperias.

156. Ad N. T. spectant: *De consensu evangelistarum*[1]) ll. IV (c. 400 Migne XXXIV, 1041—1229); *quaestionum Evangeliorum* ll. II, in quibus exhibet expositiones mysticas plerumque et morales quorundam locorum Ev. s. Matthaei et s. Lucae (Migne XXXV, 1321—1365); *de sermone Domini* in monte secundum Matthaeum ll. 2 (scr. a. 393 Migne XXXIV, 1230—1308), qui exhibent praeclarum ethices christianae compendium diligentissima sollertia elaboratum[2]). — Tr. CXXIV *in Joannis Evangelium* seu totidem sermones ad populum habiti (c. a. 416), insignes quidem, sed ideo forte minus limati, quod prostent prout a notariis inter loquendum fuere excepti (Migne XXXV, 1379-1976); in iis pro opportunitate Arianos, Donatistas, Pelagianos etc. impugnat. Pulchre eorum occasione Notker Balbulus dicit, »Joan-

[1]) Einige glauben, scribit Ch. Pesch Zeitschr. für k. Theol. 1886 X, 233, nirgendwo habe der h. Augustin sein grosses Geschick in der Lösung von Schwierigkeiten und der Vereinigung scheinbarer Widersprüche so sehr bewährt als gerade in dem Werke de consensu evangelistarum. Fatetur tamen quasdam solutiones nimis esse quaesitas minusque probabiles.

[2]) *Quaestionum XVII* in Ev. secundum Matthaeum (XXXV, 1365—79) non videtur esse s. Augustini, ita et libellus *de Mirabilibus s. Scripturae* (Migne XXXV, 2149—2200); *de benedictionibus Jacobi*, quod est Alcuini ib. p. 2199—2206. — Expositio *in Apocalypsin* b. Joannis (ib. 2417—2452) per homilias XIX, consarcinata ex Victorini M., Primasii et Bedae verbis non est ipsius, sed longe inferioris auctoris.

nem coelipetam nubivolus Augustinus paribus alis insecutus est.« Habes eos inter opuscula selecta t. 1. et II seriei alterius, Oeniponti 1884. His addantur tr. X *in ep.* (1. ad 5, 3 usque) *Joannis* (ib. 1977—2062. — *Expositio quarundam prop.* (84) ex epistola ad Romanos (a. 394, ib. 2063-2088), in qua tamen non satis clare, imo et minus recte de gratiae collatione disseruit, ita ut Semipelagiani in sui erroris patrocinium ad hanc provocarent expositionem. Epistolae ad Romanos *expositio inchoata* (ib. 2088—2106) versatur in sola salutationis 1, 1—7 expositione: difficultatibus si quidem deterritus, a prosecutione cessavit. — *Epistolae ad Galatas expositio* (ib. 2105—2148) diligens a. ut videtur 394 concinnata. »Epistolam totam continua serie juxta sensum literalem solito ingenii acumine diligenter interpretatur, inquit Fessler-Jungmann II, I, 363. — Expositio *in ep. s. Jacobi* periit. — In pluribus aliis operibus, sermonibus et epistolis s. doctor sagaciter et feliciter versatur in interpretanda s. Scriptura. Ipsius tamen non est opus prolixum sub ejus nomine non raro allegatum *Quaestiones V. et N. Testamenti* (Migne XXXV, 2213-2416), de quo cf. Harnack Abhandl. Al. v. Oettingen gewidmet, München 1898 p. 54—93.

157. Quamvis in multis horum operum, quae recensuimus, formationem morum s. praesul spectet, huc praeprimis adhuc referri debent: *Speculum*[1]) seu collectio praeceptorum moralium ex s. Scriptura, quod incipit: ‚Quis ignorat' etc. juxta versionem italam, cui in codicibus posterioribus substituta fuit versio vulgata (a. 428, Migne XXXIV, 887—1040). — Liber *de mendacio* (c. 394 Migne XL, 487-518), obscurus est et anfractuosus adeo, ut s. doctor illum non esse decreverit et jusserit, quod tamen factum non est (Retr. I, 27). Idem argumentum retractavit in libro *contra mendacium* a. 420 (ib. 517—548), qui apertior est, in quo tuetur, mendacium omni in casu esse illicitum[1]). — De *continentia* (a. 395, Migne p. 349—372) et *de patientia* (ante a. 418 ib. 611—626); *De conjugali bono* (c. a. 401, ib. 373—386) et *de sancta virginitate* (ib. p. 397—428), utrumque contra Jovinianum virginitatem impugnantem, contra quem jam scripserat s. Hieronymus, qui nuptias nimis depressisse dicebatur. Hinc »jactabatur Joviniano responderi non potuisse cum laude, sed cum vituperatione nuptiarum (Retr. 11, 22)«. Quam ob rem coepit a nuptiarum bono, ut dein eo liberius et securius commendaret virginitatis praestantiam. — *De bono viduitatis* (c. a. 414, ib. 431—450) seu epistola ad Julianam viduam. — Liber *de opere monachorum* (c. a. 400, ib. 547—592) scil. de labore manuum contra monachos otio nimium deditos. — Libellus utilis *de catechizandibus rudibus* ad Deogratias diaconum carthaginensem (c. a. 400, ib. p. 309—348), quem inter opuscula selecta t. VIII Oeniponte 1869; 1895. edidimus.

[1]) Tria alia *Specula* sub ejus nomine circumferuntur, inter quae et unum ab H. Viguierio editum, quod incipit: *Audi Israel*, duo apud Migne XL, 967—992: ea tamen non sunt genuina. Cf. F. Weihrich das Speculum des hl. Augustinus und seine Handshrift-Ueberlieferung, Wien 1883. Alterius tamen sententiae est L. Delisle, qui genuinitatem tuetur Speculi, quod incipit *Audi Israel* in diss. Le plus ancien manuscrit du Miroir de St. Augustin (Extr. de la Bibl. de l'Ecole des Chartres), Parisiis 1884. — Liber autem *de vita christiana* (ib. 1031—1046) errores sapit pelagianos et est forte ipsius Pelagii. — Liber exhortationis vulgo *de salutaribus documentis* (ib. 1047—1078) Paulini aquilejensis est et inter ejus reperitur opera (Migne XCIX, 197—282).

[1]) Cf. E. Récéjak, de mendacio quid senserit Augustinus, Paris 1897.

158. Ex innumeris, quos habuit Augustinus, *sermonibus*, quorum plures ab auditoribus calamo fuere excepti, alios ipse literis consignavit, editores maurini 363 exhibent ut genuinos, 32 ut dubios, et 317 ut suppositicios: quibus accenseri debent sermones 76 *ad fratres in eremo* Augustino prorsus indigni. Interim quam plurimi alii sermones e tenebris eruti fuere et sancto nostro adscripti a Denis, Fontani, Fraja-Frangipane, Mai, Nova PP. bibl. 1, 1—470, Liverani, Morin, Caillau, qui prae primis nimia, imo temeraria, facilitate quam plurimos s. Augustino asseruit sermones t. 130. 131 suae collectionis selectae ss. Ecclesiae patrum, dein seorsim in op. *S. Augustini sermones inediti* Parisiis 1841 in f. Horum tamen sermonum postea editorum major pars judice Bardenhewer § 94 n. 10 certe non est genuina vel saltem dubia. Migne in suum Patrologiae cursum praeter sermones ab ed. maurinis publicae luci datos recepit *sermones XXV* a Mich. Denis Viennae 1792, Fontani, et X a Fraja-Frangipane, Romae 1819 editos (XLVI, 813—1140; XLVII, 1113—1156). Versantur porro s. doctoris sermones vel in illustrandis textibus s. Scripturae, vel de festis et sanctis vel de diversis argumentis, in quibus cernitur quidem magna eloquentia, sed minor ars rhetorica, cum ipsi bonum fidelium spirituale prae primis cordi fuerit[1]). — Sermonibus accenseri possunt tractatus in Joannis Ev. et epistolam, enarrationes in Psalmos necnon plura opuscula, quae ex sermonibus prodierunt. Eminet autem s. Augustinus inter patres concionandi praerogativa quam agnoverunt vel ejus adversarii. Ita a Secundino manichaeo in ep. ad ipsum n. 3 (Migne XLII, 574) »summus orator et deus pene totius eloquentiae« dicitur; et tamen pro sua modestia ipse s. praesul testatur de cat. rud. 2, 3: »Mihi prope semper sermo meus displicet.« — Praeter sermones supersunt circa 217 *epistolae* (Migne t. XXXIII), quarum aliquae sunt admodum prolixae, tractatus vere theologici de argumentis gravissimis, lectu dignissimae, e quibus elucet magnanimitas nostri praesulis, caritas vere paterna, imo et materna erga familiares, amicos, collegas, indefessa de Ecclesiae bono sollicitudo. Aliquot post ed. maurinam adhuc repertae fuere[1]).

159. A. Ebner in handschr. Studien über das Praeconium paschale (Kirchenmusik. Jahrb. für das J. 1893 p. 73-83), celebre »Exsultet« paschale s. Augustino asserit. Aliquot s. doctoris opera perierunt, plura, ut subinde notavimus, sunt dubia, multa ob tanti viri celebritatem ei fuere supposita, quae editores maurini in copiosis suis appendicibus ad singula fere volumina diligenter recensent et exhibent, cujusmodi sunt ut aliqua saltem, praeter ea, quorum jam fecimus mentionem, indicemus, LL. *Hypomnesticon* (f. M. Mercatoris), *quaestiones V. et N. T.* (de quibus cf. supra p. 291); liber *de ecclesiasticis dogmatibus* (Migne XLII, 1213-1222), qui est Gennadii mass.; *de assumptione b. Mariae V.* CXL, 1141-47), qui forte est Fulberti carnot. sec. XI. (cf. supra p.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 174 de sermonibus s. Augustini accurate disserentem.

[1]) Bardenhewer § 94 n. 11: Seine Bedeutung für die Zeitgenossen tritt am greifbarsten in seiner Briefsammlung zu Tage. Er scheint die ganze Kirche, wenigstens die ganze Kirche Afrikas, zu beherrschen, und den fortschreitenden Geist der Zeit selbst zu lenken. Auch solche, welche ihm ganz ferne stehen, erlauben sich ihm ganze Bündel von Fragen und Zweifeln auf einmal zuzusenden (ep. 118, t. 1) ... Man erblickte in ihm, wie ein gewisser Audax erklärt, ein Orakel des Gesetzes (oraculum legis ep. 260), von welchem man alles erfahren könne. Pars epistolarum prodiit in coll. Corpus script. eccl. lat. XXXIX, 1. 2 cur. Goldbacher.

267); liber *de vita eremetica* ad sororem (XXXII, 1451-1474), qui a Luca Holsteniob. Aelredo rhievallensi in Anglia abbati tribuitur; *de diligendo Deo* (XL, 845—863), pius quidem libellus, sed ex Hugone Victorino, Anselmo et Bernardo ab anonymo compilatus; *de cognitione verae vitae* (p. 1005—1032) in forma dialogi, qui videtur esse Honorii augustodunensis; *de vita christiana* (p. 1031—1046), qui est Fastidii, de quo infra; *de rectitudine catholicae conversationis* (1066-1089) compilatus ex sermonibus s. Caesaris arelat.; *de unitate Trinitatis*, qui est Vigilii tapsensis; *de salutaribus documentis* (cf. supra p. 292 a.); *de XII abusionum* gradibus (XL, 1079-1089); *de conflictu vitiorum et virtutum* (1091—1109) Ambrosii Autperti sec. VIII; Liber *de vera et falsa poenitentia*, qua scholae theologi saepe utuntur (ib. 1113-1131); *de visitatione infirmorum ll. II; de fide* ad Petrum (ib. 753—779), qui est s. Fulgentii etc. Ob copiam autem idearum utilium, quibus ejus opera abundant, factum est, ut plures illa excerperent et excerptis nova compilarent opera[1]). — Opera s. doctoris saepe collecta prodierunt. Omissis antiquioribus editionibus ed. praestans ea est[2]) quam curarunt patres maurini (Th. Blampin, P. Coustant etc.) Parisiis 1679—1700 t. 11 in f., cujus t. 1—4; 8—10 iterum prodierunt Parisiis 1688—1696; saepius recusa ut Antverpiae (Anstelodami) 1700-1703 cum t. XII., qui continet appendicem augustinianam in f. a Pherepono (Joanne le Clerc); Venetiis 1729—35 t. 11; 1756—1769 t. 18 in 4; Parisiis 1836—1839 t. 11 in 8; et cura Migne 1845 P. L. XXXII-XLVII; novam ed. cooperantibus pluribus viris eruditis Weihrich, Zycha, Knoell, Hoffmann, Goldbacher sub auspiciis academiae scientiarum viennensis coepit prodire Viennae in coll. Corpus script. eccl. lat. 1887 ss. Edita hactenus sunt *Speculum* (t. XII) scripta pleraque adversus Manichaeos (XXV, 1. 2), et aliqua contra pelagianos (XLII) aliqua exegetica (XXVIII, 1—3); *Confessiones* (XXXIII), pars *epistolarum* (XXXIV, 1. 2), *de civitate Dei* (XL) et aliquot scripta practici argumenti (XLI), Viennae 1902: hinc liquet eam editionem lente procedere, neque omnium exspectationi satisfacit. S. doctoris[1]) doctrinam quasi in corpus redegit praeter Eugyppium, de quo infra, Laur. Alticozzi in sua *Summa augustiniana*, Romae 1744—61 t. 6 in 4 cum diss. accurata de pelagianismo; A. Cupetioli *theologiam moralem et contemplativam* s. Augustini alphabetice digessit, Venetiis 1737—1741 t. 3 in f. Vindicias ejus doctrinae conscripserunt Norisius Vindiciae Augustinanae (Migne XLVII, 571—883) et Merlin Véritable clef des ouvrages de S. A. contre les Pélagiens (ib. 883—1113) aliique quam plurimi.

---

[1]) Plures recenset Fessler-Jungmann II pag. 388 annot. 3.

[2]) Cf. Schoenemann de variis ed. bibl. hist. lit. PP. lat. II, 92—356 (Migne XLVII, 9—197). De controversiis occasione edit. maurinae excitatis cf. Kukula Die Mauriner Ausg. des Augustinus aus den Sitzungsberichten der k. Akad. der W. Wien 1890 CXXI, Abh. 5: CXXII Abh. 8; 1892 CXXXVII Abh. 5; CXXXVIII Abh. 5; Rottmanner bibliographische Nachträge zu Ks. Abhandl., ib. 1891 CXXIV Abh. 13; Nomencl. II², 797 ss.

[1]) Cf. de Augustino praeter auctores jam saepius citatos, Vita s. Augustini auctore Possidio (cf. supra 271 a.) et ex ejus opp. collecta ab ed. maurinis ed. paris. t. XI; apud Migne XXXII, 65—583; seorsim Bruxellis 1886. 1892 t. 2; Tillemont Mémoires t. XIII; Cuper et Stilting commentarius de s. Augustino in Actis SS. d. 28. August. VI, 213—460; Poujoulat Histoire de s. Augustin Parisiis 1843 t. 3 in 8. 1886 ed. 7; Wolfsgruber, Augustinus, Paderborn 1892 in 8; Ph. Hergenröther KL. I, 1669—1678; Baumgartner IV, 100—108; Nirschl II § 177 ss.; Ehrhardl, § 27; Potthast p. 1186 s.

160. Ex romanis pontificibus omnes hujus periodi merent nominari, quia praeclaris editis literis pro tuenda fide catholica steterunt. S. Anastasii I (398 † 4. Dec. 401), quem martyrologium romanum vocat »virum ditissimae paupertatis et apostolicae sollicitudinis«, supersunt tres tantum *epistolae*[1]), occasione controversiarum de Origenis doctrina, quam sane non probavit, quarum duas habes scil. ad Joannem hierosol. et Simplicianum ep. mediol. Migne P. L. XX, 65—76; fragmenta tertiae ad Venerium ep. mediolanensem reperit ediditque C. Ruelens in Bibliophile Belge 1871 p. 123—129, dein Nolte Katholik 1872. I, 123—129 et J. van de Gheyn Revue d'hist. et de littér. relig. 1899 IV, 1—12. Erat amicitia junctus Paulino Nolano et Hieronymo, qui ep. 127 al. 16 ad Princ. n. 10 de eo scripsit: Hunc »diu Roma habere non meruit, ne orbis caput sub tali episcopo truncaretur. Imo idcirco raptus atque translatus est, ne semel latam sententiam precibus suis flectere conaretur:« nam brevi post ejus mortem Roma a Gothis capta et direpta fuit.

161. Statim post Anastasii obitum in ejus locum unanimi episcoporum, cleri populique consensu suffectus est Innocentius vir insignis prudentiae et sanctitatis 21. Dec. 401: »Tam graecorum quam latinorum elogiis jure is papa exornatus fuit. Hunc primum persequi Novatianos coepisse ac multas eis ecclesias ademisse Socrates VII, 9 auctor est. Singularem autem gloriam adeptus est constanti Jo. Chrysostomi defensione. Hanc deinde antiochenae aliarumque orientalium ecclesiarum reconciliatione et pace non mediocriter auxit; ac postremo solemni Pelagianorum damnatione cumulavit[1]).« Obiit 12. Mart. 417. Ex ejus *epistolis* supersunt 38, in quibus splendidum absolutumque romani pontificis intueri licet exemplum. Conscius enim potestatis divinitus sibi traditae atque muneris concrediti sollicitudinem gerit omnium ecclesiarum, curam suam impendit Orienti et Occidenti, gravissima fidei morumque ordinat negotia, disciplinae ecclesiasticae sancit decreta. Paterne hortatur, authentice docet, cum potestate arguit et corripit vel episcopos, pastores sede pulsos solatur atque tuetur, dubios nutantesque confirmat memor semper illius se esse successorem, »in quo universalis Ecclesiae positum esse legimus fundamentum (Bonifatius I ep. 5 n. 1).« Hinc potiores saltem ejusdem *epistolas* edidimus inter opuscula selecta Oeniponte 1872. XVII, 243—82; XVIII, 1—110.

162. Innocentio I. mox suffectus est Zosimus natione Graecus. Astutia Coelestii et Pelagii simulatione deceptus indulgentius initio cum eis agendum censuit: qua tamen comperta atque iteratis africanorum praesulum precibus et luculenta causae expositione haeresim pelagianam damnavit, imo teste Prospero adv. Collatorem c. 21. n. 68 »ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armavit antistitum,« missa scil. ad omnes episcopos epistola, quae *Tractoria* dicitur, et quae per totum orbem subscriptionibus sanctorum patrum est roborata: qui vero subscriptionem detrectarunt, sede sua sunt privati: »ex quibus plurimi, teste M. Mercatore, resipiscen-

[1]) Cf. de ejus ep. deperditis accurate disserentem Coustant Epist. rom. pont. Parisiis 1721 pag. 729—38; cf. etiam Bardenhewer § 92 n. 4.

[1]) Coustantius op. cit. p. 737-932, qui ejus exhibet epistolas et de perditis accurate disserit. Cf. ed. Schoenemann Goettingae 1796 I, 495—661: Mansi coll. conc. III, 1028—1140 cum multis accessionibus; Migne XX 463—639; Tillemont X, 627-666 et 827-35; Fessler-Jungmann § 178; Nirschl III § 206 ss. de Innocentio et ejus successoribus; Brischar KL. VI, 718—722.

tes et a praedicto errore correcti regressi sunt supplices ad sedem apostolicam et suscepti suas sedes receperunt: « unde a nonnemine protestantium dictus est » Hildebrandus praecox. « Supersunt ejus *epistolae* XIV, magnam spirantes auctoritatem, primatus testes. Dolendum quod perierit celebris illa ep. *Tractoria,* si pauca excipias fragmenta. Illas exhibent Coustantius pag. 933 ss.; Migne XX, 639-711; quae ad Pelagianorum causam spectant inter opuscula selecta XVIII, 110—147. Obiit 26. Dec. 418.

163. Exsequiis Zosimi persolutis 28. Dec. electus est Bonifatius I vetus presbyter non sine contradictione factionis cujusdam, quae Eulalium archidiaconum sibi elegit. Confirmata Bonifatii electione Honorii imp. rescripto, praedecessorum vestigia premens sedis apostolicae jura fortiter est tutatus († 4. Sept. 422). Reliquae sunt novem ejusdem epistolae, quas cf. apud Coustantium 1007 ss.; Migne XX, 749-792; Schoenemann Goettingen 1796, 711—748, 745—843; earum quinque dedimus inter opuscula XVIII, 147—70, testes insignes romani primatus. Ab Honorio imp. impetravit, ut episcopi, qui damnationi Pelagii et Coelestii (probabiliter Tractoriae praedecessoris sui) non subscriberent, in exsilium pellerentur. Ipso hortante s. Augustinus scripsit *de nuptiis et concupiscentiis* l. II. et contra duas ep. pelagianorum ll. 4, quos s. doctor ipsi dedicavit[1]).

164. Apologeta religionis christianae adversus philosophum gentilem, qui arma sua desumpserat ex opere polemico Porphyrii († 304) adversus Christianos fuit Macarius cognomento Magnes, auctor alioquin satis ignotus, cum neque constet quodnam ex his duobus nominibus sit proprium, quodnam appositum, et si ratione loci dicatur Magnesius, num Magnesiae significetur Cariae an Lydiae[1]). Neque convenit inter eruditos, quando floruerit. Juxta Blondel, qui operum ejus curavit editionem, scripsit ineunte seculo IV., juxta Fessler-Jungmann altero seculi IV. dimidio sub Juliano apostata, juxta Bardenhewer nonnisi ineunte sec. V. Composuit in forma disputationis cum philosopho graeco gentili Μονογενὴς ἢ ἀποκριτικὸς προς Ἕλληνας seu *dialogum* ll. V constantem c. a. 410, in quo solvit exceptiones ex s. Scripturis derivatas, mutuatas ex opere Porphyrii neoplatonici adversus Christianos. Operis mentio facta est in conc. nicaeno II. contra iconoclastas, qui abusi erant ejus verbis: dein ita in oblivionem transiit, ut demum Fr. Turrianus S. J. illud repererit in cod. Venetiis, et quaedam excerpta inde publicaverit; iterum illud Blondel Athenis reperit a. 1876, sed non integrum, desunt enim l. 1. excepto c. 6 (de haemorrhoissa) et l. 5. Prodiit ejus ed. posthuma cura amici P. Foucart inscripta Mac. Magn. Ἀποκριτικὸς ἢ Μονογενὴς. M. M. quae supersunt, Parisiis 1876 in 4. Quaedam fragmenta exegetica *in Genesim* exhibent Pitra Analecta sacra et classica, Parisiis 1888 p. 1 p. 31—37; Migne P. G. X, 1389—1406; Duchesne op. cit. p. 39 ss.; quibus quaedam additamenta adjecit Sauer in op. Ehses Festschr. zum elfhundertjährigen Jubiläum des deutschen Campo Santo in Rom, Freiburg im B. 1897 p. 291—96.

---

[1]) Cf. KL. 2², 1031; et de horum pontificum epistolis Jaffé Regesta Pont. rom. I², 44—55.

[1]) Cf. Duchesne de Macario Magnete et scriptis ejus, Parisiis 1877; Fessler-Jungmann § 99; Nirschl II, § 109; Lumper in Migne P. L. V, 343—350; Fabricius-Harless VII, 296—98; Crusius in duabus diss de eo Goettingen 1737 et 1745.

165. „Niceas (Nicetas, Nicetus, Nicetius, Nicaeas etc.) Romatianae (Remesianae in Dacia) civitatis episcopus composuit simplici et nitido sermone sex competentibus ad baptismum *instructionis* libellos, in quibus primus continet, qualiter se debeant agere competentes, qui ad baptismi gratiam cupiunt pervenire (cujus supersunt quatuor fragmenta), secundus *de gentilitatis erroribus*, in quo indicat suo pene tempore Melgidium quendam patrem familias ob liberalitatem, et Gadarium rusticum ob fortitudinem ab ethnicis inter deos relatum (cujus unum exstat fragmentum); tertius liber *de fide* unicae majestatis (quo forte continentur duo tr. qui adhuc supersunt: *de ratione fidei*, et *de Spiritus s. potentia*); quartus *adversus genethliologiam* (cujus nihil superest); quintus *de symbolo* (qui l. pulcher adhuc superest editus a card. Borgia, Patavii 1799, Migne LII, 865—874; et accurate a Caspari kirchenhistorische Anekdota, Christiania 1883. I, 341—360); sextus *de agni paschalis victima* (qui periit). Dedit et *ad lapsam virginem* libellum, omnibus labentibus emendationis incentivum[1]:« quem plures putarunt esse l. *de lapsu virginis consecratae* Ambrosio passim tributum, sed Morin censet eum esse *epistolam* ad lapsam virginem a se repertam et editam. Cf. Revue Bénédictine 1897 p. 197—202. Sed jam est controversia[2]), num revera haec opuscula sint hujus Nicetae, qui fuit etiam amicus s. Paulini Nolani, an potius Nicetae ep. aquilejensis († 485), vel nescio cujus Nicetae galli. Prior sententia videtur praeferenda. Hisce opusculis addi debet tractatus elegans (a Mai repertus et editus) *de diversis appellationibus* D. N. J. Christo convenientibus. „Doctrina Nicetae pura et integra est, ita Fessler-Jungmann § 221, stilus simplex et nitidus, dictio brevis simul et perspicua.« Prodierunt haec opuscula diligenti cura can. Braida, Utini 1810 in 4; et Card. Mai, Romae 1827 in 4., recusa in ejus collect. nova Script. vet. VII p. 1 pag. 314—40 et in Migne P. L. t. LII, 847—76 (cum diss. P. Braida ib. 875—1155). Morin ipsi etiam asserere nititur[1]) *de vigiliis servorum Dei*, et *de psalmodiae bono* (in Revue Bénéd. 1897. XIV, 385—397, ubi libellus hic primum integer comparet) alioquin sub Nicetii trevirensis nomine vulgatos (Migne LXVIII, 365—376); hymnum *Te Deum laudamus* diss. ib. 1894 p. 49—77 et 337—345. et celebrem tr. *de sacramentis* sub s. Ambrosii nomine vulgatum, inter nostra opusc. sel. ss. PP. XVXVII, 4—85; Migne XVI, 417—465.

In sacris literis interpretandis praeter patres gravissimos, quos jam laudavimus, s. Jo. Chrysostomum, Hieronymum, Augustinum versati praeterea sunt[2]): Theodorus

---

[1]) Ita Gennadius de viris ill. c. 22.

[2]) De qua cf. Fessler-Jungmann § 221; Czapla in comment. ad Gennadii c. 22, qui copiosam de ea literaturam exhibet; Bardenhewer § 90 n. 12 et KL. IX, 263—266; Hümpel Nicetas B. von Remesiana, Erlangen 1895; sed cf. et Kattenbusch Theol. Lit. 1896 p. 297-303, qui in nonnullis ab iis, quae de Niceta diximus, dissentit.

[1]) Cf. etiam A. E. Burn An Introduction to the Creeds and to the „Te Deum“, London 1899; Wordsworth art. Te Deum in J. Julian Dictionary of Hymnology, London 1892 p. 1119—1134.

[2]) Mentio hic fieri posset Tychonii (Tichonii), qui natione fuit Afer, acri ingenio et uberi eloquio (ita Augustinus contra ep. Parmeniani I, 1), donatista quidem, sed factionis magis moderatae († c. 400). „Contra Donatistas, inquit s. Augustinus de doctr. christ. III, 30, invictissime scripsit, cum fuerit. Donatista: et illic invenitur absurdissimi cordis, ubi eos non omni ex parte relinquere voluit.“ Hic specimen dedit hermeneuticae in libro *de septem regulis* ad investigendam et inveniendam (saltem ex parte) intelligentiam Scripturarum

Mopsuestenus, qui sua aetate multum inclaruit atque innumerorum fuit auctor operum: sed nominis celebritas maxime post ejus mortem fuit obscurata. Filius erat divitum nobiliumque parentum n. c. 350 Antiochiae. Literis humanioribus operam dedit sub celebri Libanio rhetore cum Joanne, qui postmodum dictus est Chrysostomus, cujus hortationibus et exemplo inductus est, ut se Deo consecraret, et cum in proposito nutasset, ad pristinam vivendi formam asceticam rediret. Presbyter ordinatus est a. 383 et decennium transegit Antiochiae in regendis scholis, impugnandis haereticis et curanda animarum salute. In Mopsuestiae, Ciliciae urbis, electus est episcopum c. a. 392. Parum quidem scimus de ejus gestis episcopalibus, sed satis constare videtur, eum non fuisse segnem in obeundo munere episcopali. Obiit in pace Ecclesiae 428.

167. Juvenis 20 a. concinnavit prolixum *in Psalmos* commentarium, cujus supersunt fragmenta graeca (Migne LXVI, 647—696) et epitome syriaca[1]). Hic tamen multorum incurrit offensionem: quare posteriori aetate nonnulla retractavit. In universam s. Scripturam videtur reliquisse commentaria et revera in quam plurimos libros, N. T. praesertim, supersunt fragmenta, ut ex commentario *in Genesim*, quem merito Photius cod. 38 (Migne CIII, 69 s.) carpit, *in Job*, de quo l. alioquin non bene sentit, *in Matthaeum, Lucam* etc. (Migne LXVIII, 633—968). Integer superest commentarius *in prophetas minores* (graece Migne ib. 105—632), *in Ev. s. Joannis* (syriace, ed. Chabot Parisiis 1897), *in ep.* minores *s. Pauli* (10), sed nonnisi in versione latina sec. tamen jam VI., quam edidit H. B. Swete: Theodori ep. mopsuesteni *in epistolas b. Pauli commentarii.* The latin version with the greck fragments, Cambridge 1880—1882 t. 2. Illam jam ediderat lacunosam Pitra in Spicil. solesm. I, 49—159 sub nomine Hilarii pictaviensis. Nimis liberas sequitur opiniones[2]), plures ll. V. T. et

---

(Migne P. L. XVIII, 15-66), quae magno usui fuerunt in scholis subsequentium aetatum. Eas s. Augustinus de doctr. christ. III, 30—37 illustrat debitis praescriptis cautelis. „Exposuit et *Apocalypsin Joannis* ex integro, nihil in ea carnale, sed totum intellegens spirituale. In qua expositione dixit angelicam stationem corpus esse. Mille quoque annorum regni in terra justorum post resurrectionem futuri suspicionem tulit; neque duas in carne mortuorum resurrectiones futuras, unam justorum et alteram injustorum, sed unam et insemel omnium, in qua resurgent etiam abortivi, deformati, ne quid humani generis deformatum et animatum substantia intereat, ostendit etc.“ Ita Gennadius c. 18. Hic commentarius, quo usus est s. Hieronymus, periit, sed fere reconstrui posset ex commentariis posteriorum scriptorum, qui ex illo sua irrigarunt commentaria, ut Primasius, Beda, auctor 19 hom. in Apocalypsim inter opera spuria s. Augusiini (Migne XXXV, 2417—2452), Beatus de Libana etc. Cf. Hausleiter die Kommentare des Victorinus, Tichonius und Hieronymus zur Apokalypse, in Zeitschr. für kirchl. Wissenschaft und kirchl. Leben 1886. XII, 239—257; Hahn Tychoniusstudien. Ein Beitrag z. Kirchen- und Dogmengesch. des 4. Jahrh. in Bonwetsch Studien zur Gesch. der Theol. und Kirche VI. Heft 2. Regularum editionem accuratam dedit F. C. Burkitt The Book of Rules of Tyconius, Cambridge 1894. Cf. Kihn KL. XII, 153-156.

[1]) Baethgen nititur (Ztschr. für alttest. Wissensch. 1886, 2) ex Corderii expositione PP. graecorum in Psalmos fragmenta, quae ad eum spectant, colligere.

[2]) Kihn KL. 11², 1520: Seine Auslegung war in vielen Fällen einseitig und in ihren Consequenzen verhängnissvoll. Bei der Darlegung des historischen Wortsinnes läugnete er oftmals die direkte Beziehung messianischer Weissagungen auf Christus und sein Reich und erklärte sie ausschliesslich von geschichtlichen Ereignissen und Persönlichkeiten des A. T. oder gab nur die indirekte Beziehung auf den N. Bund und das Himmelreich zu, indem er sie im typischen Sinne erklärte,

plerosque deuterocanonicos N. T. a canone excludit, sensui grammaticali et literali nimis inhaeret, spreta intelligentia altiori, plura rejicit vaticinia messiana et audacius a patrum explanatione recedit. Hinc scripsit etiam opus grande tomorum V *adversus allegoristas,* quod forte est illud, cujus meminit Facundus herminianensis fervidus ejus apologeta (Migne LXVII, 602): »*Liber de allegoria et historia,* quem contra Origenem scripsit.« Plurima quoque reliquit opera dogmatica, quorum aliquot fragmenta habes in Migne P. G. LXVI, 969—1020. Inter haec »de incarnatione Domini, ut scribit Gennadius de vir. ill. c. 12, ll. 15 ad quindecim milia versus continentes, in quibus ratione purissima et testimoniis Scripturarum ostendit, D. Jesum sicut plenitudinem deitatis, ita plenitudinem humanitatis habuisse. Docet et hominem duabus tantum substantiis constare, id est, anima et corpore, sensumque et spiritum non alteram substantiam, sed officia esse animae ingenita, quibus inspirat, quibus rationabilis est, quibus sensibile facit corpus. Quartum decimum autem hujus operis l. propria de increata et sola incorporea dominaque omnium s. Trinitatis natura et de creaturarum ratione disserens pio sensu cum auctoritate ss. Scripturarum explicuit. Quintodecimo vero volumine totum operis sui corpus citatis etiam patrum traditionibus confirmavit et communivit[1]).« Sed non obstante tanto elogio circa incarnationis mysterium erravit, Nestorii egit praecursorem, duplici in Christo admissa persona, et statuens Christum hominem a concupiscentiis carnis fuisse molestatum, a malis paulatim se separasse, ex profectu operum fuisse melioratum, adoptionem promeruisse, non esse Deum: hinc Mariam esse Dei genitricem prae concione aperte negavit, et nonnisi ob ortas inter fideles scandala et turbas, assertionem revocavit. Negavit et peccatum originale praesertim in ll. V πρὸς τοὺς λέγοντας φύσει, καὶ οὐ γνώμῃ πταίειν τοὺς ἀνθρώπους contra asserentes homines peccare natura, non voluntate, cujus op. mentionem facit Photius cod. CLXXVII (Migne P. G. CIII, 513 ss.). In aliis etiam in Pelagianorum errores incidit, quocirca horum coryphaeus Julianus eclanensis eum adiit, ut in errore tuendo ab eo instrueretur et confirmaretur. Cum Nestoriani ejus scriptis maxime et auctoritate abuterentur, coacta fuit synodus oecumenica V, quae plures ejusdem errores et scripta solemniter gravissimisque verbis iterato damnavit[2]). Ita ex. gr. can. 12 legimus,

---

ja manchmal gieng er noch weiter, und fasste sie nur per accommodationem messianisch, indem er sie als Weissagungen ex eventu deutete. In seinen aus 5 Bdn. bestehenden Psalmencommentar bezog er nur 4 Psalmen (2. 8. 45. 110 LXX) direct und im Literalsinn auf Christus, die anderen erklärte er judaice ... Von den historischen Verhältnissen unter David, Ezechias, Zorobabel und den Machabäern. In altero vero op. Th. v. M. (cf. infra p. 306 a.) bene notat p. 124: Th. ist vielfach als Rationalist in Commentarien der biblischen Bücher bezeichnet worden. Seine Erklärung ist wohl überall rationell; aber Rationalist ist er keineswegs im modernen Sinne des Wortes. In allen seinen Schriften begegnet er uns als Verfechter der positiven göttlichen Offenbarung etc.

[1]) Alterius magni operis meminit Photius cod. 4 (Migne CIII, 52) „pro Basilio *adversus Eunomium* ll. XXV. Est illi phrasis non usquequaque perspicua: sensibus tamen et argumentis nimium quantum densus, s. Scripturae testimoniis egregie abundat. Ad verbum fere Eunomii rationes refellit, imperitum eum valde externarum disciplinarum multoque magis nostrae theologiae pluribus ostendens.“ Scripsit praeterea contra Apollinarem, contra magiam etc.

[2]) Cf. Kihn Theodor v. Mopsuestia und Junilius Afrikanus als Exegeten, Freiburg 1880; theol. Qtlschr. Tübingen 1880 p. 531 ss.: KL. 11², 1515—22; Bardenhewer § 73, Fr. A. Specht der exeget. Standpunkt des Theodors v. M. und Theodoret von Kyros in der Auslegung messianischer Weissagung aus ihren Com-

postquam plures ejusdem errores recensuit: „Si quis igitur defendit praedictum impiissimum Theodorum vel impia ejus scripta, in quibus tam praedictas quam et alias innumerabiles blasphemias evomuit adversus magnum Deum et Salvatorem N. J. C. et non anathematizat eum vel impia ejus conscripta et omnes qui susceperint aut defendunt eum etc. . . . talis anathema sit.“ Scripta, quae supersunt collecta habentur Migne P. G. t. LXVI, 9—1020; plura adjecit ex fontibus syris Fr. Baethgen in Zeitschr. für die alttestamentl. Wissensch. 1885 V, 53—101; 1886 VI, 261—88; 1887. VII, 1—60. — *Prologum* commentarii in Actus apostolorum, qui Theodori esse conjicitur, edidit graece E. v. Dobschütz in The American Journal of Theology 1898. II, 353—387. Penes Nestorianos Orientis magna est in auctoritate, qui eum sub nomine ‚exegetae‘ per excellentiam citare solent, et sub anathemate vetarunt, ne quis ab ejus discederet interpretatione.

166. Theodori frater „Polychronius apamensem ecclesiam egregie administravit, emendatissimae vitae splendorem cum sermonis gratia ac venustate conjungens.“ Ita Theodoretus H. E. V, 40: nihil praeterea de ejus vitae fatis ad nos pervenit. Vixisse videtur saltem ad a. 428. Et ipse commentariis s. illustravit Scripturam, quorum tantum ad nos pervenerunt fragmenta[1]), scil. *in Danielem* excerpta e catenis ss. patrum a Mai in coll. nova script. vet. I. p. II, 1—27 editis; scholia *in Ezechielem* edita a Mai in bibl. nova PP. VII, 2. p. 72—127, utraque apud Migne P. G. CLXII, 607 ss. Scholia *in Job* apud P. Junium in catena patrum graecorum in b. Job, Londini 1637. Alia, quae sub ejus circumferuntur nomine sunt vel supposita vel alterius Polychronii.

167. Praetermissis Ceponio episcopo hispano (fl. sec. V.), qui descripsit *Genesin* sive Hexameron carmine hexametro atque in eo fabulam Phaëtontis ad satanam de coelo detrusum refert (cujus saltem versus plures protulit Barthius Adversariorum comment. l. 109, Francofurti 1624, et etiam t. II ad Statium pag. 1225). — Cypriano gallo (floruit ineunte sec. V), qui libros, ut videtur, historicos V. T. omnes vel plerosque juxta versionem italam metrice proposuit, et cujus *Heptateuchos* post Pitra Spicileg. 1, 171—258, et in Anal. sacris et prof. I, 181—207 optime editus fuit a Peiper[1]), Viennae 1891 in

---

mentaren zu den kl. Propheten dargestellt, München 1871; Fessler-Jungmann § 185 et Jungmann in diss. in hist. t. II diss. 11; Fritsche de Theodori Mops. vita et scriptis, Halae 1836, etiam in Migne P. G. LXVI, 9—78.

[1]) Insoweit diese Bruchstücke ein Urtheil gestatten, zählt Polychronius zu den grössten Exegeten, welche Antiochien und das griechische Alterthum überhaupt hervorgebracht hat, wenngleich sich auch durch seine Erklärung eine an Theodor lebhaft erinnernde rationalisirende Richtung hindurchzieht; über seine dogmatischen Anschauungen gewähren die Fragmente nur sehr mangelhaften Aufschluss. Die allerdings naheliegende Vermuthung nestorianischer Denkweise findet in demselben keine Stütze. Bardenhewer § 73 n. 6. quem cf. praesertim in op. Polychronius Bruder Theodors v. M. und Bischof v. A., ein Beitrag zur Geschichte der Exegese, Freiburg in Br. 1879, quo in op. specimina exhibet fragmentorum p. 45—92; KL. X, 141—143.

[1]) Cf. H. Ph. Best de Cypriani quae feruntur metris in Heptateuchum (diss. inaug.) Marpurgi Catt. 1891 in 8; John E. B. Mayor The Latin Heptateuch, published piecemeal by the French printer William Morel (1560), and the French Benedictines E. Martine (1733) and J. B. Pitra (1852—88), critically reviewed, London 1889 in 8; Bardenhewer § 88 n. 2. Huic Cypriano tribuit Ad. Harnack libellum *Coena* inter opuscula s. Cypriani supposititia subinde editum in diss. drei wenig beachtete Cypri-

corp. script. eccl. lat. t. XXIII — et Hadriano (Adriano) presbytero et monacho discipulo ut videtur s. Jo. Chrysostomi[1]), qui inter exegetas scholae antiochenae numerari debet, cujus est εἰσαγωγὴ εἰς τὰς θείας γραφάς *introductio in ss. Scripturas* (specimem hermeneuticae, in quo metaphorae V. T. illustrantur, Migne P. G. XCVIII, 1273—1312) — s. Chromatius illustris sui aevi praesul, c. a. 387 aquilejensis episcopus, familiaris ss. Ambrosio, Hieronymo et Chrysostomo, pro cujus tuenda causa utrumque imperatorem tam Orientis quam Occidentis literis convenit († a. c. 406 vel 407), *homilias* seu tr. 18 perutiles praedicatoribus in Evangelium s. Matthaei (scil. in 3, 15—17; cc. 5 et 6) reliquit, partem forte majoris commentarii. Inter has plurimum laudatur ab inventionis ubertate atque stili elegantia sermo *de octo beatitudinibus*. Habes eas in Migne P. L. XX, 323—368; prodierant saepe antea praesertim et in bibl. PP.; Gallandi VIII, 338—52 et cura P. Braida, Utini, 1816 in 4. Ipsi debemus etiam nonnulla scripta Hieronymi et Rufini: nam et Hieronymo interpretari Paralipomena, Oseam, Amos, Malachiam et Zachariam; Rufino historiam ecclesiasticam Eusebii et Origenis homilias transferri persuasit. *Epistola* vero, qua condemnatis Origenis erroribus Hieronymum rogaverat, ut litibus cum Rufino finem imponeret, hodie desideratur, neque Hieronymus ea inductus est, ut a prosequenda controversia desisteret. Epistolae vero aliae, quae sub ejus nomine ad Hieronymum datae circumferuntur, non sunt genuinae[2]).

— Huic periodo assignatur a pluribus Victor presbyter antiochenus, sub cujus nomine edidit Theod. Peltanus S. J. commentarios *in Marcum* latine tantum, satis libere versos (cum scriptis Titi bostrensis et Dionysii alex.). Ingolstadtii 1580, in bibl. PP. parisiensi I, 403—495; lugdunensi XIII, 762—836. Textum graecum dedit Possinus in op. *Catena PP. graecorum* in Ev. secundum Marcum, Romae 1673. Verum juxta R. Simonem Hist. crit. du N. T. c. 30 (opp. V, 427) hic commentarius non videtur esse nisi compilatio ex variorum scholiis, commentariis etc. collecta, inter quos fuit et hujus Victoris opus: in codd. ipsi quidem adscribi, sed et Origeni vel Cyrillo alex. etc., inter codd. vero quoad textum haud leves esse varietates. Tribuuntur eidem Victori scholia *in ep. catholicas* adhuc inedita. Commentarii supra laudati editio optima est Crameri in op. *Catenae PP. graecorum in N. T.,* Oxonii 1844 I, 259—447.

168. De historia ecclesiastica multi hac periodo meruerunt[1]). Prae-

anische Schriften und die Acta Pauli, inter Texte und Untersuch. zur Gesch. der altchristl. Lit. Neue Folge IV fasc. 3 Lipsiae 1899.

[1]) Cf. Kihn, KL. V, 1437.

[2]) Fontanini hist. lit. aquilej. l. 3 c. 3. 4 (apud Migne P. L. XX, 375 ss.); de Rubeis Monum. eccl. aquil. cc. 10-13; Fessler-Jungmann § 154.

[1]) Praetermittimus Philostorgium cappadocem, n. 368, Eunomii asseclam, acerrimum catholicorum adversarium, qui composuit *historiam ecclesiasticam* ll. XII ab a. 300—425, in qua Arianos laudibus effert et orthodoxos conviciis confundit „ut esse hoc ejus opus non tam historia videatur quam haereticorum laudatio, cum nuda et mera vituperatione atque accusatione catholicorum.“ Ita Photius cod. 40 (Migne 103, 72), qui eum dein dicit „scriptorem mendacem et fabulis minime abstinentem“: ejus tamen epitomen exhibet, quam cum fragmentis habes in Migne P. G. LXV, 459—638. Aliud fragmentum a Mai jam publicatum accuratius exhibetur a P. Batiffol in Röm. Qtlschr. für christl. Alterthumkunde und für Kirchengesch. III fasc. 3 p. 252—89. Edidit ipse et Quaestiones Philostorgianae (Thesis), Parisiis 1891. Cf. Jeep zur Ueberlieferung des Philostorgius in Texte und Unters. N. F. II, 3; Ehrhard KL. IX, 2074. — Praetermittimus et *historiam ecclesiasticam* Timothei episcopi berytensis (fl. ineunte

ter Epiphanium et Hieronymum mentione dignus est Tyrannius Rufinus quondam Hieronymi amicus, sed dein propter nimium Origeni impensum favorem adversarius ab illo acerrime impugnatus. Tyrannius Rufinus c. a. 345 vel 346 prope Aquilejam natus, a pueritia in monasterio aquilejensi adolevit jam tunc s. Hieronymo familiari junctus amicitia. A s. Chromatio baptizatus est a. 371. Melaniam viduam romanam nobilissimam simul ac piissimam ad loca sancta Hierosolymis peregrinantem est comitatus, sed pluribus annis in Aegypto haesit familiaris eremitarum deserti nitrici et discipulus Didymi (cf. pag. 174), quo magistro amore imbutus est erga patres graecos, Origenem in primis. Hierosolymam dein pergens moram ibidem fecit peregrinationibus tamen in regiones dissitas interruptam. A Joanne ejusdem urbis episcopo presbyter est ordinatus c. a. 390. Quoniam vero plus justo favebat Origeni gradatim ruptum est amicitiae cum s. Hieronymo vinculum litesque non minus diuturnae quam acerbae sunt ortae. Pace demum iterum inter eos restituta Rufinus in Italiam (397) atque in patriam suam rediit. Mox vero recruduit dissidium aegre sopitum scriptisque nimis acribus dedit occasionem. Barbarorum irruptione in quiete literaria, qua Aquilejae fruebatur, turbatus loca repetere sancta cogitavit, sed dum longiores traheret Messinae moras in Sicilia a. 410 obiit.

169. Multa prorsus e graeco in latinum transtulit. Ita s. Basilii *regulas* utrasque (cf. p. 153) in unam eas conjungens, quae constat ex qq. 203 cum earum responsionibus; *homilias* ejusdem VIII; s. Gregorii naz. *opuscula* seu orationes X; Anatolii alex. *canonem paschalem;* s. Pamphili M. *apologiae* pro Origene l. I. (cf. supra p. 64), cui adjecit diss. *de adulteratione ll. Origenis;* plures Origenis *homilias*, et t. XV *in ep. s. Pauli ad Romanos*, Evagrii *sententias*, Sexti pythagoraei, philosophi gentilis, *sententias*, quas latine versas pro Sixti seu Xysti papae et martyris sententiis imprudens venditavit; Clementis rom. *recognitiones* et *epistolas* duas ad s. Jacobum ep. hieros., quas ita nobis asservavit, cum textus graecus perierit; LL. IV Origenis περὶ ἀρχῶν *de principiis*, quos pariter ita nobis servavit, qua tamen versione magnas excitavit turbas sibique conscivit incommoda. Nam cum multi hos lectitarent libros, plures catholicae fidei studio incensi rem detulerunt ad Anastasium rom. pontificem eum interpellantes, ut serpens compesceret malum. Quare Rufinus ad Anastasium misit epistolam seu *apologiam*[1]) pro fide sua (c. a. 400),

---

sec. V.), qui totus est in extollendo Apollinario: ea tamen periit. — Ita et Historiam conciliorum seu συναγωγὴ τῶν συνοδικῶν a nicaeno usque ad ea, quae sub Valente imp. (364—78) habita sunt, Sabini Macedonianorum apud Heracleam episcopi, qui horum conciliorum acta in unum corpus collegit. Is nicaeni concilii sacerdotes quasi rudes ac simplices deridet, nonnulla de industria praetermisit, quaedam vero pervertit et immutavit. Ceterum cuncta ad institutum suum sensumque pertraxit. Ita Socrates de eo H. E. I, 8. Ipsius quoque opus periisse videtur. Cf. Batiffol Byzant. Ztschr. 1898 VII, 265—284.

[1]) Ab hac distinguitur opusculum inscriptum *Fides Rufini* (Migne XLVIII, 239—255), de quo ita Garnier in praevia annot.: „Mirum quam multa doctrinae tum historicae tum dogmaticae arcana libellus iste brevissimus contineat, ut magnis voluminibus sin minus praeferri, saltem componi queat.“ Totus fere est de quaestionibus tum ab Origene tum a Rufino motis speciemque palinodiae prae se fert. Quamvis vero a Mario Mercatore Rufino nostro tribuatur, in contrarium sunt valida sane argumenta eaque non pauca. Quare conjicit Garnier in annot. subjectis, eum alterius Rufini (fuere enim tres vel saltem duo hujus nominis aequales qui Hierosolymis vel in vicinis ecclesiis versabantur) presbyteri,

qua profitetur, se Origenis neque defensorem, neque assertorem esse, neque primum interpretem (Migne XXI, 623—633). Hac tamen apologia non multum profecit, nam consultus Anastasius a Joanne ep. hieros., num damnandus esset Rufinus ob hanc suam versionem, prudenter respondit, seposita omni suspicione perpendendum esse, quo animo id esset agressus, et eum quidem damnandum esse, si propria mente et laudans ac probans transtulerit, secus si ipsum accusans auctorem: ipsam vero versionem minime probat. Vertit et Eusebii caes. *historiam ecclesiasticam*; vertit forte et Jos. Flavii *de bello judaico* historiam: sed generatim in suis versionibus non est fidelis interpres nimia utens libertate: nam subinde aliqua contrahit, vel omittit, vel etiam corrigit atque eliminat ut ex. gr. in Origenis libris, vel etiam addit.

170. Praeter versiones alia quoque composuit opera. Ita historiae ecclesiasticae Eusebii adjecit (c. 402-404). duos ll. (X. et XI. suae versionis, contraxerat enim l. IX et X Eusebii in unum), quibus illam ab a. 324 prosequitur ad 395 (Migne XXI, 461—541), sed satis obiter sine sufficienti accuratione seu minore ingenio ac fide: est tamen specimen historiae ecclesiasticae in Occidente primum[1]). — *Historia monachorum* (ib. 387—462) seu liber de vitis patrum[2]), quos scil. inviserat, ex iis, quae ipse viderat, vel de ipsis audierat, vel legerat in memoriis ab antiquiorum monachorum discipulis collectis c. a. 401—410. Haec historia vix edita varias in linguas versa fuit, in graecam, copticam, armenam, syriacam, qua in lingua vestigia saltem quatuor versionum reperiuntur: et multum medio aevo ea lectitata fuit, saepe post inventam typographiam edita; optime edita habetur in Vitis patrum ed. a Rosweydo, Antverpiae 1615 in f. — *De benedictionibus patriarcharum* ll. II, in quibus rogante Paulino Nolano vaticinium patriarchae Jacob benedicentis filiis suis Gen. 49 triplici sensu historico, morali et mystico exponit (ib. p. 295—335). Commentarius *in symbolum apostolorum*, opus praeclarum et eruditum, magni semper aestimatum (ib. 335—387). — *Apologiae* in s. Hieronymum ll. II etiam Invectivae dicti (ib. 541-623), qui utinam non fuissent scripti. Cum enim audiisset se Romae haeresis origenianae nomine in crimen venire, eos direxit contra Hieronymum, quem totius accusationis auctorem et incentorem credebat (c. a. 399 vel 400). — Opera non genuina sunt Commentarius[3])

---

quem Hieronymus Mediolanum Romamque misit, ad Venerium et Anastasium adversus Origenistas sollicitandum. Ceterum hic Rufinus natione Syrus, Origeni quidem infensus, juxta Marium Mercatorem in praef. sua not. sub s. Anastasio pont. Romam primum invexit errores circa protoparentum conditionem originalem et originale peccatum „et ut erat argutus, se quidem ab ejus invidia muniens per se proferre non ausus Pelagium . . . tunc decepit eumque ad praedictam apprime imbuit atque instituit vanitatem.“ Cf. de hoc Rufino Syro Pelagii magistro fusius disserentem Garnier l. c. et diss. I. c. 3 et diss. VI c. 1 ad M. Mercatoris op. Migne XLVIII, 261 ss. et 585 ss.

[1]) Cf. E. J. Kimmel, de Rufino Eusebii interprete ll. 2, Gerae 1838.

[2]) Amélineau de historia Lausiaca, Parisiis 1887. De controversia critica inter Lucium et Preuschen (in opp. infra p. 323 cit.), num haec historia sit opus originale an versio ex graeco cf. Plenkers O. S. B. in docta diss. in Katholik 1899 II, 42 ss. Operis Rufini versionem in graecum tribuunt nonnulli Marco diacono, de quo mox p. 325.

[3]) Hujus commentarii auctor censetur a nonnullis Vincentius presbyter natione Gallus, teste Gennadio c. 80 „in divinis Scripturis exercitatus, linguam habens usu loquendi et majorum lectione politam.“ Fuit Gennadio aequalis et juxta aliquos, sed absque sufficienti ratione, auctor objectionum vincentianarum, quibus s. Prosper respondit, ut infra di-

in 75 psalmos priores (ib. 633—659), ex s. Augustini enarrationibus excerptus; *in Oseam, Joëlem, Amos* (ib. 959-1104), forte Pauli Orosii; *Vita s. Eugeniae* (1105—1123), libellus *de fide* duodecim anathematismis adversus varias haereses constans (cf. supra p. 312 a.); et alter fusior (1123—1154) etc. Opera ejus (exclusis versionibus) prodierunt Parisiis 1580 cur. Laur. de la Barre; studio ac labore D. Vallarsii 1745 t. 1. (alter versiones complectens non prodiit), ed. praestans; Migne P. L. t. XXI. Scripserat »et *epistolas* ad timorem Dei hortatorias multas, inter quas praeeminent illae, quas ad Probam dedit.« Ita Gennadius c. 17; eae tamen perierunt.

171. Elegantius et ingeniosius in rebus historicis describendis versatus est Severus cognomento Sulpicius[1]) aquitanicae provinciae (n. c. 363) vir genere et literis nobilis, in quibus adeo profecit, ut in foro causas agens, teste Paulino Nolano ep. 5 n. 5, facundi nominis palmam tenuerit. Matrimonio junctus est nobilissimae feminae e familia consulari, qua tamen matura morte abrepta agnovit mundi vanitatem, et mirabili Paulini Nolani, quocum tota vita familiarissimam fovebat amicitiam, exemplo, et s. Martini ep. turonensis, cujus desiderio aestuans peregrinationem ad eum videndum susceperat, verbis ignitis, quibus sanctus hic vir eum hortabatur ad mundi illecebras et seculi onera reliquenda, ut Dominum Jesum liber atque expeditus sequeretur[1]), impulsus seculo valedixit ac vitam asceticam iniit (c. 392). Exinde paupertatis atque humilitatis amore conspicuus vitam duxit pietatis operibus et scribendis libris deditam. Dicitur a Gennadio c. 19 presbyter, sed quia de hac sacra dignitate apud alios scriptores silentium, non desunt qui ea de re dubitent. Quamdiu vixerit post a. 405 non constat; eum tamen pervenisse ad tertium sec. V. decennium haud pauci conjiciunt.

172. Concinnavit Sulpicius *Chronicam* ab exordio mundi usque ad sua tempora ll. II, quae vulgo dicta est *Historia sacra* seu breve atque elegans compendium[2]) historicum s. Scripturae ab o. c. usque ad Christum, cui adjungitur succincta narratio rerum ad a. 400. in Ecclesia gestarum. Prodiit seorsim cur. Fr. Dübner, Parisiis

---

cemus. — Verum cum compareant in eo commentario Gregorii M. sententiae, sec. VII. non est anterior, ut censet Cornely introd. in V. T. ll. sacros p. 655; utilitate vero non caret. — Cf. de editionibus operum Rufini Schoenemann bibl. hist. lit. pp. lat. I, 571—583; de auctore Fessler-Jungmann § 152, Bardenhewer § 92 n. 34; Nirschl II, § 171 ss. Fabricius III, 428 ss.; Ebert I, 321 ss.; praeprimis de Rubeis de Turranio seu Tyrannio R. diss. Venetiis 1754; Fontanini *Vita Rufini* in ed. Vallarsii, et Migne XXI, 15—294.

[1]) Alius ab eo est s. Sulpicius Severus cognomento Pius episcopus bituricensis, pater spiritualis multitudinis clericorum et monachorum († 644), cujus supersunt tantum *epistolae* tres in Canisii Antiq. lect. I, 644—46; Du Chesne hist. franc. script. I, 882—85. Cf. Acta SS. 17. Jan. II, 165; Mabillon in Act. SS. II, 167.

[1]) Cf. ejus vitam s. Martini c. 25.

[2]) Dieser kirchengeschichtliche Bericht ist den besten Quellen entnommen; überhaupt bekundet Severus wissenschaftlichen historischen Sinn, und insbesondere hat er die Kunst des Ausdruckes den klassischen Mustern (namentlich Sallust und Tacitus) mit glänzendem Erfolge abgelauscht. Ita Bardenhewer § 74[1] n. 1 praeeunte J. Bernays Ueber die Chronik des Sulp. Severus, Breslau 1861 p. 30 s., et inter Gesammelte Abhandl. von J. Bernays, herausgeg. von H. Usener Berlin 1885; cf. etiam J. Schell de Sulp. Severo Sallustianae, Livianae, Taciteae elocutionis imitatore diss. inaug., Monasterii 1892; Potthast p. 1039, ubi copiosam de auctore nostro reperies literaturam; Holder-Egger Ueber die Weltchronik des sog. Severus Sulpitius und südgallische Annalen des 5. Jahrh., Göttingen 1875.

1851. — Scripsit et ad multorum profectum *de vita b. Martini;* hunc enim bene noverat, singulis fere annis invisebat, unde a Paulino ep. 11 salutatur „Martini episcopi frequentator", et ab eo vicissim magni fiebat. Addidit et tres *epistolas,* in quibus contra aemulos s. Martini aliqua fusius enarrat, in primis ejusdem mortem. His nondum contentus duos adjecit *dialogos.* In p. 1. dial. 1 (nunc dialogus 1.) Posthumianus monachorum orientalium virtutes et miracula enarrat, in altera p. et in dial. 2 (nunc 2. et 3.) Gallus de s. Martini virtutibus et miraculis disserit, ut eum in nullo orientalibus sanctis esse minorem ostendat. In celebri vero decreto de recipiendis libris Gelasio I. passim attributo dicuntur opuscula Posthumiani et Galli[1]) ‚apocrypha', qua censura videntur hi dialogi a publica tantum lectione in Ecclesia excludi seu eis specialem denegari approbationem ecclesiasticam: forte etiam propter chiliasticas opiniones, quae tamen in textu nostro non amplius saltem aperte comparent[2]).

Haec opuscula de s. Martino luculento sermone, ut inquit Paulinus, s. Ambrosii notarius, in hujus vita n. 1, seu stilo elegantissimo et admodum encomiastico conscripta valde diffusa fuere et avide lectitata. Ea habes inter nostra opusc. selecta XLVIII 1—190 Oeniponte 1885; ea jam antea edidit Dübner Parisiis 1859; 1890. — Scripsit etiam *epistolas* ad amorem Dei et contemptum mundi hortatorias sorori suae multas, quae tamen periisse videntur: illae enim septem, quas Halm in appendice suae adjecit ed., non videntur esse genuinae, si forte duas excipias, quarum genuinitatem tuetur Harnack, scil. *de ultimo judicio* et *de virginitate* ad Claudiam sororem suam. Opera auctoris[1]) prodierunt magna accuratione cura praesertim Hieronymi de Prato Veronae 1741—54 t. 2 in 4; Gallandi t. VIII; Halm Viennae 1866 in Corp. script. eccl. lat. t. I; Migne P. L. t. XX 95—248. Relationem suam Gennadius de Severo c. 19 ita absolvit: „Hic in senecta sua a Pelagianis deceptus et agnoscens loquacitatis culpam silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum, quod loquendo contraxerat, ta-

[1]) Hic Gallus discipulus erat s. Martini ejusque passim in itineribus socius, necnon et Severo familiaris, de quo cf. Hist. lit. de la France II, 116—19. Posthumanius patria erat Aquitanus, literis humanioribus satis institutus, qui non semel Africam, Aegyptum et Palaestinam inviserat. Diu commoratus est apud s. Hieronymum in Bethlehem. Rediens ex Oriente in Paulinum Nolanum incidit, qui ejus virtute captus iter ad Sulpicium Severum impense commendavit, a quo benevole fuit exceptus magnique factus. Iterum in Orientem est profectus et in reditu (a. 405) habuit hunc dialogum, quem Sulpicius literis consignatum ei primum Paulino communicandum dedit, dein divulgandum per Aegyptum aliasque Orientis regiones. Videtur demum Nolae haesisse atque a Paulino ordinatum esse presbyterum. Cf. Hist. lit. de la France II, 235—9; Bardenhewer KL. XI, 225—227.

[2]) Revera s. Hieronymus com. in Ez. t. XI c. 36 propter Severi dialogum, cui nomen *Galli* imposuit, eum chiliastis accenset: Hieronymi vero auctoritas in decreto citato magni fit. Cum vero chiliastarum opiniones in illo dialogo non amplius, saltem clare, appareant, suspicari forte licet, eum locum, propter quem male audiebat auctor, a librariis fuisse omissum, ut et locus de antichristo desideratur in quamplurimis codd. mss. Fieri etiam potuit, ut Hieronymus vel ex minus fideli aliorum relatione, vel quod obiter tantum inspexerit illum dialogum, non satis cognita causa Severum millenariis adjunxerit. Imo ex attentiore dialogi lectione apparet, plura in eo reperiri, quae cum millenariorum opinionibus non bene cohaerent. Cf. hac de re fuse disputantem de Prato in diss. V. his dialogis subjecta.

[1]) Cf. de auctore nostro Tillemont XII, 586—611; Ebert Allgem. Gesch. d. Lit. des Mittelalters Leipzig 1889 t. 1 c. 15. ed. 2; Hist. littér. de la Franc. II, 95—116; Hier. de Prato in vita et diss., quibus suam ditavit ed.

cendo penitus emundaret.« Haec nobis fabulam sapere videntur, quae vanis incertisque nitatur rumoribus: neque tam facile de viris illustribus malum suspicari decet, nisi gravibus probetur rationibus.

173. Tertius, qui huc referri potest, est Orosius, Hispanus, presbyter et civis bracarensis, qui c. 414 in Africam venit atque s. Augustinum adiit, cui consilii petendi gratia obtulit *commonitorium de errore Priscillianistarum*[1]) *atque Origenistarum* (novis curis ed. a Schepss in op. Priscilliani quae supersunt etc. in Corp. script. XVIII, Vindobonae 1889), ab eo enixe petens »ut perspectis omnibus morbis medicinam adhibere festinaret (n. 4).« Consultationi ejusdem annuens scripsit s. doctor ad eum l. *contra Priscillianistas et Origenistas.* Inde profectus est in Palaestinam (a 415), valde commendatus a s. praesule ep. 166 s. Hieronymo, in qua dicitur »religiosus juvenis, catholica pace frater, aetate filius, honore compresbyter noster, vigil ingenio, promptus eloquio, flagrans studio, utile vas in domo Domini esse desiderans ad refellendas falsas perniciosasque doctrinas, quae animas Hispanorum multo infelicius quam corpora barbaricus gladius trucidarunt.« In Palaestina cum Hieronymo se opposuit Pelagio clam suam disseminanti haeresim, contra quam indulgentius se gessit Joannes episcopus hierosolymitanus. Cum vero falsae ipse insimularetur doctrinae velut assertor erroris, hominem ne adjutorio quidem Dei implere posse legem divinam, scribere coactus est apologeticum *de arbitrii libertate,* quod saepe, etiam seorsim, ut cur. J. Costero primum Lovanii 1558 etc., prodiit. Rediens a 416 in Africam ad Augustinum secum tulit ep. s. Hieronymi ad eundem (134), necnon et literas Herotis et Lazari ad praesules africanos de Pelagio et Coelestio (cf. supra p. 284), et reliquias s. Stephani protomartyris nuper inventas. Hortante Augustino majus jam suscepit opus, *historiarum* scil. *adversus paganos ll. VII,* quod est velut complementum operis s. praesulis *de civitate Dei.* Egerat jam ipse s. doctor in illo opere contra gentilium querelas, tot calamitates illo tempore irruisse in imperium romanum ob inductam religionem christianam et neglectum deorum cultum. Verum ut plenius has calumnias refelleret et retunderet, hortatus est Orosium »ut ex omnibus, qui haberi ad praesens possunt, historiarum atque annalium fastis quaecunque aut bellis gravia, aut corrupta morbis, aut fame tristia, aut terrarum motibus terribilia, aut inundationibus aquarum insolita, aut eruptionibus ignium metuenda, aut ictibus fulminum plagisque grandinum saeva, vel etiam parricidiis flagitiisque

[1]) Contra Priscillianum steterunt duo episcopi Ithacius (Itacius) sossubensis (Ossonoba) et Idacius (Hydatius, Ursatius) episcopus emeritensis, qui eum accusarunt apud Maximum usurpatorem. Hic vero Priscillianum neci tradidit: quamobrem teste Prospero chron. ad a. 389, „ob necem Priscilliani, cujus accusatores fuerant, Ecclesiae communione privantur.“ Itacius (sossubensis, ut videtur), teste Isidoro hisp. de vir. ill. c. 15, „cognomento et eloquio Clarus scripsit quendam librum sub apologetici specie, in quo detestenda Priscilliani dogmata et maleficiorum ejus artes libidinumque ejus probra demonstrat, Marcum quendam memphiticum, magicae artis scientissimum, discipulum fuisse Manis, et Priscilliani magistrum“: qui l. tamen periit. Idacio Claro, qui et junior dicitur, tribuuntur ll. III *contra Varimadum* (Maribadum) arianum (Migne P. L. LXII, 351—434); qui olim Vigilio tapsensi fuerunt adscripti. In iis omnia fere Arianorum argumenta ex s. Scriptura contra Filii et Spiritus s. divinitatem solvuntur. Tribuuntur ipsi et ll. XII (vel saltem ex iis VIII) *de ss. Trinitate,* qui sub s. Athanasii nomine prodierunt (Migne ib. LXII 237—334), sed a Chifflet Vigilio tapsensi asseruntur. Cf. Fabricius bibl. lat. med. act. II, 318 ss.; Streber KL. VI, 572; Ficker Studien zu Vigiliusvon Tapsus, Leipzig 1897 p. 46 ss.

misera per transacta retro secula reperissem, ordinato breviter voluminis textu explicarem«: ut legimus in op. prooemio: atque ita ostendit »magis christianae observantiae esse, quod contra meritum suum res romana adhuc duraret et pace culturae Dei pacatum teneret imperium (Gennadius c. 39).« Perducit autem historiam ad a. 417. Cum post hunc a. Orosii non amplius fiat mentio, videtur eum parum post a. 417 obiisse. Magni facta fuit haec prima historia universalis christiana medio aevo ideoque admodum fuit diffusa. In decreto, quod Gelasio tribuitur, legimus: »Orosium virum eruditissimum collaudamus, qui valde nobis necessariam adversus paganorum calumnias ordinavit historiam miraque brevitate contexuit.« Epistolae et alia ejusdem opuscula perierunt. Quaestiones *de Trinitate* et aliis s. Scripturae locis, Parisiis 1533; de luminaribus Ecclesiae etc. sunt supposita[1]). Ediderunt ejus historiam cum aliis libellis praeter alios Haverkamp Lugduni Bat. 1738 in 4. ed. praestans; 1767; Zangemeister in corp. script. eccl. lat. V Viennae 1882; Lipsiae 1889; Gallandi t. IX; Migne P. L. t. XXXI 635—1215.

174. Philippus patria Sidensis in Pamphilia, diaconus, »in studiis literarum, ut refert Socrates H. E. VII, 27, multum operae et laboris posuit pluresque omnis generis libros collegit . . . Nam et Juliani imp. libros confutavit, et χριστιανικὴ ἱστορία *christianam historiam* composuit c. a. 430, quam in ll. XXXVI divisit. Singuli autem libri plures continent tomos, adeo ut simul omnes sint propemodum mille numero. Argumentum vero cujusque tomi ipsum tomum magnitudine adaequat . . . Variam porro eruditionem in id opus congessit, dum videri vult philosophicarum disciplinarum haud quaquam expers. Proinde geometricorum et astronomicorum theorematum, arithmeticorum quoque ac musicorum passim mentionem facit. Describit item insulas et montes atque arbores, et alia quaedam parvi momenti. Unde opus laxum reddidit ac solutum: ac proinde doctis pariter atque indoctis, ut mihi quidem videtur, inutile illud effecit. Nam indocti quidem dictionis ornatum perspicere non possunt: docti vero inanem verborum repetitionem condemnant . . . Ego id unum dico, rerum gestarum tempora ab eo confundi etc.« Photius etiam cod. 35 (Migne CIII, 68) opus notat, »quod ostentationis plus habeat quam utilitatis.« Ideo forte opus periit praeter pauca fragmenta, ut ex. gr. de catechistarum alexandrinorum successione (apud Dodwellum in diss. in Irenaeum, Oxoniae 1689 pag. 488, aliaque apud de Boor in Texte und Unters. 1888. V fasc. 2 pag. 165—84).

175. Huc referri possunt duo scriptores coaevi nomine Palladii, si tamen non sunt unus idemque[1]). Prior familiaris s. Joannis Chrysostomi, ignotae civitatis Orientis episcopus, qui propter amicitiam cum Chrysostomo multa passus Romam confugit c. a. 408, ibique pulchre et studiose vitam s. praesulis et tragoediam

[1]) Cf. Moerner de Orosii vita ejusque historiarum ll. 7 adversus paganos, Berolini 1844; et generatim de auctore nostro Migne et Zangemeister in suis proleg.; Bardenhewer § 95 n. 2 Fessler-Jungmann § 180; Fabricius bibl. lat. med. aet. III, 166 ss.; Nirschl § 183; Ebert I l. 2 c. 16; Potthast p. 883, ubi invenies versiones et literaturam.

[1]) Id probabile censet Bardenhewer § 74 n. 18; 79 in 4, quamvis duo tunc temporis fuerint Palladii, unus biographus s. J. Chrysostomi et simul auctor historiae lausiacae, alter helenopolitanus episcopus. Fessler-Jungmann § 153, Nirschl II § 159 praeeunte Ceillier Hist. gen., Parisiis 1858 t. VII. biographum Chrysostomi distinguunt ab auctore historiae lausiacae.

contra eum actam plene descripsit. Eam habes inter s. doctoris op. ed. Montfaucon t. XIII, in Gallandi bibl. VIII, 257—330; Migne P. G. XLVII, 3—82. — Alter discipulus Evagrii Pontici origenistae ab a. 20. aetatis vitam monasticam egit, dein Orientem atque Aegyptum peragravit celeberrimos monachos invisens. In patriam redux episcopus Helenopolis in Bithyniae c. a. 400 est ordinatus. Et ipse propter Chrysostomum sede sua est dejectus multaque passus, quare ad eum pro virili tuendum Romam se contulit. Rediens in Orientem ad ecclesiam asponensem in Galatia transiit. Obiisse dicitur ante a. 431. Composuit c. 420 *historiam Lausiacam* (a Lauso, nobili in aula imperiali cubiculario, cui eam inscripsit) dictam, in qua vitas celebrium monachorum, eremitarum piarumque feminarum concinne describit[1]). Sed implexum oritur problema literarium. Nam historia monachorum Rufini fere integra reperitur in historia lausiaca; reliqua fere quae haec habet, in illa vero non exstant, leguntur in *Paradiso* Heraclidis, quem exhibet post Fabrum Stapulensem 1504 Rosweydus in appendice sui op. Vitae PP. p. 932—977. Quare concludit Butler op. infra cit. textum historiae Lausiacae receptum (Migne XXXIV, 991—1279) esse compilationem ex opere genuino et historia Rufini, ideoque Paradisum Heraclidis esse recensionem originalem historiae Lausiacae, illiusque (Paradisi) textum graecum quamvis non integrum exhibet Meursius (inter ejus opp. ed. Lamii Florentiae 1746 VIII, 334-670). Multum lectitata fuit in monasteriis haec historia, hinc plures subiit et mutationes, variaque exhibetur recensione. Saepe admodum prodiit; praeter ed. jam laudatas, praestans est ed. versionis latinae Gentiani Herveti Parisiis 1570; quaeque exstat in Herib. Rosweydi Vitis patrum l. VIII. Textum graecum lacunose dedit Fr. du Duc 1624, lacunas supplevit Cotelier Monum. Eccl. graecae III, 158—170; graecum textum ita suppletum exhibet Migne l. c. cum emendationibus J. Floss.

176. Pulchram admodum *vitam s. Ambrosii* mediolanensis ep. concinnavit hortante s. Augustino Paulinus ejusdem notarius ad normam celebris vitae s. Martini auctore Sulpitio Severo, cujus tamen elegantiam non assequitur. Narrat autem quae vel ipse vidit vel a s. Marcellina s. Ambrosii sorore audiit, vel ex variorum epistolis post illius obitum datis ab iis, qui diversis in provinciis ipsum vidisse narrarunt, didicit. Prodiit haec vita saepe, ita in plerisque editionibus opp. s. Ambrosii, in Migne P. L. XIV, 27—46; inter opuscula a nobis edita t. VII p. 1—49. Versionem graecam sec. 7—9. primum edidit Papadopulos in Ἀνάλεκτα Lipsiae 1891 p. 27—88. Cum Paulinus auditorum praesertim aedificationem intendat, vix ullam chronologiae rationem habet. In Africam delatus et Carthagine commorans zelum pro fide catholica ostendit accusatione Coelestii, Pelagii discipuli, qui hujus errores diffundere nitebatur. Obtulit enim Zosimo papae *libellum adversus Coelestium* (Migne XX, 711—16). Tribuitur ipsi etiam *de benedictionibus patriarcharum* Gen. 49 libellus (ib. 715—32).

[1]) Cf. Cuthbert Butler O. S. B. The Lausiac History of Palladius Cambridge 1898 (Texts and studies. Contributions to biblical and patristic literature t. VI.); Katholik 1899. II, 33 ss.; Amélineau de historia lausiaca, Parisiis 1887; Preuschen Palladius und Rufinus. Texte und Untersuchungen, Giessen 1897, qui p. 110 ita censet: Wir müssen . . . die Erzählungen des Rufin und Palladius als unschätzbare Dokumente für die Geschichte der Entstehung, Verbreitung und Organisation des Mönchthums, wie für das geistige Niveau, auf dem dieses Mönchthum stand, ansehen und dementsprechend verwerthen; Bardenhewer § 79 n. 4.

— S. Vigilius[1]) origine Romanus, Athenis institutus, postmodum episcopus tridentinus, quem s. Ambrosius consilio juvit (cf. hujus egregiam ep. 29) scripsit duas *epistolas,* unam ad Simplicianum (mediolanensem), alteram ad s. Joannem Chrysostomum *de martyrio ss. Sisinnii, Martyrii et Alexandri* ab infidelibus Tridenti a. 397 occisorum (Migne XIII, 549—58. Acta SS. Maji VII, 37 ss.). Obiit et ipse martyr pro fide, quam strenue propagavit, 26 Juni a. 400, juxta alios 405.

177. Marcus diaconus composuit stilo simplici sed conspicue fideliterque c. a. 420. *vitam s. Porphyrii* episcopi gazensis (c. 394-419), cujus erat comes familiaris ac individuus, et qui Gazae paganismum felici impugnaverat fructu. Hujus versio sat imperfecta reperitur in bibliotheca Gallandi t. IX, 259—286; in actis SS. Febr. t. III, 645—661 interprete Hentenio ad diem 26, et Migne P. G. LXV 1211—1266. Textum originalem ediderunt[2]) M. Haupt, Berolini 1875; admodum accurate societatis philologae bonnensis sodales Lipsiae 1895. — Lucianus presbyter Kaphar Gamalae prope Hierosolymam scripsit epistolam ad omnem Ecclesiam *de revelatione corporis s. Stephani M. primi* et aliorum (a. 415) seu narrationem de inventione sepulchri et reliquiarum corporis s. Stephani protomartyris, quorum particula Orosius (cf. p. 320) secum in Occidentem detulit. Hanc epistolam Avitus presbyter bracarensis et Orosii amicus latine vertit adjecta *epistola* sua ad Balconium episcopum bracarensem (Migne XLI, 805—818). Versionem reperies apud Baronium ad a. 415. § 6—16; in ed. maur. opp. s. Augustini t. VII; Migne P. L. XLI, 807—818. — *S. Pelagiae* meretricis quondam antiochenae *vitam* graece descripsit Jacobus diaconus Nonni episcopi coaevus, quam edidit Herm. Usener in op. Legenden der h. Pelagia, Bonnae 1879 p. 1—52 in Festschrift für die 34. Versammlung deutscher Philologen; acta ejus latine versa ab Eustachio sec. X—XI leguntur in Act. SS. 8. Oct. IV, 261—268; 322; Migne P. L. LXXII, 663-672.

178. Huc referri debet auctor illustris ex remota Syria scil. Maruthas episcopus Maypherkatae et medicus peritus, qui „composuit librum *de martyriis* et cantus et tonos martyrum. Idem transtulit et canones patrum trecentorum decem et octo, scripsitque tota historiam illius s. synodi[1])". Nihil fere de ejus vita scimus. Arcadius imp. eum misit legatum ad Jezdegerd I, qui 14. Aug. 399 successerat Bahram IV. interfecto in Persarum regno. Meruit hujus gratiam peritia sua, ut ferunt, medica: eaque optime est usus in bonum Ecclesiae, quae diuturna et saeva persecutione gravia passa erat damna illis in regionibus. Usus est etiam opportune hac ocasione ad colligendas ss. martyrum reliquias, quas secum Maypherkatam portavit, unde urbis haec Martyropolis est dicta, et illorum acta,

[1]) Alius ab eo est Vigilius diaconus, qui juxta Gennadium c. 51 „composuit ex traditione patrum (ex Pachomio praesertim) monachorum *regulam*, quae in coenobio ad profectum fratrum in conventu legitur, breviato et aperto sermone, totius monasticae professionis in se disciplinam continentem." Eam habes apud Migne P. G. XXXIV, 983 ss.; P. L. L, 373—83 et in collect. reg. Holstenii, Parisiis 1663 I, 89. Floruisse videtur intra a. 420—30. Cf. de nostro Schatz K. XII, 962.

[2]) Bardenhewer § 74 n. 16; KL. VIII, 683; Nuth de Marci diaconi vita Porphyrii ep. gaz., Bonnae 1897.

[1]) Ita ʿAbdischô de Sauba, metropolita nestorianus c. 57 apud Assemanum Bibl. or. III, 73. Hic Maruthas distingui debet a Marutha (Maruta), qui fuit primus Maphrian (Catholicus) tagritensis († 649), et monophysitismum admodum diffudit.

quae diligenter descripsit. Rursus a. 409/10 legatus caesareus ad aulam Persarum venit variaque negotia in bonum Ecclesiae promovit, unde vel in martyrologio romano 4. Dec. legimus: »In Mesopotamia s. Maruthae ep., qui collapsas in Persia Dei ecclesias ob persecutionem Jezdegerdis regis reparavit, multisque miraculis clarus, apud hostes etiam meruit honorari.« Haec ejus opera: Liber *de martyriis,* cujus saltem pars reperitur inter acta ss. martyrum orientalium et occidentalium ed. ab Assemano t. 1, germanice a Zingerle, Oeniponte 1836; plenius ea edidit Bedjan in actis Martyrum et sanctorum Parisiis 1891 II, 57—396; actis martyrum praemittitur egregia homilia de cruciatibus martyrum eorumque triumpho. Magna probabilitate haec acta revera sunt Maruthae[1]). Ipsius praeterea est opus *de concilio nicaeno,* quo continentur concilii canones (73 partim genuinos, partim suppositos), nomina patrum, qui eidem interfuerunt, varia acta et documenta, ex quibus aliqua supposita et forte etiam manu aliena postea sunt assuta, haeresum catalogus etc. Hujus operis fragmenta copiosa germanice versa edidit Oscar Braun in Kirchengesch. Studien herausgeg. von Dr. Knöpfler, Dr. Schrörs, Dr. Sdralek IV fasc. 3, Münster 1898. Cf. fragmenta syriace et latine in Mai Script. vet. nov. coll. X, 3—361. Haeresum catalogum edidit etiam Harnack Texte und Untersuch. N. T. IV. t. 1. cum commentario, Lipsiae 1899. — Cum Isaaco archiepiscopo seleuciensi *canones* videtur condidisse concilii Seleuciae et Ctesiphonte habiti a. 410, quos syriace cum versione latina et notis edidit Lamy, Lovanii 1869. Obiisse videtur circa a. 420.

[1]) Cf. Duval Anciennes Littératures chrétiennes II. La Litter. syriaque p. 132 ss.

179. Reliqui sunt aliqui[1]), quorum scripta ad theologiam potius practicam spectant vel asceticam praeter tot illustres Ecclesiae doctores et patres, quos hactenus laudavimus. Inter eos autem eminet s. Nilus[2]) nobili loco natus, opibus, eloquentia, muneribus illustris, erat enim Constantinopolitanae urbis, forte et praetorio praefectus. Honoribus tamen muneribusque omnibus rerum divinarum amore succensus forte c. a. 390 renunciavit, quo in proposito sancto Chrysostomus multum eum promovit. Secessit cum filio Theodulo in Sinai montem, ut vitam degeret asceticam: atque adeo sanctitate sanctorumque emicuit scientia, ut undique fuerit consultus. Zelo fidei accensus strenuo contra paganos atque haereticos pugnavit atque pro bono disciplinae veritus non est abbates atque episcopos, praefectos, imo et imperatorem delinquentem commonefacere ad mortem usque c. a. 430. Hinc magnus est scriptorum ejus numerus, quae thesaurum continent doctrinae asceticae, et ad virtutem pietatemque excolendam fovendamque spectant. Ejusmodi sunt *Peristeria* ad Agathium (monachum) seu tr. de virtutibus excolendis et vitiis fugiendis exemplo Peristeriae clarissimae eo tempore feminae (Migne P. G. LXXIX, 811—968); *de oratione* (ib. 1166—1199); *de octo spiritibus malitiae* egregiis prae-

[1]) Praetermittimus Eusebium, de quo Gennadius c. 34 ita habet: „Eusebius scripsit *de crucis Domini mysterio* et apostolorum praecipueque Petri constantia virtute crucis indepta: nam scriptum periit et quinam fuerit hic Eusebius plane ignoratur: num mediolanensis episcopus (449-464) an cremonensis, Hieronymi amicus. Cf. Fabricius bibl. lat. mediae et inf. aetatis I, 536—538.

[2]) Ultra viginti alios Nili nomine designatos recenset Leo Allatius in sua diatriba de Nilis, locupletata apud Fabricium-Harless Bibl. gr. X, 1—40. Cujusdam Nili meminit et Photius cod. CCLXXVI, et ex ejus homiliis excerpta adducit Migne CIV, 246—258.

ceptis refertus (1146—1166); ejusdem argumenti est brevissimus tr. *de vitiis,* quae opposita sunt virtutibus (ib. 1139—1144); *de diversis malignis cogitationibus* (ib. 1200—1234); sermo *in Lucae 22, 36* (1263—1280); Narrationes (VII) *de caedibus monachorum* in monte Sion in barbarorum incursione factis, captivitate filii et ejusdem liberatione (ib. 590—694); quae historia abbreviata reperitur etiam in Actis SS. Jan. 1, 954-66 ed. Antverpiae 1643; *oratio in Albianum* monachum, cujus vita describitur tamquam monasticae vitae exemplar (ib. 695—712); *de monastica exercitatione* (719—810); *de voluntaria paupertate* (968—1060); *de monachorum praestantia* (1061—1094); tr. *ad Eulogium* monachum praeclaris refertus monitis; (1093—1140); *Sententiae* seu admonitiones fere 200, quae egregias veritates morales et asceticas breviter, nevose et ingeniose ennunciant (1239-1250); ultra mille *epistolae,* plerumque brevissimae, paucis constantes verbis, quarum plures sunt dogmaticae contra varias haereses vel exegeticae[1]). Plures (355) primum edidit Possinus, Parisiis 1657 in 4; Allatius vero 1061, Romae 1668 in f., cujus tamen textus graecus multis deformatus est mendis, versio (sicut etiam opusculorum in ed. Suaresii) saepe obscura et implicata. Hanc ed. secutus est Migne p. 81—582. — Quaedam scripta non sunt genuina, ut Epicteti *enchiridion* seu Manuale (ib. 1286—1318), quod forte a s. Nilo est contractum seu interpolatum: sermo dogmaticus *de s. Trinitate* est ep. 8 s. Basilii; *martyrium* s. Theodoti Ancyrani sub Diocletiano (a. 304) passi, quod ab alio quodam Nilo auctore coaevo habetur in Gallandi bibl. IV, 114—32, in Actis SS. 18. Maj. IV, 149—155 etc. Verum etiam circa scripta, quae censentur genuina, nondum omnes nodi critici sunt soluti. Opuscula quaedam graece et latine edidit Possinus, Parisiis 1639 in 4; alia Suaresius Romae 1673 in f.; *opera omnia* Migne P. G. t. LXXIX.

180. Alius Joannis Chrysostomi discipulus fuit Marcus monachus seu eremita vel exercitator, qui teste Nicephoro Kallisti H. E. XV, 54 saltem *tractatus* seu sermones XL *asceticos* reliquit, quorum decem adhuc supersunt: scil. de lege spirituali; de his, qui putant, se ex operibus justificari; de poenitentia; responsio ad eos, qui de divino baptismate dubitabant; praecepta animae salutaria; capitula de temperantia; disputatio cum quodam causidico; consultatio intellectus cum sua ipsius anima; tr. de jejunio; de Melchisedech[1]). Eos reperies apud Gallandi VIII, 1—104, Migne LXV, 903—1140. Usus videtur homiliis Macarii aegyptii, nam plura iisdem verbis expressa in tractatibus Marci reperiuntur. Recentiori aetate *Papadopulos* Kerameus in Ἀνάλεκτη ἱερος. σταχυλ. typis dedit p. 89—113 tr. *adversus Nestorianos,* Lipsiae 1891; et iterum Kunze in op. Marcus Eremita, ein neuer Zeuge für das altkirchl. Tautbekenntniss, Leipzig 1895 p. 6-30. Duram de his opusculis pronunciat censuram Bellarminus de script. eccl. ed. ven. 1728 opp. VII, 316: „Ea opera ita scatent erroribus contra fidem, ut suspiciari cogar, vel ab haereticis

[1]) Bardenhewer § 79 n. 4: Von den 1061 Briefen, welche Leo Allatius unter des Nilus Name herausgab (1668), können nur sehr wenige in der vorliegenden Gestalt Anspruch auf Ursprünglichkeit erheben; alle übrigen sind offenbar Excerpte aus Briefen oder anderen Schriften. Accurate admodum de Nili operibus disserit (etiam apud Migne LXXIX, 9-24). Fessler-Jungmann § 199; de ipso auctore cf. Suaresii liber chronologicus de ejus vita in sua ed. opp. 581—640; Tillemont XIV, 189—218; Migne l. c. p. 1317—1434; Nirschl III, § 200 s.

[1]) Cf. Nirschl III, § 204.

nostri temporis conficta, aut valde depravata fuisse: neque alia de causa hujus auctoris memini, nisi ut admonerem cautissime legendum: non enim desunt auctores pii, qui sine tali periculo legi possunt.“ Quod judicium confirmat Jo. Maria Brasichellanus in Indice ll. proh. expurgandorum, Romae 1607 I, 173—79. Verum Fessler-Jungmann § 205 eos errores saltem ex parte duriori videtur tribuere versioni. — Asterius adolescens[1]) a servo scytha in omni liberalium disciplinarum genere bene institutus fuit. Fidei catholicae sincere addictus, eloquentia et sanctitate conspicuus factus est Amaseae in Ponto episcopus († c. 410). Reliquit viginti circiter (21) *homilias,* quarum plures sunt in s. Scripturae locos, aliae in laudem sanctorum: eas Photius dignas censuit, quarum excerpta exhiberet cod. 271, ubi reperies excerpta homiliarum sex, quae nondum sunt editae (Migne CIV, 201—224). Septem vero ex editis, nimirum in Ps. VI—VII, dubiae censentur. Alii quoque veteres Asterium laudarunt: hinc in conc. oecumenico VII ut fidei testis allegatus fuit. Prodierunt passim ejus homiliae[2]), sive divisim, sive collectim, junctim prostant in Migne P. L. XL, 164—477.

181. In Occidente floruit[3]) s. Gaudentius s. Philastrii (cf. p. 218) fidelis discipulus et dignus in sede brixiensi successor, s. Ambrosii famiimo serpentibus repletam, quo odore sanctitatis coelestisque prudentiae innumeros undique attraxit atque ita condidit celebre monasterium fecundum seminarium sanctorum atque episcoporum. Ab eo insula nomen dein traxit s. Honorati. Factus est episcopus arelatensis 426, sed jam obiit 428 vel 14. Jänner 429. Ejus *regula, epistolae* plurimae unctione et suavitate redundantes, necnon et *sermones* perierunt. Cf. pulchram vitam ipsius ab Hilario ejus in episcopatu successore descriptam (Migne P. L. 4, 1249—72); Histoire lit. de la Fr. II, 156-161; L. Pierrugues Vie de s. Honorat fondateur de Lerins et évêque d'Arles, Grasses Cannes 1874. — Eraclii (Heraclii, Eradii), hipponensis presbyteri, quem s. Augustinus sibi 26. Sept. 424 in successorem designavit, exstat *sermo* (in ed. maur. post s. Augustini serm. 395); alium edidit Combefisius in sua bibl. concion. scil. 14. inter 64 s. Augustini a se editos, in ed. maur. appendice t. V n. 72. — Eutropius presbyter, juxta aliquos s. Augustini discipulus, „scripsit, teste Gennadio c. 49, ad duas sorores, ancillas Christi, quae ob devotionem pudicitiae et amorem religionis exhereditatae sunt a parentibus, *epistulas* in modum libellorum consolatorias eleganti et aperto sermone duas, non solum ratione sed et testimoniis Scripturae munitas:“ quarum una periit, altera probabiliter ea est, quae inter scripta s. Hieronymo supposita reperitur inscripta: Ad Geruntii filias *de contemnenda hereditate* (Migne XXX, 45–50). Cf. Czapla in comment. ad Gennadii c. 49. Floruisse videtur Eutropius exeunte sec. IV. vel ineunte V. — Fastidii episcopi britanni videntur esse plura opuscula pelagianis erroribus infecta, non solum *de vita christiana* olim Augustino tributum (Migne XL, 1031-1046, et iterum L, 383—403) et *de viduitate servanda, epistolas* duas sine inscriptione (383—403); tr. *de divitiis*, ep. III *de malis doctoribus* et operibus fidei et de judicio futuro; *de possibilitate non peccandi; de castitate*, quae Caspari edidit in op. Briefe, Abhandlungen und Predigten aus den zwei letzten Jahrh. des kirchl. Alterthums und dem Anfang des Mittelalters, Christiania 1890 p. 1—167. Haec quidem editor vindicat Agricolae pelagiano, qui teste Prospero in chron. ad a. 429, „ecclesias Britanniae dogmatis sui insinuatione corrupit.“ Sed

[1]) Ab hoc Asterio distingue Asterium Urbanum Montanistam (v. c. 232), de quo cf. Eusebium H. E. V, 16. 17; Asterium monachum et abbatem, discipulorum clarorum magistrum, qui floruit sec. IV, et Asterium Cappadocem dictum sophistam, de quo supra egimus p. 172 a. Cf. Hergenroether KL. I, 1522.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann I, 625; L. Koch Asterius B. v. A. in Zeitschr. für die hist. Theol. 1871. XLI, 77—107; de Buck in Act. St. Oct. XIII, 330—334.

[3]) Praetermittimus s. Honoratum illustri familia natum, qui solitudinis et vitae asceticae amore adiit insulam lerinensem incultam plane atque desertam,

liaris amicus, qui orta in s. Jo. Chrysostomum tempestate cum aliis quibusdam episcopis acceptis literis Innocentii I et Honorii imp. legatus pro illo tuendo CP. est profectus: quae tamen legatio caruit effectu[1]). Obiit c. 410 (juxta alios c. a. 427). Reliquit *Tractatus* seu sermones 21, doctrina et praeceptis praestantes et utilissimos, quos ediderunt praesertim Galeardus Patavii 1720 in 4. ed. praestantissima; recusa Augustae V., 1757; Quirinus in veterum Brixiae episcoporum opp., Brixiae 1738 in f., Migne P. L. t. XX 843—1009. — S. Victricius primum miles erat: sed militia relicta, ut totum se Christo manciparet, multa est passus, imo et vitae periculum incurrit, quo miro Dei beneficio ereptus curandae concivium saluti se dicavit. Circa a. 393 electus est episcopus rotomagensis et sub ipso pastore ecclesia haec quam maxime effloruit. Magna apud omnes valuit auctoritate. Amicus erat s. Martini et Paulini Nolani, qui eum magnis effert encomiis ep. 18 et 37 ad ipsum datis. Ab Innocentio I. epistola responsoria ad plures (13) quaestiones propositas fuit honoratus. Pro bono Ecclesiae in Britanniam excurrit ab ejus accitus episcopis. A s. Ambrosio dono accepit reliquias, in quarum translatione librum insignem composuit *de laude sanctorum,* quem cf. apud Gallandi VIII, 224—38; Migne XX, 443—58; cur. Sauvage Parisiis 1895, ed. egregia, posthuma, quam typis dedit A. Tougard. Obiisse dicitur[1]) 7. Aug. 415; juxta alios jam a. 405 vel 407.

182. Sui generis scriptor est Synesius, qui circa a. 370—75 nobili genere ortus Alexandriae disciplinis humanioribus atque philosophiae maxime platonicae sub Hypatia, celebri illius aetatis philosopha, operam dedit. Invitus electus est in episcopum Ptolomaidis, quae Pentapoleos fuit metropolis, et forte nonnisi ante ordinationem baptizatus est. Munere suo videtur bene functus, quamvis nimis neoplatonicorum et Origenistarum opinionibus malesanis addictus[2]). Quamdiu vixerit plane est incertum: ejus scripta perducunt tantum ad a. 413. Priora ejus scripta ad a. usque 404 nondum sapiunt Christianum, sed philosophum potius et rhetorem; posterioris aetatis sunt *sermones* duo admodum eloquentes, *homiliae* duae, sed non integrae, aliquot (10) *hymni,* atque *epistolae* plures, quarum 156 supersunt. Eae maxime aestimantur propter leporem atque elegantiam, dictus enim est ‚suavissimus philosophus et piarum delicium musarum': refertae quoque sunt gravibus sententiis atque varia eruditione. Hinc Photius cod. 26 (Migne CIII, 61) eas dicit „venustate ac dulcedine fluentes cum sententiarum robore ac densitate[3]).“ Operum ejus

---

Morin in Revue Bénédictine 1898 p. 488—93 ea asserit Fastidio, l. tamen *de vita christiana*, quem Fastidium scripsisse testatur Gennadius, esse primam ex illis duabus ep. sine inscriptione, librum vero ita inter opuscula s. Augustino supposita inscriptum, esse Pelagii censet; l. *de viduitate*, quem aliqui conjiciunt esse nonnisi caput ult. (15.) l. *de vita christiana*, periisse putat. De qua controversia cf. Künstle theol. Qtlschr. Tübingae 1900 t. 82 p. 193—204; Bardenhewer § 94 n. 16.

[1]) Cf. de eo praeter Galeardiun in praef. ed. opp.; Acta SS. 29. Apr. III, 618, Fabricius Bibl. lat. med. aet. II, 23; Nirschl II § 181; Hefele KL. V, 117.

[1]) Cf. Tillemont X, 667—74. Hist. lit. de la France II, 752—54; Gams-Neher KL. XII, 928.

[2]) Bardenhewer § 76 n. 1: Zu einer rein christlichen Denk- und Sinnesart scheint Syensius nie durchgedrungen zu sein. Ueber den Beziehungen der Aehnlichkeit zwischen Christenthum und Platonismus hat er den principiellen Unterschied übersehen. Christ mit dem Wunsche seines Herzens, blieb er mit dem Verstande Platoniker.

[3]) Cf. Fessler-Jungmann § 207; Tillemont XII; 499—554 cum notis 682—88; Petavius in vita Synesii suae

egregiam curavit editionem Petavius cum notis, Parisiis 1612 in f., recusa (cum opp. s. Cyrilli hieros.), ib. 1633; 1640; Migne P. G. t. LXVI, 1021—1616. Novam ed. coepit (sed non absolvit) Krabinger Landshut 1850; *epistolas* edidit inter epistolographos graecos Hercher Parisiis 1873 p. 638—739; germanice Fritz Die Briefe des B. Synesius v. K., Leipzig 1898; *hymnos* J. Flach Tübingen 1875.

183. Supersunt aliquot poetae christiani, inter quos praecipuus est Aurelius Prudentius Clemens (348—405) nobili genere natus probabiliter Caesaraugustae (Saragossa) a. 348 egregieque excultus. Bis provinciae, forte patriae i. e. tarraconensi praefuit, alioque munere perhonorifico (militae gradu) evectus est. Sed nix capitis, ut ipse belle narrat in praefatione editionis operum suorum, eum monuit, ut aulae renunciaret rebusque divinis animaeque saluti impensius vacaret. Negotiorum causa iter in Italiam instituit, Romam venit veneratusque est martyrum cineres, quorum gesta dein domum reversus carminibus celebravit. Quo anno obierit non liquet. Ipse circa a. 404 vel 405 carmina sua collegit ediditque praemissa praefatione poëtica, qua paucis vitam suam delineat atque argumentum illorum assignat: „Atqui fine sub ultimo — peccatrix anima stultiam exuat; saltem voce Deum concelebret, si meritis nequit. Hymnis continuet dies, nec nox ulla vacet, quin Dominum canat. — Pugnet contra haereses; catholicam discutiat fidem. — Conculcet sacra gentium. — Labem Roma tuis inferat idolis. — Carmen martyribus devoveat, laudet apostolos.“ Potiores hymnos, quos ipse auctor collegerat, ll. VII complexus erat atque ediderat cum prooemio et epilogo, recensebimus. Primum occurrunt ii (12), quos inscripsit *Cathemerinon* seu l. hymnorum quotidianorum (Migne LIX, 775—914), scil. ad galli cantum, matutinus, ante et post cibum, ad incensum lucernae, ante somnum, hymnus omni horae accommodatus, in exsequiis defunctorum, de Natali Domini atque Epiphania. — Alia series inscribitur *Peristephanon* i. e. de coronis sanctorum (14), quorum gesta celebrat et passiones coloribus subinde nimis crudis describit (ib. LX, 275—591). — *Dittochaeon,* (διττοχαΐον, ib. LX, 89-112), cujus ipse Prudentius in praefatione collectionis suae non meminit, et de cujus vocis significatione eruditi non conveniunt, complectitur breves narrationes factorum ex V. (24) et (25) ex N. Testamento, forte adscriptas imaginibus in aliqua ecclesia depictis[1]). — In prolixo carmine *Apotheosis* seu de divinitate inscripto (ib. LIX, 915—1007) tuetur doctrinam catholicam de Trinitate et incarnatione contra Patripassianos et Sabellianos, contra Judaeos et Judaizantes, contra Manichaeos et phantasiastas etc. Edidimus illud inter opuscula SS. PP. selecta, Oeniponte 1876. XXXIII, 1—75. — In *Hamar-*

---

ed. adjecta aliosque quos indicant Bardenhewer et Fessler-Jungmann l. c.; F. X. Kraus Studien über Synesios von Kyrene Theol. Qtlschr. 1865. XLVII, 381—448; 537—600; 1866 XLVIII, 85—129, qui copiosam exhibet literaturam; Nirschl II, § 160; Krabinger in ed. or. *de regia dignitate,* Monachii 1825; Kleffner KL. XI, 1108—1117; et Synesius v. C. der Philosoph und Dichter und sein angeblicher Vorbehalt bei seiner Wahl und Weihe zum Bischof von Pt., Paderborn 1901; Dreves der Sänger der Kyrenaika in Stimmen aus M. Laach 1897 LII, 545—562; Baumgartner Gesch. der Weltliteratur, Freiburg 1900 IV, 51—62.

[1]) Cf. Merkle in diss. de eo in Festschrift zum elfhundertjährigen Jubiläum des deutschen Camposanto in Rom, Freiburg 1897 p. 33—45. Illud inscribitur etiam *Enchiridion V. et N. T.* (Migne LXI, 1075—1079), vel etiam *Manuale amoenum* Lipsiae 1499, unde forte ortus est novus poeta alioquin incognitus Amoenus dictus.

tigenia (ib. 1007—1078) seu carmine de origine peccatorum inquirit in mali et peccati originem adversos gnosticos, praesertim Marcionitas. — *Psychomachia* (ib. LX, 11—90) seu liber de pugna animae describit ingeniose et splendide virtutum cum vitiis seu generatim religionis christianae cum superstitione paganica pugnam in anima hominis christiani[1]). — Libri II *contra Simmachum* Urbis praefectum, qui omni conatu nitebatur Honorium et Arcadium imp. inducere, ut Victoriae aram ab imperatoribus christianis praedecessoribus remotam, imo et eversam, in curia restitueretur (ib. 111—276). Qua occasione egregie contra gentilium superstitiones disserit. Carmen hoc omnium forte maxime est elaboratum, fructus animi pro religionis bono inflammati[2]).

184. Quanti autem fecerit christiana posteritas Prudentii carmina, collige ex innumeris editionibus, quibus publicae data sunt luci, quarum Dressel in proleg. suae editionis ad. a. 1860 recensere potuit 63; Arevalus vero in doctissimis suis prolegomenis ad Prudentii op. c. 5 ad a. 1788 ed. 72 operum omnium vel saltem aliquorum. Objiciunt quidem nonnulli Prudentio metri peccata sive ex ignorantia sive ex negligentia profecta, quae cum Arevalo l. c. c. 23 excusari possunt, neque ea imminuunt pretium sive theologicum sive etiam poeticum[1]) horum carminum, propter quod Prudentius vel Horatio comparari meruit vel Horatius catholicus primusque inter poëtas sacros salutari. Quatuordecim ex ejus hymnis (vel saltem eorum partes) recipi meruerunt in Breviarium romanum, ex. gr. in feste Epiphaniae ad Laudes, in festo ss. Innocentium etc. Praestantiores editiones sunt Arevali S. J. Romae 1788—89 t. 2 in 4. eruditissimis commentariis illustrata, recusa a. Migne t. LIX. LX; Obbarii Tübingae 1845, Dresselii Lipsiae 1860.

---

[1]) Ebert Allgem. Gesch. der Lit. des Mittelalters I², 260: die ästhetisch zwar schwächste, literarhistorisch aber bedeutendste unter den polemisch-didaktischen Dichtungen des Prudentius ist die Psychomachie. Sie erscheint auch durchaus originell in der Anlage. Es ist das erste Beispiel einer rein allegorischen Dichtung in der Literatur des Abendlandes. Sie wies für diese so recht christliche Kunstform den Dichtern des Mittelalters zuerst den Weg.

[2]) Manitius Gesch. der christlichlat. Poesie, Stuttgart 1891 pag. 85 scribit de hoc carmine: Mit solch tiefem sittlichem Ernste und einer so glänzenden Beweisführung sind nur wenige Apologeten verfahren; wenigstens steht Prudentius hier als apologetischer Dichter unerreicht da. Heute noch ist der Ernst seiner Auffassung, der Reichthum in der dichterischen Erfindung und die Kraft der Gestaltung zu bewundern.

[1]) An Reinheit des Versbaues sind seine Dichtungen den Werken der gleichzeitigen heidnischen Dichter, nur Claudianus ausgenommen, mindestens ebenbürtig. Bardenhewer § 95 n. 1., qui literaturam de eo exhibet. Et revera quam plurimi de eo scripserunt atque debitis extollunt laudibus. Ita ex. gr. varii editores in proleg. suarum ed., J. B. Brys de vita et scriptis A. Prudentii (diss. inaug.) Lovanii 1855; C. Brockhaus A. Prudentius Cl. in seiner Bedeutung für die Kirche seiner Zeit, Leipzig 1872; quocum tamen conferendus A. Rösler der kath. Dichter A. Prudentius Cl., Freiburg 1886 in 8; Merkle theol. Qtlschr. 1894 LXXVI, 77—125; 1896 LXXVIII, 251-275; Fessler-Jungmann § 184; Nirschl II § 185 s., Ebert allg. Gesch. der Lit. ed. 2. 1880 p. 251—93; Kayser Beiträge zur Geschichte und Erklär. der ältesten Kirchenhymnen, Paderborn 1881 p. 249—336 ed. 2; Aimé Pusch, Prudence. Etude sur la poésie latine chrétienne au IVe siècle Paris 1888 (de quo sicut et de Rösler cf. hist. Jahrb. 1889. X, 116—28 auct. Weyman); Sixt die lyrischen Gedichte d. A. P. Clemens, Stuttgart 1889; Baumgartner Gesch. der Weltlit. IV c. 11, a quo dicitur unstreitig der bedeutendste lateinisch-christliche Dichter der ersten vier Jahrh. Accurate de ejus disserit poëmatibus, et copiosa exhibet specimina. Cf. eundem in Stimmen aus Maria Laach 1899 I, 317-40.

185. Circa a. 430 vel forte serius, dissentiunt enim viri eruditi, concinnavit Sedulius (a quibusdam Coelius cognominatus) presbyter, poeta alioquin plane ignotus[1]), plura carmina olim magni facta, ut testantur tot eorundem editiones. Recensuit enim Arevalus in prolegomenis editionis suae praestantissimae Romae 1794 in 4. editiones 41. Aliquot ex ejus carminibus transierunt in usum ecclesiasticum, ut hymnus in festo nativitatis D. ‚A solis ortus cardine' et in Epiphania D. ‚Crudelis Herodes Deum'. Eminet inter illa *carmen paschale* seu Mirabilium divinorum ll. V, quod in decreto de recipiendis libris Gelasio I. tributo commendatur. Constat illud versibus heroicis atque l. 1. praecipua quaedam facta V. T. refert; ll. 2 ss. vitam, passionem, resurrectionem D. N. J. Chr. juxta harmoniam Evangeliorum virgiliana phrasi pulchre describit. Praemittit operi praefationem prosaicam ad quendam Macedonium abbatem, in qua op. suscepti rationem exponit. Eodem Macedonio hortante carmen in prosam (opus paschale) convertit, quae carmine ipso obscurior saepe est atque magis implexa, raroque aliquid addit ad argumentum uberius illustrandum. Edidimus hoc carmen (absque prosa) inter opuscula SS. PP. selecta, Oeniponte 1876. XXXIII, 76—175. Alia ejusdem carmina sunt[1]): *Epigramma* (dubium), *Collatio V. et N. T.* seu hymnus (I), in quo facta utriusque Testamenti ingeniose comparat; *Acrostichis* seu hymnus abecedarius (II.) vitam Christi continens. Dubius est *Cento Virgilianus* de Verbi incarnatione[2]). Praeter Arevalum (et inde Migne XIX, 433—787) aliosque quam plurimos Sedulii *opera* ediderunt Looshorn (excepto opere paschali) Monachii 1879, qui de auctore nostro fusius disserit Zeitschr. für kath. Theol. 1880. IV, 74—90, et optime Huemer Vindobonae 1885, in Corp. scr. eccl. lat. t. X., cujus exstat de Sedulii poetae vita et scriptis commentatio, ib. 1878 in 8.

[1]) Tres comparent in antiquitate Sedulii: noster, alius episcopus Britanniae de genere Scotorum, qui a. 721 subscripsit decretum conc. romani; alius, qui floruit sub Carolo M., hinc orta confusio penes veteres bibliographos, qui nostrum dicunt vel fuisse origine Scotum, vel dignitate episcopum.

[1]) Cf. Nirschl II § 187; Ebert I². l. 3 c. 3; Labbe in diss. hist. ad Bellarminum de script. eccl. de Sedulio; Bardenhewer KL. XI, 38—40.

[2]) Annotat Fessler-Jungmann II, 444: „Jam antehac sub finem sec. IV. Proba Falconia pia matrona romana, hujusmodi Centonem virgilianum composuit qui sacram utriusque Testamenti historiam versibus hexametris (694) e Virgilio decerptis exhibet." Cf. Migne XIX, 803—18) et inter poetas christianos minores ed. Schenkl Viennae 1888, in corp. scr. lat. eccl. t. XVI. Cf. hoc carmen *de Verbi incarnatione* etiam apud Fabricium Bibl. lat. med. et inf. aet. III, 302 ss. cum accurata assignatione versuum Virgilii, quibus est usus auctor.

VII.

Scriptores ecclesiastici seculi V.

Pars altera (431—500).

186. Altera hac seculi periodo Ecclesiam occidentalem nonnihil adhuc turbarunt Pelagianorum reliquiae i. e. Semipelagiani, Orientem vero quam maxime commoverunt controversiae christologicae seu haereses nestoriana et monophysitica. Incipiamus ab iis, qui in debellandis Pelagianorum reliquiis sunt versati. Horum veluti dux est s. Prosper [1]) origine Aquitanus, ordine laicus, nam sacros non videtur suscepisse ordines, professione forte monachus seu qui renunciato seculo vitam degebat asceticam. Nunquam viderat s. Augustinum, sed fidissimus hujus circa gratiae doctrinam discipulus et fervens, eloquens, sagax prae primis apologeta. Plura hunc in finem composuit opuscula ad tuendam scil., illustrandam et

[1]) Alius ab eo est juxta Hist. lit. de la Fr. II, 325 s. Prosper Tyro (Tiro) seu Tyro Prosper nostro aequalis et natione Gallus, forte et origine Aquitanus, vir, ut videtur, illustris conditione, divitiis, muneribus, cujus exstat pulchrum et simul pium *poëma conjugis ad uxorem* (c. a. 407) apud Migne P. L. 611—616, quod ab aliis tributum olim fuit Paulino Nolano vel s. Prospero nostro. Tyroni ex rationibus levibus tribuunt nonnulli *chronicon* ab a. 378—455 (Migne LI, 859—866), quod quia annos non juxta consules numerat, sed juxta imperatores *chronicon imperiale* vocatur. Est illud valde confusum perturbatumque et mendis in rectam chronologiae rationem refertum, forte a Semipelagiano s. Prosperi aemulo ex hujus chronico per mutationem, interpolationem, imminutionem confectum: hinc dicitur etiam chronicon *minus* vel a primo editore *Pithoeanum*. Cf. Holder-Egger Untersuch. über einige analistische Quellen zur Gesch. des 5. und 6. Jahrh. Neues Archiv der Gesellsch. für ältere deutsche Geschichtskunde, Hannover 1876. I, 13—120; 213—368; Hist. lit. de la Fr. II, 325—28; Potthast p. 271; Ebert I l. 3 c. 13. Verum juxta viros eruditos recentiores hic Prosper Tiro videtur auctor fictus et juxta aliquot cod. noster cognominatus est Tiro. — Est et alius Prosper quondam Manichaeus, qui floruit exeunte sec. V. et cujus *anathematismi* XXI contra Manichaeorum errores editi sunt a Sirmondo t. I. conc. Galliae; Labbe coll. conc.; t. IV; Hardouin t. II; Migne LXV, 23—29. Nunquam vero exstitisse s. Prosperum ep. rejensem, s. Augustino aequalem, cujus cultus satis vulgatus erat per quasdam Italiae provincias, probat Morin Revue Bénéd. 1895 XII, 241—257.

diffundendam tanti doctoris doctrinam. »Qui ergo, infert Fessler-Jungmann § 228, sensum Augustini et ipsius Ecclesiae de gratia et praedestinatione via brevissima et planissima nosse desiderat, opuscula s. Prosperi, quae ad causam semipelagianorum pertinent, legat.« Neque solum s. doctoris doctrinam tuetur, sed quandoque clarius dilucidiusque proponit, imo et quasdam loquendi formulas duriores moderatur atque temperat[1]). Quando obierit non liquet. Secundum alios jam c. a. 455, juxta alios c. a. 463.

187. Haec s. Prosperi sunt scripta: *Epistolae* duae, una ad Augustinum (opusc. XXIV, 47—62), altera ad Rufinum amicum alioquin ignotum (c. 429—30), quibus Semipelagianorum errores exponit atque jam refellit (utraque Migne LI, 67—90). Eae magni sunt momenti pro cognoscendis illorum erroribus. — Carmen plane egregium *de ingratis* i. e. Semipelagianis, qui gratiae Dei sunt ingrati et ejus contemptores (ib. p. 91—148, etiam inter opuscula ss. PP. selecta XXIV, 62—144). — *Epigrammata* duo in obtrectatorem s. Augustini, forte Cassianum (Migne LI, 149—153). — Defuncto Augustino (430), ut rem catholicam fortius in Semipelagianos promoveret, cum certaminis socio Hilario Romam perrexit ad s. Coelestinum I (a. 430—31), qui epistolam (in opusc. ss. PP. XVIII, 253—259) ad episcopos Galliae dedit, in qua laudata Prosperi et Hilarii circa Deum sollicitudine Augustini doctrinam famamque tuetur atque episcopos hortatur, ut pro munere suo novatorum obsistant erroribus. Reversus in Galliam fidem contra Pelagianos ex apostolicae sedis auctoritate defendit, ut ipse scribit in praef. resp. ad obj. vinc. A. 431—32 scripsit *Epitaphium nestorianae et pelagianae haeresos* (Migne LI, 153 s.); et pro tuenda atque illustranda s. Augustini doctrina *Responsiones* pro Augustino ad capitula XV objectionum gallorum calumnantium, (ib. 155—174); *ad capitula objectionum Vincentianarum* (ib. 177—186); quas nonnulli tribuunt celebri Vincentio lerinensi; habes utrasque opusc. XXXV, 144—203; *ad excerpta genuensium,* ex libris scil. s. Augustini de praedestinatione sanctorum et de dom. perseverantiae (187-202); liber *de gratia et libero arbitrio* contra Collatorem, scil. contra collationem XIII. Jo. Cassiani, in qua semipelagianorum opiniones propugnantur (213—276); haec omnia habes etiam Migne XLV, 1793—1898. Ostendit Prosper contra eos, initium fidei nunquam naturali hominis arbitrio posse tribui, sed semper esse ex gratia Dei. Synoptice etiam exhibet quidquid in Semipelagianorum causa usque ad illud tempus gestum fuerit (opusc. XXXVI, 224—337).

188. *Expositio psalmorum* a 100—150 (Migne LI, 277—426) hausta ferme ex enarrationibus s. Augustini, pars forte expositionis in omnes psalmos. — *Liber sententiarum* (392) ex operibus s. Augustini absque certo ordine delibatarum (ib. 427-496), summa quasi theologiae augustinianae. Ex his sententiae XVI vel integrae vel ex parte inter canones receptae sunt concilii *arausicani* II. — *Epigrammatum* ex sententiis s. Augustini liber, quibus poetice totidem sententiam (106) ex praecedenti libro iterato in-

[1]) Bardenhewer § 95 n. 3. Seit jeher gilt er (Prosper) als Augustins bester Schüler. (Einige der Sentenzen der zweiten Synode zu Orange (529) gegen den Semipelagianismus sind seinen Schriften entlehnt, addit in ed 1). Er hatte sich voll hingebender Bewunderung in die Ideen Augustins versenkt, wusste in ihre Tiefen einzudringen, und vertrat sie nun mit einer ebenso grossen Gewandtheit im Ausdruck, wie Sicherheit in der Sache. Freilich hat er es sich zugleich angelegen sein lassen, das Herbe und Düstere der Anschauungen seines Meisters zu mildern. Cf. eundem in KL. X, 476—480.

culcat (497—532). — Denique concinnavit *chronicon* a primi hominis conditione usque ad obitum Valentiani imp. et captivitatem romanae urbis a Genserico Vandalorum rege factam, scil. ad a. 455 (ib. 535—606). In priori parte plerumque sequitur Eusebium (ad a. 325) et Hieronymum (ad a. 378), eorum exhibens epitomen, addens aliqua ex Augustino, Orosio etc., et quia a morte Christi addit annotationem consulum, dictum est *chronicon consulare*. Haec pars, quia nihil novi continet, in pluribus editionibus fuit omissa. Alteram p. de suo contexuit. Ter illud ad incudem revocavit auctumque in lucem edidit, scil. a. 433, iterum a. 445; demum a. 455: quae ed. vocatur chronicon *integrum*, prior (ad a. 445) *vulgatum*. Distingui debet a chronico *imperiali*, de quo supra p. 341 a., et a chronico, quod vocant vel *Canisianum* a primo editore, vel *Augustanum*, *Ulricianum* (a loco inventionis), in Africa editum, quod est quaedam retractatio chronici Prosperi continuata ad a. 534.

[1]) Cf. Potthast p. 941, qui duplicem illius redactionem accurate distinguit; Czapla in comment. ad c. 84. Gennadii de viris ill.; Mommsen, qui in Monum. Germ. hist. auct. antiquiss. t. IX v. 1 Berolini 1892 p. 341—485 accuratam dedit chronici s. Prosperi editionem. Huic innititur Victorius (Victurius) Aquitanus. Hic calculator scrupulosus invitatus a s. Hilario (tunc archidiacono, postea urbis Romae episcopo) „composuit paschalem recursum indagatione cautissima post quatuor priores, qui composuerunt i. e. Hippolytum, Eusebium, Theophilum et Prosperum, et pertendit annorum seriem usque ad a. 532, ita ut a. 533 reincipiat paschalis solemnitas eodem mense et die eademque luna, qua primo passionis ac resurrectionis dominicae anno facta est.“ Ita Gennadius c. 87. Eum cf. cura Mommsen editum in Mon. Germ. hist. auct. ant. IX v. 1 pag. 667—735; prodierat jam ante cum commentario Bucherii Antverpiae 1633; 1664 in f. Cf. Hist. littér. de la France II, 424—28.

189. S. Leo in pontificem electus a. 430 Prosperum ex Galliis, ubi tunc negotiorum causa degerat, Romam secum duxit ejusque consilio et calamo est usus in negotiis ecclesiasticis adversus haereticos, hinc ab Adone in chronico „notarius b. Leonis“ dicitur, et Gennadius c. 84 (cum Marcellino in chronico ad a. 463) scribit: „Epistolae quoque Papae Leonis adversus Eutychen de vera Christi incarnatione ad diversos datae ab isto dictatae creduntur.“ Haec nonnemo extendit ad celeberrimam s. Leonis ep. ad Flavianum, qua peremptorie sana de incarnatione doctrina proponitur. — Alia tria opera praestantissima quidem ei asserere nititur magno eruditionis apparatu J. Antelmius in diss. crit. I—III. de veris opp. s. Leonis M. et Prosperi A., Parisiis 1689: *Capitula* seu praeteritorum sedis apostolicae episcoporum auctoritates *de gratia Dei et libero voluntatis arbitrio*, quae adnecti solent ep. 21. s. Coelestini ad episcopos Galliae (opusc. XVIII, 259—70). — Libri II *de vocatione omnium gentium*, opusculum egregium, cujus auctorem anonymum Gelasius in tr. adversus Pelagianos „magistrum Ecclesiae“ salutat, et quod ab aliis s. Leoni M. vel Ambrosio, vel Hilario pictaviensi vel Eucherio lugdunensi etc. vindicatur. Saepius prodiit, praesertim inter Prosperi opera, ita in Migne LI, 647—722. *Epistola* pulcherrima *ad Demetriadem*, quae stilo nitido et eleganti de gratia et libero arbitrio agit. Utrumque opusculum habes inter opusc. selecta ss. PP. Oeniponte 1868 t. III; 1894; Migne P. L. LV, 161—180. — Dubia, si non spuria, praeterea sunt: *Poëma conjugis ad uxorem*, de quo cf. supra p. 341 a.; *Carmen de providentia divina* a. 416 (ib. 617—638) sat prolixum et elegans[1]); et *Confessio*,

[1]) Cf. de hoc carmine Ebert I. l. 2 c. 13. Juxta Bardenhewer § 95 n. 3 auctoris pelagiani vel semipelagianismi vestigia in eo reperiuntur.

quae dicitur Prosperi Aquitani (ib. 607—610). — Certe supposita sunt: *De vita contemplativa ll. 3*, qui sunt Juliani Pomerii, et *l. de promissionibus et praedictionibus divinis* (Migne LI, 733—858), qui videtur esse auctoris africani, viri eruditi et catholici, scriptus c. a. 440. Forte Prosper et ipse vocabatur. Salinas in annot. ad vitam s. Prosperi ab anonymo conscriptam eum revera vocat Prosperum et carthaginensis ecclesiae clericum dicit. In 5 distribuitur partes, atque omnes prophetias et typos s. Scripturae de Christo et Ecclesia ingeniose exponit; dein agit de antichristo et fine mundi, demum de gloria regnoque sanctorum. Merito de s. Prospero scribit Gennadius c. 84 eum esse sermone scholasticum i. e. disertum et expeditum, et assertionibus nervosum, qui scil. solidae argumentationis robore et stilo masculo lectorem percellit[1]). Operum ejus praestantem editionem curaverunt J. B. Le Brun des Marettes et Mangeant Parisiis 1711 in f., quae recusa fuit Venetiis 1744; 1782 t. 2, et a Migne t. LI, 9—858; et plura ejusdem opp. jam ib. XLV, 1793—1898. Recenter A. Boucherie in Mélanges latines et bas-latins, Montpellier 1875 sub Prosperi nomine edidit *hymnum abecedarium* adversus antitrinitarios p. 12—26, qui non videtur genuinus.

190. Inter Pelagianorum adversarios numerandus non ultimo loco est Marius Mercator, de quo veteres nomenclatores silent, et cujus opera diu latuerunt: nam nonnisi mediante sec. XVII. fuere reperta. Hinc etiam parum de ipso scimus. Alii eum conjiciunt fuisse Italum, probabilius alii Afrum. Magni eum fecit s. Augustinus, nam epistolam (193) ad eum ita inscribit: „Domino dilectissimo et in Christi membris sincerissima caritate praedicando filio Mercatori“: eumque insigni encomio in ep. prosequitur. Circa a. 418 Romae fuisse videtur, a. 429 eum reperimus Constantinopoli, ubi diu degisse censetur: unde occasionem nactus est cognoscendi et impugnandi Nestorianorum errores. Ex nonnullis indiciis colligitur, eum vixisse usque ad concilii calcedonensis (451) tempora, non ultra, cum nullam hujus concilii faciat in suis operibus mentionem. Ex s. Augustini compellatione, qua eum filium suum dicit, conjiciunt viri eruditi eum fuisse laicum, saltem non auctum presbyteratus dignitate. Ex ejus operibus, quorum aliqua perierunt, supersunt: *Commonitorium* super nomine Coelestii (Migne XLVIII, 63—108), qui post damnationem in Occidente cum Juliano aliisque episcopis Constantinopolim confugerat, Nestorium astutia sua circumvenerat atque plures jam ad suas traxerat partes: primum graece scriptum (a. 429), deinde a. 431 latine (qua in lingua illud habemus) Theodosio imp. oblatum, quo totam historiam pelagianae haeresis patefacit: „per quod commonitorium, ut ipse refert, cognito funestissimo errore, imperiali praecepto tam Julianus defensor et sequax ejus cum ceteris sociis et participibus suis, quam postea idem Coelestius de constantinopolitana urbe detrusi, in synodo quoque ephesiensi 275 episcoporum postmodum in praesenti damnati sunt.“ — *Liber subnotationum* in verba Juliani, ejus ex libris contra s. Augustinum excerpta (ib. 109—172). Quia vero Julianus in suis libris

[1]) Cf. praeter auctores jam citatos Fessler-Jungmann § 225 ss. Hist. lit. de la France II, 369—406; 758; Tillemont XVI, 1—30; Antelmii diss. criticae etc.; Nirschl III, § 222 s.; Schoenemann in bibl. hist. lit. t. II etiam apud Migne LI, 43—64; vita ex ejus operibus concinnata, ib. 17—43; Woerter Prosper v. A. über Gnade und Freiheit, 1867; Beiträge zur Dogmengesch. des Semipelagianismus, Paderborn 1898; L. Valentin St. Prosper d'A. Etude sur la littératur latine eccl. au Ve siècle in Gaule. Thèse, Toulouse 1900.

gloriabatur auctoritate Theodori mopsuesteni, proposuit *Excerpta ex Theodori scriptis* ejusque symbolum cum refutatione (213—232; 1011—1050). — Vertit quoque tres Nestorii *epistolas* in causa Pelagianorum et 4 sermones contra eorundem errores (171—213).

191. Excitata controversia nestoriana solertissime egit ipse causam catholicam hisce scriptis: *De discrimine* inter haeresim Nestorii et dogmatum Pauli Samosateni, Ebionis, Photini atque Marcelli (ib. 773-774). — *Nestorii blasphemiarum* capitula XII, quo in l. refellit duodecim Nestorii anathematismos, quos hic haeresiarcha opposuerat 12 anathematismis s. Cyrilli, utrumque a. 431 (ib. 909—932). — Insuper plurima scripta graeca hanc controversiam spectantia in latinum, verbum de verbo fideliter transferens, vertit atque ita nobis servavit: scil. *XIII sermones* Nestorii de incarnatione D. N. J. Christi; *homilia* s. Procli ep. cycizeni habita sedente Nestorio in magna ecclesia Constantinopolis contra errores Nestorii (a. 429); s. Cyrilli *epistolae duae* ad Nestorium, ep. ad clericos suos CP. constitutos, et ep. synodica ad Nestorium continens duodecim anathematismi capitula (a. 429 et 430); *epistolae* Nestorii duae ad Cyrillum; una ad Coelestinum (a. 430); Synodi ephesinae *actio VI,* in qua habentur collectiones duae excerptorum ex libris Nestorii (quibus adjecit Garnerius 3 et 4); s. Cyrilli *Apologeticus* pro XII capitulis adversus orientales episcopos, quorum nomine Andreas samosatenus objectiones scripserat; ejusdem Apologeticus *adversus Theodoretum;* et Scholia *de incarnatione; Excerpta* ex ll. Theodoreti cyrensis et ex sermone Eutherii thyanensis contra s. Cyrillum. — Controvertunt viri eruditi, num Mercatoris quoque sit opus *Hypognosticon* seu Hypomnesticon nomine insignitum, contra Pelagianos et Coelestianos, quod inter opera s. Augustini reperitur (Migne XLV, 1611—64): controversia peremptorie dirimi nequit. — Opera auctoris nostri ad historiam Pelagianismi praesertim noscendam sunt admodum utilia, atque manifestant ejusdem pro fide catholica zelum; stilus est concisus, locutio durior minusque concinna[1]). Bonam operum Mercatoris ed. curavit Garnier, Parisiis 1673 in f., notis quidem dissertationibusque eruditissimis et si formam spectes classicis instructam (cf. Nomencl. II[2], 484 s.), sed si textus habeatur ratio, minus accuratam[2]); eum hinc in quibusdam emendavit Baluzius, Parisiis 1684 in 8., omissis Garnerii dissertationibus et notis, aliisque notis quoad textum ad finem adjectis; hanc recudit Gallandi in bibl. PP. t. VIII, 613—738; illam, collatis tamen Baluzii et Gallandi animadversionibus, Migne t. XLII.

192. Jam veniamus ad eum, qui hac epocha est celebratissimus, quique ita contra Nestorianos egit causam fidei catholicae sicut epocha priori Augustinus contra Pelagianos[3]). S. Cyrillus, a sede quam tamdiu rexit, Alexandrinus dictus, fidei catholicae gloriosissimus defensor et constantissimus praedicator[4]) ‚doctor Ecclesiae' a Leone XIII a. 1883 proclamatus, probabiliter Alexandriae natus est, ex fratre nepos Theophili episcopi alexandrini. De ejus

---

[1]) Cf. praeter Garnerium Fessler-Jungmann § 206; Bardenhewer § 77 n. 1; Schoenemann bibl. hist. PP. lat. II, 541—65, etiam apud Migne, Nirschl III, § 226.

[2]) Hinc Coteterius Monum. III, 602 notat: „Editionem aliam quam Baluzianam nihil moror, propterea quod illius adornator (Garnerius) vir venerandae memoriae ingeniosas conjecturas suas malo exemplo textum facere soleat."

[3]) De ejus in hac controversia et certamine sociis infra loquemur n. 216 ss.

[4]) Ita Prosper contra collat. c. 21 n. 2.

vita ante susceptum episcopatum fere nihil scimus, nisi eum fuisse admodum bene in omni disciplinarum genere, ut ejus testantur opera, excultum. Theophilum Constantinopolim proficiscentem comitatus est atque interfuit tristi ad Quercum conciliabulo, in quo s. Chrysostomus fuit depositus: hinc nil mirum, eum aegre et nonnisi a. 417 s. praesulis nomen in dypticha recepisse. Defuncto patruo a. 412, non tamen citra contradictionem, in sede episcopali successit. Episcopus factus magnum fidei zelum ostendit: hinc et Novatianorum ecclesias claudi, et Judaeos, qui furore acti in caedem christianorum conspiraverant, civitate expelli categit. Singulare vero Cyrilli pro catholicae fidei incolumitate enituit studium contra Nestorium ab a. 428 constantinopolitanum episcopum negantem in Christo unionem hypostaticam, et hinc asserentem J. Christum ex Maria V. hominem tantum et non Deum natum, eique divinitatem pro meritis esse collatam. Cum ejus emendationem frustra tentasset, eum s. Coelestino episcopo romano denunciavit (430). Hic congregata Romae synodo unanimi omnium consensu rectam s. Cyrilli fidem approbavit, Nestorii errorem damnavit atque anathema comminatus est, nisi intra decimum diem post acceptam hujus sententiae cognitionem resipisceret: atque Cyrillo in exsequendo sedis apostolicae judicio partes demandavit. Cyrillus habita magna totius Aegypti episcoporum synodo sententiam Coelestini suam fecit atque epistolam plane egregiam Nestorio per aliquot episcopos misit, in qua continebatur mysterii incarnationis expositio subjunctis 12 anathematismis, in quibus praecipui contra hoc mysterium damnabantur errores. Nestorius vero praeter alias accusationes in Cyrillum sparsas duodecim et ipse anathematismos condidit singulos singulis Cyrillianis oppositos, exprobrans illi Arii Apollinarisque errores.

193. Interim Theodosius imp. agente ipso Nestorio concilium oecumenicum Ephesi haberi voluit, cui Cyrillus ex delegatione Coelestini praefuit, et in quo non obstantibus innumeris machinationibus tot fautorum Nestorii, cui favebant multi episcopi, et inter hos antistites magnae auctoritatis, ut Joannes antiochenus[1]) et Theodoretus cyrensis, ille damnatus depositusque fuit (22 Jun. 431) atque solemniter statutum dogma catholicum de una in Christo eaque divina persona et asserta gloriosae V. Mariae Dei genitricis praerogativa. Magnae exinde ortae sunt turbae, cum fautores Nestorii omnia susque deque verterent, ut et Cyrillus deponeretur, approbatio anathematismorum revocaretur, tota causa retractaretur. Et revera non solus Nestorius, sed et Cyrillus concilii veluti anima, et Memnon episcopus ephesinus ex imperatoris mandato custodiae fuere traditi: atque in ea s. praesul synodi votis obsequens anathematismos suos, quibus schismaticorum alii obscuritatem exprobrabant, impietatem alii, explanare suscepit. Imperator tamen non multo post melius edoctus concilio consensit, atque Nestorium in monasterium relegavit antiochenum. Non propterea cessarunt calumniae, injuriae et persecutiones a Nestorii fautoribus s. praesuli illatae, quas ipse patientissime tulit, ita ut de sola fide sollicitus quidquid adversus eum effutiebant ac moliebantur haeretici, pro nihilo haberet. Diu triste duravit schisma inter episcopos, qui damnaverant Nestorium in synodo ephesina, quibus consensit Coelestinus totusque Occidens, et episco-

[1]) Joannes in monasterio s. Euprepii haud procul Antiochia cum Theodoreto et Nestorio educatus fuit. Factus est a. 428 antiochenus episcopus. Diu pertinaciterque obstitit decretis concilii ephesini: sed ad meliorem demum frugem redactus, Cyrillo alex. reconciliatus est († 441). Aliquot ejus *epistolae* exstant in Migne P. G. LXXVII 1448—1463.

pos, qui ad Orientis dioecesim spectabant duce Joanne antiocheno. Demum infatigabili solertia, patientia et mansuetudine s. Cyrilli, cooperantibus Sixto III s. Coelestini successore, Theodosio imp. aliisque egregiis episcopis, pax tandem fuit composita cum Joanne (433). Neque tamen ea omnibus fuit probata, qui vel Joanni exprobrabant vel Cyrillo, ipsos nimia obsequentia prodidisse fidem. Quare non cessarunt curae et sollicitudo s. Cyrilli pro pace et sana fide, donec evocatus fuit ad laborum meritorumque praemium. Obiit 27 Jun. 444 a. 32. sui episcopatus. Nullius patris, si Augustinum forte excipias, scripta tantam adepta sunt auctoritatem, ut opera s. Cyrilli, quae ut norma fidei vel a conciliis oecumenicis fuere comprobata magisque inspiravit fidei definitiones atque decreta ipso s. Athanasio.

194. Haec ejusdem opera, et quidem apologetica: Ὑπὲρ τῆς τῶν χριστιανῶν εὐαγοῦς θρησκείας πρὸς τὰ ἐν ἀθέοις Ἰουλιανοῦ, *de sincera religione christianorum* adversos libros (3) athei Juliani, qui forte tunc in pretio erant apud religionis christianae hostes. Magni hujus operis exstant priores decem libri integri; ll. 11—20 fragmenta graeca vel syriaca (Migne LXXVI, 503—1064); aliorum ll., quos pariter decem forte fuisse Bardenhewer § 77 n. 3 suspicatur, si eos tamen elaboraverat, nihil exstat. Adversarium e vestigio sequitur ejusque allegat verba, unde e Cyrilli opere construi quadamtenus potest Juliani opus alioquin deperditum[1]). — Sequuntur duo magna opera[1]) unum inscriptum: ἡ βίβλος τῶν θησαυρῶν περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος *Thesaurus de sancta et consubstantiali Trinitate* constans assertionibus seu thesibus 35 adversus Arianos (ib. LXXV, 9—656), quos valide impugnat. „Etenim et logicis argumentis, ut scribit Photius cod. 136 (Migne CIII, 415), sapienter illorum destruit amentiam, quibus dum s. Scripturae annectit attexitque testimonia, quam sit illa doctrina futilis omni ex parte divulgat . . . Est autem inter omnia ejus scripta liber hic maxime perspicuus, iis potissimum, qui logicorum argumentorum sensum capere possunt.“ — Alterum magnum opus sunt *dialogi septem* cum Hermia de eodem argumento, scil. de sancta et consubstantiali Trinitate (ib. 957—1124). Quibus nonnulli adjecerunt *dialogum VIII.*, qui non est nisi l. Cyrilli *de recta fide* ad Theodosium imp. dialogi forma adhibita et initio paucis mutatis verbis (ib. 1189—1254); et *dialogum IX.*, qui agit de incarnatione et cum praecedentibus non cohaeret. — Opusculum *de sancta et vivifica Trinitate* in cc. 28 distinctum ab Ang. Mai repertum et primum editum in nova PP. bibl. II, 1 ss. Migne ib. 1147—1190, quod est instar prioris partis op. περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως pariter a Mai reperti et editi (apud Migne ib. 1419—1478), non videtur esse Cyrilli, sed Theodoreti[2]).

195. Operibus christologicis merito praemittuntur clavis instar Scholia *de incarnatione Unigeniti*

[1]) Cf. C. J. Neumann in op. Juliani imp. ll. contra Christianos quae supersunt, collegit, recensuit, prolegomenis instruxit. Insunt Cyrilli alex. fragmenta syriaca ab E. Nestle edita, Lipsiae 1880. De s. Cyrilli op. fuse disserit Werner Gesch. der apol. und pol. Lit. I, 233—255; de ll. contra Nestorium II, 219—240.

[1]) Bardenhewer § 77 n. 4: Den späteren christologischen Schriften Cyrills gegenüber bekunden dieselben eine gewisse Unvollkommenheit und Unbestimmtheit in der Auffassung und Darstellung des Lehrsatzes von der Vereinigung der zwei Naturen in Christus.

[2]) Ita censet Ehrhard in l. die Cyrill von A. zugeschriebene Schrift περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως ein Werk des Theodorets von Cyrus, Tübingen 1888.

(Migne ib. 1369—1412 magna ex parte nonnisi latine), in quibus a simplicium terminorum explicatione, qui occurrunt in hoc mysterio, exorditur, dein transit ad propositiones, quae in hoc occurrunt argumento, demum eos refellit, qui contendunt, humanas proprietates Deo sola relatione, non vero convenire unitate personae. — Huc deinde pertinent: L. plane egregius προσφωνητικὸς περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως *de recta in D. N. J. Christum fide*[1]) ad Theodosium imp. (LXXVI, 1133—1200); et libri II eodem tempore eademque occasione scil. Nestorii haeresis (429—430) conscripti *de recta fide* ad reginas (ib. 1202—1420). — Dialogus praeclarus cum Hermia amico: ὅτι εἷς ὁ Χριστὸς, quod unus sit Christus (ib. 1253—1362). — Κατὰ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν πεντάβιβλος ἀντίῤῥησις, *adversus Nestorii blasphemias ll. V* (ib. LXXVI, 9—248), opus eximium, in cujus l. 1. Deiparae appellationem catholico sensu exponit atque tuetur, quod idem praestat in apposito libello κατὰ τῶν μὴ βουλομένων ὁμολογεῖν Θεοτόκον τὴν ἁγιὰν πάρθενον, *adversus eos, qui ss. Virginem nolebant confiteri Deiparam*, quem jam olim Justinianus imp. in ep. ad Aegypti monachos laudat, primumque edidit Mai in Scr. vet. nova coll. VIII, 2, 108—131 (Migne 256—292). Ejusdem argumenti est brevis dialogus cum Nestorio *de ss. Virgine Deipara* pariter s. Cyrilli prae se ferens nomen a Mai ib. p. 132—135 (Migne 249—256) editus. — Ἐπίλυσις τῶν δώδεκα κεφαλαίων, *explanatio XII capitum* sive anathematismorum, quibus brevissimum fidei catholicae de incarnatione compendium exhibuerat et admirabili quadam arte Nestorii errores jugulaverat. Eos synodus ephesina susceperat: sed cum partim ob ipsam brevitatem nonnullis haud satis perspicui viderentur, partim ab adversariis tamquam haeretici diffamarentur, s. praesul in carcere constitutus, ut supra narravimus p. 352, synodo petente eos uberius declarat (Migne 293—312). — *Apologeticus pro XII capitibus* adversus orientales episcopos (ib. 315—386), quorum nomine Andreas samosatenus illa impugnaverat; l. *contra Theodoretum* pro XII capitulis (386—452) et demum *l. apologeticus* ad Theodosium imp. (453—488). — Scripsit insuper tr. II *contra anthropomorphitas* (1065—1132), etiam a Pusey in suam ed. commentariorum in Joannem receptos Oxonii 1872 III, 476—607. Hoc tamen opus saltem ex parte dubium est. Supersunt aliorum operum polemicorum fragmenta (Migne LXXVI, 1423—1454), alia penitus periisse videntur.

196. Non solum strenuus fidei catholicae apologeta erat s. Cyrillus, sed et insignis exegeta, ut testantur opera plane egregia, quae adhuc supersunt: Libri XVII περὶ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως καὶ λατρείας *de adoratione et cultu in spiritu et veritate* in forma dialogi, in quibus ostendit, qua ratione vetus lex a Judaeis secundum carnem observata a nobis, qui sumus Israel secundum spiritum, spiritualiter sit observanda, hinc typicam significationem institutionum legis veteris persequitur non juxta ordinem seriemque rerum gestarum, sed juxta praecepta, quae ad capita quaedam revocat (Migne LXVIII, 133—1126). Horum supplementum sunt Γλαφυρὰ seu commentaria scita et elegantiora in loca selecta Pentateuchi, quae in priori op. consulto omiserat, ll. XIII, in quibus illorum significationem typicam illustrat (ib. LXIX, 9—678). — Commentarius *in Isaiam prophetam* ll. V

[1]) Aliud s. doctoris opusculum perbreve inscriptum *de incarnatione Verbi Dei Filii Patris* exstat in Actis conc. eph. (Mansi V, 169—176) et ex parte saltem inter *S. Cyrilli al. et Joannis Damasceni Argumenta* contra Nestorianos, Augustae V. 1611 p. 93—95; Migne LXXV, 1413-20.

comprehensus (ib. LXX); *in XII prophetas minores* (ib. LXXI et LXXII, 9—364), a Pusey Oxonii 1868 t. 2 in 8 editus; in psalmos 1—119 quibusdam tamen exceptis (ib. LXIX, 717—1274); scholia e catenis collecta *in ll. regum, Proverbia, Cantica* canticorum, *in prophetas majores* (ib. LXIX, 679—698; 1273-1294; LXX, 1451-1462). — Commentarius admodum prolixus planeque eximius *in Joannem* (LXXIII et LXXIV, 9—756), in quo varios haereticorum errores refellit atque sublimiter plura fidei christianae illustrat mysteria, ll. XII constat, sed integer non habetur, desunt enim si fragmenta excipias ll. VII et VIII in Jo. 10, 18—12, 48. Hos (sicut et ll. V et VI., qui prius etiam deerant) Jod. Clichtoveus e suo ingenio Chrysostomum, Augustinum aliosque secutus in sua ed. lat. opp. s. Cyrilli, Parisiis 1508; 1520; Basileae 1524, supplevit, quin lector charactere typorum vel alia nota per singulas agnoscenda paginas satis ea de re moneretur: hinc non semel factum est, ut verba Clichtovei pro Cyrillianis laudarentur. Edidit haec commentaria Pusey Oxonii 1872 t. 3 in 8. — Explanatio *in Lucae Evangelium,* quam collectam ex codd. vaticanis primum edidit Mai in bibl. nova PP. t. II (Migne LXXII, 475—950); ea exstat magna ex parte in versione syriaca (ed. a R. Payne Smith Oxonii 1858). Fragmenta *homiliarum* in Ev. s. Lucae edidit W. Wright, Londini 1874. — Commentariorum *in Matthaeum* fragmenta (in omnia cc. excepto 20. apud Migne LXXII, 365—474) et in aliquot s. Pauli epistolas scil. in ep. *ad Romanos, 1 et 2 Corinthiorum,* et *in ep. ad Hebraeos* (LXXIV, 773—1006), etiam in ed. Pusey com. in Jo. mox laudata III, 173—451. — In operibus quoque dogmaticis egregium se exhibet interpretem. In commentariis vero in ll. N. T. majorem sensus literalis rationem habet, quam in iis, quos in V. composuit T. »Ceterum vix alius in ss. patribus reperietur, qui ingenio tam acuto, uberi et profundo sensum spiritualem in V. T. latentem exquisierit et protulerit[1]).«

197. Ex s. Cyrilli *epistolis* supersunt tantum 70, quarum aliquae servatae sunt tantum in versione latina perantiqua. Earum plures sunt dogmaticae et spectant ad incarnationis mysterium, inter quas eminet ep. (1.), ad monachos Aegypti; ep. tres ad Nestorium, e quibus altera (4.) a concilio ephesino et chalcedonensi tamquam fidei regula (ἐπιστολὴ κανονική) approbata fuit, et tertia (15.) cum adjunctis anathematismis primum romanae Ecclesiae judicio, dein consensu orbis catholici fuit approbata; ep. ad Joannem seu ad orientales (34, Migne 39) dicta symbolum ephesinum et tamquam formula concordiae ab universa Ecclesia recepta et a conc. calcedonensi confirmata fuit etc. Aliae sunt historicae, canonicae aliae (Migne LXXVII, 9—390). — Reliquae sunt et *homiliae paschales* seu festivae XXIX varii argumenti; homiliae VI Ephesi habitae, quarum quarta coram patribus concilii pronunciata omnium est celeberrima totius antiquitatis in honorem b. Mariae V. *Encomium* in s. Mariam Deiparam (opusc. XII, 39—52) est nonnisi uberior hujus homiliae retractatio manu recentiori elaborata[2]). Praeter has aliae homiliae VI de quibusdam vitae Chrysti mysteriis circumferuntur (ib. LXXVII, 401—1116).

---

[1]) Ita Fessler-Jungmann II, 2, 83. Cf. Cornely hist. et crit. introd. 1 n. 237.

[2]) Cf. Ehrhard Eine unechte Marienhomilie des hl. Cyrill von A. in röm. Qtlschr. für christl. Alterthumskunde 1889. III, 97—113. — Spuria quoque est *homilia* b. Dei Genitricis Mariae, quam Juvenalis primus Hierosolymae patriarcha († 458) in conc. ephesino habuisse fertur. Stetit cum Cyrillo adversus Nestorium in concilio ephesino, sed aliquamdiu etiam cum Dioscoro pro Eutyche et contra Flavianum: mox vero decreta conc. chalcedonensis epistola ad clerum suum data confirmavit.

198. Plura s. doctoris opera perdita sunt, alia dubia vel spuria: ita *Collectio dictorum V. T.* anagogice expositorum et a d. Cyrillo et a magno Maximo et a ceteris interpretibus (LXXVII, 1175—1291), et l. *de s. Trinitate* (LXXVII, 1119—1175), qui constat excerptis ex ipsius vel ex Jo. Damasceni operibus. — Libelli brevissimi et leves ex judicio Bellarmini *adversus Judaeos* cum quaestionibus, et *anagoge* de iis, qui floruerunt ante legem, saltem in dubium vocantur. — Plurimae homiliae *in Leviticum* (XVI) et *in Jeremiam* tribuuntur Origeni. — *Apologi morales* a Corderio Viennae 1630 nimia libertate non satis fideliter editi prodierunt jam inscripti *Speculum Sapientiae* Parisiis 1502; id moribus formandis utile est, sed nullo sufficienti argumento probatur esse s. Cyrilli: videtur esse cujusdam Cyrilli longe posterioris (sec. IX). — Exstat quoque sub s. Cyrilli nomine *Liturgia* coptica, quam latine exhibet Renaudot in coll. lit. orient., Parisiis 1716 I, 38—56; Migne LXXVII, 1291—1308. — Nulla prodiit operum s. Cyrilli editio critica et accurata, atque unica exstat, quae eadem graece et latine exhibet, cura J. Auberti, Parisiis 1638 t. 6 in f., recusa a. Migne P. G. t. LXVIII—LXXVII, aucta tamen operibus, quae Gallandi et praesertim Aug. Mai e tenebris eruerunt. Plura opuscula ad mysterium incarnationis spectantia contra Nestorium edidit Ph. Ed. Pusey, Oxonii 1875—77 t. 2 in 8; et ut jam supra diximus, commentaria in XII prophetas, in Joannis Evangelium, necnon fragmenta in ep. ad Romanos, Corinthios et Hebraeos etc., ib. 1868—72 t. 5 in 8.

199. A s. Cyrillo nolumus sejungere Theodoretum eruditione illi forte superiorem, orthodoxia, quod dolendum, imparem: fuit enim in causa nestoriana tenax et gravis adversarius, qui tamen gratia Dei illustratus resipuit atque in pace Ecclesiae requievit. Natus is est Antiochiae c. a. 396 (juxta alios 390 vel 393) et ab infantia Deo, a quo matri sterili donatus fuerat (hinc ejus nomen), consecratus, et mature in sacris et profanis disciplinis fuit institutus. Magistris usus est Jo. Chrysostomo et Theodoro mopsuesteno, condiscipulos habuit Nestorium et Joannem antiochenum (cf. p. 352). Juventutem pie transegit inter monachos, et postquam perfunctus est munere lectoris et diaconi, invitus ordinatus est episcopus Cyri in Syria a. 423 (vel 420). Magno fidei zelo, operibus caritatis impensae in egenos, in quos pingue distribuit patrimonium, studio pacis emicuit. Tanta sollicitudine suae gregis gessit curam, ut s. Leoni pontifici scribere potuerit: „Divina mihi cooperante gratia supra mille animas Marcionis morbo liberavi, multasque alias ex Arii et Eunomii partibus ad Christum Dominum perduxi. Et 800 ecclesiarum pastoralem curam sortitus sum, tot enim Cyrus habet paroecias, in quibus precum vestrarum auxilio lolium nullum relictum est, sed omnibus haereticis erroribus grex noster ereptus est. Novit qui omnia conspicit, quot lapides ab infandis haereticis in me conjectos exceperim: quot mihi multis in urbibus Orientis certamina fuerint adversus gentiles, adversus Judaeos et adversus errorem omnem haereticum.“ Huic zelo etiam tribuendum est, quod nisus est Tatiani diatessaron (cf. p. 35), quo utebantur non solum hujus asseclae, sed nimia simplicitate catholici, horum eripere manibus. „Nactus autem sum, ut ipse re-

[1]) Cf. praeter Fessler-Jungmann § 186 ss. Bardenhewer § 77, Nirschl III § 194 ss.; Hefele Conciliengeschichte II², 141—288; J. Kopallik Cyrillus von A. Eine Biographie nach Quellen bearbeitet Mainz 1881; Tillemont XIV, 267—676, 747—95, Aug. Largent congr. Orat. S. Cyrille d'A. et le Concile d'Ephese, in Revue des qq. hist. XII, 1—71.

fert haeret. fab. I, 20, libris hujusmodi supra ducentos in honore habitos in ecclesiis nostris, quos omnes in unum congestos seposui et pro his quatuor evangelistarum Evangelia introduxi.«

200. Orta controversia nestoriana diu stetit pro Nestorio cum Joanne antiocheno seque opposuit s. Cyrilli anathematismis, qui ipsi videbantur renovare Apollinaris haeresim, et ipsius concilii ephesini decretis: quod adeo mirum non videbitur, si rationem habuerimus ejus magistri Theodori mopsuesteni, praecursoris Nestorianismi, et familiaris necessitudinis, qua junctus erat ipsi Nestorio et Joanni antiocheno. Diu tenuit haec dissensio: demum meliora edoctus gradatim cum s. Cyrillo (cujus tamen anathematismos ab Ecclesia probatos nunquam videtur recte intellexisse et probasse) pacem iniit et communionem, atque ita orthodoxis est reconciliatus. Exinde maximas sibi conscivit molestias. Nam suborta interim haeresi Eutychiana de una in Christo natura, cujus acer adversarius erat Theodoretus, Dioscurus patriarcha alexandrinus potens illius haeresis fautor machinas omnes in eum convertit sparsis per Orientem calumniis, quibus illum ut haereticum et Nestorii asseclam diffamaret, et in conciliabulo ephesino, in quo omnia per vim et tyranniden agebantur, inauditus et absens episcopatu fuit spoliatus et ab imperatore in exsilium pulsus. Verum Theodoretus s. Leonem appellavit pulcherrima ad eum data epistola, qui ipsum etiam suae restituit sedi. Convocata legitima synodo oecumenica calcedonensi a. 451 et ipse fuit admissus atque demum in Nestorii damnationem consensit. Ita per tribulationum caminum pristinam pertinaciae maculam purgavit suoque munere pastorali ad finem usque vitae a. 458 strenue est functus scribendisque operibus utilibus vacavit. Num Theodoretus demum ad accuratam sinceramque pervenerit notionem mysterii incarnationis inter eruditos controvertitur. Bertram in op. Theodoreti doctrina christologica, Hildeshemii 1883, tuetur eum demum orthodoxe sensisse; alii non immerito censent eum fluctuasse, neque unquam satis clare et accurate doctrinam catholicam circa hoc mysterium enunciare. Pro ejus tamen defensione licet notare, eum clare in synodo chalcedonensi anathema dixisse in Nestorium et in eum, qui non dicit Mariam esse Dei genitricem quique Filium Dei unigenitum in duos partitur: quapropter est pronunciatus a concilio „doctor catholicus et orthodoxus.[1])«

201. Plurima reliquit opera plane egregia. Omissis iis, quae schismatis tempore pro Nestorio et contra s. Cyrillum scripsit, nam de his concilium oecumenicum V. collat. VIII (cf. et can. 13) statuit: „Condemnamus et anathematizamus, quae impie Theodoretus conscripsit contra rectam fidem et contra duodecim capitula s. Cyrilli et contra ephesinam primam synodum et quae ad defensionem Theodori et Nestorii scripta sunt[2])«: primum laude digna sunt ejus opera apologetica: Ἑλληνικῶν θεραπευτικὴ παθημάτων ἢ εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπίγνωσις *Graecarum affectionum curatio* ll. XII absoluta, quae elegantissima et eruditissima est apologia religionis christianae (Migne

[1]) Mansi coll. conc. VII, 189. Er war ein Gelehrter, inquit Kihn KL. XI, 1531, wie Eusebius von Cäsarea, entbehrte aber der dogmatischen Tiefe und der Einsicht in die Tragweite der obschwebenden Schwierigkeiten.

[2]) Cf. Mansi coll. conc. IX, 375–76 col. 385. Ita et Vigilius in ep. decretali pro confirmatione concil i ib. 417-18. Inter haec scripta spectat etiam ejus ep. *ad monachos Euphratesiae*, quae primum integra reperitur gr. et lat. ed. Schulze IV, 1291—1306. Ejus *Pentalogium* (quia ll. 5 constat) contra conc. ephesinum et s. Cyrillum, si fragmenta excipias, interiit.

LXXXIII, 783—1152). In ea scientiae defectum in apostolis excusat, dein ex adverso ponit gentilium opiniones et christianorum doctrinam de praecipuis argumentis, ut de principio Universi, de creaturis spiritulibus et de natura hominis, de providentia, de vaticiniis prophetarum et gentilium oraculis, de fine mundi et judicio extremo, de praeceptis morum, vitam philosophorum et christianorum etc., ut ex hac oppositione religionis christianae veritas et praecellentia prae gentilium opinionibus eluceat. Prodierunt cur. Th. Gaisford seorsum Oxonii 1839. — Accedunt orationes X *de providentia* admodum prolixae, sed elegantes, lectu jucundae et dignae (555—774). — *Eranistes* seu *Polymorphus* a. 447 contra Eutychianos conscriptus ll. IV constat seu tribus dialogis, quibus singulis sua inscriptio. Primus scil. inscribitur ἄτρεπτος *Immutabilis,* quia probat Filii divinitatem incarnatione non fuisse immutatam; alter ἀσύγχυτος *Inconfusus,* quia ostendit nullam esse factam naturarum confusionem; tertius ἀπαθὴς *Impatibilis,* quia natura divina libera fuit in incarnatione a passionibus. His subjicit demonstrationem per syllogismos, qua contrahit quae fusius et oratorio modo in dialogis disputaverat (27—336), opus pereruditum idque propterea Eranistes Mendicus et Polymorphus i. e. multiformis inscripsit, quod Monophisitismus multiformem suum errorem quasi mendicando collegerit a multis haereticis. Huic addere licet opusculum (ib. 1315): Quod et post humanitatis assumptionem *unicus Filius sit D. N. J. Christus.* — Duos tr. *de sancta et vivifica Trinitate,* et *de incarnatione Domini* a Mai primum editos et s. Cyrillo attributos, Theodoreto asseruit Ehrhard op. supra p. 354 a. cit. Scripti videntur inter a. 430—37, iisque si non directe, indirecte saltem videtur impugnare s. Cyrillum vel patres ephesinos.

202. Insignes vero sunt ejus in s. Scripturam labores[1]). Haec opera ad nos pervenerunt: Quaestiones selectae *in Octoteuchum* (LXXX, 75—528), de quaestionibus ambiguis *in ll. Regum* et *Paralipomenon* (527—858), quo duplici in op. non integros ll., sed difficiliores quosdam textus ita tractat, ut quaestionibus vel objectionibus propositis concinnam claramque solutionem subjiciat. — Interpretatio *in Psalmos,* opus praestantissimum (857—1998 col. LXXXIV, 19—31), in quo brevitatis non minus quam perspicuitatis rationem habet, »ut ii, qui dies noctesque davidicos versus in ore habent, illos canentes et simul illorum, quae canuntur, sententiam perspicientes duplicem fructum percipiant,« ut ipse operis scopum exponens docet. Hinc »in allegoriam cum multa satietate abire« noluit, sed sensum literalem

[1]) F. J. Raeder de Theodoreti graecarum affectionum curatione quaestiones criticae, Kopenhagen 1900. Operis epitomen exhibet Werner Gesch. d. apol. u. pol. Lit. I, 265—273.

[1]) Bardenhewer § 78 n. 4: Theodoret gilt vielfach als der grösste Exeget des griechischen Alterthums. In der That sind seine Commentare reich und vortrefflich an Inhalt und in formeller Hinsicht, durch bündige Kürze und durchsichtige Klarheit geradezu mustergiltig. Er huldigt den hermeneutischen Grundsätzen der antiochenischen Schule, ohne indessen irgendwie der Einseitigkeit Theodors von Mopsuestia zu verfallen ... Theodoret steht am Ausgange der Blüthezeit der antiochenischen Schule; ihm fiel die Aufgabe zu, die Errungenschaften der Nachwelt zu übermitteln, und diese Aufgabe hat er in anerkennenswerthester Weise gelöst. Cf. Kihn die Bedeutung der antioch. Schule auf dem exeg. Gebiete, Weissenburg 1866 p. 156 ss.; J. L. Schulz diss. de vita et scriptis Theod. in Migne P. G. LXXX, 35—66; Cornely hist. et crit. introd. I n. 237; Specht Der exegetische Standpunkt des Theodor v. M. und Theodoret v. K. in der Auslegung messian. Weissagungen aus ihren Commentaren zu den kl. Propheten dargestellt, München 1871.

diligenter scrutari atque locos propheticos de Christo et Ecclesia exponere studuit. — Interpretatio *in Cantica canticorum,* quod ita simplici et perspicua ratione contra Theodorum mopsuestenum tacito tamen ejus nomine exponit, ut sponsi et sponsae nomine Christum intelligat et Ecclesiam (LXXXI, 27—214). — Commentarii plane eximii *in prophetas majores* et *minores* (215—1988), sed commentarius *in Isaiam* interiit et quadamtenus tantum ex catenis magno Sirmondi studio et diligentia resarciri potuit (p. 215—494), ita tamen ut non semper constet num ea, quae in Catenis sub ejus nomine allegantur, revera ab ipso sint profecta: suspicio enim est nonnulla Theodoro mops. vel Eusebio caes. deberi. — *Interpretatio XIV epistolarum s. Pauli,* ceteris commentariis praeferenda, brevis, concinna, literalis. Dolendum vere est, commentarios similes in reliquos N. T. libros non prodiisse vel periisse. Supersunt tantum pauca admodum fragmenta commentariorum in Evangelia. Commentarii *in ep. ad Romanos, Corinthios* et *Galatas* prodierunt Oxonii 1852. Sequitur Theodoretus in interpretandi methodo praeprimis Chrysostomum, sed nunquam oratorem agit, ut annotat Cornely, ideo illo est concinnior, haud raro clarior et accuratior, atque a moralibus applicationibus allegoricisque divagationibus fere omnino abstinet.

203. Accedunt opera historica plane utilia: *Historiae ecclesiasticae* ll. V, quibus fata praesertim haeresis arianae in patriarchatu antiocheno prosequitur ab a. 323—428 (LXXXII, 881-1280). Recepit in eam plures epistolas synodicas aliaque publica testimonia, sed temporis seriem parum curat[1]). Eam edidit cum aliis historicis Valesius Parisiis 1673, ed. optima, saepius recusa; Gaisford Oxonii 1854. — *Historia religiosa* sive ascetica vivendi ratio (φιλόθεος ἱστορία ἢ ἀσκητικὴ πολιτεία (1283-1496), in qua 30 sanctorum ascetarum belle describit vitam juxta ea, quae ipse viderat vel a testibus fide dignis acceperat. Hujus operis conclusio est insignis oratio *de caritate* (1497—1522), quae fuit radix fecunda tot virtutum et operum mirabilium, quae in vivorum sanctorum vita stupemus. — *Haereticarum fabularum compendium* (αἱρετικῆς κακομυθίας ἐπιτομὴ LXXXIII, 335—556) post concilium chalcedonense ll. V concinnatum. In quatuor prioribus ll. omnes haereses a Simone Mago incipiens recenset: l. IV c. 12, ubi sermo est de Nestorii haeresi, quibusdam ex rationibus internis spurium videtur, alii tamen refragantur. In l. V. summam exhibet fidei catholicae. — Ex quam plurimis *epistolis* supersunt circa 200 (1173—1494), quibus in hoc genere scribendi nihil perfectius, teste vel Garnerio, qui alias censor est Theodoreti valde severus. »Nam quae sunt epistolarum virtutes, scribit Fessler-Jungmann II, 2, 235, brevitas, perspicuitas, elegantia, urbanitas, modestia, observantia decori et ingeniosa prudensque ac erudita simplicitas, in ep. Theodoreti admirabiliter ita elucent, ut scribentibus exemplo esse possint.« Alias 48 hactenus ineditas J. Sakkelion e cod. sec. XI in lucem protulit Athenis 1884. — *Homiliarum* ejus pauca supersunt fragmenta. Ex ejus quinque in Jo. Chrysostomum *sermonibus* admodum encomiasticis excerpta quaedam servavit Photius cod. 273 (LXXXIV, 47—54). — Plura ex ejus operibus, si fragmenta excipias, perierunt, alia dubia vel spuria sunt, ut *sermones XVII* adversus Cyrillum et catholicorum aliquot sententias (Migne XXVIII, 1337—1394), qui forte sunt Eutherii tyanensis Nestorii amici

[1]) Cf. Güldenpenning, die Kirchengeschichte des Theodoret v. K. Eine Untersuchung ihrer Quellen, Halle 1889. De Theodoreti opp. historicis cf. Schüz comment. crit. p. 449—466.

et fautoris; *dialogi VII* adversus anomoeos, Macedonianos et Apollinaristas (Migne XXVIII, 1115—1338) etc. — *Opera* Theodoreti[1]) collecta edidit Sirmondus Parisiis 1642 t. 4 in f., quibus adjecit Garnerius Auctarium seu t. V. ib. 1684, cum 5 diss. eruditissimis, scil. de historia Theodoreti, de ejusdem libris et fide, de synodo generali V., et de ejus et orientalium causa, in quibus tamen minus aequus Theodoreti est censor; novam curavit J. L. Schulze Halae 1769—74 t. 5 in pp. X; quam recudit Migne LXXX—LXXXIV, quorum ultimus exhibet Garnerii diss. et auctoris anonymi *Synodicon* (ib. p. 551—864) complectens cc. 225 quam plurimas literas et documenta, quae spectant ad causam Nestorii et concilii ephesini. Facta fuit haec collectio a defensore quodam trium capitulorum et Theodoreti patrono, qui forte fuit natione Afer. Hausit ea fere ex Irenaei comitis tragoedia, latine vertit, et nonnulla de suo interserit, sed stilo adeo barbaro et obscuro, ut vix possit intelligi. Ea collectio sane non caret pretio et primum reperta fuit a Lupo, in cujus opp. t. VII. prostat, sicut et in appendice coll. conc. Baluzii. Porro Irenaeus ille mordicus Nestorio favebat, nomine vero Theodosii concilio ephesino aderat atque episcopis orthodoxis obsistebat, qui de eo apud imperatorem conquesti sunt. Damnato a concilio Nestorio, ipse inter primarios haeresiarchae asseclas pariter in exsilium fuit pulsus, qua occasione collegit acta in synodo atque in Oriente per a. fere 15 gesta, quam collectionem inscripsit *tragoediam.* Postea videtur resipuisse atque pacem iniisse cum episcopis catholicis, nam factus est Tyri episcopus et a Domno episcopo antiocheno ordinatus. Iterum tamen a Theodosio fuit sede pulsus et relegatus. Obiisse conjicitur c. a. 450. Cf. Tillemont Mémoires XIV, 605 ss.; XV, 263 ss.

204. Antequam de aliis minoris celebritatis vel auctoritatis scriptoribus, qui contra haereticos scripserint, agamus, romanos recenseamus pontifices, qui omnes vel fere omnes strenue steterunt pro fide catholica contra Pelagianos, Nestorianos et monophysitas. Primus eorum est s. Coelestinus I, quem »in romana sede Dominus Deus noster sine ulla plebis suae discissione constituit (422)«, teste Augustino ep. 209 n. 1. »Pluribus gestis episcopatus insignis fuit, nominatim vero adversus Nestorium sententiam primus edixit, Cyrillum ad eam exsequendam vicarium instituit et regulam praescripsit ac formam, quam ut canonicam ephesinae synodi patres sequi se ultro sunt professi. Praeterea hujus synodi confirmavit acta, Pelagianos totius Italiae finibus deturbari curavit; Novatianis ecclesias, quas Romae plures habebant, ademit; nascentem coërcuit semipelagianam haeresim et Augustinum adversus novos ejus reprehensores defendit[1]).« Obiit mense Julio a. 432. Supersunt XVI ejusdem *epistolae;* tres ad disciplinam ecclesiasticam pertinent, reliquae ad tuendam fidem, testes primatus: earum praecipuas dedimus inter opuscula selecta SS. PP. XVIII, 179—283.

205. Hunc secutus est s. Sixtus seu Xystus III (432—440), qui cum adhuc presbyter esset, et Pelagiani calumniam sparsissent, eum suae fa-

[1]) Cf. de eo praeter Bardenhewer § 78; Kihn KL. XI², 1526—36; Fessler-Jungmann II, § 213 ss.; Nirschl III § 232 ss.; Tillemont XV, 207-340; 868—78 et praesertim Garnier l. c.

[1]) Ita Coustant Epistolae rom. pont. pag. 1051, ubi etiam hujus pontificis epistolas reperies, et inde apud Migne L, 407—566; Jaffé I, 55—57. Cf. Fechtrup KL. III, 577; Acta SS. 6. Apr. I, 543 ss.; Nirschl III § 209 ss. (etiam de ejus successoribus).

vere causae, primus adversus ipsos coram frequentissimo populo anathema pronunciavit. Octo tantum ejus reliquae sunt *epistolae,* quarum aliquae Nestorii spectant causam. Eas praeter alios exhibent Coustant op. cit. p. 1229—1272; Migne L, 571—624; Jaffé I, 57—58. — Garnerius in sua ed. opp. M. Mercatoris I, 362—65 ei libros VI *Hypognosticon* seu Subnotationum (in app. opp. s. Aug. t. X, Migne XLV, 1611—1665) asserere nititur, sed plerisque aliis refragantibus. Inscribitur illud opus ab ipso auctore et a veteribus etiam Ὑπομνηστικόν quasi *Commonitorium* seu Memoratorium, quod auctoris consilium istud fuisse videatur, ut Ecclesiae catholicae contra Pelagianos doctrinam memoriae juvandae causa, compendio traderet. Impugnat ll. V quinque Pelagianorum dogmata seu errores et in ultimo de praedestinatione adversus eosdem disputat. Olim sub Augustini nomine fuit vulgatum, sed non est ipsius. Juxta alios est Marii Mercatoris (cf. supra p. 349).

206. Defuncto Sixto III. electus est a. 440 miro populi romani consensu in ejus successorem Leo »romanae Ecclesiae ac divini ministerii decus (Cassianus in praef. op. de incarn.)«, archidiaconus, qui jam a Coelestino I. et Sixto III. adhibitus fuit in gerendis negotiis ecclesiasticis, et tunc absens in Galliis politica fungens missione degebat. Solemni accitus legatione consecratus est in pontificem 29. Sept. ejusdem anni. Vir erat vere apostolicus, Ecclesiae luminar, fidei orthodoxae columna, vocis Petri interpres, apostolicorum dogmatum defensor, ut a patribus salutatur[1]). Illustravit tantus vir, cujus sententiam quidquid ubique catholicum est, velut coeleste oraculum miratur, celebrat, veneratur[1]), cathedram apostolicam difficillimis temporibus (440—461), cum non solum romanum imperium barbarorum incursionibus undique quassaretur, verum etiam ipsa Ecclesia omnis generis haereticorum impugnaretur erroribus. Intrepide restitit ipse, et barbarorum quidem furorem prudentia, eloquentia, animi virtute compressit vel saltem mitigavit: haereticorum vero errores zelo apostolico atque infatigabili ardore et studio impugnavit damnavitque. Mysterium sacrosanctae Trinitatis contra Priscillianistas, incarnationis Filii Dei necessitatem contra Judaeos, ejusdem cum Patre consubstantialitatem contra Arianos, naturae humanae proprietatem contra Eutychen, contra Nestorium personae singularitatem, Ecclesiae jura atque potestatem contra Novatianos, corporis mystici Christi unitatem contra Donatistas, gratiae necessitatem contra Pelagianos eorumque reliquias, mysteriorum omnium veritatem, dignitatem, sanctitatem contra Manichaeos, sincerum religionis cultum contra impios et pseudochristianos coelesti doctrina, pietate singulari, invicto animo, exemplo, sermonibus et scriptis ex ipso apostolorum corde prolatis explicuit, asseruit, propugnavit[2]). Ob tot tantaque merita antiquitas grata eum ‚Magni' nomine, et Benedictus XIV doctoris encomio decoravit. Obiit[3]) s. Pontifex 10. Nov. 461.

---

[1]) Cf. Hincmarus rhem. de praedest. c. 33; Facundus herm. V, 5., episcopi orientales in l. ad Agapetum pontif., conc. chalcedonense in relat. ad Leonem.

[1]) Pratum spirit. c. 149. Singulariter nonnihil, sed non inepte de eo ita scribit Trithemius de script. eccles. c. 158: „Fuit ecclesiasticae dictionis Tullius, sacrae theologiae Homerus, rationum fidei Aristoteles, auctoritatis apostolicae Petrus et in christiano pulpito Paulus."

[2]) Ita fere Quesnellus in Nuncupatoria suae ed. praefixa.

[3]) Gesta ejus pro bono Ecclesiae describunt scriptores historiae ecclesiasticae. Cf. praeterea Fessler-Jungmann II p. 2 § 209 ss.; Tillemont XV, 414—82

207. Reliquit *Sermones* singulari facundia[1]), idearum nobilitate et splendore conspicui (Migne LIV, 137—468). Numerantur 96 genuini, praeter quos sunt alii 20 dubii vel suppositi (ib. 477—522). — Ex ejusdem *epistolis* supersunt 143 (ib. 581—1218), ex quibus plures sunt dogmaticae, quae versantur circa mysterium incarnationis contra Monophysitas plane magnificae stilo eloquenti et rotundo conscriptae. Inter has eminet epistola *ad Flavianum,* dogmatica per excellentiam dicta et tamquam regula fidei ab universa suscepta Ecclesia. Hinc episcopi in concilio chalcedonensi act. II (Mansi coll. conc. VI, 972) ea lecta statuerunt: »Qui non consentit epistolae ss. episcopi Leonis haereticus est[1]).« In ea docet »et divinis confirmat testimoniis D. N. J. Christum sicut verum paternae divinitatis Filium, ita verum humanae naturae hominem esse credendum i. e. ex carne Virginis carnem traxisse et non de coelo corpus exhibuisse sicut Eutyches asserebat (Gennadius c. 70).« Praeter hanc ep. (28) admodum celebris est ep. 165 ad Leonem Augustum. — A nonnullis viris criticis tributa fuere s. Leoni et epistola *ad Demetriadem* (Migne LV, 161—83) et ll. II *de vocatione omnium gentium,* sed immerito, ut jam alias notavimus (p. 346). — *Sacramentarium leonianum*[2]) antiquissima missa-

col. 889—934; editores opp. ejus in suis ed.; Henschenius in actis SS. Apr. II, 14 ss.; Fabricius bibl. lat. med. act. II, 538—41; Arendt Leo der Gr. u. s. Zeit, Mainz 1835; Saint-Cheron Hist. du Pontificat de S. Léon le Grand et de son siècle, Paris 1846 t. 2; Bardenhewer § 97; Bertani Vita di S. Leone M. P. M., stilo populari conscripta, Monza 1880—81 t. 3 in 12; Nirschl III, § 215 ss.; Grisar KL. VII, 1746—1767; Gesch. Roms I n. 230—241; de ejus doctrina Kuhn die Christologie Leos I d. Gr. in systematischer Darstellung, Würzburg 1894.

[1]) Die Predigten sind auffallend kurz und knapp, frei von allem überflüssigen Wortballast, von wunderbarer Klarheit, Kraft und harmonischer Abrundung. Fast jeder Satz birgt Stoff zu einer ganzen Abhandlung. Die schwierigsten dogmatischen Probleme sind mit feinster Präcision und durchsichtigster Klarheit gleichsam in epigrammatische Form gebracht, aber nie speculativ für sich, sondern immer in Beziehung zu sittlichen Folgerungen, praktischen Aufgaben, in packenden Antithesen, prächtigem Bilderschmuck, feierlich würdevollem Ausdruck, vollklingenden Sätzen und Perioden. Griechische Feinheit und römische Energie, die Zartheit eines Mystikers und die Würde eines Weltherrschers, vereinigen sich in dieser königlich-majestätischen Rhetorik, die gleichsam selbst den Schmuck der dreifachen Krone trägt. Ita Baumgartner Gesch. der Weltliter. IV, 113.

[1]) Cf. de auctoritate hujus ep. quae annotavimus in ed. nostra XXV, 165 ss. Porro s. Flavianus episcopus erat constantinopolitanus, qui Eutychen damnavit in synodo habita a. 448. Hinc in latrocinio ephesino a. 449, in quo Dioscorus ep. alexandrinus Eutychis causa in se suscepta dominabatur tyranni instar, depositus fuit atque pessime habitus adeo, ut post triduum ex vulneribus inflictis obierit. Supersunt aliquot ejusdem *epistolae*, quarum duae exstant inter ep. s. Leonis (22. 26), alia ad Theodosium imp. Migne P. G. LXV, 889—892. Aliam ad s. Leonem cum libello *appellationis* reperit ediditque Amelli in diss. S. Leone M. e l'Oriente, Romae 1882, Montecassino 1890; N. Archiv f. ä. deutsche Geschichtsk. 1885 XI, 362—364. Cf. Grisar Zeitschr. für k. Theol. 1883, 191—96, ubi ep. appellationis reperies; Melchiori Memoria istor. crit. delle gloriose gesta di s. Flaviano, Fermo 1836; Hauswirth KL. IV, 134 s. Distingui debet a Flaviano episcopo antiocheno († 404), de quo cf. ib. p. 1544 et supra p. 206 a.

[2]) Hoc sacramentarium seu codicem sacramentorum primum edidit Jos. Bianchini in vitis rom. pontif. ab Anastasio collectis t. IV atque s. Leoni asseruit (cf. Nomencl. II², 74), ita et Acamus in diss. dell'antichità, autore e pregi del Sacramentario veronese, Romae 1748. Cf. Duchesne Origines du culte chrétien 1898. Etude sur la liturgie latine avant Charlemagne; Probst die ältesten röm. Sakramentarien und Ordins erklärt, Münster in W. 1892 in 8; H. A. Wilson A comparative index of the Leonine, Gelasian and Gregorian Sacramentaries according of the text of Muratori, Cambridge 1892.

lis romani forma (Migne LV, 21—157), si compositionem ipsam spectes s. Leonis esse negatur, estque forte sec. medii VI. juxta Duchesne vel juxta Probst Felicis III († 492), vel ab aliquo anonymo ea fere aetate minus perite concinnatum: sed si precandi formulas spectes, eae magna saltem ex parte s. Leonis sapiunt stilum. — Saepe prodierunt ejus *opera* collecta. Praetermissis ed. vetustioribus[1]) ea edidit Paschasius Quesnellus magno apparatu critico et literario, Parisiis 1675 t. 2 in 4; recusa Lugdini 1700 t. 2 in f., propter diss. (Migne 55, 183-764) tamen notasque adjectas in ll. prohibitorum indicem relata, hinc sine his recusa Venetiis 1741; 1748; Tyrnaviae 1766—67 pp. 2. Huic editioni opposuit Thom. Cacciari suam praemissis prius excercitationibus in universa s. Leonis M. opera (quas recipit Migne in suam ed. LV, 783—1325), Romae 1751—55 t. 3 in f. Hujus tamen diligentiam superarunt Petrus et Hieron. Ballerinii ed. praestantissima, qua integra Quesnelli ed. repraesentatur, erroribus tamen refutatis multisque accessionibus aucta et illustrata, Venetiis 1753—57 t. 3 in f., recusa a Migne P. L. t. LIV—LVI. Selectos sermones et insigniores epistolas edidimus inter opusc. sel ss. PP. t. XIV. XXV. XXVI.

208. Leoni defuncto successit s. Hilarus Calaritanus in Sardinia archidiaconus 19. Nov. 461, in gravissimis Ecclesiae negotiis a s. Leone adhibitus et missus legatus cum Julio ep. puteolano et presbytero Renato Ephesum, ut concilio vice ipsius interesset. »Jam ibi tam acriter Dioscoro restitit, ut custodiae tradi mereret, nec nisi mortis discrimine inde effugeret, ne latrocinio subscribere cogeretur. Infinitis obitis periculis Romam appulsus omnia illic nequissime acta s. pontifici retulit[1]).« Pontifex electus »per universum Orientem, teste libro pontificali, sparsit epistolas de fide catholica et apostolica confirmans tres synodos nicaenam, ephesinam et chalcedonensem et tomum s. archiepiscopi Leonis (ad Flavianum), et damnavit Eutychetem et Nestorium et Dioscorum vel omnes sequaces eorum et confirmans auctoritatem et principatum s. sedis apostolicae.« Nec minus sollicitus erat de disciplina ecclesiastica. Decessit 21 Febr. 468. Supersunt ep. 12, quas diligenter accurateque edidit A. Thiel Epistolae rom. pontif. et quae ad eos scriptae sunt a s. Hilaro usque ad Pelagium II., Brunsbergae 1868 p. 126—174; Migne LVIII, 11—31; cf. et Jaffé I, 75—77.

209. Ejus successoris s. Simplicii patria Tiburtini pontificatus (468-483) incidit in tempora admodum turbulenta tum in ordine politico tum et in ecclesiastico, cum Monophysitarum coryphaei invaderent vel eorum saltem fautores occuparent sedes Orientis principes Alexandriam, Constantinopolim et Antiochiam: quibus ille strenue et intrepide restitit. Supersunt sollicitudinis suae apostolicae pro fide vel bono Ecclesiae regimine *epistolae XX* apud Thiel op. cit. p. 175—220 et Migne P. L. LVIII, 35—62; Jaffé I, 77—80. — Nec tranquillior fuit Ecclesiae status sub s. Felice II. (juxta alios III.) patria Romano (6. Mart. 483—23. Febr. 492) ob nefanda Acacii ep. constantinopolitani scelera, propter quae pontifex ipsum ad suum citavit tribunal et refractarium sacerdotali dignitate ac ecclesiastica communione privavit (484): unde ortum

[1]) De variis editionibus cf. Schoenemann II, 886—960 (apud Migne LIV, 49—114.); de ejus ep. diss. auctore Nostitz hist. Jahrb. 1897. XVIII, 117—133 et Zeitschr. für k. Theol. 1897 XXI, 1-50; Jaffé I, 58—75.

[1]) Cf. Thiel in vita praemissa ed. ep. p. 126; Fechtrup KL. V, 2052—2056.

est tristissimum et diuturnum schisma acacianum inter Orientem et Occidentem, in quo componendo strenue Felix ejusque successores laborarunt. Exstant Felicis III *epistolae XVI* (XVIII), quas f. apud Thiel pag. 222—278; Migne LVIII, 893—97; Jaffé I, 80—83; eae spectant tristissima illius temporis fata.

210. Quadriennio tantum rexit s. Gelasius I natione Afer sedem apostolicam (1. Mart. 1492—21. Nov. 1496), sed praesul fuit vere apostolicus et laboriosissimus, plurium destructor haeresium, ut a Nicolao I celebratur, cujus virtutes graphice describit Dionysius Exiguus in ep. ad Julianum, quam priori collectionis suae parti praefixit. „Omnis actio ejus, inquit, aut oratio fuisse memoratur aut lectio . . . Fuit quippe ingenio luculentus, vita praecipuus, auctoritate reverendus, et ideo tot virtutum decoratus insignibus ad praecelsi culmen officii non accessit indignus. Honorem summae dignitatis gravissimum pondus existimans, parvamque negligentiam pontificis ingens animarum discrimen esse contestans, idcirco nullo se desidioso otio tradidit. Hic itaque pastor summi atque boni pastoris imitator exsistens egregius, praesul sedis apostolicae fuit, qui divina praecepta fecit et docuit.“ Apostolico vigore schisma acacianum componere adnisus est, Eutychianis obstitit, haeresim pelagianam in Dalmatia et Piceno reviviscentem damnavit, gentilismi reliquias, Lupercalia scil., Romae sustulit atque disciplinae sacrae custos fuit vigilantissimus. Hinc scripsit *Dicta* seu tr. (perobscurum tamen et intricatum) adversus pelagianam haeresim (Migne LIX, 116—137), in quo demonstrat hominem non vivere sine peccato, et dictum apostoli *Vir infidelis sanctificatur per virum fidelem* (1. Cor. 7, 14) etc., mysteriumque resurrectionis declarat; tr. *adversus Andromachum* senatorem ceterosque Romanos, qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant (110—119); gesta *de nomine Acacii* vel breviculus historiae eutychianistarum; *de damnatione* nominum Petri (Mongi) et Acacii; *de duabus naturis* in Christo adversus Eutychen et Nestorium; tomum *de anathematis vinculo,* quam plurimas *epistolas,* sed multarum (49) supersunt tantum fragmenta. In hisce autem scriptis tanta loquitur auctoritate, tam eloquenter conscius praerogativarum suae sedis, ut forte neminem habeat parem ex suis antecessoribus. Inter epistolas recensetur celeberrima decretalis *de recipiendis et non recipiendis libris,* primus velut index librorum prohibitorum: cujus priores partes de Spiritu s., et de canone Scripturae sacrae non immerito tribuuntur synodo romanae sub s. Damaso (382), reliqua vero praesertim de libris, recentiori aetate a viris eruditis in dubium vocantur, interpolata censentur, imo supposita[1]). Reperies autem scripta et epistolas s. Gelasii apud Thiel pag. 287—607; Migne LIX, 13—191, ed. cui multa desunt. Aliquot epistolas breves reperit Löwenfeld, quas edidit in op. Epistolae rom. pont. ineditae, Lipsiae 1885 p. 1—12. Cf. Jaffé I, 83—95. — *Sacramentarium Gelasianum* seu codex sacramentorum romanae Ecclesiae exhibet ordinem liturgicarum orationum per cursum totius anni editus ab J. M. Thomasio,

[1]) Pro genuinitate stant omissis viris eruditissimis vetustioribus Thiel in sua ed. (cf. praevia monita p. 44—58), Fessler-Jungmann etc., neque Jaffé adversatur. In contrariam sententiam abeunt Bardenhewer § 114; Friedrich Ueber die Unechtheit der Decretale de recipiendis et non recipiendis libris des P. Gelasius I. Sitzungsb. der k. bair. Akad. der W. zu München. Philos.-philolog. Cl. 1888 I, 54—86, juxta quem prodiisse videtur post a. 533, Grisar l. c. n. 478, juxta quem est ineuntis sec. VI, et Zeitschr. f. k. Theol. VIII, 203; Roux in op. mox citando. Cf. Hefele Conciliengesch. II², 618.

Romae 1680; Muratori in Liturgia romana, Venetiis 1748. I, 485—792; Migne LXXIV, 1044—1244; Wilson Oxonii 1894 ed. optima, tribuitur a Duchesne s. Gregorio M., a Probst[1]) s. Gelasio, quod utrumque potest defendi, cum sane temporis cursu potuit augeri et perfici. Hinc concedimus, nos Sacramentarium Gelasianum juxta formam originalem ab additamentis puram non habere. *Canonem* saltem secundum substantiam s. Gelasii originalem juxta editionem Missalis antiquissimi hiberni (sec. VI vel VII) a F. E. Warren adornatam Londini 1879 exhibet[2]) Grisar Zeitschr. für k. Theol. 1886 X, 1—35. — S. Anastasius II. Gelasio 24. Nov. 496 suffectus[3]) cathedram romanam tenuit ad 17. Nov. 498, cujus aliquot tantum supersunt epistolae, quas exhibet Thiel p. 615—639; Jaffé I, 95—96; desunt in Migne. Inter eas praesertim notanda est VI., in qua clare generatianismum damnat atque ideo animas immediate a Deo creari statuit. *Epistolam* vero *gratulatoriam* ad Chlodoveum regem de ipsius conversione ad fidem christianam, quae ad nostra usque tempora genuina habebatur, confictam a Hier. Vignier Orat., qui alia antiquitatis monumenta confinxit, censet Havet in Bibliothèque de l'école des chartes 1885 livr. 3 (sicut et epistolam Gelasii pont. ad Rusticum lugd. et epistolam Symmachi pont. ad Avitum viennensem).

211. Redeamus ad scriptores, qui contra haereticos pugnarunt. Ille primus est commemorandus, qui methodum monstravit, qua omnis generis haeretici facile erroris revinci possint, scil. s. Vincentius, qui ab insula Lerina (Lerinum, Lirinum) nunc s. Honorati appellata prope Nicaeam (Nizza) lirinensis (lerinensis) est cognominatus. Nihil fere de ipso scimus praeter ea, quae vel ex ipsius commonitorio expiscari licet vel Gennadius c. 64 paucis ita complectitur: „Vincentius, natione Gallus, apud monasterium Lerinensis insulae presbyter, vir in Scripturis sanctis doctus et notitia ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus, composuit (c. a. 434) ad evitanda haereticorum collegia, nitido satis et aperto sermone validissimam disputationem, quam, absconso nomine suo, adtitulavit Peregrini adversum haereticos. Cujus operis, quia secundi l. maximam in schedulis partem a quibusdam furatam perdidit, recapitulato ejus paucis sermonibus sensu primo compegit et in uno edidit. Moritur Theodosio et Valentiniano regnantibus (c. 450).“ Composuit igitur duo commonitoria memoriae gratia, quorum primum inscribitur Tr. Peregrini pro catholicae fidei antiquitate et universitate adversus profanas omnium haereticorum novitates, breviori autem titulo vulgo *Commonitorium,* in 2 pp. vel ll. distributum, quorum 1. inquirit: „Quonam modo possim certa quadam et quasi generali ac regulari via catholicae fidei veritatem ab haereticae pravitatis falsitate discernere (c. 2 al. 1).“ Qua occasione plurimum inculcat Ecclesiae conspirationem et auctoritatem, conciliorum patrumque consensionem, hinc traditionis momentum. In altera p. recapitulationem tantum exhibet hujus commonitorii et alterius, quod intercidit, ac doctrinam prius expositam exemplo oecumenici conc. ephesini triennio antea habiti necnon auctoritate sedis apostolicae luculenter con-

[1]) De Gelasio praeter auctores jam laudatos cf. Viani Vite dei due pontefici S. Gelasio I e S. Anastasio, Modena 1880; A. Roux, Le pape Gélase. Etude sur sa vie et ses écrits Paris 1880; Nirschl III, § 271.

[2]) In op. supra p. 372 a. citatis, quibus adde Baeumer hist. Jahrb. 1893 XIV, 241—301; F. Plaine Le pape Gélase I., Paris 1880.

[3]) Cf. de his rom. pontificibus Fessler-Jungmann II. § 251 ss. De ep. VI. s. Anastasii in textu laudata cf. Zeitschr. für k. Theol. 1884 VIII, 236—240.

firmat. Dici nequit quanto favore plausuque exceptus fuerit a theologis hic libellus, quot encomiis celebratus; vix alius toties citatus, adhibitus, inculcatus est in disputationibus cum haereticis, praesertim a sec. XVI contra protestantes, qui vel ipsi, quod mirandum, illum laudant. Abstinebimus ab afferendis encomiis, sufficit quod notavit magnus Mabillon tr. de studiis monast. I p. 2 c. 4, libellum hunc non quidem mole esse magnum, ‚verum aureolum et ad verbum ediscendum'. Saepissime prodiit modo in cc. 33, modo in 43 divisus. Optimae forte editiones sunt Baluzii (cum Salviani opusculis) Parisiis 1663. 1669. 1684 etc., recusa a Migne L, 637—84, et a nobis inter opuscula sel. SS. PP. Oeniponte 1870 IX, 145—261, 1880; Salinae Romae 1781; Klüpfel Viennae 1809 cum copiosis commentariis. — Magna est controversia, num Vincentius noster Semipelagianus fuerit vel saltem Semipelagianorum faverit erroribus. Non desunt conjecturae pro parte affirmante, quam viri gravissimi olim et modo tuentur, ut aliis omissis nostra aetate Hefele Beiträge zur Kircheng., Archäologie und Liturgik, Tübingen 1864 I, 149 ss.; Czapla in comment. ad Gennadium c. 64 in op. Gennadius als Literaturhistoriker: quibus favet et Bardenhewer, juxta quos ipse est probabiliter auctor *objectionum vincentianarum* contra s. Augustini doctrinam, ad quas data opera s. Prosper respondit (opusc. XXXV, 184—203) et vel ipsum Commonitorium est opus polemicum adversus s. Augustini doctrinam. Alii vero gravissimi viri s. Vincentium ab hac erroris nota vindicant, ut Baronius, Bellarminus, Labbeus, Papebrochius (in Actis SS. Maj V, 284 ss., Vindicae pro s. Vincentio et Lirinensibus Semipelagianismi perperam accusatis etc.), quibus et nos accessimus in nostra ed. IX, 228 ss. Neque enim nimis facile vir de causa catholica adeo bene meritus tam tristi nota est infamandus, nisi id gravibus clarisque probetur argumentis: qua in re olim haud pauci viri eruditi circa scriptores sec. V. sat faciles fuisse videntur. Insertum est autem Vincentii nomen martyrologio romano 24. Maji. Quod si ejus doctrina semipelagianismi labe fuerit aspersa, notat Benedictus XIV in constit. de nova martyrol. rom. ed. 1. Juli 1748 n. 31: „Etsi viros illos (Hilarium arelatensem et Vincentium) Semipelagianismi errore tactos concederemus, quod tamen plures denegant, qui catholicam eorum sententiam egregie tuentur, excusandi tamen, si quid humani hac in parte illis exciderit, nondum enim catholica doctrina supremo apostolicae sedis fuerat definita, ut in l. 2 op. de canoniz. c. 29 pluribus disputavimus[1])«. — Tribuuntur Vincentio nostro sive *Symbolum* athanasianum[2]) vulgo dictum, sive l. *Praedestinatus* a Sirmondo repertus et editus Parisiis 1643 in 8 (Oudin), sive *objectiones vincentianas*[3]), ut supra diximus.

212. Praetermissis pluribus scriptoribus minoris famae vel auctoritatis, vel quorum opera perierint[4]), contra arianos scripserunt: Voconius seu etiam Buconius dictus, episcopus

[1]) Cf. de auctore nostro Fessler-Jungmann § 198; Hist. littér. de la Fr. II, 305-16; 756; Nirschl III § 213 s.; Kihn KL. XII, 985—89.

[2]) Ita olim Anthelmius; nostra aetate Ommaney A critical dissertation on the Athanasian cred. Its original language, date, authorship, titles, text, reception and use, Oxforde 1897. Jam a. praecedente Burn The Athanasian Creed and its early commentaries Cambridge 1896 conjecit symbolum istud ineunte sec. V. fuisse compositum et quidem in insula lerinensi.

[3]) Ita Kihn l. c., verum Vincentii nomen plures eo tempore gestarunt, quare ex nominis identitate non statim inferenda et personae identitas.

[4]) Ita teste Gennadio c. 73 „Asclepius Afer in bajensi territorio vicini

Castelli in Mauritania, qui teste Gennadio c. 78. scripsit „adversus Ecclesiae inimicos, Judaeos et Arianos et alios haereticos. Composuit etiam sacramentorum egregium volumen“: quorum librorum tamen nihil superest. — Hujus ut videtur successor Cerealis disputavit 478 Carthagine cum Maximino episcopo ariano, cujus summam exhibuit in l. *de fide s. Trinitatis* saepius edito, ut in bibl. max. lugd. t. VIII Lugduni 1677; in Migne P. L. LVIII, 757—68. — „Victor Cartennae, teste Gennadio c. 77, Mauritaniae civitatis episcopus, scripsit *adversus Arianos* l. unum et longum, quem Genserico regi per suos audiendum obtulit, sicut ex prooemio libri ipsius didici. Scripsit et *de poenitentia publica* l. unum, in quo et regulam vivendi poenitentibus juxta Scripturarum auctoritatem statuit (qui l. est forte ille juxta Czapla in h. c., qui sub Ambrosii nomine circumfertur Migne XVII, 971—1004); et *ad Basilium* quendam super mortem filii consolatorium libellum spe resurrectionis perfecta instructione munitum (forte ille, ut conjicit Czapla, qui reperitur inter spuria s. Basilii Migne P. G. XXXI, 1687—1704, inscriptus *de consolatione in adversis*). *Homilias* etiam composuit multas, quas a fratribus salutis propriae sollicitis in libris digestas servari cognovi.“ Harum sicut et primi libri nihil superesse videtur. — Tribuitur ei et *chronicon,* quod tamen suppositum alii censent.

213. Contra Priscillianistas [1]) pugnavit Syagrius qui, ut refert Gennadius c. 65, „scripsit *de fide* adversum praesumptuosa haereticorum vocabula, quae ad destruenda vel immutanda s. Trinitatis nomina usurpata sunt, dicentium Patrem non debere Patrem dici, ne in Patris nomine Filius sonet, sed ingenitum et infectum ac solitarium nuncupandum, ut quidquid extra illum in persona est, extra illum sit in natura, ostendens et Patrem posse quidem dici ingenitum, licet Scriptura non dixerit, et ex se genuisse in persona Filium, non fecisse; et ex se protulisse in persona Spiritum s., non genuisse, neque fecisse. Sub hujus Syagrii nomine septem *de fide et regulis fidei* ll. praetitulatos inveni, sed quia lingua variantur, non omnes ejus esse credidi.“ Haec scripta videntur adhuc superesse, sed inedita tantum in cod. mscr., teste Morin in diss. Pastor et Syagrius deux écrivains perdus du cinquiéme siècle in Revue Bened. 1893 X, 385—394; 1895 XII, 388. — Eodem fere tempore vixit hic Pastor, episcopus

(f. vici non) grandis episcopus scripsit adversus Arianos et modo (c. 490) adversum Donatistas scribere dicitur. In docendo autem ex tempore grandi opinione celebratur.“ Nihil horum scriptorum reliquum est. — Alius, cui teste Gennadio c. 86, nomen est Servus Dei, episcopus, „scripsit adversum eos, qui dicunt, Christum in hac vita degentem non vidisse carneis oculis Patrem, sed post resurrectionem ex mortuis et ascensionem in coelos, cum translatus est in gloriam Dei Patris, profectus scil. ei dantes et remunerationem martyrii; in qua scriptura ostendit et disputatione sua et ss. Scripturarum testimoniis, Dominum Jesum ab ipso ejus conceptu per Spiritum s. facto et partu ex Virgine, quod Deus verus in homine vero ipse quoque homo Deus factus natus est, semper carnis suae oculis et Patrem vidisse et Spiritum s. per specialem et unitam Dei et hominis societatem.“ Liber tamen hic periit.

[1]) De his ad Leonem M. scripsit Turibius patria Taurinensis ex nobili familia de Becutis episcopus asturicensis in Hispania († 460), cui ille respondit praeclara ep. et prolixa 15 (inter opusc. selecta ss. PP. Oeniponte 1874 XXV, 118—151). Ejus est etiam ep. *de ecclesiarum hispanicarum statu* seu de non recipiendis in auctoritatem fidei apocryphis scripturis et de secta Priscillianistarum ad Idatium et Ceponium, apud Baronium ad a. 447. inter ep. s. Leonis post 15. Multa de eo habet Nic. Antonius Bibl. hisp. vet. I l. 3 n. 96—111. Cf. Fabricius III, 570.

hispanus, de quo Morin l. cit. disserit, qui »composuit libellum in modum *symboli* parvum totam paene ecclesiasticam credulitatem per sententias continentem, in quo inter ceteras dissensiones, quas praetermissis auctorum vocabulis anathematizat, Priscillianos cum ipso auctoris nomine damnat (Gennadius c. 76).« Jam vero hic libellus non videtur esse nisi professio, quae cum 18 anathematismis concilio Hispaniae et Lusitaniae plenario Toleti 447 habito tribui solet (apud Denzinger Enchird. symb. et definit. n. XV), ut Morin in diss. cit. ostendere nititur.

214. Origenistis et Apollinaristis se opposuit Antipater bostrensis in Arabia, insignis scriptor, qui circa medium hujus sec. floruit. Scripsit *confutationem apologiae Origenis,* quam Eusebius caesariensis cum Pamphilo elaboraverat (p. 63); tr. *contra Apollinarem, homilias,* quorum fragmenta cf. in Migne P. G. LXXXV, 1763—96. Duas homilias graece et latine edidit primum Ballerini in Sylloge monum. ad mysterium conceptionis immac. V. Deiparae illustrandum, Romae 1856 t. II. p. 2 p. 5—26 scil. *in s. Joannem B.,* et alteram *in salutationem Deiparae* ib. p. 445—469. Cum aliis episcopis in ep. *ad Leonem* imp. a. 458 Timotheum Aelurum rejecit et synodum chalcedonensem probavit (Labbe coll. XIX, 1423 seu in suppl. Baluzii). In conc. oecumenio VII. magni facta est ejus auctoritas[1]).

215. De gratia disputavit Faustus, natus exeunte sec. IV. vel ineunte V. in Britannia insula. In literis humanioribus bene institutus monachis lirinensibus se adjunxit, adeoque in virtute profecit, ut s. Maximo in abbatis munere 433, dein et in cathedra rejensi (Riez) episcopus successerit (462, juxta alios c. 455). In episcopatu administrando eximium se praebuit pastorem ac severam monachi vitam secutus, gestis, sermonibus scriptisque magna in Gallia auctoritate fruebatur. Propter fidem contra Arianos strenue defensam in exsilium missus est ab Enrico Visigothorum rege ariano (478) mansitque exsul usque ad hujus regis mortem (484 vel 485). Obiisse censetur circa a. 490 (juxta alios c. 485 vel 493) et in Gallia meridionali inter sanctos colitur, quamvis hic cultus ab Ecclesia universali non fuerit receptus. — Haec ejusdem sunt opera: Libri II *de gratia Dei et libero arbitrio* (non prorsus integri judice Engelbrecht) contra Lucidum presbyterum, qui praedestinatianismi propugnaverat errores atque docuerat peccato originali liberum periisse arbitrium[1]). Quo in negotio habitae sunt synodi arelatensis (475) et lugdunensis (476) damnatique errores, quos et ipse Lucidus reprobavit et retractavit edito libello emendationis (apud Mansi coll. conc. t. VII, 1010—1012; Canisium lectiones ant. t. 1 ed. Basnage etc.), quem forte ipse Faustus dictavit vel inspiravit. Verum quamvis in suo op. (Migne LVIII, 783—836) Faustus impugnet et Pelagium et duros Praedestinatianismi errores, multis tamen[2])

[1]) Cf. Hergenröther KL. I², 968.

[1]) Cf. de Lucidi erroribus Petavium de Verbo inc. XIII, 7; Fritz KL. VIII, 199 s.

[2]) Dicimus multis, nam non desunt, qui Faustum ab erroris macula purgent. Ita Stilting in actis SS. Sept. VII, 609-667; Sirmond IV, 420; Heller Fausti regiensis fides in exponenda gratia Christi, Monachii 1854. Cf. de ejus adversariis jam antiquis imo supparibus et aqualibus Hist. lit. de la Fr. II, 596 ss. Ceterum de Fausti ll. postmodum (a. 520) consuluit Possessor ep. africanus s. Hormisdam (inter hujus ep. 114 ed. Thiel), qui in sua responsione (ep. 124) de doctrina eorundem judicium non protulit, sed solum pronunciat, eos in auctoritate non esse habendos. Cf. Woerter zur Dogmengesch. des Semipelag. Münster 1900, ubi fuse de Fausti doctrina disserit.

declinasse videtur in Semipelagianorum opiniones multum tunc per Galliam meridionalem diffusas, imo fuisse eorum apologetam: hinc ejus de gratia doctrina fuit impugnata, nominatim a s. Fulgentio ruspensi. — *De Spiritu s.* ll. II, in quibus „ex traditione symboli occasione accepta . . . ostendit eum juxta fidem patrum et consubstantialem et coaeternalem esse Patri et Filio ac plenitudinem Trinitatis, ob id etiam Deum.“ Hoc opus olim tributum fuit Paschasio diacono, qui etiam de Spiritu s. scripsit (Migne LXII, 9—40); sed illud esse Fausti probant et haec Gennadii descriptio, et dicendi genus, et codicis optimi auctoritas[1]). — Scripsit adversus Arianos et Macedonianos parvum libellum, in quo coessentialem praedicat Trinitatem[2]), quem aliqui putant esse anonymum *Breviarium fidei* adversus Arianos (Migne P. L. XIII, 653—672), vel l. *de ratione fidei* ad objecta quaedam responsio primum sub Fausti nomine a Sichardo editum in Antidoto contra diversas omnium fere seculorum haereses Basileae 1528 p. 239—40; ab Engelbrecht in appendicem relatum p. 453—459; vel *librum testimoniorum fidei* sub Augustini nomine primum a. 1888 a Pitra editum[3]) in Analectis sacris V, 147—158; vel partem esse ep. III. Fausti (LVIII, 837—845), vel periisse. — Supersunt et aliquot *epistolae* (12), ut ad anonymum (3) „adversus eos, qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum, in quo et divinis testimoniis et patrum confirmat sententiis nihil credendum incorporeum praeter Deum[1]). Est ejus epistola in modum libelli ad diaconum quendam Graecum (seu Gratum) nomine data[2]), qui a fide catholica discedens ad nestorianam abiit impietatem. In qua ep. admonet eum credere s. Mariam V. non hominem purum genuisse, qui postea susceperit divinitatem, sed Deum verum in homine vero (Gennadius c. 85).“ Ep. 5. est *ad Paulinum*[3]), in qua ad

[1]) Cf. Engelbrecht in proleg. suae edit., qui illud primum sub Fausti nomine edidit. Paschasium diaconum c. 492—512 *de Spiritu s.* libros rectissimos et luculentissimos scripsisse testatur s. Gregorius M. dial. IV, 40. Verum ejusmodi libri nuspiam comparent, hinc diu ll. 2 Fausti nostri de Spiritu s. ipsi tribuebantur. Paschasii hujus exstat tantum *epistola* ad Eugippium vitae s. Severini auctorem (Migne LXII, 39. 40). In electione Symmachi papae 498 stetit pro Laurentio illius aemulo. Cf. Bardenhewer KL. IX, 1551.

[2]) Cf. Czapla in comment. ad Gennadii de vir. ill. c. 85.

[3]) S. Baeumer Ztschr. für k. Theol. 1889 p. 740 s. contra Pitra tuetur, hoc opusculum non esse s. Augustini, sed Fausti vel saltem retractationem operis ejusdem ob similitudinem idearum, methodi et stili, quam inter illud et hujus opera vigere censet.

[1]) Contra hanc Gennadii opinionem seu potius errorem Claudianus Ecdicius Mamertus antea monachus, dein sub fratre episcopo viennensi hujus ecclesiae presbyter, arte dialectica et eloquentiae laude celeber († c. 473 vel 474) composuit *de statu* (seu substantia) *animae ll. III*, in quibus satis solide tuetur et erudite animae incorporeitatem, ut tamen in alium incidat errorem angelis tribuens corpus. Magnis encomiis celebrat illud opus Sidonius l. IV ep. 3. 11. Cf. A. C. Germain de Mamerti Claudiani scriptis et philosophia diss., Montispesuli 1840 in 8; R. de la Broise M. Claudiani vita ejusque doctrina de anima hominis (Thesis), Parisiis 1890. Claudiani opera (scil. hoc opus et duae ejus ep.) prodierunt in Gallandi bibl. PP, X, 415-460; Migne P.L. LIII, 694—790; in corp. script. eccl. lat. cura Engelbrecht t. XI., Tribuunt ipsi nonnulli celebrem hymnum: „Pange lingua gloriosi lauream certaminis,“ pluribus tamen refragantibus, secundum quos est Venantii Fortunati. Cf. Hist. lit. de la France II, 442—454; Nirschl III, § 256; Schroedl KL. VIII, 584ss.; Ebert I² l. III c. 20. — De ejus fratre s. Mamerto archiep. viennensi († 475—76). Cf. Tillemont XVI, 104. Hist. lit. II, 480—486.

[2]) Cf. de hoc Graeco Hist. lit. de Fr. II, 317—20.

[3]) Controvertitur quinam fuerit hic Paulinus, cum hoc nomen tunc satis commune esset in Gallia. Cf. Hist. lit. II, 461—65.

quaestiones plures sibi propositas respondet, sed non semper satis bene, ut jam notat Avitus ep. viennensis; ep. 5. *ad Felicem* Praetorii praefectum est fortis exhortatio ad poenitentiam (ante a. 480). — Epistolae (cum ep. Ruricii lemov.) prodierunt cur. Br. Krusch adjectae ed. opp. Ap. Sidonii ed. Chr. Lütjohann in Mon. Germ. hist. auct. ant. VIII, 265 ss. — *Sermones* frequenter habuit, sed admodum difficile est genuinos cognoscere, cum ejus discipuli et aequales, Caesarius arelatensis in primis, sermonibus ipsius saepe usi sint paucis immutatis, ex iisque novos compilarint[1]). Eorum XXXI edidit Engelbrecht. Opera Fausti seorsim prodierunt, collecta ea habes apud Migne P. L. LVIII 783—890 col. LXVIII; accuratam ed. curavit Aug. Engelbrecht in corp. script. eccl. lat. t. XXI. Viennae 1891, cui ed. subjecit Patristische Analekten, ib. 1892. Omisit interim opuscula ab aliis Fausto asserta et tr. *de symbolo* a Caspari repertum, qui illum cum duabus homiliis *de symbolo* edidit Kirchenhist. Anekdota Christiania 1883 p. 315—41, et Alte und neue Quellen etc. ib. 1879 p. 250—281. Morin tribuit (ib. VIII, 97—104) tr. *de septem ordinibus Ecclesiae* (inter opera Hieronymi Migne XXX, 148—162), refragante tamen Engelbrecht Patrist. Analekten p. 1 ss., cujus sententiae accessit Morin l. c. 1892 IX, 425.

216. Plures insurrexerunt contra Nestorii errores[1]). Ita in ipso Oriente Eusebius omnium primus, quamvis laicus adhuc, Nestorio suam haeresim proponenti et nomen Deiparae explodenti statim obstitit ejusque *obtestatio* Constantinopoli publice proposita adversus impios Nestorii sermones exstat inter Marii Mercatoris opp. p. II. p. 18—19. Postea Dorylaei in Phrygia episcopus factus, pariter contra Eutychen, alioquin amicum, et Dioscurum fidem veram publice defendit. Hinc in latrocinio ephesino (449) cum aliis orthodoxis depositus est; sed ipse s. Leonem appellavit, quam appellationis epistolam reperit ediditque Amelli in op. S. Leone M. ed il Oriente, Romae 1882; Montecassino 1890; Mommsen in N. Archiv d. Ges. f. n. d. Gesch. 1886. XI, 364—67. In conc. Chalcedonensi declaratus est innocens. — S. Proclus, s. Chrysostomi quondam amanuensis et ab Attico ordinatus episcopus cyzicenus (426), sed presbyteri munere fungens in ecclesia constantinopolitana, cum a grege suo non fuerit receptus, oratione

[1]) Cf. Morin Revue Bénéd. 1892 IX, 49—61; W. Bergmann Studien zu einer krit. Sichtung der südgall. Predigtliteratur des 5. und 6. Jahrh. I. Der handschr. bezeugte Nachlass des Faustus v. R.. Leipzig 1898 (Studien zur Gesch. der Theol. und der Kirche I, 4.) col. C. Weyman hist. Jahrb. 1899 XX, 128, qui summum hujus inquisitionis exhibet.

[2]) Cf. de Fausto Koch der hl. Faustus B. von Riez Stuttgart 1895; Hist. lit. II, 585—619; 766; Bardenhewer § 111; KL. IV, 1279; Fessler-Jungmann § 233; Engelbrecht in prol. suae ed. et Studien über die Schriften des B. v. Reji Faustus, Wien 1889; Baeumer über drei verloren geglaubte Schriften des Faustus v. R., Katholik 1887. II, 386-406, qui ei asserit non solum li. 2 *de Spiritu s.*, sed et *Breviarium fidei* adversus arianos, et dialogum *de ss. Trinitate* etc., de quo cf. infra p. 407.

[1]) Contra Nestorium scripsit etiam quidam Cyrus scriptor alioquin plane ignotus, de quo solus Gennadius c. 81 scribit: „Cyrus genere Alexandrinus, arte medicus, ex philosopho monachus, vir dicendi peritus, scripsit adversus Nestorem prius eleganter et fortiter, modo autem, dum in illo minus invehitur et syllogismis magis quam Scripturis agitur, Timotheanum dogma fovere coepit. Denique ambiguus etiam sui suspendit animum a consensu chalcedonensis decreti, nec aequiescendum putat, Filium Dei duabus post incarnationem constare naturis.“ Hinc idem forte videtur cum illo Cyro, cujus meminit Ennodius Dict. VI (cf. Migne LXIII, 274), qui Dioscuri fuit assecla.

coram Nestorio habita doctrinam de mysterio incarnationis sinceram recte exposuit[1]), cui Nestorius statim sermone extemporali respondit, atque singulas illius orationis partes singulis sermonibus vehementer est aggressus. Postea (434) factus est episcopus constantinopolitanus deque componenda pace inter episcopos ob controversias nestorianas turbata admodum fuit sollicitus († 12. Jul. 446). Ejus memoria agitur 24. Oct. Supersunt aliquot ejusdem *orationes* egregiae (25) et *epistolae* in Migne P. G. LXV, 679—890, inter quas est insignis tomus *ad Armenos,* in quo Theodori mopsuesteni egregie refellit errata. Eum transmiserat Joanni antiocheno probandum, qui cum episcopis simul congregatis absque ulla haesitatione eidem subscripsit. Fragmentum liturgicum *de traditione divinae missae* (ib. 849—852) non caret pretio, sed dubiae omnino est originis. De opp. ejusdem versione syriaca cf. Duval La Lit. syr. p. 316. Deest hactenus ed. critica operum ejusdem, neque orationum, quae ejus prae se ferunt nomen, satis certa est genuinitas.

217. Theodotus Ancyrae in Galatia episcopus († ante a. 446) strenue cum s. Cyrillo doctrinam orthodoxam contra Nestorium suum quondam amicum defendit. Supersunt ex ejus scriptis *Expositio Symboli nicaeni;* insuper *homiliae sex,* quarum tres habuit in conc. ephesino et in quibus, sicut et in sua expositione errores Nestorii refellit[1]). Tribuitur ipsi quoque prolixa *oratio* in honorem s. Georgii, quam primum edidit E. A. W. Budge The martyrdom and miracles of St. George, Coptic and English, Londini 1889 p. 83—172; 274—331. Exhibent ejus opera Gallandi Biblioth. PP. IX, 423—478; Migne P. G. LXXVII, 1313—1432. — Quibus addantur[2]) Memnon tempore concilii ephesini hujus urbis episcopus (431—444), qui fideliter s. Cyrillum juvit in causa fidei tuenda adeo ut a Nestorii fautoribus fuerit depositus cum s. Cyrillo, quam tamen sententiam synodus mox rescidit; exstat ejus ep. ad clerum constantinopolitanum (Migne P. G. LXXVII, 1463—66). — Dalmatius s. Cyrilli amicus, archimandrita, postea Cyzici episcopus, cujus supersunt *ep. duae* et *apologia* (Migne LXXXV, 1797-1802). — Firmus Caesareae, Cappadociae episcopus († 438), cujus *epistolis 45* brevibus fruimur (apud Gallandi IX; Migne P. G. LXXVII, 1481-1514). — Acacius melitinensis episcopus propter partem, quam habuit in tuenda causa catholica, a Nestorii fautoribus sacerdotio et communione privatus, qui homiliam habuit Ephesi (Migne ib. 1467—72) et Amphilochius sidensis seu sidenus (ib. 1515—1516), cui tamen constantia defuit in latrocinio ephesino cum Dioscuro conspirans; maculam tamen eluisse videtur subscribens ejusdem damnationi in concilio chalcedonensi prolatae. — Inter Joannem antiochenum et s. Cyril-

[1]) Haec est oratio omnium laudibus celebrata, quam edidimus cum alia inter opuscula selecta ss. PP. t. XII, 12—39. Cf. Ehrhard KL. X, 451. — In Auctario Ducaei t. II, Parisiis 1624, reperitur homilia *de s. Deipara* Chrysippi Cappadocis in monasterio Laurae oeconomi a. 455, presbyteri et praefecti ecclesiae resurrectionis et custodis s. crucis Hierosolymis († 478/79); et ejusdem *encomium s. Joannis B.* in bibl. concionatoria Combefisii, Parisiis 1662 t. VII. In vetere cod. ei tribuebantur, teste Photio cod. 171 (Migne CIII, 499 ss.) *historia Gamalielis* magistri s. Pauli et Nicodemi, et *laudatio Theodori M.*

[1]) Zeck KL. 11.e, 1547; Bardenhewer 77 n. 12.

[2]) Huc forte referri etiam possunt Basilius diaconus et archimandrita et Thalassius lector, qui monachorum CP. degentium nomine ob vexationes sibi a Nestorio illatas c. a. 430 scripserunt ad Theodosium imp. atque concilii oecumenici celebrationem exposcunt. Habes eas literas in Migne P. G. XCI, 1471—1480.

lum mediatoris munere functus est Paulus emesenus, qui in concilio ephesino ex Joannis stetit parte. Neque sine fruge de pace fuit sollicitus, eaque occasione homiliis sanam fidem spirantibus alexandrinam laetificavit ecclesiam. Quare ipse Cyrillus ejus dicta pro concione confirmavit. *Homilias* reperies in Migne P. G. LXXVII, 1433—44.

218. Ex Syris Nestorio se opposuit praeter Isaac Magnum, de quo infra n. 222, Rabulas (Rabbulas) n. medio seculo IV patre divite, sed ethnicae superstitioni addicto, in civitate Kenneschrin (graecis Calchis). Visa mira sanatione invocatione nominis Christi impetrata fidem amplexus est christianam c. a. 400, peregrinationem suscepit ad loca sancta et in Jordane est baptizatus. In patriam reversus bona sua inter pauperes distribuit atque cum uxore vitam professus est monasticam. Anno 411 vel 412 electus est in episcopum edessenum. Cum causa ageretur in concilio ephesino Nestorii, initio quidem stetit ex parte Joannis (cf. p. 352), sed errore agnito Cyrillo se adjunxit in oppugnanda haeresi nestoriana, ejusque tr. *de recta fide* syriace vertit (quam versionem edidit Bedjan inter acta martyrum et sanctorum V, 628—698, atque etiam Pusey in sua ed. illius opusculi, cf. supra l p. 359). Imo Constantinopolim se contuit ibique Nestorium est aggressus habito prolixo sermone praesente Theodosio imp. Cum Nestorii asseclae ad Theodori mopsuesteni scripta provocarent, eum excommunicavit tantoque ardore impugnavit, ut iram Joannis antiocheni in se provocaret, qui et ipsum communione privavit: imo etiam in se Edessenos concitavit, nam duce Iba vel ex cleri parte commotio est orta († 7. Aug. 435). — Ex ejus operibus supersunt *canones* seu vivendi regulae pro clero, *hymni* pro officiis liturgicis, fragmenta *epistolarum*, quas zelo fidei scripsit presbyteris, regibus, magnatibus, monachis etc., inter quas est ep. *ad Andream* episcopum samosatenum, quem redarguit, quod scripserit[1]) adversus s. Cyrilli alex. anathematismos XII, *ad episcopos Armeniae*, quos contra haereseos venena praemunit etc., homilia *de b. Maria V.* (non integra et syriace versa), qua demonstrat b. Mariam V. vere et jure vocari Dei genitricem[2]). Magni factus est a s. Cyrillo al., qui in ep. 74 al. 55 ad eum data (Migne LXXVII, 347) „Semper quidem, inquit, tua splenduit sanctitas, praecipue autem modo, facta omnibus Orientalibus columna et firmamentum veritatis.“ Habes quae supersunt opera collecta ab Overbeck inter *s. Ephraemi Syri, Rabulae, Balaei aliorumque opera selecta* e codd. syriacis, Oxonii 1865 p. 210—248; 362—378, ubi p. 159—209 legitur prolixa oratio panegyrica *de Rabula* a quodam ejusdem discipulo composita (etiam apud Bedjan IV, 396); germanice versa habes pleraque a Bickell inter Ausgewählte Schriften der syr. Kirchenväter Aphraates, Rabulas und Isaak von Ninive, Kempten 1874 p. 153—271. Cf. Nirschl III § 237; Th. Lamy S. Rabulas Ev. d'Edesse in Revue cath., Louvain 1868 II, 519 s. — „Samuel edessenae ecclesiae presbyter, teste Gennadio c. 82, multa adversus Ecclesiae inimicos syro sermone construere dicitur, praecipua tamen intentione contra Nestorianos et Eutychianos et Timotheanos novellos, sed sibi diversos haereticos. Unde et frequenter triformem bestiam ecclesiastica insemel sententia cum auctoritate ss. Scripturarum summa-

[1]) Fragmenta hujus scripti asservavit nobis Cyrillus in sua *apologia anathematismorum* (cf. supra 349). Literae ejusdem ephesinae exhibentur passim in Synodico adversus Irenaei tragoediam Migne P. G. t. LXXXIV (inter opera Theodoreti).

[2]) Fessler-Jungmann § 195; Duval La Littérature syr. pag. 341—43.

timque ferit" etc. Sed nihil amplius superest. Floruit c. a. 467.

219. In Occidente praeter Capreolum episcopum carthaginensem († ante a. 439), cujus supersunt duae *epistolae* (una ad conc. ephesinum de una Christi veri Dei et hominis persona Gallandi IX, 490, Migne LIII, 843—858) et forte *tres sermones* inter sermones s. Augustini attributos[1]): incarnationis mysterium exposuit, vindicavit illustravitque Joannes Cassianus, cujus illustre nomen fuit per Galliam. Natione fuit Scytha, si fides Gennadio (c. 61), qui hac in re testis videtur fide dignus[2]), juxta alias Gallus, n. inter 350—60. Vix pueritiam emensus monasterium Bethlehemi petiit, ubi diu familiariter cum quodam Germano conversatus in via sanctitatis et in literis plurimum profecit. Inde circa 390 cum amico suo majoris perfectionis desiderio aestuans bis sanctorum eremitarum praecipuos in abditissimis etiam Aegypti desertis latitantes invisit atque praeclarissima virtutum documenta collegit, quae deinde literis consignavit, unde inter ascetas immortale sibi peperit nomen. Peregrinatione longa per annos fere decem feliciter peracta Constantinopolim venit, ubi gratiam et familiaritatem sibi conciliavit s. Joannis Chrysostomi, qui ipsum diaconum ordinavit. Orta in s. praesulem tempestate nomine cleri constantinopolitani Romam abiit Innocentii I. auxilium imploraturus (405). Inde in Galliam transiit atque Massiliae substitit, ubi (si non Romae) presbyter est ordinatus. Condidit hic duo i. e. virorum et mulierum monasteria. Illi ipse praefuit atque ad tantum perduxit florem, ut ad quinque monachorum millia rexisse feratur. Obiisse conjicitur circa a. 435 (juxta alios a. 433, vel 448 vel 450) etc.

220. Rogante Castore episcopo aptensi scripsit intra a. 419—428 „experientia magistrante, ut inquit Gennadius c. 61, librato sermone et, ut apertius dicam, sensu verba inveniens et actione linguam movens, res omnium monachorum professioni necessarias", scil. *de institutis coenobiorum ll. XII,* in quibus primum agit „de habitu et de canonico orationum atque psalmorum modo, qui in monasteriis Aegypti die noctuque tenetur" deque susceptione novitiorum (ll. 1—4), dein (ll. 5—12) monachos instituit ad certamen spirituale adversus octo vitia principilia seu capitalia[1]). — Hoc opus excipiunt *Collationes XXIV,* prioris operis veluti continuatio et complementum. Exhibet enim in illis eorum quasi medullam, quae cum Germano individuo religiosae professionis sodali itinerisque socio fidissimo viva voce edoctus a celeberrimis Aegypti anachoretis didicerat, eaque ad profectum pertinent magis internum cordisque perfectionem. Utrumque opus, sed prae primis hoc alterum a probatissimis vitae asceticae magistris quam maxime tironibus fuit commendatum, et medio aevo a religiosis assidue lectitatum: sed dolendum illud Semipelagianorum erroribus infici, quorum vestigia jam

[1]) Cf. Kaulen KL. II², 1925.

[2]) Cf. Hoch Theol. Qtlschr. 1900 LXXXII, 43, qui hanc tuetur sententiam; sed en Merkle ib. 419—442 statuit antithesim: Cassian kein Syrer, cum et testimonium Gennadii in dubium vocari possit, nam lectio „scytha" non est extra controversiam aliisque ex rationibus. Diss. conclusio est: Unser Resultat lässt sich in die Worte zusammenfassen: Cassian stammt sicher nicht aus Syrien, schwerlich aus Südgallien, höchst wahrscheinlich aus der Dobrudscha. Pro Gallia stant Grützmacher Realencycl. III³, 746; Petschennig in prol. ed. suae IV etc.

[1]) Ex prioribus 4 ll. epitomen unico volumine composuerat Eucherius lugdunensis, quae in graecum fuit conversa. Eam versionem cum interpretatione latina Montfaucon edidit inter opp. s. Athanasii III, 366 ss.; novam ed. exhibet Wotke, Wien 1898.

in variis collationibus reperiuntur, ita tamen ut benigna interpretatione excusari forte adhuc possent, nisi demum coll. XIII. *de protectione Dei* ita aperte proderentur, ut excusationi locus jam non sit, adeo ut s. Prosperum moverint ad scribendum contra nostrum Collatorem (cf. supra p. 344). Dolendum quoque est, Collationum textum nimia scribarum licentia vel negligentia admodum a puritate originali deficere[1]). Propter operis utilitatem correctis in annot. erroribus illud edidimus inter opusc. selecta SS. PP. t. III. alt. ser. Oeniponte 1887. — Demum rogatus a Leone archidiacono (postea romano episcopo) scripsit adversus Nestorium erudite et accurate stilo plano et perspicuo *de incarnatione Domini* libri septem, in quibus probat, J. Christum non fuisse hominem solitarium, sed ipsum Dei Filium, Deum de Deo caro factum, unam proinde in Christi esse personam ideoque Mariam V. Dei esse genitricem (inter opuscula a nobis edita t. XXII, Oeniponte 1876). — *Opera*[2]) collecta prodierunt cura Al. Gazaei Duaci 1616 t. 3 in 8; Attrebati 1628 in f., ed. longe praestantior commentariis copiosis illustrata; recusa Parisiis 1642; Francofurti 1722; Lipsiae (potius Amstelodami) 1733 in f., Migne P. L. XLIX s. Optimam ed. curavit Petschenig Viennae 1886—88 t. 2 (in corp. script. eccl. t. XIII. XVII): introductio tamen historica in vitam et scripta Cassiani non omnibus satisfacit. Pluribus in locis colebatur inter sanctos, Massiliae ejus festum celebratur solemniter 23. Julii, et Ecclesia graeca ejus memoriam agit 28. vel 29. Febr. Quominus in universa Ecclesia colatur, tribui debet ejus errori circa salutis initium.

221. Nestorio damnato surrexit haeresis eutychiana, quae admissa in Christo personae unitate in aliud incidit extremum asserens post incarnationem unam tantum fuisse naturam, unde monophysitismi accepit nomen. Contra hanc duce s. Leone M. plurimi pugnarunt, ut Theodoretus (de quo cf. p. 363), Julianus coënsis episcopus († 458), magis tamen gestis ut s. Leonis per Orientem legatus[1]) et vicarius: hinc plures hujus pontificis ad eum exstant epistolae; ipsius vero exstat tantum *ad Leonem imp.* ep. pro conc. chalcedonensi contra Timotheum Aelurum haereticum[2]), sedis alexan-

[1]) Qua de re conqueruntur Reifferscheid et Petschenig in diss. über die textkritischen Grundlagen im 2. H. von Cassians Conlationes (Sitz.-Ber. der Wiener Akad. CIII, 491—519), ubi inter alia censet: Die Ausgaben Cassians haben im Texte des 2. Th. (coll. 11—17) so gut wie keinen selbständigen Wert.

[2]) Plura de auctore nostro cf. apud editores, Fessler-Jungmann § 223 s.; Bardenhewer § 96; Hist. lit. de la Tr. II, 215—30; 747; Tillemont XIV, 157—88 Cuypers in syll. hist. de s. Jo. C. in actis SS. ad 23. Jul. V, 458—82 ed. Antwerp.; Pohle KL. II, 2021—5; Nirschl III, § 211 s.; Hoch Lehre des Joh. Cassianus von Natur und Gnade Freiburg 1895; Wörter Beiträge zur Dogmengesch. des Semipelagianismus, Paderborn 1898.

[1]) Paschasinus Lilybetanus in Sicilia episcopus concilio chalcedonensi nomine s. Leonis cum Lucentio Asculi episcopo et Bonifatio presbytero interfuit primusque subscripsit. Ejus ad s. Leonem ep. *de paschatis observatione*, passim exstat inter s. Leonis ep.; in Bucherii comment. in Victorii Aq. canonem pasch., Antverpiae 1633. 1664 etc. In Genserici invasione multa passus est cum suo grege ipseque captivitatem incidit (454.). — Ceterum de eodem argumento scil. *de festivitate paschali* exstat ep. etiam Proterii antistis alex. ad Leonem (Migne P. L. LXVII, 507—517). Hunc Dioscuri haeretici in conc. chalcedonensi depositi in sede alexandrini successorem illius asseclae auctore Timotheo Aeluro seditione facta crudelissime peremerunt 27. Mart. 457.

[2]) Ejusdem argumenti exstant *epistolae* Theotimi episcopi tomensis in Scythia (a. 457) apud Labbe t. IV; Luciani archiepiscopi Byzae, ib.; Agapiti Rhodiorum ep. ib. p. 940; Anatolii post Flavianum episcopi constantinopoli-

drinae usurpatorem contra legitimum ejusdem episcopum, in cujus etiam necem conspiraverat, in coll. conc. Labbe 14, 942. — S. Quintianus, episcopus asculanus a. 484, qui scripsit *epistolam* ad Petrum Fullonem episcopum antiochenum adversus clausulam, quam ille Trisagio addiderat, et *anathematismos* XII, quae reperies apud Hardouin coll. conc. II, 835; Migne P. G. LXXXV, 1734—42. Ejusdem argumenti epistolam scripserunt Faustus episcopus Apolloniades (484) et Antheon episcopus Arsenomis in Aegypto (cf. ibid.). — Mochimus Mesopotamenus apud Antiochiam presbyter, cujus solus Gennadius meminit c. 91, quo teste *adversum Eutychen* librum egregium (qui tamen periit) scripsit. — Joannes Antiochenae parochiae ex grammatico presbyter, juxta Gennadium c. 91; »scripsit adversum eos, qui in una tantum substantia adorandum asserunt Christum, nec aquiescunt duas in Christo confitendas naturas, docens secundum relationem Scripturarum unam in illo Dei et hominis esse personam, non unam carnis et Verbi naturam. Simul et impugnat aliquas Cyrilli alexandrini episcopi sententias incaute ab illo adversus Nestorem prolatas, quae nunc fomentum sunt et robur addunt Timotheanis.« Verum de hoc Joanne nihil praeterea innotuit, liber vero ipse interiit.

222. Inter adversarios tam Nestorii quam Eutychis numerari etiam potest, qui magnam penes Syros ob doctrinae famam, scripta et gesta auctoritatem obtinuit, Isaac ‚Magnus' vel ‚Doctor' a suis salutatus. Natus est Amidae in Mesopotamia atque magistrum habuit Edessae Zenobium [1]) praecipuum s. Ephraemi discipulum. Sacerdos ordinatus commorabatur in monasteriis prope Antiochiam, unique praefuit abbatis munere: hinc etiam ‚Antiochenus' dictus. Varias peregrinationes instituit, etiam Romam usque. Decessit grandaevus, sed quo a. non satis constat, intra a. 459—461. Reliquit quam plurima opera (c. 200), carminum subinde nimis prolixorum forma, quorum multa sunt contra Nestorianos, Eutychianos subtilioresque monophysitas, alia moralia et ascetica, quae fervorem et magnam spirant pietatem, alia temporis respiciunt eventus [1]). Utitur autem teste Assemano sermone syro ni-

---

tani sua ambitione, qua nitebatur ope concilii chalcedonensis (Can. 28) primum vindicare suae sedi locum post Ecclesiam romanam famosi († 458).

[1]) Ab hoc Zenobio distingui debet Zenobius episcopus, aequalis s. Gregorii Illuminatoris, de quo infra p. 414a. redibit sermo.

[1]) Fessler-Jungmann § 254; Nirschl § 238; Duval La Litter. syr. p. 340 s.; Bardenhewer KL. VI, 940 et § 83 n. 5, qui haec verba P. Zingerle, quibus consentit Bickell, refert: Abgesehen von einigen wenigen Stellen, wo die Erhabenheit des Gegenstandes und innere Begeisterung seiner Rede etwas höheren Schwung verleiht, bleibt er matt, breit und langweilig. Er kann sich in einem Gedanken gleichsam festfahren, so dass er ihn längere Zeit hindurch in ermüdenden Tautologien hin- nnd herwendet. Distingui hic Isaack debet ab Isaack armeno, qui pariter „Magnus" dictus est, de quo infra agemus (p. 411); ab Isaac Amidae (Diarbekeir), s. Ephraemi discipulo, qui sub Arcadio († 408) Romam venit, et in suo reditu aliquo tempore Constantinopoli moratus est, ubi et in carcerem est conjectus. Inde liberatus et redux factus est presbyter amidensis ecclesiae. Hunc eundem esse cum nostro plures censent. Alius fuit Isaac ecclesiae edessenae presbyter tempore Zenonis imp. († 491), qui Antiochiam venit sub Petro Fullone et impugnavit Nestorianos occasione sumpta ab avi, quae decantabat Trisagion; et praeter hunc fuit alius Isaac presbyter edessenus sub episcopis Paulo et Asclepiade, et horum trium Isaac meminit Jacobus edessenus in ep. ad Joannem Stylitam. Distingui pariter Isaac noster debet ab Isaac Ninivita et Isaac Syro, de quibus infra agemus, aliisque pluribus posteriorum seculorum, sat enim frequens inter Syros est nomen Isaac.

tidissimo. Operum editionem coepit cl. Bickell, sed prodierunt, quod dolendum, dira necessitate prohibente, duo tantum tomi, quibus continentur solum carmina vel carminum fragmenta (37), Giessae 1873—77; alia quaedam edidit P. Zingerle in Monum. syriacis, Oenipoute 1869; Chrestomathia syr., Romae 1871; theol. Qtlschr. Tübingen 1870 p. 92—114. Bickell etiam aliqua germanice vertit, Ausgewählte Gedichte der syr. Kirchenv., Kempten 1872. Plures hymni prodierunt etiam inter opera s. Ephraemi in ed. romana (1732—46) »quae permixtio, inquit Bickell in conspectu rei Syr. lit. p. 23 annot., hucusque prorsus ignota, justae aestimationi poëticae s. Ephraemi multum obfuit.« Testatur autem idem vir doctissimus Isaaci scriptis non solum multa contineri utilia pro historia de bellicis Persarum et Arabum invasionibus, de Arabum vita et religione, de antiquitatibus sacris moribusque sui temporis[1]). — Junior Isaaco est Balaeus (Balaj) chorepiscopus, qui juxta aliquos exeunte sec. IV. floruisse, juxta alios saltem usque ad a. 432 imo ad a. 460 vixisse dicitur. Reliquit plura carmina, quorum aliqua recepta fuere in divina Syrorum officia, aliqua edidit Overbeck *S. Ephraemi Syri, Rabulae ep. ed., Balaei aliorumque* opera selecta, Oxonii 1865; carmen *de obitu Moysis* Wenig in schola syriaca, Oeniponte 1866; germanice versa Bickell Ausgewählte Gedichte der syr. Kirchenväter Cyrillonas, Baläus, Isaac v. Antiochien und Jacob v. Sarug, Kempten 1872; recentissime K. V. Zetterstéen plura edidit in Beiträge zur Kenntniss der religiösen Dichtung Balai's nach den syrischen Handschriften des brit. Museums etc. Leipzig 1902. Ea pretiosa sunt ad evincendam Syrorum in fide cum Ecclesia catholica concordiam[1]).

223. His addantur adhuc Bachiarius natione forte Hispanus, professione monachus, »vir christianae philosophiae, juxta Gennadium c. 24, nudus et expeditus vacare Deo disponens, etiam peregrinationem pro conservanda propositi integritate elegit. Edidisse dicitur grata opuscula, sed ego ex illis unum tantum *de fide* l. legi, in quo satisfacit pontifici Urbis adversum querulos et infamatores peregrinationis suae, et indicat se non timore hominum, sed Dei causa peregrinationem suscepisse, ut exiens de terra et cognatione sua coheres fieret Abraham patriarchae«. Scripsit et opusculum *de reparatione lapsi* (monachi in crimen luxuriae). Prodierunt junctim cura Florii cum duabus diss. eruditis, Romae 1748; recusa a Gallandi t. IX, 181—202; Migne P. L. XX, 1015—62. Non desunt qui cum Schepss, Berger etc. conjiciant, eum forte sub Peregrini nomine latere, qui Priscilliani canones in epistolas s. Pauli correctis his, quae pravo sensu posita erant, sanae doctrinae reddidit, quia alioquin ‚plurima valde necessaria' erant in illis ‚utiliter ordinata'[2]).

224. Salvianus Coloniae Agrippinae vel Treviris exeunte sec. IV. natus humanis divinisque literis egregie instructus juvenis matrimonium iniit cum Palladia nondum christiana, quae tamen fidem Christi est amplexa. Vanitate seculi perspecta ex mutuo con-

[1]) Una cum Isaaco commemoratur in Historia miscellanea, quam edidit Land in Anecd. syr. t. III, Dadas monachus, qui juxta Amidam habitasse et 300 fere scripta confecisse dicitur, quibus vel s. Scripturam explicavit vel sanctorum memoriam celebravit. Haec tamen temporum injuria perierunt vel adhuc latent in mss.

[1]) Cf. Bickell KL. I, 1872.

[2]) Cf. Prooemium Peregrini episcopi in ep. s. Pauli ap. in ed. eorum, quae supersunt Priscilliani pag. 109 in Corp. scr. lat. eccl. t. XVIII Viennae 1889, ubi reperies hos canones emendatos p. 109-147.

sensu continentiam sunt professi: quo proposito Palladiae parentes, quamvis jam ad fidem Christi conversae, graviter sunt offensi: quam ob rem Salvianus ad eos placandos *epistolam* (4) misit, quae omnium ipsius epistolarum pulcherrima censetur. Interim Galliam petiit meridionalem atque in monasterium secessit lirinense, ubi s. Eucherii filios Salonem et Veranum, postea episcopos, in literis et virtute instituit. Apud Massiliam presbyteri munere est functus (ab a. f. 427), verum de ejus gestis fere nihil innotuit. Magna tamen valuit auctoritate penes aequales, caritatem suam quaquaversus diffudit atque grassantia tunc vitia novus plane sui temporis Jeremias frequenter ac strenue impugnavit. Hinc conscripsit ante a. 410 stilo perquam eleganti *ll. IV adversus avaritiam* ad Ecclesiam sub Timothei nomine: quo in op. avaritiam vel inter clericos grassantem vehementer impugnat consulitque fidelibus, in primis clericis, ut patrimonium suum Deo reddant atque Ecclesiam pauperum matrem instituant heredem. — Libri VIII *de gubernatione Dei*, praeclara providentiae divinae demonstratio ad Christianos contra eam nimis facile murmurantes: qua occasione Christianorum per imperium romanum vitia et morum corruptionem atris depingit coloribus. Ita III, 9 exclamat: »Quid est aliud pene omnis coetus christianorum quam sentina vitiorum!« hinc VII, 23 infert: »Sola nos morum nostrorum vitia vicerunt.« Quare non inepta est alia inscriptio: *De justo Dei praesentique judicio.* Opus non videtur prorsus absolutum[1]). — Ex *epistolis* supersunt tantum novem. Plurimas quoque homilias composuit pro episcopis, ut ab his ad populum haberentur, hinc juxta plures dictus est a Gennadio c. 67 »magister episcoporum« (juxta alios tamen, quia ex ejus discipulis aliqui facti sunt episcopi). Quamobrem sub aliorum nomine latent homiliae auctoris nostri. Obiit grandaevus exeunte sec. V. Meliores ed. operum ejus sunt Baluzii (cum op. Vincentii lir.), Parisiis 1663; 1669; 1684 etc.; Demetrii Barbulii, Pisauri 1729 ed. insignis in f.; Gallandi X, 1—102; Migne LIII, 9—238; Halm in Mon. G. hist. auct. ant. I, 1; Fr. Pauly Viennae 1883 in corp. scr. eccl. lat. t. VIII. — Alia ejusdem opera memorat Gennadius de script. eccl. c. 67 ut *de virginitatis bono ll. III; expositionis* extremae partis l. Ecclesiastes l. 1; *de principio Genesis* usque ad conditionem hominis carmen, quae tamen perierunt.

225. In *s. Scriptura* interpretanda praeter illustrissimos exegetas Cyrillum alex.; Theodoretum etc.; quos jam laudavimus, versati sunt[1]):

[1]) Bardenhewer KL. X, 1581—85 et 112 n. 1. War schon die Schrift ad Ecclesiam ein wertvolles Zeitbild, so ist das Werk de gubernatione Dei eine kulturgeschichtliche Quelle ersten Ranges. Die Darstellung erinnert alsbald an Lactantius, fesselt durch Reinheit und Klarheit des Ausdruckes wie durch oratorische Kraft und Eleganz, ermüdet aber auch durch Weitschweifigkeit. Fessler-Jungmann § 231; Hist. lit. de la Fr. II, 517—535; Nirschl III § 357; Ebert I² l. 3 c. 17. Hämmerle, Studien zu Salvian, Landshut Progr. des Gymnas. 1892/93; 1897; 1899; Potthast p. 995 s.; Baumgartner IV, 225—229.

[1]) Praetermittimus Nonnum Panopolitanum poetam celebrem graecum exeuntis seculi IV, cujus ingens exstat carmen ll. XLVIII constans Διονυσιακά inscriptum Bacchi in Indiam expeditionem describens, de quo cf. Baumgartner IV c. 5. Ferunt eum factum esse christianum et scripsisse metricam *Paraphrasim* Evangelii s. Joannis in Migne P. G. XLIII, 749—1228; cum apparatu literario Passow Lipsiae 1834; praesertim Scheindler ib. 1881. Verum dubia est hujus paraphrasis genuinitas. Draeseke pro more suo eam tribuere mavult Apollinario laodiceno, sed absque ratione sufficienti. Cf. Bardenhewer KL. IX², 446—448; Baumgartner Gesch. der Weltlit. IV, 67—75; Ehrhard I § 34.

S. Isidorus Pelusiota, genere Alexandrinus (n. c. 370), s. Joannis Chrysostomi in vitae sanctioris institutione et sacris literis dignissimus discipulus, qui in montibus prope Pelusium (unde ejus cognomen) vitam duxit angelicam, vitae monasticae et contemplationis exemplar. Hinc monasterii, quod incoluerat, abbas est constitutus. Fidem contra haereticos strenue defendit, a tramite virtutis devios reduxit, perfectionis studium promovit. „Pro vitae ac sapientiae suae meritis ut pater ab ipso Cyrillo et honoratus est et vocatus (Facundus herm. def. trium cap. II, 4),“ quem et ad restituendam s. Jo. Chrysostomi memoriam induxit et cui prudentia dedit consilia in tuenda fidei causa adversus Nestorium ejusque asseclas. Ob suam pietatem et doctrinam undique fuit consultus: hinc quaquaversus epistolas misit zeli sui ardentis caritatisque necnon et omnis generis eruditionis testes. Multis pro fide atque pietate exantlatis laboribus obiit post a. 434, forte c. 440. Nullos quidem reliquit in s. Scripturam commentarios, sed in suis literis ad s. Scripturae lectionem atque studium hortatur pluribusque s. Scripturae locis secundum principia scholae antiochenae affundit lumen. Praeter *literas* nihil aliud auctoris nostri superest opus: sed earum numerus est ingens (c. 2000) ll. V, magni pretii sive formam sive argumenta, quae tractat, spectes. Praeter exegeticas quam plurimae sunt dogmaticae, in quibus omnis generis impugnat haereticos atque confirmat illustratque dogmata catholica; aliae sunt asceticae, in quibus egregia tradit etiam sacerdotibus monita[1]). Habes eas in Migne P. G. LXXVIII, 177—1646: Prodierunt primum omnes collectae cura Aeg. Morel Parisiis 1638.

226. Basilius Seleuciae in Isauria episcopus in suis orationibus (41) stilo turgido et affectato concinnatis[2]) Chrysostomum sequens plures locos V. et N. Testamenti exponit (Migne P. G. LXXXV, 27—474). Omnium tamen genuinitas non est satis certa. Nominis sui famam maculavit, nam prius cum Flaviano Eutychen damnavit (448): territus tamen Dioscuri auctoritate in latrocinio ephesino (449) eundem absolvit ejusque doctrinam probavit: hinc a concilio chalcedonensi indignus est judicatus episcopatu. Cum vero approbasset Leonis I. epistolam et condemnationi Eutychis et Dioscuri consensisset, iterum inter episcopos fuit admissus. Exstat praeterea (latine tantum) ejusdem epistola *ad Leonem* imp., in qua conc. chalcedonense probat et Timotheum Aelurum sede alexandrina indignum judicat[3]). — Libri duo *de vita et miraculis d. Theclae V. et M.*

— Ab hoc Nonno distingui debet forte ille, cujus supra p. 168 a. mentionem fecimus, et Nonnus metropolita edessenus, cujus exstat ep. *ad Leonem* imp., in quo conc. chalcedonense approbat (Mansi VII, 553). — De Joanne Joseph, qui s. Scripturam graece vertit (fl. c. 449), cf. Kaulen KL. VI, 1699. Nihil amplius superest hujus versionis nisi forte in catenis mscr.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 202; Tillemont XV, 97—119; H. A. Niemeger comment. hist. theol. de Isidori Pel. vita, scriptis et doctrina, Halae 1825 (apud Migne LXXVIII, 9—902); L. Bober de arte hermeneutica s. Isidori Pel., Cracoviae 1878; Nirschl III, § 202 s.; KL. VI, 964—969; E. L. A. Bouvy de s. Isidoro Pel. ll., Nemausi 1885.

[2]) Hoc jam carpit Photius cod. 167 inter alia de eo scribens (Migne P. G. CIII, 492): „Quia nimium in tropis et figuris exquisitis satietatem parit, sive potius, quia tam assiduus in his est ac totus, nihil ut aliud sine modo occurrat, auditori fastidium et calumniandi ansam praebet, atque ad scriptoris ipsius vituperationem incitat etc.“

[3]) Mansi coll. conc. VII, 559—563. Aliorum episcoporum ejusdem argumenti *epistolas* (39), quarum aliquot jam supra n. 221 laudavimus, reperies ibid. p. 524-622 collectas et ab Epiphanio Scholastico latine versas.

iconiensis, editi Antwerpiae 1608 in 4. a Petro Pantino in ed. opp. Basilii, quae prodiit cur. Cl. Dausqueio (cum opp. Gregorii Thaumaturgi et Macarii Aegyptii), Parisiis 1622; Migne l. c. 477—618. In iis incautius sequitur l. apocryphum de itineribus Pauli et Theclae fabulis plenum[1]). Obiisse creditur c. a. 459.

227. Multa circumferuntur sub nomine Hesychii[2]) monachi in laurea s. Euthymii prope Jericho et presbyteri hierosolymitani († 439 vel juxta alios 433, 436, 440), quem Menologium graecorum ut virum interpretatione ss. Scripturarum perillustrem ac virtutibus plane eximium celebrat. Verum eorum genuinitas non est satis certa, plures enim comparent viri eruditi in antiquitate, qui nomen Hesychii gesserint[2]). Ita Faulhaber ea, quae ei apud Migne t. XCIII tribuuntur, esse distribuenda censet inter hunc Hesychium et alium, qui fuerit monachus Basilianus montis Sinai. Migne t. cit. sub nomine Hesychii haec typis dedit: *Expositio* haud parum allegorica *in Leviticum* latine tantum exstans ll. VII (787—1180), quae non videtur nostri Hesychii, sequitur enim interpres textum Vulgatae. Ab aliis tribuitur Hesychio ep. hierosolymitano 601—609, qui floruit tempore Gregorii M., vel Hesychio salonitano. — Fragmenta *in psalmos* (72) ex catenis (ib. 1179—1340). — *Epitome* (στιχηρόν) duodecim prophetarum et Isaiae in versiculos digesta appositis difficiliorum locorum interpretationibus (p. 1339—1386), in qua exhibet horum librorum summam, eosque in capita (στίχοι) distribuit. — Fragmenta in alios ll. s. Scripturae. — Συναγωγὴ ἀποριῶν καὶ ἐπιλύσεων *Collectio difficultatum et solutionum* (61) ex evangelica consonantia (1391—1448). — *Sermones* (8, ib. 1449—1480), ex quibus duo fragmenta asservavit Photius codd. 269 et 275. — *Martyrium* s. Longini centurionis (1545—1560, etiam in actis SS. Mart. II, 386—389), quod tamen solet adscribi alteri Hesychio, cujus mox mentionem fecimus. — Ἀντιῤῥητικὰ καὶ εὐκτικὰ hoc est *de ratione reluctandi atque precandi* seu duae centuriae brevium admonitionum, quae forte pars sunt majoris operis, in quo collecta erant effata patrum s. Antonio M. aequalium. Sed neque hae centuriae videntur esse nostri Hesychii, sed cujusdam Hesychii, qui Kathegumenos erat monasterii τῆς Βάτου in peninsula sinaitica intra sec. VI—VII juxta Ehrhard in Krumbacher Gesch. der byzant. Lit. ed. 2 p. 147. — Nostra vero aetate Faulhaber[1]) diligens antiquitatis scrutator primum in lucem edidit ejus *interpretationem Isaiae prophetae* Friburgi 1900; nostroque insuper asseruit commentarium *in Psalmos,* quem Antonelli quondam Romae 1746 sub s. Athanasii nomine vulgaverat (quique

---

[1]) Cf. Bardenhewer § 99 n. 1. Fessler-Jungmann § 202.

[2]) Ita praeter eos, quos in ipso textu nominamus, comparet Hesychius Salonae in Dalmatia episcopus († c. 418), s. Jo. Chrysostomi amicus, cujus ep. una ad s. Augustinum, et hujus duae ad eum exstant (inter s. Augustini ep. 197; 198. 199) et epistolae Chrysostomi, necnon et ep. (9) Zosimi pontificis (inter opusc. sel. ss. PP. a nobis edita XVIII, 137-142). — Hesychio presbytero constantinopolitano (fl. sec. VI) tribuit Photius cod. 51 (Migne CIII, 88) *in aeneum serpentem ll. IV.* „Sermo illi, inquit, ad ostentationem comparatus et concitandis affectibus meditatus videbatur. Hic orationes finguntur Moysis ad populum et hujus vicissim ad Moysen artificiosa alloquia. Dei quoque ad Moysen et populum, et horum utriusque rursum ad Deum precationis atque excusationis forma sermones compositi. Quibus orationibus magnam libri partem consumit, ingens mole volumen efficiens. Porro scriptor, quantum ex hoc opere dijudicare licet, in orthodoxis est numerandus."

[1]) Theol. Qtlschr. Tübingen 1901 LXXXIII, 226 s.

exstat in Migne P. G. XXVII, 649—1344;) quam sententiam tuetur etiam G. Mercati, vir sagacissimi judicii, in Note di Letteratura biblica e cristiana antica, Romae 1901 p. 145—175, ubi et primum edit praefationem in hunc commentarium. Alia ejusdem opera perierunt vel adhuc in msc. latent, inter quae *historia ecclesiastica.*

228. *Psalmos* alegorice interpretatus est Arnobius, junior dictus, ut distinguatur ab Arnobio siccensi (de quo cf. 103), natione ut videtur Gallus, forte presbyter vel etiam episcopus, qui floruit circa a. 460. Ratione hujus operis Semipelagianis accensetur. — Tribuuntur ei et *annotationes* ad quaedam Evangeliorum loca, quae tamen non sunt magni momenti (Migne LIII, 569—580). Juxta Grundl[1]) eae videntur scriptae jam ante Constantini M. tempora. — Dubius quoque est dialogus inscriptus: *Arnobii catholici et Serapionis conflictus* de Deo trino et uno, de duabus in Christo substantiis in unitate personae, de gratiae et liberi arbitrii concordia (ib. 239—322), ab aliis Augustino, vel Vigilio tapsensi tributus; a Baeumer[2]) ratione non improbabili Fausto rhegiensi assertus; a Grundl diss. cit. p. 529—568 monacho cuidam Romae degenti alias ignoto, qui forte etiam Arnobius vocabatur, scripsitque circa a. 452—453. »Opus est, juxta Sidonium Apollinarem ep. IX, 9 (Migne LVIII, 624), operosissimum, multiplex, acre, sublime, digestum titulis exemplisque congestum, bipartitum sub dialogi schemate sub causarum themate quadripartitum.« — Potiori videtur jure Arnobio posse tribui *Praedestinatus* sive praedestinatorum haeresis et libri s. Augustino temere adscripti refutatio, a Sirmond repertus et Parisiis 1643 editus. In cujus l. 1. recensentur a Simone ad Nestorium haereses 90, sed cum multis erratis historicis; in 2. refertur longus sermo s. Augustino tributus ad tuendum praedestinatianismum, qui tamen neque doctrinam neque stilum sapit s. doctoris. In 3. l. opinio exposita juxta semipelagianismi principia refellitur[1]). Opera haec collecta habes Migne t. LIII, 239—693.

In *Psalmos* aliosque ll. V. et N. Testamenti fragmenta ex catenis, fontibus non semper genuinis, derivata tribuuntur Ammonio[2]) presbytero et oeconomo alexandrino, qui a nonnullis junior dicitur (Migne P. G. LXXXV, 1361—1610; 1823—26), quae produnt interpretem insignem. Subscripsit quoque a. 458 epistolae episcoporum Aegypti ad Leonem imp. pro defensione conc. chalcedonensis.

229. Salonius, filius s. Eucherii, discipulus in monasterio lerinensi magistrorum illustrium, s. Honorati, s. Hilarii, Salviani et Vincentii, episcopus forte genevensis († 475) reliquit in forma dialogi cum fratre suo Veranio, episcopo, ut videtur, venciensi, brevem explicationem mysticam in parabolas Salomonis[3]) seu dialogos duos, unum *in Proverbia,* alterum *in Ecclesiasten*

[1]) Theol. Qtlschr. 1897 p. 555—568.
[2]) Katholik 1887 II, 398—406.

[1]) Hist. lit. de la France II, 342—52. Bardenhewer § 111 n. b. et KL. X, 260.
[2]) Anastasius Sinaita in l. *Viae dux* c. 13. 14 (Migne LXXXIX, 236. 244 ss.) quaedam adducit ex libro Ammonii alex. contra Julianum Halicarnasseum eutychianae sectae antesignanum, qui tamen vixit sec. VI. Hinc forte error irrepsit, vel alius Ammonius floruit sec. VI. Cf. Bardenhewer § 99 n. 3.
[3]) Cf. Bardenhewer KL. X, 1575; Hist. lit. de la Fr. II, 433—437; 476-478; 786. Veranius interlocutor est alius a Veranio cabillonensi episcopo († 590), qui in conc. aliquo sua aetate habito egregie disseruit *de continentia* a sacerdotibus servanda. Cf. ib. III, 356; ipsum votum legere poteris apud Labbé V, 978; Hardouin III, 458.

(Migne LIII, 967—1012). — Gennadius „constantinopolitanae ecclesiae pontifex (458—471), vir lingua nitidus et ingenio acer, tam dives ex lectione antiquorum fuit, ut Danielem prophetam ex integro ad verbum commentatus exponeret. Homilias etiam multas composuit[1])“: necnon *expositionem* epistolarum s. Pauli, quae perierunt. Genadii nomen haud raro comparet etiam in catenis in varios s. Scripturae libros. Ejusmodi fragmenta saltem dubia collecta habes in Migne P. G. LXXXV, 1621—1734, ubi etiam *epistola exstat encyclica* synodi magnae constantinopolitanae sub a. 459 habitae contra simoniam in conferendis sacris ordinibus (ib. 1613—22). Sub ejus nomine edidit Alb. Jahn in Anecdotis graecis theologicis *Dialogum Christiani cum Judaeo* sive refutationem erroris judaici et ejusdem *delectum prophetiarum* de Christo, Lipsiae 1893. Eum adversus Cyrillum alex. stilo vehementi scripsisse (c. a. 431 vel 432) colligitur ex fragmentis, quae Facundus herminiansis II, 4 adducit.

230. Theodolus (Theodulus, Theodorus) presbyter in Coelesyria[2]) disseruit *de consonantia divinae Scripturae* adversus antiquos haereticos, qui propter differentiam praeceptorum vel caeremoniarum alium V. Testamenti Deum, alium esse Novi contendunt. Ostendit autem „dispensationes fuisse unius ejusdemque Dei, auctoris utriusque Scripturae, ut alia per Moysen antiquis daretur lex in sacrificiorum caeremoniis et judiciorum animadversionibus, alia nobis per Christi praesentiam in sacris mysteriis et futuris repromissionibus; nec diversa credi debere aut non uno Spiritu et uno auctore dictata, cum illa, quae si modo secundum literam observarentur, occiderent, eadem ipsa secundum spiritum intellecta vivificent.“ Ita Gennadius c. 90. Hic tamen l. intercidit: porro auctor[1]) floruit c. a. 490. — Euthalius diaconus aegyptius, cujus forte facta est mentio in conc. chalcedonensi (Mansi VI, 1096) postea episcopus sulcensis vel pselchensis epistolis s. Pauli singularem navavit operam (458). Has enim primum, nec multo post Actus apostolorum atque epistolas catholicas ad codd. celebris bibliothecae caesariensis aliosque contulit emendavitque et insuper distinxit in versus (στίχοι), in capita majora et minora, (quae distinctio multis postea seculis obtinuit), denique omnium locorum, qui ex V. Testamento aliisque tum sacris tum profanis libris a Luca aliisque hagiographis N. T. citantur, duplicem texuit catalogum; prologos etiam Actibus apostolorum et epistolis praefixit, ubi instituti sui reddit rationem. Qui labor pro critica

[1]) Gennadius de vir ill. c. 89; Bardenhewer § 99 n. 3.

[2]) Dadjesu, qui Catholici dignitate rexit ecclesiam seleuciensem (421—456), sed Nestorio addictus edidit in conc. seleuciensi (430) plures canones scripsitque juxta Ebedjesu commentarios in Danielem, ll. Regum et Syracidem, qui adhuc latent. Cf. Duval la Litter. syr. pag. 82. 176, qui aliorum duorum hujus nominis p. 156. 180 et 239, qui floruerunt exeunte sec. VI, meminit.

[1]) Alius ab eo est Theodolus, de quo Sigebertus gemblacensis de script. eccl. c. 134 haec refert: „Cum Athenis studeret, audivit gentiles cum Christianis altercantes: quorum colligens rationes reversus contulit in allegoricam *Eclogam* introducens duas personas altercantes, et tertiam de duarum dictis dijudicantem; primam vocans Pseustin a falsitate dictam, humana et fabulosa proponentem; secundum Alithiam, divina et vera opponentem; tertiam Phronesim a prudentia dictam, per quam dubia examinantur... Titulus hujus l. est Ecloga Theoduli. Hic sub clericali norma obiit immatura morte, et ideo l. suum non emendavit.“ — Trithemius tamen de script. eccl. c. 185 eum cum nostro confundere videtur, referens eum in Coelesyriam esse profectum ibique factum presbyterum et episcopum eique tribuens l. *de consonantia Scripturarum*.

sacri textus magni est momenti[1]). Eum exhibent Zacagni in collect. vet. Monum., Romae 1698, I, 401—708; Gallandi X, 197—315; Migne P. G. LXXXV, 627—790. Floruit c. a. 458. Verum hocopus videtur diversis auctoribus cooperantibus gradatim coaluisse, ut ostendit Robinson Texts and Studies III, 3 Cambridge 1895. Cf. Bardenhewer § 99 n. 6; Dobschütz Zeitschr. für Kirchengesch. 1899, XIX, 107—154. Juxta Ehrhard der Codex H. ad ep. Pauli und Euthalios diac. in Centralblatt für Bibliothekswesen 1891, VIII, 385-411 opus tribuendum est non Euthalio, qui non reperitur, sed Evragio pontico, (de quo cf. supra p. 227), cui quidem temporis lapsu quaedam fuere adjecta.

231. Denique mentio hic facienda est scriptorum quorundam armenorum, quorum ingentia sunt merita de ecclesia armena, nominatim in vertenda s. Scriptura. Fuerunt hi prae primis Isaac (Sahak, Sahag) Parthus, e familia Gregorii Illuminatoris[2]), armenorum catholicus ab a. 388—440, qui tres habuit synodos, ubique scholas instituit, fortiter restitit Persarum regi, ne suis superstitionibus Armeniam inficeret, necnon et nestorianae haeresi: quaqua versus missionarios emisit, ecclesias et monasteria a Persis diruta restauravit, propterea „Magnus“ dictus († 440 a. aetatis 110) ejusque in laboribus et curis strenuus socius[3]) Mesrop (Miesrop, Maschtotz), qui post amici mortem ecclesiae armenae regimen in se suscepit, sed mox et ipse obiit a. 441. Fuerat antea Nerseti[1]) Magno Armeniae patriarchae a secretis, eodemque munere postea fungebatur apud Weramschapuh Armeniae regem, sed aulam pertaesus cum pluribus aliis mundo valedixit, rigidissimamque duxit in monasterio vitam. Missionarium deinde egit innumerosque ad fidem Christi convertit. In societatem laborum ab Isaaco adscitus ambo viribus unitis de restauranda cogitarunt patria et natione armena. Condiderunt proprias pro lingua armena literas atque ita fundamentum posuerunt pro literatura nationali. Hinc cogitarunt (405-408) de vertenda s. Scriptura in linguam patriam[2]). Magnam partem hoc in opere habuit Eznik (Eznak, Eznigs) de Kolb, qui una cum actis concilii ephesini attulit et exemplar insigne s. Scripturae, quo innixi versionem, quam jam adornaverant, emendarunt[3]).

---

[1]) Cf. Fessler-Jungmann II p. II pag. 228 annot. 1, qui notat argumenta singulis epistolis et actibus apostolorum praemissa, necnon peregrinationes s. Pauli ap. recentioris esse auctoris.

[2]) Cf. de hoc Kaulen KL. VI, 939; Moyses de Chorene Hist. arm. l. III c. ult., qui tres ipsius epistolas nobis asservavit; Fessler-Jungmann § 280 ss.

[3]) Hujus vitam stilo fideli et classico scripsit (intra 445—451) ejus discipulus Koriun (Goriun) episcopus Georgiae, quae prodiit Venetiis 1833, brevior et junior recensio ib. 1854; 1895. Vitae versionem germanicam omissa prolixa introductione dedit B. Welte Goriuns Lebensbeschreibung des h. Mesrop, Tübingen 1841. Cf. Welte KL. VII, 1305—1309. De Koriun cf. Nirschl III, § 242.

[1]) Nerses ob merita de Ecclesia armena „Magnus“ dictus, s. Gregorii Illuminatoris abnepos et in cathedra episcopali successor (340—474), regulas pro monachis precesque reliquisse legitur. Ejus vita ab anonymo ineunte sec. V. concinnata legitur in parva bibliotheca armena Venetiis 1853 edita t. VI.

[2]) Cf. Moses chorenensis hist. Armen. III, 61; Wetzer-Streber KL. 2², 729; Bardenhewer § 109.

[3]) Hic fuit a. 449 episcopus Bagorevandensis (Pacrevan), ejusque est egregia *refutatio sectarum* (paganorum, Persarum, philosophorum graecorum, Marcionitarum) ll. 4, Smyrnae 1762; Venetiis 1826; 1850; 1863 etc. Der erste Versuch, inquit Vetter apud Nirschl III p. 234, eines eben aus Barbarei und Unkultur zu christlichem Denken erwachten reichbegabten Volkes, die heidnische Welt-

Synodus armena a. 1662 demandavit Uskan (Osgan) episcopo erivanensi, ut ejus impressionem curaret, qui propterea Amstelodamum profectus est, ubi ea prodiit 1666; et revisa juxta versionem Peschittho Constantinopoli 1705; novis mechitaristarum curis et studiis cum variis lectionibus et notis criticis, Venetiis 1733 in f.; 1805 t. 4 in 4; ed. eximia; 1859 in 4 etc. Utrique (Isaac et Mesrop) tribuuntur quoque liturgiae armenae forma et ordo perfectior, *rituale*, Venetiis 1827; *hymni* ecclesiastici etc.; illi liber manualis liturgicus, huic plures patrum graecorum et syrorum versiones. Tanta enim cura et aemulatione cum discipulis suis in antiquorum scriptorum libros vertendos incubuerunt[1]) „ut initio ducto a versione ss. literarum . . . ultra sexcenta veterum scriptorum volumina ante a. 450 hoc est 44 a. spatio in haïcanam linguam translata sint," teste Aucher in praef. ad versionem armenam Chronici Eusebii. — Ipsi videntur asserendae *homiliae* (23), quae tamen sub Gregorii Illuminatoris nomine circumferuntur[1]). Prodierunt Constantinopoli 1737; Venetiis 1838. Ab ecclesia armena (unita) inter sanctos colitur 19. Febr.

232. His subjicimus Elische (Elisaeus, Elitsche, Eghische) Mesropii discipulum, episcopum, ut videtur, Amatuniorum, qui tamen eremita obiit c. a. 480, cui tribuuntur *commentaria* in ll. Josue et Judicum, *expositio* orationis dominicae, *canones* de modo tra-

---

anschauung in ihren Hauptsystemen und nach ihren Grundgedanken speculativ zu bekämpfen. Ea est sagax, erudita et praeprimis classico concinnata stilo. Majori adhuc cum encomio de eo scribit Himpel KL. IV, 1163-66, ubi inter alia legimus: Den Ruhm des goldenen Jahrhunderts der armenischen Literatur repräsentirt somit vor allen Andern Eznik, umsomehr, weil dieser Apologet der erste und einzige im christlichen Alterthum, der überhaupt ein derartig durchgeführtes System innerhalb geschlossener Grenzen aufgestellt, ganz ohne Vorgänger in seiner eben erst der Barbarei entrissenen Nation war, wie ein gewappneter Mann aus geweihter Erde erstand etc. Cf. Nirschl III § 243 ss.; Weber Theol. Qtlschr. Tübingen 1896 p. 463—489: 1997 p. 367—398: Katholik 1898. I, 214—30; 311—25. Edidit illud germanice versum Jo. Mich. Schmid inscriptum des Werdaget, Eznik von Kolb wider die Sekten, Wien 1900 praemissa praefatione docta, in qua multorum eruditorum encomia exhibet, juxta quae auctor noster plane classicus est censendus.

[1]) Cf. Nirschl III, § 240, qui § 239 de auctore nostro scribit: Mesrop ist einer der ausserordentlichsten Männer in der Kirche des Orients; mit genialer Geisteskraft u. unbesiegbarer Energie vereinigte er die selbstlose, demüthige Hingebung eines Apostels. Die Macht, die in seinem Worte und in seiner Erscheinung lag, war wunderbar. Exhibet dein § 241 specimina ipsius doctrinae. — Gregorius primus Armeniae apostolus ob magna ejusdem merita propter patriae ad Christi fidem conversionem „Illuminator" dictus regia Parthorum stirpe oriundus natus est c. a. 257, factusque episcopus caesariensis († 337). *Homiliae*, quae olim ipsi tribuebantur, Mesropio jam asseri diximus. Vitam ejusque gesta descripsit quidam Agathangelus nomine, de quo mox n. 234. — Ejus discipulus et comes fuit Zenobius natione Syrus, abbas monasterii s. Jo. Baptistae, postea Klag seu Glag dicti, hinc Glagensis cognominatus († 324). Scripsisse dicitur syriace provinciae Taronis et hujus monasterii sub epistolarum forma *historiam;* sed quae sub ejus nomine circumfertur historia juxta Krumbacher p. 407 n. 8 sec. VIII vel IX censetur. Eam continuasse et armenice vertisse fertur Joannes Mamigonius (sec. VII), quae tamen continuatio eodem censore figmentum est fabulosum. Prodiit Constantinopoli 1719: emendatius, Venetiis 1843; gallice versa apud Langlois Collection des historiens anciens et modernes de l'Arménie 1869 I, 335—382.

[1]) Inter eos, qui de vertendis operibus in linguam patriam meruerunt, numerari debet etiam Chosrowik (fl. sec. V), de quo cf. J. Dashian, qui in Kurze bibliogr. Studien, Untersuch. und Texte Wien 1895 I, 49—75 opusculum ejusdem (neoarmenice) exhibet.

ctandi energumenos, *homiliae,* quarum genuinitas non satis est certa, et pulchra exhortatio ad monachos armenos, *historia* insignis et nobilis bellorum armeniorum sub duce Wardani adversus Persas praepotentes pro fide et libertate patriae. Prodierunt opera collecta Venetiis 1838; 1859 ed. plenior; *historia* vero saepe, ut Constantinopoli 1764; 1825; Venetiis 1828; 1842; 1864; Tiflis 1879 etc., etiam in alias linguas versa[1]). In historiae illius laudatae t. 2. reperitur insignis plane fidei christianae apologia, quam episcopi armeni responsi instar dedere Mihrnerseh regi Persarum eos ad apostasiam incitanti, ex qua Nirschl § 250 praeclara specimina pro fide catholica adducit.

233. *Historiam ecclesiasticam* praeter Theodoretum et Prosperum concinnavit Socrates Constantinopoli natus c. 380 professione scholasticus seu advocatus, qui Eusebii historiam continuavit ll. VII ad a. 439. Etsi ipsum fuisse Novatianum vel Novatianis favisse censeant plures, nec ejus labor naevis careat, non minimae utilitatis est haec historia[1]). Multiplex ejus exstat versio latina: prima est Epiphanii scholastici, qui Cassiodori hortatu eum in se susceperat laborem. Ea est indocta, quia interpres nec graecae nec latinae linguae satis peritus fuit. Altera est Wolfgangi Musculi monachi

---

[1]) Cf. Bardenhewer § 109 n. 5; prae primis Vetter apud Nirschl III § 248. — Ceterum celebratissimus hujus periodi scriptor armenus est Moses de Choren (Chorene) episcopus, quem Ecclesia armena jam ab aetate remota inter patres sec. V. veneratur. Vitae fata sat ignota sunt. Ferunt eum c. a. 370 esse natum, Mesropi fuisse discipulum, Alexandriam missum, ut perfectius addisceret linguam graecam idoneusque esset, qui adhiberetur in perficienda s. Scripturae versione: inde redisse per Romam Athenas, Constantinopolim post decennalem absentiam in patriam; factum dein esse episcopum bagrevandensem atque obiisse senem fere 120 annorum c. a. 487. Ob eruditionem operumque historicorum praestantiam dictus est suae gentis „Herodotus," „doctorum pater." Verum quidem est sec. V. exstitisse episcopum Moysis nomine bene de sua patria meritum, quam verbis scriptisque, versione praesertim operum utilium, illustravit. Scripta tamen ejus perierunt vel certo assignari nequeunt: propter nominis vero gloriam plura ei fuere supposita, ut rhetorica, geographia, vel ipsa tam celebrata *Armeniae historia* ll. 3 (medio aevo circumferebatur l. 4, qui nunc desideratur), in quibus quarundam familiarum nobilium genealogias et gesta narrat ad a. usque 428 aliaque minoris momenti persequitur, pluresque continentur fabulae. Saepissime ea prodiit: ita Amstelodami 1695 etc.; Venetiis 1881; germanice interprete, Lauer, Ratisbonae 1869. Opera collecta prodierunt Venetiis 1833; 1865. Cf. Vetter KL. 8², 1955—1063; Nirschl III, § 245. 246; Bardenhewer § 109 n. 6; Carrière Nouvelles sources de Moise de Khoren. Etudes critiques Viennae 1893, cum supplemento 1894, secundum quae illius historia antiquior non est sec. VII vel VIII; Choren Stephane in doctis proleg. suae edit. neoarmenicae Petersburg 1897; Gutschmid Ueber die Glaubwürdigkeit der arm. Gesch. des M. v. Khoren: Berichte über die Verhandl. der k. sächs. Ges. der W., Philolog.-hist. Kl. 1878 XXVIII, 1—43, — Mosis de Chorene historiam quasi continuavit Lazarus Pharbensis (Pharbetzi), Elisaei amicus, qui stilo nitido et compto scripsit *Historiam Armeniae* ab a. 388—485, quae edita fuit a Mechitaristis, Venetiis 1793; 1807; 1873. Eine durch Unparteilichkeit und Strenge des Urtheils ausgezeichnete Geschichte Armeniens, inquit Krumbacher p. 407².

[1]) Bardenhewer § 79 n. 2: Im Ausdruck schlichter und einfacher als Eusebius, in der Darstellung ehrlicher und aufrichtiger, bekundet er zugleich Sinn für Quellenkritik und für Ermittlung des causalen Zusammenhanges der geschichtlichen Erscheinungen. Naevorum et errorum seriem bene longam recenset Schüz S. J. in comment. critico de scriptis et scriptoribus historicis, Ingolstadii 1761 pag. 421—30. Cf. Geppert die Quellen der K. G. des Socrates Scholastikus in Bonwetsch und Seeberg Studien zur Gesch. der Theologie und Kirche III fasc. IV, Lipsiae 1898; Knoepfler KL. XI, 473—476.

apostatae, demum apud Bernates professoris theologiae; quae est obscura, salebrosa, lacunosa atque infidelis. Tertia Jo. Christophorsoni est fidelior et disertior; melior vero est quarta Henr. Valesii, qui et optimam curavit editionem, quae passim cum Eusebii historia prodiit (cf. pag. 212), seorsim 1844; Migne LXVII, 29—842; Oxonii 1853 cura R. Hussey t. 3 in 8. — Inferioris pretii est *historia ecclesiastica* Hermiae Sozomeni patria ut videtur Salaminii, pariter causidici Constantinopoli, quae ll. IX ab a. 323—425 pertingit. Reliqua ad a. 439 periisse videntur[1]). Conjiciunt plures eruditi eum usum esse laboribus Socratis (quem tamen nunquam nominat), non quidem serviliter; refragantur vero alii. Compendium historiae ab ascensione Christi Domini ad a. 323, quod elaboravit, intercidit. Egregiam ed. curavit Valesius, receptam a Migne LXVII, 843—1630; Hussey Oxonii 1860 t. 3 in 8.

234. Idacius, rectius Hydatius, Lemicae (Jinzo de Lima) provinciae Galaeciae natus, episcopus probabiliter Aquae Flaviae (Chaves) continuavit s. Hieronymi, quocum aliquamdiu est conversatus, *chronicon* ab a. 427 ad a. 467 tamquam factorum saepe testis, in quo rerum Hispaniae prae primis rationem habet. Saepe prodiit hoc chronicon pretiosum, integrum primum cura Jac. Sirmondi, Parisiis 1619; et inter ejus opera, ib. 1696 II, 291 ss.; Gallandi X, 323; Venetiis 1729; ss., J. M. Garzon et Tr. X. de Ram, Bruxellis 1845; hinc Migne P. L. LI, 873—890 et LXXIV, 675—844 (cum doctis annotationibus et dissertationibus); et Mommsen inter chronica minora sec. IV in Monum. Germ. hist. auct. antiqu. Berolini 1894. XI, 13—36, qui t. IX, 205—247 jam ediderat *Consularia Constantinopolitana* ad a. 395 cum additamento (dubio) Hydatii[1]) ad a. 468 (apud Migne LI, 891-914). Obiit intra a 469—474. — Gelasius Cyzicenus, in pluribus codd. dictus episcopus caesareensis in Palaestina, composuit c. 475 stilo simplici et humili *historiam concilii nicaeni ll. III*, quo in op. plurimum utitur historiis Eusebii, Socratis, Sozomeni, Theodoreti, sed et codice antiquo, ut ipse testatur, qui fuerit Dalmatii cyzici archiepiscopi (c. a. 431). Scripsit autem hanc historiam contra monophysitas jactantes se genuinam patrum nicaenorum fidem tenere. Ubi aliorum testium consensu destituitur non est adeo fide digna. Ea autem proprie inscribitur *Actorum conc. nicaeni commentarius*. Libri III. exstant tantum tres Constantini imp. epistolae. Prodiit primum cura Balforei (Balfour) scoti Parisiis 1599, dein in variis collectionibus conc., in Migne P. G. LXXXV, 1179—1360.

235. Ad historiam ecclesiae africanae illustrandam spectat pulcherrimum Victoris vitensis episcopi opusculum *de persecutione vandalica*[2]) illarum

[1]) Cf. Schüz op. cit. pag. 430—435, ubi pariter plura menda, quae in hac historia reperiuntur, notat. S. Gregorius M. in ep. ad Eulogium alex. (VI ep. 31) illum propterea carpit „quoniam et Theodorum Mopsuestiae nimium laudat et usque ad diem obitus sui magnum doctorem fuisse perhibet."

[1]) Ab hoc distingui debent Ithacius ossonobensis; Idacius emeritensis et Idacius Clarus Neapolitanus, de quibus supra p. 319 a. egimus. — Scriptoribus historicis accensere licet Candidum Isaurum, christianum scriptorem, concilio chalcedonensi faventem, qui sub Anastasio imp. († 518), ut videtur, scripsit affectata, ut arguit Photius c. 79, dictione *historiarum ll. III* ab initiis Leonis Thracis ad imperium evecti a. (457) usque ad obitum Leonis Isaurici a. 491. Horum fragmenta aliqua reperies in Migne P. G. LXXXV, 1741—1756.

[2]) Subjicitur in codd. *passio septem monachorum* sodalium, quae a viris eruditis

calamitatum aequalis. Coepit illud c. a. 486 atque ea complectitur, quae Vandali haeresi arianae addicti adversus orthodoxos commisere ab eorum in Africam ingressu a. 429 usque ad Hunerici mortem (484), ita tamen ut multa praetermiserit sive quod non satis fuerint nota, sive quod ea potissimum statuerit referre, quae ipse testis oculatus viderit. Distinguitur in ll. V, recentiori aetate in III, atque l. III. complectitur praeclaram professionem fidei catholicorum episcoporum Hunerico regi oblatam ab Eugenio episcopo carthaginensi (480—505) concinnatam[1]). Hoc autem opusculo „nullum forte illustrius est, inquit Ruinart in praef. suae ed. n. 3, in tota antiquitate monumentum, utiliusve aut efficacius tum ad inflammandum in fidelium pectoribus et animis christianae religionis studium ac fervorem, tum ad confirmanda sacrae doctrinae dogmata, tum denique ad revincendos haereticos tam veteres quam recentiores.“ Prodiit ea historia saepius, octies saltem sec. 16. sub nomine Victoris uticensis; egregias editiones curarunt P. Franc. Chifflet, Divione 1664; Ruinart Parisiis 1694; 1737; recusa a Migne LVIII, 179—276; prodiit et inter opusc. selecta ss. PP. a nobis edita XXII, 100—252 Oeniponte 1898 ed. 2. Ed. criticas curarunt Halm in Mon. Germ. hist. auct. ant. III p. 1 p. 1—58; Petschenig (cujus cf. diss. die handschriftliche Ueberlieferung des Victor v. V. Wien 1880) Viennae 1881 in corp. script. eccl. l. t. VII.

236. In *historia s. Gregorii Illuminatoris,* apostoli et primi episcopi Armeniae, cujus auctor perhibetur quidam Agathangeli nomine (num ficto, an vero, dubium), qui floruisse dicitur jam sec. IV, testis auritus et oculatus gestorum quae narrat, plura habentur fide digna, sed et fabulosa, quae spectant ad historiam ecclesiasticam Armeniae (ab a. 226—330), ejusque praesertim ad fidem conversio[1]). Hinc primus etiam hujus nobilis nationis historiographus censetur. Tres ea historia complectitur partes: 1. historiam et martyrium s. Gregorii et ss. Rhipsimae, Gaianae atque sociarum (acta sunt fabulosa); 2. doctrinam Illuminatoris et 3. historiam conversionis Tiridatis regis et Armenorum. Textus prout nunc habetur est medii sec. V., complectitur tamen documenta antiquiora; textus armeniacus antiquior est graeco, qui ex illo derivatus est. Prodiit armeniace Constantinopoli 1709 et 1824; emendatius Venetiis 1835; 1862; versio graeca (omissa prolixa s. Gregorii institutione, quae habetur in textu originali) in actis SS., Antverpiae 1762 Sept. VIII, 320—402; et in P. de Lagarde Agathangelus und die Akten Gregors von Armenien, Göttingen 1887 in 4; hinc derivavit Simeon Metaphrastes *Acta s. Gregorii Armeni* in Migne P. G. CXV, 943—996; in actis SS. l. c. 402—413, et apud Lagarde

---

Victori tribuitur, qui eorum jam fecit mentionem V, 10, aliis tamen refragantibus. Cf. Knöpfler KL. XII, 911; Schoenfelder de Victore Vitensi ep.; diss.; Breslau 1899; Potthast p. 1091; Nirschl III § 266; Bardenhewer § 113 n. 3.

[1]) Hujus Eugenii exstat etiam *epistola* ad cives suos pro custodienda fide catholica (Migne LVIII, 769—771). Praesul erat apostolicae fidei et constantiae, effusissimae beneficentiae in pauperes, qui pro fide bis in exsilium fuit pulsus decessitque exsul in Gallia 13. Jul. 513 in odore sanctitatis. Cf. Schleyer KL. IV, 973. Tillemont XVI, 561 ss.; Histoire lit. de la Fr. III, 38—42.

[1]) Cf. A. v. Gutschmid Agathangelos Zeitschr. der deutschen morgenl. Gesellsch. 1877. XXXI, 1—60; et inter ejus Kleine Schriften iterum edita a Fr. Rühl III, 339—420, juxta quem historia nihil scit de Agathangelo, unde ne exstitisse quidem videtur; Bardenhewer § 109 n. 2; E. Teza Agathangelus in Rivista di Filologia 1881/82 p. 405—417.

Onomastica sacra ed. alt. Göttingae 1887 p. 1—24. — Hujus historiae veluti continuationem ab a. 316—392 dedit Faustus Saharouni natus et ex urbe Byzantia oriundus, ubi et educatus fuit, hinc Byzantinus cognominatus. Scripsit graece ejusque *historia* dividitur in ll. IV, eaque prodiit armeniace versa Constantinopoli 1730, emendatius cura Mechitaristarum Venetiis 1832. Non desunt tamen ex iis viri eruditi[1]), qui „multa tamquam veritati historicae minus consona reprehendunt, quibus non omnino assentitur Emine (apud Langlois Coll. des hist. arm. 1, 201).“

237. Plures hac periodo solliciti fuere ut posterorum memoriae traderent gesta et virtutes virorum sanctitate illustrium. Huc spectant Theodoretus, Cassianus, Possidius, Agathangelus aliique, quorum jam fecimus mentionem: quibus addantur s. Petronius „bononiensis Italiae episcopus (c. 430—450), vir sanctae vitae et monacharum studiis ab adolescentia exercitatus, (qui) scripsisse putatur, juxta Gennadium c. 41, *Vitas patrum Aegypti* monachorum, quas velut speculum ac normam professionis suae monachi amplectuntur († ante a. 450)“: verum hae vitae Rufini sunt. Quare nonnulli conjiciunt, ut veterum testimonia componant, Petronium has narrasse vitas, et Rufinum illas literis consignasse. Legit Gennadius etiam „sub ejus nomine *de ordinatione episcopi* ratione et humilitate plenum tractatum (quem Morin Deux petits discours d'un evêque Petronius du Ve siècle in Revue Benedictione 1897. XIV, 3—8 se reperisse putat), quem lingua elegantior ostendit (ita Gennadius, sine sufficienti ratione) non esse ipsius, sed, ut quidam dicunt, patris ejus Petronii, eloquentis et eruditi in secularibus literis viri“, cum praefectus praetorio fuerit[1]).

238. S. Hilarius in Gallia nobilissimo genere c. 401 natus, s. Honorati exhortatione fortiter de natura triumphans valedixit seculo et bonis omnibus inter pauperes distributis lirinense monasterium petiit, imo pro reficiendis pauperibus rusticos etiam labores homo genere clarus et longe aliter educatus non horruit. Magnos in studio sanctitatis progressus fecit: hinc s. Honoratus episcopus factus eum laboris socium habere voluit, cui defuncto in episcopatu datus est successor (429), quem honorem nonnisi reluctans acceptavit. Boni pastoris officia diligenter adimplevit, et ne in episcopatu monachus esse desineret, Arelate congregationem instituit monasticam: imo, ut ejus biographus testatur, eremitica fecit instituta fervere. Magnam habuit synodum ex variis Galliae partibus, quae ut pelagianam haeresim Britanniam tunc invadentem profligaret, s. Germanum antissiodorensem[2]) et s. Lupum trecensem episcopum[3]) legatos

[1]) Fessler-Jungmann § 280; Krumbacher vero scribit p. 406: Bei all seiner leidenschaftlichen Parteilichkeit bleibt er die einzige wirkliche geschichtliche Quelle für das 4. Jahrh.

[1]) Cf. Czapla in comment. ad Gennadii c. 41; Tillemont XV, 30 s. Ex alio op. Petronii inedito *de selectis ss. patrum apophtegmatibus* Alph. Ciaconius quaedam produxit in l. de s. Hieronymi cardinalatu, quae ex eo Miraeus repetit.

[2]) S. Germanus miro modo in episcopum antissiodorensem electus (7. Juli 418; † 31. Juli 448) cum s. Lupo a. 429 in Britanniam profectus est, iterumque cum s. Severo trecensi c. a. 435. Cf. Hist. littér. de la France II, 256—62. Hujus vitam descripsit Constantius presbyter, ut mox dicemus.

[3]) S. Lupus, cujus uxor s. Hilarii nostri soror fuerat, monachus primum lirinensis, electus est in episcopum trecensem a. 427 atque hanc ecclesiam cum laude rexit a. 52 († 479). De eo laudat martyrologium 29. Juli: Urbem Trecas a furore Attilae (c. a. 451) Galliam omnem devastantis assidua oratione defendit.“ Scripsit suo et s. Euphronii ep. au-

illuc destinavit, quae legatio effectu haud caruit. Ceterum ipse Hilarius in s. Augustinum alioquin bene affectus, in Semipelagianorum quoad initium fidei errorem visus est propendere[1]): quamobrem s. Prosper s. Augustino (inter hujus ep. 225 n. 9) scribit: »Unum eorum praecipuae auctoritatis et spiritualium studiorum virum, s. Hilarium arelatensem episcopum, sciat beatitudo tua admiratorem sectatoremque in aliis omnibus tuae esse doctrinae.« In controversia de juribus sedis arelatensis[2]) cum s. Leone initio quidem non satis bene se gessit, unde privatus est a summo pontifice privilegiis suae sedi adnexis, imo jure metropolitico. Verum se subjecit et ad placandum s. Leonis animum legatos Romam misit. Praedicationi, orationi muneribusque pastoralibus insistens decessit 5. Maj a 449; juxta alios intra 450—459. Scripsit suavi et praeclaro eloquio *vitam s. Honorati,* quae est sermo panegyricus, unus ex praestantissimis totius antiquitatis; Sermonem *de miraculo s. Genesii* martyris arelatensis etc. Ejus scripta edidit Salinas (cum Vincentio lir.) Romae 1731; Migne L, 1213—1292 etc. Juxta auctorem[1]) vitae ipsius multa ejusdem fuere scripta, quae tamen temporum injuria interciderunt (c. 11): »*Homiliae* in totius anni festivitatibus expeditae (quarum forte plures latent inter tot homilias Eusebio Emeseno suppositas), *symboli expositio* ambienda, *epistolarum* tantus numerus (quarum vix una vel altera superest); *versus* etiam fontis ardentis[2]).« In Spicilegio casin. III. p. priori tribuitur ei *expositio in ep. canonicas,* quae dubiae originis est.

239. Verus episcopus arausionensis (Orange) sub finem sec. V. scripsit[3])

---

gustod. (451—475) nomine post a. 443 ep. ad Talasium episc. andegavensem *de vigiliis Natalis Domini et Paschae* et clericorum bigamia non ultra ostiarios permissa, et de iis qui conjugati assumuntur. Exstat passim in conc. collect.; Gallandi bibl. IX, 516; Migne P. L. LVIII, 61—67. Cf. Tillemont XVI, 126—141; Boschius in actis SS. Jul. VII, 51—82; Hist. lit. de la Fr. II, 468-94 et 465—469 (de s. Euphronio).

[1]) Neque desunt, qui eum nitantur ab hac purgare macula. Cf. Quesnel diss. V seu apologia pro Hilario p. III c. 6 apud Migne LV, 531; Acta SS. 5. Maj. II, 34—41. Accusationes multum nituntur carmini *de providentia,* quod tamen non est ipsius.

[2]) Jura et privilegia sedis hujus commendat Leontius, postmodum episcopus arelatensis in ep. ad Hilarum pontificem (Migne LVIII, 22; Thiel ep. rom. pont. I, 138 s.). Magni factus est Leontius ab aequalibus et ab Hilaro pontifice, cujus aliquot exstant ad eum epistolae. Obiit c. 484.

[1]) Hic censetur a multis Honoratus episcopus massiliensis ob cap. 99. Gennadii de script., sed illud caput est suppositum. Quod si haec vita non est Honorati, est saltem alicujus discipuli nostri Hilarii. Ea est utilis et elegans. Alia scripta ei tribuuntur, quae tamen non amplius habentur (§ c. 494). Vitam hanc reperies apud Salinas, ss. Prosperi Aq. et Honorati mass. opera, Romae 1732 p. 237—311; Migne L, 1219—46. Cf. Bardenhewer KL. 6², 228; Hist. lit. II, 644—49.

[2]) Fessler-Jungmann § 229; Bardenhewer § 96 n. 3; Schrödl KL. V, 2042—46; Gennadius c. 69; Tillemont XV, 36—97. — Ejus laudes cecinit Aedesius (Edesius) poëta christianus, rhetoricae facundiae et metricae artis peritissimus vir, s. Hilario familiaris. Ejus carminis tamen exstant tantum versus 12 recepti in vitam supra laudatam. Cf. Hist. lit. II, 352 s. — A nonnullis tribuebantur Hilario nostro *Versus* in natali Machabaeornm MM. (Migne L, 1275—1286) et Metrum *in Genesin* ad Leonem papam (ib. 1287—1292), quae tamen cum carmine *de evangelio* a R. Peiper in Cypriani galli poëtae Heptateuchos Vindobonae 1891 (Corp. script. eccl. lat. XXIII) p. 231—274 alii Hilario gallo poetae (sec. V) alias ignoto adscribuntur.

[3]) Cf. Hist. littér. de la Fr. II, 663 s. Porro s. Eutropius, cujus memoriam assignat martyrologium romanum 27. Maj. natus est Massiliae parentibus divitibus. Seculo exemplo nobili valedixit factus diaconus, deinde invitus electus in epi-

vitam s. Eutropii (decessoris sui post a 475), cujus fragmentum dedit Papebrochius in SS. Actis mensis Maji VI, 699. — *Vitam s. Florentii* et *s. Vindemialis* scripsit post a. 484 Titianus episcopus tarvisinus (forte nonnisi sec. VI. vel VII.), quam habes in Actis SS. ad 2. Maj. 1, 270—72 ed. Antverpiae 1680. — Constantius presbyter lugdunensis, vir sagacis ingenii, in literis egregie institutus et admodum eloquens, ab aequalibus tanti est factus, ut Sidonius ipsius judicio sua subjiceret scripta. Ipsum magnis effert encomiis passim in suis epistolis, praesertim ep. 2 l. 3. Hortante s. Patiente episcopo lugdunensi narravit *vitam s. Germani* antissiodorensis († 448; cf. supra p. 422 a.), quam reperies[1]) in actis SS. Jul. VII, 211—231 ed. paris. a. 1868; Duru bibl. hist. de l'Yonne I, 48—89. Haec vita ab eruditis aestimatur ut sincera et satis accurata. Verum jam incipiunt de ejus genuinitate dubitare[2]), ejus saltem recensionis, quam adhuc habemus, cum hanc conjiciant esse sec. VI. Forte ipsius est *vita s. Justi* episcopi lugdunensis († c. 390), quae exstat ib. ad d. 2. Sept. Vixit autem Constantius saltem usque ad a. 488. — Callinicus scripsit *de vita s. Hypatii* magistri sui, abbatis coenobii Rufinianae prope Chalcedonem in Bithynia, patris spiritualis monasteriorum circumjacentium et viri apud Theodosium II. imp. magnae auctoritatis (n. 366; † 30. Juni 446), stilo simplici et vulgari, quam lacunose edidit Papebrochius in Act. SS. 17. Junii t. III, 308—349; integram ediderunt seminarii philologorum bonnensis sodales, Lipsiae 1895. — *Vita s. Melaniae* junioris, senatricis e prima nobilitate romana († 439) prodiit primum in Anal. boll. 1889 VIII, 19—63 (sed cum lacuna) auctore forte Gerontio, qui jam ab a. 405 fuit in ejus comitatu atque ad mortem usque cum ea mansit. Rexit a. 45 monasteria ab ea condita. Non liquet num fuerit graece scripta et satis barbare latine versa: textus enim latinus plurimis inficitur vitiis. Sed ea est sincera et candida. Lacunam demum reperit card. Rampolla ediditque in Nuovo bolletino di archeologia crist., Romae 1900 VI, 1—16. — Ad hanc forte periodum spectat quidam Porphyrius censualis a gleba actuarius, cujus conjicitur esse *Passio ss. quatuor Coronatorum.* Textum antiquiorem edidit Wattenbach apud Büdinger Untersuchungen z. röm. Kaisergeschichte, Leipzig 1870 III, 324—338 cum annotationibus Benndorfii et Büdinger ib. 339—379, etiam seorsim ib. 1870; retractatum exhibuit[1]) Wattenbach in Sitzungsber. der Wiener Ak. d. W. 1853 X, 118—126.

240. Specimen historiae literariae juxta s. Hieronymi exemplum dedit Gennadius presbyter massiliensis, de cujus vitae fatis nihil fere innotuit. Alii eum accensent Semipelagianis, quorum coryphaeos satis laudat, alii tamen eum ab hac purgant nota[2]). Vitam videtur produxisse ad a. 493. Admodum fuit laboriosus, vir diffusae lec-

---

scopum arausiensem (ante a. 464), cujus ecclesiae status erat tunc tristissimus. Huic immerito tribuuntur duae *epistolae*, quae Gennadius c. 49 adscribit cuidam Eutropio presbytero (cf. supra 332 a.). Cf. Hist. ib. II, 473 ss.

[1]) Cf. Hist. lit. II, 543—48; Duru op. cit. 90 ss.; Narbey Etude crit. sur la vie de s. G., Parisiis 1884. Medio sec. IX sub Carolo Cr. Hericus monachus antissiodorensis vitam hanc in poema vertit ll. VI, primum exhibuit Petrus Pesseliaeus, Parisiis 1543; Labbe bibl. n. I, 531 ss.; in Act. SS. ib. 221—225; Migne P. L. CXXIV, 1131—1208; Duru Bibl. hist. 1866 II, 2—110.

[2]) Cf. Potthast pag. 1337.

[1]) Cf. Wattenbach Deutschlands Geschichtsq. ed. 5 p. 42: Potthast p. 1537.

[2]) Cf. ex. gr. Nirschl III, § 261.

tionis, boni judicii, qui linguam graecam bene callebat. In capite aliena manu suo *virorum illustrium* catalogo adjecto ita inducitur de se loquens: »Scripsi *adversus omnes haereses ll. VIII,* et *adversus Nestorium ll. V,* et *adversus Eutychen ll. X,* et *adversus Pelagium ll. III,* et tractatum *de mille annis* et *de apocalypsi b. Joannis,* et hoc opus, et epistolam *de fide* mea misi ad b. Gelasium episcopum urbis Romae.« Insuper plura opera ex graeco convertit in latinum, ut ipse de se passim testatur in catalogo de viris ill. Sed ex tot operibus supersunt tantum: Catalogus seu liber *de viris illustribus* (Migne LVIII, 1059—1120) cujus fidelis et accurata editio diu desiderabatur: licet saepissime fuerit editus. Optima est quam curavit cum erudito et critico commentario Bruno Czapla, Münster 1898, qui plura cc. postea assuta (cc. 92—100) expunxit. Per se liquet non esse exspectandam eam in Gennadio accurationem et diligentiam, quam nostra aetas critica in ejusmodi operibus merito exigit. Apparent haud raro indiligentiae, festinationis, studii partium vestigia, pretiosum tamen est pro pluribus scriptoribus monumentum antiquitatis[1]). — Liber *de ecclesiasticis dogmatibus,* brevis credendorum summa (inter quae tamen nonnulla proponuntur, quae sunt opiniones tantum) cc. 88 constans, modo forte interpolata, passim Augustino tributus. Prodiit cura G. Elmenhorst Hamburgi 1614; apud Migne LVIII, 979—1054; Fr. Oehler in Corpore haeresiologico, Berolini 1856. I, 335—400. Inde scriptor junior elaboravit: Gennadius mass. ep. *de fide* disputans, quem l. edidit C. P. Caspari Kirchenhist. Anekdota I, Christiania 1883 p. 301—304; et jam antea E. Jungmann Quaestiones Gennadianae, Lipsiae 1881.

241. Hac aetate plures floruerunt praesules illustres vitae sanctitate, cura pastorali, sermonibus ad populum habitis. Multos jam laudavimus, multos praetermittere cogimur[1]) compendio studentes, aliquos tantum adhuc commemorabimus. Primum nominandus est s. Petrus, qui ob auream eloquentiam Chrysologi cognomen est adeptus et Ecclesiae doctoribus fuit adnumeratus[2]). Natus est Forocornelii

---

[1]) Zöckler Hieronymus. Sein Leben und Wirken, Gotha 1865 p. 153 declarat hoc opus cum genuino s. Hieronymi: die Hauptquelle und das klassische Meisterwerk der ältesten kirchlichen Literaturgeschichte. Cf. accuratam disquisitonem Brunonis Czapla ed. suae hujus l. adjectam de pretio ejusdem literario; Bardenhewer KL. V, 292; E. Jungmann qq. Gennadianae Lipsiae 1881; Bernoulli, Hieronymus und Gennadius de viris illustribus Friburgi 1890. Utrumque pariter edidit Richardson Lipsiae 1896 in Texte und Untersuchungen XIV, 1, quibus adjecit Gebhardt der sogenannte Sophronius.

[1]) Ita s. Perpetuum episcopum turonensem, dignum s. Martini successorem (461; † 30. Dec. 490 vel 8. Apr. 491), cujus *testamentum*, quod tamen confictum a Vignier jam conjicitur, habes in Act. SS. ad d. 8. Apr. Ejus relatio de miraculis s. Martini periit. Histoire Lit. de la Fr. II, 619—26; Maximum rejensem (regiensem) in Gallia narbonensi († ante a. 462), cujus *homiliae* latent forte sub aliorum nominibus. Ejus *vitam* descripsit Dynamius vir illustris et patricius in Gallia, s. Gregorii M. amicus († 601). Ea legitur apud Surium 27. Nov. (idem Dynamius scripsit *vitam Marii ab.* Migne LXXX, 25—40. Cf. in Actis SS. ad 27. Jan. II, 774; Hist. lit. III, 457—464). Cf. de Maximo Hist. lit. II, 357-60; de Ravennio arelatensi episcopo (449 † forte 455 vel 461) ib. II, 354-57; de s. Rustico episcopo lugdunensi (c. 493-99) ib. p. 675-678, qui distingui debet a s. Rustico monacho lerinensi et episcopo narbonensi 427 † c. 26. Oct. 461), cui inscripta est insignis s. Hieronymi ep. (inter hujus ep. 95). Cf. de hoc Hist. lit. II, 362—65. Ecclesia ejus memoriam colit 26. Oct. Ab utroque distingue Rusticum burdigalensem, laicum, in literis humanioribus bene institutum, s. Sidonii familiarem (fl. 450), de quo cf. ib. II, 428 s.

[2]) „Velut irriguus fons ita in eum divina sapientia cotidie emanabat: unde

(Imola) in Aemilia c. a. 406, et a prima juventute Cornelio episcopo adhaesit, quam ob rem de eo scribere potuit serm. 165 n.: »Cornelius memoriae beatissimae . . . pater mihi fuit, ipse me per Evangelium genuit, ipse pius piissime nutrivit, ipse sanctus sancta instituit servitute, ipse pontifex sacris obtulit et consecravit altaribus.« A Cornelio creatus est diaconus et mox, non sine Dei nutu, ut ferunt, a Sixto III. electus et ordinatus est in episcopum ravennatensem (a. 433). Erat autem tunc Ravenna sedes imperii occidentalis, ubi Valentinianus III. cum pia ejus matre Placidia residebat. Illico Petrus muneri pastorali se dedit egregiisque concionibus populum instituit, vitia est aggressus atque ad omnis virtutis studium accendit, adeo in dicendo ardens, ut prae fervore vox illi interdum defecerit. Postquam a. 18 gregem suum verbo et exemplo laetissimo rexit profectu, annos natus nonnisi 45 dolore omnium piissime in Domino obiit probabiliter 3. Dec. 450. Supersunt post gravia fata *sermones* circiter 160 haud prolixi majori ex parte de textibus s. Scripturae, rarius de dogmate. Genus dicendi est accuratum et expolitum, figuris ornatum cum sententiarum gravitate atque majestate verborum. — Ex *epistolis* superest tantum perbrevis ad Eutychen, qui a Flaviano ep. constantinopolitano damnatus (448) etiam ad ipsum recurrerat, sed ea est summi momenti pro romani episcopi primatu, quia haereticum illum ad cathedram apostolicam relegat »quoniam b. Petrus, qui in propria sede et vivit et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem[1]).«

Ejus sermones, quos jam collegerat Felix[1]) ejus postea successor (708—717), et ornaverat prologo, prodierunt cura D. Mita Bononiae 1534; quae ed. intra sec. usque ad 1636 decies septies fuit recusa; Seb. Pauli Venetiis 1705 in f.; Augustae V. 1758; Migne in P. L. t. LII, 9—681. Liverani in Spicilegio Liberiano, Florentiae 1863 p. 125—203 lectiones variantes ad sermones jam editos, et 9 novos sermones exhibet.

242. Aequalis s. Petri fuit s. Maximus[2]), forte c. 430 factus episcopus taurinensis, egregius plane praesul fidei zelo virtutumque studio ardens († c. 465), cujus supersunt *homiliae* et *sermones,* breves fere 230, *tractatus 56,* expositiones 23 *de capitulis Evangeliorum,* in quibus polite et copiose, eleganter et nervose disserit, doctrinam catholicam fideliter exponit atque solide haereticorum conterit errores[3]). Post plures ed. imperfectas ed. praestantissimam et quantum fieri potuit completam curavit Bruno Bruni, Romae 1784, recusa a Migne P. L. t. LVII.

---

pro suis eum eloquiis Chrysologum Ecclesia vocavit i. e. aureus sermocinator.“ Lib. pont. eccl. Rav. in Mon. Germ. hist. Script. rer. langob. Hannoverae 1878 p. 310.

[1]) Cf. Loshorn der hl. P. Chrysologus und seine Schriften in Zeitschr. für k. Theol. Innsbruck 1897 p. 238—65; Dapper der h. Petrus Chr., Köln 1867; Stablenski der hl. Kirchenvater P. von Ravenna Chrysologus, Posen 1877; Fessler-Jungmann § 215 ss.; Bardenhewer § 97 n. 4, Nirschl III, § 218 s.; C. Weyman zu Petrus Chrysologus in Philologus 1896 LV, 464-471.

[1]) Hic commentarium *in Matthaeum,* quod coecitate laborans absolvere vel expolire non posset, morti propinquus flammis dare jussit.

[2]) Alius ab eo est Maximus episcopus forte in Gallia meridionali, cujus *epistolam* ad Theophilum alex. (385-412) primum edidit Reifferscheid (1871), de qua cf. G. Morin: La lettre de l'evêque Maxime à Theophile d'Alexandrie. Episode de l'histoire eccles. des Gaules au commencement du Ve siècle in Revue Bènèd. 1894. XI, 274—278.

[3]) Cf. Fessler-Jungmann § 218ss.; Ferrari S. Massimo . . . cenni storici e versioni, Torino 1858; Czapla in comment. ad Gennadii de viris ill. c. 40; Knoepfler KL. VIII, 1105—1108.

243. In Gallia illustre fuit nomen s. Eucharii: „Magnorum siquidem sui seculi pontificum (fuit) longe maximus" „maturus animi, terrae dispuens, coeli appetens, humilis spiritu, arduus merito, ac perinde ingenii subtilissimus, scientiae plenus, eloquii profluus", ut scribit Claudius Mamertus de statu animae l. 2 c. 9 n. 3. Nobili ex prosapia ortus mundo valedixit uxore consentiente seque abdidit in celeberrimo monasterio lerinensi (422), et altiora appetens solitariam vitam egit in propinqua insula Lerone. Summam vitae eremiticae perfectionem assectari cogitavit ideoque penetrare ipsas Aegypti solitudines: cui desiderio ut saltem aliqua satis faceret ratione, Cassianum impulit ad scribendas suas collationes[1]). Electus est c. 434 in episcopum lugdunensem eamque ecclesiam sancte rexit ad mortem usque a. circiter 450 vel 449—455. Haec ejusdem opuscula[2]): Epistola paraenetica ad Valerianum propinquum suum *de contemptu mundi et secularis philosophiae* (c. 427) scholastico et rationabili sermone, inquit Gennadius c. 63. Ea deest in ed. Wotke (Migne L, 711—727). — *De laude eremi* (ib. 701—711) ad s. Hilarium liber luculentissimus, teste s. Isidoro hisp. de viris ill. c. 28, et dulci sermone dictatus. — *Instructionum ll. II* ad Salonium filium (773—827), in quibus quaestiones difficiliores ex ll. tam V. quam N. T. breviter enodat atque nomina hebraica interpretatur. — *Liber Formularum spiritualis intelligentiae* ad Veranum alterum filium suum (727—773), in quo variorum nominum, terminorum et numerorum allegoricae traduntur significationes. Hujus op. juxta card. Pitra[1]) triplex praeterea occurrit forma vel editio. Prima inscribitur *Glossae* sive formulae minores, quarum collegit 390 ediditque cum inscriptione: Incipiunt *glossae spirituales* juxta Eucherium in Spicil. Solesm. III, 400—406. Harum formularum s. Eucherius forte non est auctor, sed alius eas ex ipsius opere compilavit. Aliae sunt *Formulae majores* ab illis non parum diversae, ed. Basileae 1530 et in biblioth. floriacensi a. 1605; satis diversa vero et multo minus critica est ed. Basileae 1531 a Frobenio facta, recusa in bibliothecis patrum, etiam in Migne P. L. sunt editae. Tertia denique veluti editio, quae a tribus seculis ejus nomine inscribitur, laudatur, expilatur, varium profecto et dubium opus, plurimum interpolatum ex Gregorio M., Isidoro, Beda. Textum originalem dedit Pitra in Analectis sacris 1884. II, 511-569 et Fr. Pauly hac inscriptione: S. Eucherii lugd. ep. l. *de formulis spiritualis intelligentiae.* Ad optimorum codd. fidem pertentosa interpolatione liberavit et recensuit, Graecii 1884. — *Historia passionis s. Mauritii et sociorum* (agaunensium martyrum legionis thebeae) stilo admodum eleganti conscripta (827—833), etiam in actis SS. ad diem 22. Sept. et in Ruinart actis MM. Haec a nonnullis juniori cuidam Eucherio, qui floruisse dicitur c. a. 529 (cujus tamen alii vel exsistentiam negant) tribuitur ac generatim de hoc martyrio magna est orta controversia

[1]) Cassiani scripta teste Gennadio c. 63 in compendium redegit. Sed epitome operum Cassiani ad Castorem Aptensem, quae exstat in Migne P. L. L, 867-94 non est Eucherii. Cf. sagacem diss. Fr. Diekamp *S. Eucherii lugd. ep. Epitome opp. Cassiani* eine moderne Titelfälschung in Röm. Qtlschr. 1900 IV, 341—55, in qua ostendit Eucherii epitomen intercidisse; jam sec. V collationum et institutionum Cassiani exstitisse versionem graecam, hanc in epitomen fuisse redactam: hujus pp. 2 edidisse Montfaucon in opp. s. Athanasii ed. Parisiis 1698 II, 366-386 (Migne P. G. XXVIII, 849—905). Hujus versionem latinam sub Eucherii nomine tamquam ipsius epitomen Migne P. L. L, 867—894 propinasse.

[2]) Cf. de horum opusc. editionibus Schoenemann bibl. hist. lit. t. II, 775—795, etiam in Migne L, 685—698.

[1]) Spicil. Solesm. III praef. XIX ss.

literaria[1]). Tribuuntur ipsi et *homiliae,* quae tamen et sub aliorum nomine circumferuntur, aliquot habes in Migne p. 833—866. — Commentarii *in Genesim,* quos sub Eucherii nomine edidit Brassicanus Basileae 1531, et habentur in Migne P. L. L, 893-1048, sunt Cento ex Augustino, Hieronymo, Gregorio, Isidoro etc., qui lapsu temporis additionibus fuit auctus. Commentarii *in ll. Regum* (ib. 1047—1212) sunt pariter suppositi, quibus tamen, sicut et illis in Genesim, neque scientia Scripturarum neque eruditio deest. — Ep. ad Faustum seu Faustinum *de situ Judaeae* urbisque hierosolymitanae ex Jos. Flavio, Hieronymo aliisque concinnata, Eucherio quidem digna, dubia tamen[2]): videtur enim esse excerptum ex Beda et Adamnano etc. Prostant s. Eucherii *opera* in Max. bibl. PP. lugd. 1677. VI, 822—1014 et XXVII, 180 s. et apud Migne P. L. L, 685—1214; accuratam ed. curavit Wotke Vindobonae 1894 p. I (Corpus script. eccl. lat. t. XXXI). Scripta autem sunt haec opuscula stilo eleganti, eloquenti, unctionis pleno: merito ergo dicitur Eucherius a s. Isidoro hisp. c. 28: »Elegans sententiis, ornatus in verbis.«

Valerianus cemeliensis (Cimiez) apud alpes maritimas, qui medio sec. V. floruit, reliquit *homilias XX,* in quibus gravis succique plena facundia apparet, necnon et *epistolam* ad monachos, qua eas ad praecipuas hortatur virtutes: hae editae habentur Migne LII, 691—758. Prodierunt jam antea[1]) inter Sirmondi opp. Parisiis 1596. I, 604-702; Venetiis 1728 I, 345-404; in Heptade praesulum christ. Theophili Raynaudi, Parisiis 1671 p. 726—55, qui eum etiam strenue adversus Semipelagianismi tuetur notam ib. 756—802, et apud Migne t. cit. p. 757—837.

244. *Liturgiam* quadamtenus spectat *Laterculus* sive index festorum Polemei (Polemii) Silvii (Salvii, Polemei Annaei) episcopi Octodurani (Martignac ad Rhodanum), qui singulis mensibus festa christianorum (et gentilium) indicat. Partem ejus, mensem scil. Januarium, et excerpta ex aliis edidit Bollandus in praef. gen. t. I. Jan. n. 4. Continuatores autem Actorum SS. plenum illius exemplar nacti, illud ediderunt[2]) t. VII. Jun. p. 178—184 (inde Migne XIII, 676—688), in quo tamen plura aliter leguntur quam apud Bollandum. Adjecerat autem illi

---

[1]) Cf. Hirschmann die neueste Literatur über das Martyrium der thebäischen Legion in hist. Jahrb. 1892 XIII, 783—98; J. Schmid (adversus Egli) der hl. Mauritius und seine Genossen oder das Martyrium der thebäischen Legion, Luzern 1893; Allard La persecution de Dioclétien et le triomphe de l'Eglise, Paris 1890. I, 17—34; II, 335—64; Katholik 1888. I, 618—639; II, 70—94; 156—78; Potthast p. 1472; Stolle das Martyrum der theb. Legion, Breslau 1890, qui martyrium quidem admittit, sed ad umbram revocat paucorum tantum militum martyrio concesso. Pro veritate martyrii stant praeterea Ducis S. Maurice et la legion Thébeenne, Annecy 1887; J. Bern. de Montmélian S. Maurice et la legion Théb. Paris 1888 t. 2. Cf. Grisar Zeitschr. für k. Theol. 1889 XIII, 746—749.

[2]) Exstat in corp. script. eccl. lat. Viennae 1898 t. XXXIX, 123—134 cur. P. Geyer. Cf. de Eucherio Fessler-Jungmann § 230; Bardenhewer § 96 n. 2; Nirschl III § 221; Guilland S. Eucher, Lerins et l'Eglise de Lion au Ve siècle, Lyon 1881, opus, in quo desideratur judicium criticum; Mellier de vita et scriptis s. Eucherii, ib. 1878; Hist. lit. de Fr. II, 275—294; Fabricius bibl. lat. med. aet. I, 525; Schroedl KL. IV, 952.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 222; Hist. lit. II, 328—33; KL. XII, 558.

[2]) Simul cum eo ediderunt *Kalendarium* antiquum Furii Dionysii Philocadi a. 354 conscriptum, qui fuit celeber sub Damaso pontifice kaliographus, cujus adhuc mirantur archaeologi inscriptiones singulari arte lapidibus insculptas.

Kalendario sacro et profano plura alia, ut seriem regum et tyrannorum, qui regnaverant, provinciarum imperii romani, computum, breviarium temporum etc., quae modo desiderantur. Dedicaverat hunc laborem s. Eucherio, »a quo omnia, ut ipse scribit in litera dedicatoria, pro ejus qui inter nos est amoris studio, comprobantur.« Eucherius vero ipsi dedicavit suam historiam passionis ss. Mauritii M. Floruit priori hujus sec. dimidio. — »Musaeus, massiliensis ecclesiae presbyter, vir in divinis Scripturis doctus et in earum sensibus subtilissima exercitatione limatus, lingua quoque scholasticus, hortatu s. Venerii ep. excerpsit ex s. Scripturis lectiones totius anni festivis aptas diebus, responsoria etiam psalmorum, capitula tempori et lectionibus congruentia. Quod opus tam necessarium a lectoribus in ecclesia comprobatur, ut expetitum et sollicitudinem tollat et moram, plebique ingerat scientiam, celebritati decorem. Sed et ad personam s. Eustachii ep., successoris supra dicti hominis Dei, composuit sacramentorum egregium et non parvum volumen, per membra quidem pro opportunitate officiorum et temporum, pro lectionum textu psalmorumque serie et cantatione discretum, sed supplicandi Domino et contestandi beneficiorum ejus soliditate sui consentaneum. Quo opere gravissimi sensus et castigatae eloquentiae agnovimus virum. Homilias etiam dicitur declamasse« etc. Ita Gennadius ejus aequalis vel suppar c. 79. Obiit inter 457—461. Opera ipsa interciderunt, sed dubium non est ex lectionibus illis atque responsoriis atque sacramentorum l. plura hodie superesse in libris liturgicis[1]). — »Petrus ilerdensis Hispaniarum ecclesiae episcopus edidit diversis solemnitatibus congruentes orationes et missas eleganti sensu et aperto sermone.« Ita Isidorus hisp. de viris ill. c. 13, nec plura scimus de hoc scriptore. Quo tempore vixerit, non plane assignatur. Juxta Gams jam c. a. 400; juxta alios nonnisi sec. VI. — Forte huc spectat Joannis s. romanae Ecclesiae diaconi epistola ad Senarium virum illustrem *de variis ritibus* ad baptismum pertinentibus et aliis observatione dignis (Migne LIX, 399-408): de quo Joanne viri eruditi disputant, quando vixerit: Gallandi cum Muratori contra Mabillon, Martene etc. conjicit, eum floruisse exeunte sec. V.

245. Ad ascesim referri possunt[1]) praeter tot scriptores jam supra lau-

[1]) Cf. Hist. de la Fr. II, 340—342.

[1]) Praetermittimus Zosimum (Zosimas) abbatem in Palaestina a. 432, cujus Διαλογισμοί exstant in Thesauro ascetico Possini Parisiis 1684, Migne LXXVIII, 1679—1702. — Antonini Honorati episcopi constantinianensis (cirtensis) exstat *epistola* apostolici spiritus exhortatoria ad labores pro Christo ferendos inscripta (intra a 435—49) Arcadio, qui propter fidem a Genserico in exsilium fuerat ejectus (Migne L, 567—70). — Arsenii eremitae aegyptii († 444 vel 449) exstant *duo sermones* (Migne LXVI, 1615—1622). Tanti eum fecit Theodosius imp., ut eum dederit filio suo Arcadio institutorem. Vitam ejus descripsit Theodorus Studita in Act. SS. Jul. IV, 617. Cf. Hefele KL. 1447. — Simeon Stylites juxta Theodoretum, qui ejus vitam descripsit, mundi miraculum propter miram vitam per a. fere 50 in columna (unde ejus cognomen, † 2. Sept. 459), reliquit quasdam literas a Nicephoro H. E. XIV, 51; XV, 13. 19 asservatas, in primis ep. *de morte assidue cogitanda*. Ejus *acta*, miracula praesertim, conscripta fuere syriace, ut videtur, a Simeone filio Apollonii et a Barhatar filio Oudani c. a. 472, edita a Bedjan inter Acta MM. IV, 507 ss.; *vitam* ejus descripsit Antonius, monachus atque ejus discipulus, quam latine (et forte immutatam) habes in Actis SS. ad 5. Jan. I, 264—268. Cf. Zingerle Leben und Wirken des h. Symeon Stylites, Innsbruck 1885, et KL. XI, 1071—1073; Duval La Littér. syr. p. 160; 352, juxta quem monophysitae eum sibi vindicant ob aliquot quas scripsisse fertur literas. Sed dubitare licet, num sint genuinae. Alia ejus-

datos Diadochus photicensis in Epiro episcopus (fl. c. 450), cujus exstant in versione latina Capita centum *de perfectione spirituali,* et sermo *de ascensione D. N. J. Christi* a card. Mai (1840) repertus, apud Migne P. G. LXV, 1141-1148; 1167-1212. Cf. Nirschl III § 252. Alius ab eo esse censetur Marcus Diadochus, cui tribuitur *Sermo contra Arianos* (Migne P. G. LXV, 1149—1166). Hic vixisse videtur jam sec. IV. Cf. Bardenhewer § 79 n. 4. — Julianus Pomerius natione Maurus, presbyter, rhetoricae magister Arelate, ubi Caesarium discipulum habuit, monachus dein et abbas, scripsit tres egregios libros *de vita contemplativa* (Migne LIX, 415—520). Teste Isidoro hisp. de vir. ill. c. 25 composuit et alios libros ut ll. 8 in dialogi morem *de animae natura,* in quorum 2. „Tertulliani erroribus consentiens, animam esse corpoream dixit quibusdam hoc fallacibus argumentis adstruere contendens;" et l. *de virginibus instituendis,* qui tamen perierunt. Magni factus est Pomerius ab aequalibus; obiit vero circa a. 498 vel 499. Opus supra citatum prodiit primum sub Prosperi nomine, ut Parisiis 1711 in f. etc. Cf. Nirschl III § 262; Hist. lit. II, 665—675; Bardenhewer KL. X, 156. — „Paulus, presbyter, refert Gennadius c. 75, ut ex dictis ejus cognovi Pannonius, scripsit *de virginitate servanda* et contemptu mundi ac vitae institutione vel morum correctione mediocri sermone, sed divino conditos sale ll. duos ad personam cujusdam nobilis Christo deditae virginis Constantiae nomine", qui tamen non amplius exstare videntur.

246. S. Patricius (ita a s. Coelestino cognominatus, cum antea diceretur Succat Cothrige, Magonus, Munn), secundum alios Scotus, secundum alios ex Normannia[1]) n. c. 372 post varia fata tristia et itinera ab illo pontifice in Hiberniam missus (432) miro ibidem fructu Evangelium praedicavit, quam ob rem merito Hiberniae salutatur apostolus. Annum dicitur attigisse 120 atque obiisse a. 492 vel 493. Plura quidem ipsi scripta tribuuntur apud Migne P. L. t. LIII, 789—841, et Whitley Stokes, qui antiquas ejusdem biographias collegit in egregia et accurata editione operis jam rari Colgan O. S. Fr. Trias Thaumauturga Lovanii 1647 inscripta The tripartite Life of St. Patrik with other Documents relating to that Saint, Londini 1887 t. 2; ed. criticam habes adornatam a Car. Vollmöller in Organ für rom. Sprachen und Mittellatein VI, 143—197. Genuina censentur ejus *confessio,* in qua non fidei proponit summam, sed vitae seu missionem suarum narrat curriculum, et *epistola* ad Christianos Corotico tyranno subditos: non tamen desunt pro more, qui et de horum genuinitate jam moveant dubia[2]).

---

dem *acta* a Cosma de Phanir presbytero syro ejusdem familiari conscripta chaldaice et latine edidit St. Ev. Assemannus in Act. ss. Mart., Romae 1748 II, 268-398. — Schnoudi abbatis monasterii Athribis in Aegypto *epistulas* quasdam edidit Amelineau in Monuments pour servir à l'histoire de l'Egypte chrétienne au IV. et V. siècle I, 101. — De Porcario abbate monasterii lerinensis (c. 486) cf. Hist. lit. II p. 687.

[1]) Cf. Morris The Dublin Review 1883. IX, 1—32, qui tuetur, eum esse quidem Gallum, sed nativitatis locum assignari non posse. Malone vero ib. 1886 No 32 p. 314—34 rejectis duabus opinionibus in textu assignatis locum nativitatis prope Bath in Anglia reperit, cui tamen mox thesin opposuit Colin C. Grant ib. No 33 pag. 334—59 Scotiam esse sancti nostri patriam. Non tacuit Malone in 1887 Nr. 36 p. 387—401 stans iterum pro Anglia, sed assignato jam alio nativitatis loco. Cf. Kaulen KL. IX, 1610—1615.

[2]) Eam ex. gr. negat J. v. Pflugk-Harttung die Schriften N. Patricks in Neue Heidelberger Jahrbücher 1893 III, 71—84. Cf. Bellesheim Gesch. der kath. Kirche in Irl., Mainz 1890. I, 1—68;

247. Celeber penes Syros asceta fuit Isaac monachus, dein brevi tempore episcopus Ninives, unde Ninivita est dictus. Mox vero amore solitudinis et ascesis episcopatu se abdicavit atque vitam duxit anachoreticam. Plurima reliquit scripta, quorum non multa typis prodierunt. Controvertitur de tempore, quo vixerit; sed praevalet sententia eum floruisse exeunte sec. V. Pariter est controversia, num fuerit orthodoxus an Nestorianus vel monophysita. Sententia ejus orthodoxiam asserens videtur praeferenda[1]). Cf. Chabot de s. Isaaci Ninivitae vita, scriptis et doctrina diss. theologica Lovanii 1892, ubi longum catalogum scriptorum exhibet p. 27—53 et tres ejusdem homilias; duas exhibuit Zingerle in Monum. syr., Innsbruck 1869. I, 97—101; quorundam scriptorum versio graeca prodiit Lipsiae 1770; latina in Migne P. G. LXXXVI, 1799—1888 sub nomine Isaac Antiocheni. Praecipuum opus in versione latina inscribitur *de contemptu mundi*. Aliqua germanice versa exhibet Bickel Ausgew. Schr. der syr. Kirchenväter, Kempten 1874 p. 273—408. Cf. Nirschl III, § 282.

248. Multi floruerunt hoc seculo poetae christiani. Primum inter eos locum meret Pontius Meropius Anicius Paulinus[1]). Genere erat nobilissi-

---

Bardenhewer § 113 n. 1; Acta SS. ad 17. Mart. II, 517 ss.; Nirschl III § 265; Potthast p. 1510 ss., qui copiosam exhibet literaturam. Benignus unus ex ejus discipulis vitam ipsius scripsisse traditur, quam habes apud Colgan Acta SS. Hiberniae, Lovanii II, 21—34. — *Carmen* discipuli sui Secundini (Sechnall) episcopi, qui ejus gesta mira et apostolica celebrat, habes apud Muratori Anecd. lat. IV, 136 s., Migne P. L. LIII, 837—840.

[1]) Distingui debet hic Isaac ab Isaac Antiocheno, de quo supra egimus p. 397, et ab Isaac Armeno, de quo cf. p. 411. Cf. de nostro Fessler-Jungmann § 255; Assemanus Bibl. or. I, 444—463, juxta quem versus finem sec. VI. floruit; Duval op. cit. p. 233—35, qui eum Nestorianum fuisse dicit.

[1]) Nomen Paulini sec. V. satis erat vulgatum. De aliquo hujus nominis scribit Gennadius c. 68 „composuit tractatus *de initio Quadragesimae*, ex quibus ego duo legi; *de die dominico paschae, de obedientia, de poenitentiae, de neophytis*.“ Controvertunt viri eruditi, quisnam fuerit hic Paulinus, num burdigalensis, cujus exstat epistola ad Faustum rejensem (fl. c. 480); an biturícensis (Beziers), cui nonnemo tribuit homiliam *de s. Genesio* M. arelatensi (fl. c. 419). Hujus forte est *Epigramma* a Schenkl inter poëtas minores Vindobonae 499—510 editum sub Paulini nomine in cod. repertum, quae opinio levi nititur conjectura. Auctorem hoc vixisse tempore ex ipso carmine colligitur. — De Paulino mediolanensi jam egimus p. 423. Alius est Paulinus Hesperii proconsulis Africae filius et celebris Ausonii nepos, Pellae in Macedonia n. 376, hinc Pellaeus cognominatus, qui in juventute vitam duxit mundanam, sed gravibus pressus calamitatibus in viam rediit atque a. 422 Massiliae baptizatus est. Senex jam grandaevus a. 469 *carmen* composuit *eucharisticum*, quo Deo gratias agit de providentia ejus in se tam paterna. Ob sinceram vitae conversionem et poenitentiam cognominatus est etiam Poenitens († c. 460). Edidit ejus eucharisticon de vita sua, plenum piis sensibus sed sine arte, M. de la Bigne in appendice ad suam bibliothecam PP., Parisiis 1579; in alias PP. bibliothecas (neque in Migne Patrol. lat.) non fuit admissum; prodiit cur. Leipziger Breslau 1858; et inter poëtas christianos minores ed. W. Brandes Vindobonae 1888 XVI p. 1 pag. 263-334. Cf. Hist. lit. II, 363—71; Rocafort de Paulini Pellae vita et carmine, Bordeaux 1800 in 8. — Alius est pariter Paulinus de Petricordia (Perigueux) qui composuit sed ineleganter, prolixum epos *de vita s. Martini ll. VI* intra a. 465-70, in quibus metrice narrat, quae Sulpicius Severus de vita s. Martini et Perpetuus episcopus turonensis cf. supra p. 428 a. de ejus miraculis retulerant; necnon versus (80) *de visitatione* (i. e. mira sanatione nepotuli sui), et alios (25) *de orantibus*. Prodierunt primum cura Fr. Jureti, Parisiis 1589; in P. L. Migne LXI, 1009-1076; cura Petschenig inter poetas christ. min. supra cit. p. 1—190. Cf. Hist. lit. II, 467—73. Bardenhewer § 112 n. 3. Obiit intra 473—78.

mus utpote familia senatoria romana ortus et divitiis fere immensis abundans; primis imperii dignitatibus honoratus, sed prae primis mundi contemptu vitaeque sanctitate clarissimus seculum hoc quam maxime illustravit. Natus est c. a. 353 vel 354 in Aquitania. In Ausonii schola egregie institutus, tanti magistri fruens gratia jam anno 25. aetatis ad consulatus promotus est honorem (378). Adhuc in seculo degens amicitiam iniit cum viris illius aevi sanctitate et doctrina celeberrimis, cum ss. Martino turonensi, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Victricio rotom., cum Sulp. Severo aliisque et ab iis vicissim summi est factus. Tantorum virorum exemplo necnon Therasiae piissimae uxoris assidua exhortatione et judicii extremi consideratione motus a s. Delphino burdigalensi episcopo baptismum suscepit c. a. 389, et patriae, senatui, seculo musisque valedicere constituit totumque se Deo dicare (390—394). Invitus a Lampio episcopo barcinonensi presbyter est ordinatus (393), ea tamen conditione, ut nullius ecclesiae servitio adscriberetur: statuerat enim vitam transigere ad sepulchrum s. Felicis M. nolani specialis sui patroni. Et revera a. 394 Nolam secessit habitavitque in monasterio prope s. martyris basilicam constructo. Ibi »ex opulentissimo divite voluntate pauperrimus et copiosissime sanctus, quando et ipsam Nolam barbari vastaverunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo, ut ab eo postea cognovimus, precabatur: Domine, non excrucier propter aurum et argentum; ubi enim sint omnia mea, tu scis[1].« Vitam duxit studio s. Scripturae, pietatis exercitiis, poenitentiae humilitatisque operibus deditam. Electus est in episcopum nolanum a. 409 ac perseverans in omnis virtutis studio atque in exercendis misericordiae in omnis generis egenos operibus sancta morte[1]) vitam absolvit 22. Juni 431. Ita eum Fortunatus in vita Martini l. 2. v. 380 ss. (Migne LXXXVIII, 389) celebrat:

Dives agris, opulens famulis, locuples et acervis,
Vir censu vastus, lare celsus et ore rotundus,
Ditior ipse fide, pro Christo fit sibi pauper,
Et dedit innumeros redimentes crimina nummos,
Cujus sparsa solo migravit ad astra facultas.
Fecit et in coelum pignus ascendere terras,
Uno stando loco, et dant bruta ad sidera saltum.
Ergo evangelicum Paulino implente relatum,
Martinus monitat cunctis talem esse sequendum
Tramite difficili, potuit qui pergere dives[2]).

249. Ex ejus *carminibus* circiter 33 supersunt: e quibus maximi pretii sunt 13 (et 14. fragmentum), quae singulis annis in honorem s. Felicis nolani composuit[3]). Prae primis suis

[1]) Ita s. Augustigus de civ. Dei l. 1 c. 10 n. 2.

[1]) Uranius gallus, s. Paulini discipulus et presbyter nolanus, stilo simplici et nitido descripsit in ep. ad Pacatum, poetam gallum, obitum Paulini nolani, cui morienti aderat. Eam edidit Chifflet in suo Paulino illustrato, inde Bollandistae ad 22. Jun. et Muratori inter op. Paulini nol. et Migne LIII 857—66.

[2]) Respicit hic quae refert Sulpicius in l. de vita b. Martini n. 25: „Praestantissimum nobis praesentium temporum illustris viri Paulini ... exemplum ingerebat (Martinus), qui summis opibus abjectis, Christum secutus, solum pene his temporibus evangelica praecepta complesset: illum nobis sequendum, illum clamabat imitandum; beatumque esse praesens seculum tantae fidei virtutisque documento, cum secundum sententiam Domini (Matth. 19, 21 ss.) dives et possidens multa, vendendo omnia et dando pauperibus, quod erat factu impossibile, possibile fecisset exemplo."

[3]) In dem Unterschiede von dem Feuer und der Leidenschaft des Prudentius zeigt

carminibus sanctorum cultum commendat »adeo ut haec propria ejus provincia a Deo assignata haud immerito dicatur« inquit Fessler-Jungmann § 183. — *Epistolae* quoque 50 scriptae stilo nonnihil quaesito reliquae sunt, in quibus haud raro dogmata firmat atque mores. Continuationem ep. 25. reperit ediditque Bardenhewer Katholik 1877. I, 493—510; Weyman hist. Jahrb. 1895 XVI, 22-99. — In sermone pulcherrimo, qui unus superest, scil. *de gazophylacio* beneficentiam commendat. Alia ejusdem scripta perierunt. Sunt qui ipsi tribuant *Passionem s. Genesii* arelatensis propter stili scil. affinitatem; praeeunte Muratori admodum probabiliter Antonii *carmen adversus gentes,* quod ediderunt Gallandi III, 653—661 et Migne P. L. V, 261—282 Commodiani (cf. p. 86) instructionibus subjunctum; Oehler in Gersdorfii bibl. PP. eccl. lat., Lipsiae 1847 XIII, 121—132; Bursian in Sitzungsber. der philos.-philolog. u. hist. Kl. der k. baier. Ak. München 1880 I, 1—23; et recenter *Obitus Baebiani,* quod carmen polymetricum ad explicandas imagines W. Brandes Paulino asseruit ediditque in Wiener Studien 1890 XII, 280-297. — Saepius edita fuere Paulini opera, ut a Rosweydo Antverpiae 1622; a J. B. le Brun Parisiis 1685 t. 2. in 4., optima editio, aucta Veronae 1736 in f.; a Migne t. LXI, 9—957 cum copioso apparatu literario, cujus ed. tamen desunt duo carmina a Mai reperta, inter ss. Nicetae et Paulini scripta Romae 1827. Novam ed. curavit Hartel, Vindobonae 1894 t. 2 (Corpus script. eccl. lat. t. XXIX. XXX); cf. ejusdem Patristische Studien V. VI, ib. 1895.

250. Oriens, Orientius, poeta gallus (cf. a. 439) episcopus forte ausciensis (Auch) fideles hortatur carmine simplici quidem, sed fervido, ad vitam vere christianam[1]), illudque inscripsit *Commonitorium,* quod reperies apud Migne LXI, 977—1000 et cura R. Ellis inter poetas christ. min. Viennae 1888 p. I pag. 191—261, et jam antea apud Gallandi t. X, 185—196 et saepe alibi. Alia quaedam carmina minora, quae ei tribuuntur, sunt dubia. — Flavius Merobaudus hispanus scholasticus, forte idem de quo Idacius in Chronico ad a. 427 scribit: »Merobaudus natu nobilis et eloquentiae merito, vel maxime in poematis studio veteribus comparandus, testimonio etiam provectus statuarum,« concinnavit non infeliciter carmen breve *de Christo*[2]), quod edidit inter poetas

P. sich auch in seinen Dichtungen als eine milde und zarte Natur. Es fehlt ihm die schöpferische Kraft des Spaniers, die Kühnheit und der Schwung der Phantasie, die Farbenpracht der Sprache. Sein Ausdruck ist einfacher und ruhiger, aber auch zierlicher und geschmackvoller, überall von einem reich ausgebildeten Schönheitssinne zeugend. Bardenhewer § 91 n. 3, cui praeivit Ebert op. cit. l. 2. c. 11; Baumgartner t. IV. c. 10 p. 133—151. *Vitam* autem s. Felicis, quam s. Paulinus heroico versu descripsit, ineunte sec. VI. Marcellus presbyter nolanus prosa reddidit. Eam edidit Bollandus Jan. I, 946 ss. Cf. Sacchini vita d. Paulini in ed. opp. Eucherii adornata a Rosweydo, Antverpiae 1612; 1621 et in sua ed. opp. s. Paulini et in Actis SS. ad d. 22. Jun. IV, 202—225; Chifflet Paulinus illustratus, Divione 1662 in 4; Tillemont XIV, 1-146; 710-737 Buse Paulin B. v. N. und s. Zeit, Regensburg 1856 t. 2 in 8; Lagrange Hist. de St. P. de N., Paris 1877, 1882 ed. 2 in 2 v. in 12, germanice etiam versa Mainz 1882; Hist. lit. II, 179—99; Nirschl II, § 188; Hartel patristische Studien VI: zu den Gedichten des h. Paulinus v. Nola Wien 1895.

[1]) Cf. Bardenhewer § 73 n. 5; Hist. lit. II, 251—56. Tribuuntur ei quoque carmina aliquot minora et orationes, sed num revera ipsius sint est dubium. Cf. Fessler-Jungmann § 234; Ebert I, l. 3. c. 8. Nonnulli tribuunt Commonitorium cuidam Orientio hispano episcopo illiberitano, qui floruit initio sec. VI., sed immerito.

[2]) Ebert I², l. 3c. 10 de hujus carminis genuinitate dubitat, cum ut poeta paga-

christ. Georgius Fabricius Basileae 1564 p. 763; Migne LXI, 971—974. — Blossius Aemilius Dracontius origine Afer, parentum divitum filius, in literis humanioribus bene excultus, aliquandiu juri civili se dedit, sed carmine, quo alienum (forte imperatorem romanum) ut dominum colit, iram incurrit Gunthamundi regis Vandalorum (484—496), qui eum in carcerem conjecit atque bonis spoliavit. Ibi composuit carmina duo: unum *Satisfactio* inscriptum (Migne LX, 901—932), in quo Dei depraedicat bonitatem regemque hortatur, ut Deum in parcendo imitetur, quod tamen caruit optato fructu; alterum prolixius *Laudes Dei* in III distinctum ll., in quorum 1. Dei in creatione beneficentiam et gratiam extollit, quae eminet (2) in ejusdem conservatione atque missione J. Christi, 3. excitat ad Dei amorem atque confidentiam (Migne LX, 679—902). Carmen de satisfactione correxit et reformavit Eugenius II, episcopus toletanus atque ita saepius prodiit inscriptum *Elegia* Dracontii (Migne P. L. LXXXVII, 383—388); item et magnam p. libri I de Deo, in quo agit de opificio sex dierum et de protoparentum lapsu, qua de re ita scribit Eugenius ad Chindasvintum regem (Migne ib. p. 369): „Dracontii cujusdam libellos multis videns erroribus involutos ... subcorrexi: hoc videlicet moderamine custodito, quo superflua demerem, semiplena supplerem, fracta constabilirem et crebro repetita mutarem ... Et quoniam de die septimo praefatus auctor omnino reticuit, semum mihi opusculum videbatur ... idcirco ... sex dierum recapitulationem singulis versiculis ... denotavi de die vero septimo, quae visa sunt dicenda subnexui[1].“ Qua retractatione libellos Dracontii „ita in pulchritudinis formam coëgit, inquit Ildephonsus toletanus l. c., ut pulchriores de artificio corrigentis quam de manu processisse videantur auctoris.“ Ita retractatum prodiit inscriptum Dracontii *Hexaemeron* (Migne LXXXVII, 371—384). Textum originalem dedit Arevalo[1]) in ed. sua plane egregia carminum auctoris nostri, cum eruditissimis prolegomenis (367—402), Romae 1791, inde Migne LX, 901-932; F. de Duhn Dracontii *carmina minora*, Lipsiae 1873. Reliqua auctoris nostri fata nos prorsus latent.

251. Gajus Sollius Modestus Apollinaris Sidonius Lugduni 5. Nov. c. a. 430. natus ex nobilissima familia senatoria, ex qua prodierunt Praefecti Romae et Praetorio, militum duces aliique summi magistratus, omnique liberalium artium disciplina, etiam in lingua graeca egregie excultus, poeticae maxime laude et mira ex tempore loquendi facundia claruit[2]), adeo ut

num se exhibeat. Carminum panegyricique reliquias ex membranis Sangallensibus edidit Niebuhr, Bonn 1824 ed. 2.

[1]) Haec fere ad verbum descripsit s. Ildephonsus de vir. ill. scriptis c. 14.

[1]) Cf. praeterea Bardenhewer § 114 n. 6 et KL. III, 2016. Auctoris nostri carmina profana edidit demum F. de Duhn op. cit.; cf. W. Meyer die Berliner Centones der Laudes Dei des Dracontius, Berlin 1890; Ebert l. 3 c. 4, qui eum dicit einen der interessantesten Dichter dieser Epoche, einen wahren Poet; Leimbach Realencyl. 5³, 15—17, qui de eo censet: In den beiden auf specifisch-christlichem Boden stehenden Dichtungen zeigt der Dichter eine nicht gewöhnliche Gewandtheit in der Sprache und im Versbau und überrascht geradezu durch die zahlreichen aus der Bibel und aus der Profanliteratur entnommenen Beispiele für seine religiösen und ethischen Sätze und durch die Anwendung der letzteren auf seine persönliche damalige Lage.

[2]) Baumgartner IV, 195: Er ist bei weitem geistreicher, belesener und gewandter als etwa Ausonius, ein echter, lebendiger Gallier, dem das Wort in wunderbarer Leichtigkeit floss und der dennoch, mit feinem Formgefühl begabt, die Kunst des Stils vielleicht nur allzusehr pflegte, um später nüchternen Kritikern zu gefallen.

Romae statua publica inter celebres poëtas ei poneretur. Conjugem duxit Papianillam Aviti, postea imperatoris romani, filiam. Honores ambiens mundanos ex favore principum factus est praefectus Urbis et princeps senatus, dein et patricius a. 468. Rediens in patriam ab honoribus mundanis transiit ad ecclesiasticos, nam electus est in episcopum avernensem seu claromontanum (c. a. 471). Exinde renunciavit vitaemundanae moresque mutavit in melius atque virtutes induxit vere episcopales; renunciavit et poësi, quae parum spiritus christiani prae se tulerat et in rebus profanis canendis versabatur, seque dedit magis prosae scribendisque *epistolis,* quas ll. 9 complexus est[1]). Posterioribus sui episcopatus annis captus a Gothis Avernis, graves passus est calamitates, hinc etiam civitate aliquamdiu exsulare est coactus. Gravi quoque dolore fuit afflictus ob seditionem duorum suae gregis presbyterorum in ipsum commotam. Obiit 21. Aug. intra a. 482—490. „Dogmata fidei, inquit Fessler-Jungmann § 232, et morum ex Sidonii scriptis nihil ferme lucis et confirmationis acquirunt: at historia illorum temporum et vitae consuetudo, status literarum et antiquae Ecclesiae disciplina inde non parum illustrantur. Dictio ejus mascula et copiosa, plerumque tamen nimis turgida et artificiose quaesita, atque etiam ob amplissimam eruditionem difficilis intellectu et nonnumquam obscura.“ Alia quaedam, quae composuisse dicitur perierunt. Opera collegerunt ac commentariis notisque eruditis et doctis illustrarunt Savaro, Parisiis 1599; 1609 in 4. (ed. praeclara); Sirmond, qui et ejusdem vitam scripsit, ib. 1614. et melius 1652 in 4. (ed. praestantissima), recusa inter Sirmondi opp. 1696 et Venetiis 1728 t. 1; item in Gallandi bibl. X, 461—626; Migne P. L. LVIII, 435—752; E. Baret Parisiis 1879; Chr. Luetjohann in cujus ed. accedunt Fausti 5 aliorumque *epistolae* ad Ruricium[1]) aliosque, Ruricii ep., quam ed. absolverunt post prioris editoris mortem (1884) Fr. Leo et Th. Mommsen in Mon. Germ. hist. auct. ant. t. VIII, Berolini 1887; Mohr Lipsiae 1895 in 4; Gregoire et Collombet cum versione gallica, Lugduni 1836 t. 3 in 8.

252. Praetermittimus Claudium Marium Victorem[2]) laicum, qui ab aliis

[1]) Cf. Bardenhewer § 112 n. 2: Die meisten dieser Gedichte entnehmen ihren ganzen Aufbau der antik-heidnischen Mythologie; alle aber sind mit einem verschwenderischen Luxus mythologischer Bilder ausgestattet . . . Wortreich und gedankenarm wie die Gedichte sind diese Briefe, gleichwohl als ein reiches culturgeschichtliches Zeitgemälde von grossem und vielseitigem Interesse. Cf. Hist. lit. II, 550—72. 765. Saedret Revue des qq. hist. (1882.) XXXII, 210-24. L. A. Chaix S. Sidoine-Apollinaire et son siècle, Clermont-Ferand 1867-68 t. 2 in 8; Fabricius III, 464 ss.; Potthast p. 1014; Ebert l. 3 c. 10; Baumgartner IV, 195—197. Ceterum ab aequalibus summis efertur encomiis, ut Hist. lit. de eo scribat p. 568: S. Sidoine passoit presque sans contradiction et pour la plume la plus éloquente, et pour l'esprit le plus judicieux et le plus élevé qui fut alors dans les Gaules.

[1]) Hic Ruricius ex illustri Galliae familia ortus, Sidonii amicus, factus est episcopus lemovicensis c. 484 post multos annos in matrimonio exactos, pietate ac humilitate insignis († 507 vel postea). Reliquit *epistolas* (82) plerumque officiosas vel etiam asceticas stilo nimis affectato, quas cf. apud Migne LVIII, 67—124; Engelbrecht (cum Fausti regiensis scriptis) in corp. script. eccl. lat. XXI, 248—490, et in ed. in textu cit. Cf. Hist. lit. de Fr. III, 49—56.

[2]) Hic distingui debet a Victore poeta, Sidonii amico, qui juxta Sidonium ep. V. 21, „cum cetera potenter, tum potentissime condidit versus.“ Obiisse creditur post a. 470. nihilque suorum carminum superesse videtur. Cf. Hist. lit. II, 419. — Distingui pariter debet a Cajo Mario Victorino, de quo supra egimus p. 190.

dicitur Victorius, Victorinus, rhetorem massiliensem. Hic ad filii sui Etherii personam, ut scribit Gennadius c. 60, commentatus est in Genesi i. e. a principio libri usque ad obitum Abrahae patriarchae quatuor versu edidit libros[1]), christiano quidem et pio sensu, sed utpote seculari literatura occupatus homo et nullius magisterio in divinis Scripturis exercitatus, levioris ponderis sententias figuravit († 425—450 forte c. 445).« Optime prodiit hoc opus inscriptum *Alethia*, sed ll. 3 tantum usque ad Sodomae et Gomorrhae (Gen. 19, 28) excidium comprehensum, cura C. Schenkl inter poetas christianos min. p. 1. Viennae 1888 pag. 395—437. Textus prius a Gagnejo editus Lugduni 1536; Parisiis 1545 etc., etiam in Migne LXI, 937—970, pro arbitrio ab editore fuit mutilatus et interpolatus. Subjecit Schenkl sub ejus nomine *epigramma* (in forma dialogi) de perversis suae aetatis moribus p. 499—510, quod forte est Paulini biturícensis (Migne ib. 969—972). — Auspicii episcopi tullensis, Sidonii amici (fl. c. 470), exstat *epistola* versibus expressa[1]) ad Arbogastem comitem Trevirorum in eleemosynae commendationem in Migne LXI, 1005—1008; Mon. G. hist. epist. III, 135—137. — Petrus edessenae ecclesiae presbyter, declamator insignis, »scripsit variarum causarum *tractatus* et in morem s. Ephraem diaconi *psalmos* metro composuit (Gennadius c. 74)«, quorum tamen nihil innotuit.

[1]) Cf. et Bourgoin de Cl. M. Victore rhetore christiano V. sec. (thesis) Parisiis 1883; Hist. lit. II, 244—48; Bardenhewer § 73 n. 5; Capla in comment. ad Gennadii c. 60; Ebert I², l. 3, c. 2; Gams KL. XII, 909.

[1]) Cf. Histoire lit. II, 478 s.

VIII.

Scriptores ecclesiastici seculi VI.

Pars prior (501—550).

253. Aurea theologiae catholicae aetas praeteriit. Priori hujus seculi parte nullus comparet scriptor, qui magnis Ecclesiae patribus et doctoribus seculi praeteriti possit comparari. Speciatim vero in Ecclesia orientali rari jam sunt scriptores, qui eruditione vel nominis fama inclaruerint. Initium ducamus a romanis pontificibus, quorum aliqui saltem literas plane graves ediderunt. S. Symmachus (498—514), unus ex Ecclesiae romanae diaconis, suffectus est Anastasio II, die 22. Nov. 498, mox vero plurima mala est expertus ab aemulo Laurentio, qui favente Anastasio imp. factionem concitavit seque legitimo opposuit pontifici. Schismate utcunque sopito calumniis ab adversariis fuit impetitus, imo et ‚truculenter vulneratus' est. Verum synodus a Theodorico convocata ad causam dijudicandam, Palmaris cognominata vel quia in loco habita fori romani ad Palmam dicto, vel in atrio s. Petri ad Palmata appellato, vel juxta aliquos quia illius sessio fuit praecipua et peremptoria, sententiam de Symmacho soli Dei judicio reservavit, et pontificem ab omnibus incriminationibus liberum et immunem declaravit (23. Oct. 501). Novae tamen excitatae sunt turbae, et Anastasius imp. adversus pontificem libellum divulgavit contumeliis et querelis refertum, cui hic tractatu apologetico respondere festinavit (ep. 10). Decessit praesul strenuus 19. Jul. 514. Ex ejus epistolis supersunt tantum decem, quas cum aliis, quae ipsi sunt inscriptae, reperies apud Thiel ep. rom. pont. genuinae pag. 641—738; Migne P. L. LXII, 40—80 etc. — Ejus tempore et occasione controversiarum de ipso prodierunt documenta spuria Symmachiana (symmachianische Fälschungen) dicta, narratio scil. de lapsu Marcellini papae, acta synodi sinuessensis, Constantini baptismus, Constitutum Sylvestri cc. 20 constans, Liberii gesta, Xysti III purgatio etc., stilo horrido, implexo et obscuro composita. Etsi scripta sunt ad tuendam Symmachi causam, calumniose tamen ea tribuuntur ipsi Symmacho, ac si illa pro ea finxerit. Auctor est plane anonymus atque documenta characterem mere privatum habent[1]).

[1]) Cf. Grisar Geschichte Roms und der Päpste I, 718 ss., qui accurate

254. Principem tamen locum inter pontifices hujus seculi, si Gregorium M. excipias, de quo ineunte sec. VII. loquemur, tenet s. Hormisda (514-523). Natione erat Campanus, natus Frosinone, unus ex diaconis, qui fidelissime ex Symmachi parte steterant, in cujus locum suffectus est, postquam sedes apostolica septem vacasset dies 26. Juli 514. Pacis amator et nutritor omni incubuit studio componendi tristissimum schisma acacianum, quod jam tot annis diviserat Orientem ab Ecclesia occidentali multasque excitaverat turbas. Quam ob rem plurimas scripsit epistolas seque gessit, prout eum decuit, cui divinitus commissa fuit cura dominici ovilis. Nunquam forte adeo resplenduit romani pontificis primatus jurisdictionis vel in Orientem quam hac occasione. Nam pro obtinenda reconciliatione et resarcienda unione cum sede apostolica tenebantur episcopi subscribere fidei formulam, qua manifesta continetur primatus sedis romanae professio. Eam autem subscripserunt teste vel Döllinger[1]) 2500 episcopi, patriarchae constantinopolitani Joannes et Mennas, necnon et Justinianus, postea imperator. Supersunt tanti pontificis *epistolae* circiter 80, quas cum ep. ad eum datis habes apud Thiel p. 739—1006; Migne LXIII, 363—533. Cf. Jaffé, Regesta I, 101—109. Quum ita sanctus pontifex omni ex parte bonum certamen certasset, fidem servasset d. 6. Aug. (quo ejus memoria recolitur in martyrologio romano) a. 523 ad aeternae pacis gaudia vocatus est.

255. Paucas admodum *epistolas* reliquerunt s. Joannes I. (523—526); s. Felix IV. (juxta alios III., 526—530); Bonifacius II (530—16. Oct. 532), qui approbatione conc. arausicani II. peremptorie semipelagianismum damnavit[1]), et s. Joannes II. (532—535), sub quo recruduit monachorum scytharum controversia, olim sub Hormisda aegre sopita, de propositione scil. »Unus ex Trinitate carne passus est«, cui monachi Acoemitae acerrime restiterunt[2]). Horum enim obstinationem pontifex intentata excommunicatione repressit, atque professionem fidei Justiniani imp., qui probaverat propositionem, approbavit (ep. 2 et 3; cf. Migne LXVI, 9—31). — Brevis admodum erat pontificatus s. Agapeti: decessit enim jam a. sequenti 22. Apr. 536. Constantinopoli, quo a senatu romano et a Theodato Gothorum rege exoratus pro avertendo bello ab Italia profectus erat: sed admodum strenue causam defendit catholicam. Nam Anthimum (Anthemium) episcopum sede et communione tamquam haereticum privavit ejusque in locum ordinavit Mennam (13. Mart. 536). Supersunt *epistolae* septem[3]), quas invenies apud Mansi coll. conc. VIII, 845—860 (sed 5. ad Anthimum spuria censetur); Migne LXVI, 31—79. — S. Silverius a. 536 electus, mox hortante Theodora Augusta a Belisario

---

de iis disserit, atque inter alia censet: Sie sind weit entfernt, als beabsichtigte Mittel zur Erhöhung der Gewalt des päpstlichen Stuhles gedient zu haben, wie in jüngerer Zeit behauptet worden ist; sie besitzen vielmehr einen ganz privaten Charakter und nicht einmal ihre amtliche oder öffentliche Verwendung für die Person des angeklagten Symmachus kann irgendwie nachgewiesen werden. Cf. pag. 460; 471; Zeck KL. XI, 1075—1084.

[1]) Cf. Kirchengesch. I², 177; Jungmann diss. in hist. eccl. XI; Fessler-Jungmann § 255 s.; compendii theol. a nobis editi t. I n. 408. 419; Knoepfler KL. VI, 281—288; Hefele Conciliengesch. II², 569—751.

[1]) Cf. Häusle-Küpper KL. II, 1033; ejus epistolae habentur in Migne P. L. LXV, 29—51; s. Felicis, ib. 9—23.

[2]) Cf. Brischar KL. VI, 1556 ss.

[3]) Cf. de his pontificibus Fessler-Jungmann § 257; Norisius diss. in hist. controvers. de uno ex Trinit. passo c. 10; de Agapeto Hergenröther KL. I, 327.

pontificatu spoliatur (537), quia Agapiti sententiam in Anthimum latam constantis animi magnitudine rescindere noluit[1]). Hinc missus in exsilium Pataram Lyciae: inde tamen auctoritate imperatoris reductus relegatur in Pontiam maris Tyrrheni insulam Palmariae proximam, ubi incommodis, inedia aerumnisque confectus obiit 20. vel 24. Jun. 538, juxta alios 540. Cf. Migne LXVI, 79—88.

256. Post romanos pontifices tres praesertim sunt hujus periodi scriptores, qui diligentiorem merent attentionem. Primus est Dionysius ‚Areopagita' cognominatus, quia credebatur idem cum illo, cujus meminit Lucas Act. 17, 34. Summa ejus scripta fruebantur medio aevo et ultra in scholis auctoritate. Sed quo major operum fama, eo acrior exarsit praesertim a sec. XVI. inter viros criticos controversia de eorundem auctore. In scholis quidem indubium fuit, auctorem non alium esse ab illo Dionysio Areopagita, cujus mentio fit Act. 17, 34 quemque s. Paulus ad fidem christianam adduxit. Verum cum ars critica jam magis invalesceret, dubium ortum est ob rationes tam internas quam externas ducibus Laur. Valla († 1457) et Erasmo (1536) de eorundem genuinitate, atque temporis lapsu praevaluit sententia, ea non esse genuina i. e. non illius Dionysii, ut hujus auctoritas sit jam plane conclamata vixque sit[2]) qui eam serio adhuc tueatur. Suntne ergo ab aliquo falsatore conficta illique ad eis conciliandam auctoritatem supposita? Hoc jam plurimi tuentur eorumque originem assignant exeunti sec. V. vel ineunti VI, cum eorum mentio disserta primum fieri videatur a Severianis monophysitarum errori addictis in colloquio CP. a. 532 habito. Tam valida autem sunt horum auctorum pro suppositione argumenta, ut juxta Bardenhewer controversia post solidas Koch et Stiglmayr disquisitiones jam peremptorie sit finita. Alii cum Hipler mediam ineunt viam. Concedunt quidem, ea opera non esse Dionysii Areopagitae, sed revera cujusdam Dionysii, quondam ethnici ad fidem conversi, qui factus sit presbyter et praeses scholae catecheticae seu abbas monasterii Rhinokorurae in Aegypto. Eum scholae neoplatonicae addictum manifesto prodi stilo et doctrinae genio, atque floruisse post medium sec. IV. ex internis indiciis colligi. Scribarum vel commentatorum vitio seu inadvertentia temporis lapsu factum esse, ut hic Dionysius, qui se non jactat esse Areopagitam vel immediatum Pauli discipulum, confunderetur cum Areopagita, eoque magis, quod forte hoc fuerit nomen mysticum in confratrum choro ipsi tributum[1]).

257. Nolumus spinosam hanc ingredi controversiam[2]). Supponimus ea

[1]) Cf. de horum pontificum epistolis Jaffé I, 109—116.

[2]) Non desunt tamen vel nostra aetate patroni hujus antiquatae sententiae. Ita C. M. Schneider, Areopagitica die Schriften des hl. Dionysios vom A. Eine Vertheidigung ihrer Echtheit, Regensburg 1884 in 8; Bertani Autenticità delle opere di s. Dionysio A. Milano 1878; Josephus a Leonissa O. Cap. in Jahrb. für Philos. XVI, 95 ss.: 165—180; 282—309; 479—490.

[1]) Cf. Hipler Dionysius der Areopagite, Regensburg 1861; KL. III, 1789-96; Nirschl II. p. 131 ss. Hinc quorundam conjectura, eum esse illum Dionysium monachum, cujus mentionem facit Sozomenus H. E. VII, 31. Cf. Draeseke gesammelte patristische Untersuchungen, Altona 1889 p. 25—77: Dionysios von Rhinokolura; Zeitschr. für wissensch. Theol. 1892. XXXV, 208—18.

[2]) Cf. eam succinte expositam apud Fessler-Jungmann § 121 s.; Bardenhewer § 100. De auctore nostro cf. scriptores quam plurimos apud Chevalier s. v. Denys et in supplem. citatos. Recentiori aetate ea non esse Dionysii Areopagitae ostendit Koch Theol.

non esse Dionysii Areopagitae, Pauli ap. discipuli. Cum vero eorum magna fuerit per secula in scholis auctoritas, breviter saltem horum operum mentio est facienda, quam huic periodo reservavimus, quia primum hoc seculo eorum usus certo comparet. Ea porro sunt: Liber *de coelesti hierarchia,* in quo sermo est de angelis deque eorum ordinibus atque hierarchiis; *de ecclesiastica hierarchia,* in qua disseritur de sacramentis baptismi, eucharistiae et ordinationis, de Ecclesiae ministris, de solemni monachorum professione, de caeremoniis etc.; *de divinis nominibus,* hinc et de divinis perfectionibus, reliquorum opp. velut fundamentum; *de mystica theologia,* in qua auctor agit de incomprehensibilitate et ineffabilitate Dei, deque unione quadam ineffabili, qua eidem in hac vita uniri possimus. — Decem insuper exstant *epistolae* de theologia mystica vel de argumentis practicis. Epistola Apollophani philosopho inscripta, in qua de religionis christianae veritate agit deque eclypsi solis prodigiosa, quam in Christi morte Heliopoli conspexerit, spuria censetur, sicut et epistola *de passione Petri et Pauli* ed. a Pitra in Anal. sacris IV, 241—254; 261—276 in triplici versione; ep. apocrypham ad Titum de assumptione b. M. V. ex lingua armena germanice redditam exhibet Vetter Theol. Qtlschr. 1887 LXIX, 133—138. Alia quoque se scripsisse testatur auctor, sed eorum nullum comparet in antiquitate vestigium. — Prodierunt opera collecta cura Corderii S. J. Antverpiae 1634; Parisiis 1644 t. 2 in 4; Venetiis 1755. 1766 cur. Bern. de Rubeis cum diss. de eorundem auctore ejusque fide contra ea, quae Lequien in diss. damascenica II. asseruerat; in Migne P. G. t. III. IV cum apparatu literario, variis vitis (IV, 577—870), et Brixinae 1854 in 8; nulla tamen exstat ed. critica. Magna his operibus auctoritas accrevit ex s. Maximo M. († 662), qui scholia in eadem scripsit auctoremque a monophysitismi nota vindicavit; ex approbatione universae scholae per secula, quae illis plurimum est usa ad confirmanda vel illustranda doctrinae catholicae capita; ex usu summorum theologorum mysticorum, qui eum secuti sunt ducem securum [1]). Jam modo minor est eorum auctoritas, tum quia auctor est planeincertus, tum ob stili singularitatem et obscuritatem, quae exigit ut benigna utamur interpretatione, qua usi sunt

Qtlschr. Tübingen 1895 LXXVII, 353-420, 1896 LXXVIII, 290—298; röm. Qtlschr. 1898 XII, 353—398, ubi exceptionibus J. Draeseke et Nirschl respondet.

[1]) De doctrina ejusdem cf. Hipler de theologia II., qui sub Dionysii A. nomine feruntur, fasc. 4 Braunsberg 1871. 1874. 1878. 1885; L. Niemeyer Dionysii A. doctrinae phil. et theol. exponuntur et inter se comparantur, Halae 1869; Stiglmayr Zeitschr. für k. Theol. 1898. XXII 180—87; 246—303; XXIII, 1—23; XXIV, 657—671, qui priori diss. p. 302 praeter alia ad rem notat: die durchaus abnorme Sprache, die beständige Anlehnung an die Terminologie der Mysterien, die neugebildeten Wortformen, die überladenen Satzgefüge, die künstliche und willkürliche Umbildung und Steigerung der überlieferten gemeinverständlichen Ausdrücke ist der kirchlichen Hierarchie ebenso eigenthümlich wie den anderen Werken des D. Um einen ausreichenden Grund für diese Eigenart des Stils zu geben, muss man nicht blos die neuplatonische Vorbildung des Verfassers, sondern auch eine bewusste und absichtlich festgehaltene Verkünstelung und Verdunkelung der Sprache von Seite des D. berücksichtigen. Cf. et eundem in hist.-pol. Bl. 1900 CXXV, 541—551; 613—27: Der Vater der Mystik im Lichte des Neuplatonismus occasione op. Koch, Pseudo-Dionysius A. in s. Beziehungen zum Neuplatonismus und Mysterienwesen, Mainz 1903; hist. Jahrb. 1895. XVI, 252—274; 721—49; et das Aufkommen der Pseudo-dionysischen Schriften und ihr Eindringen in die christl. Literatur bis zum Laterankonzil 649, Feldkirch 1895 coll. Nilles Zeitschr. f. k. Th. 1896 XX, 395—399, et in aliis fasc. literariis.

revera theologi scholae in meliorem sensum intelligentes auctoris verba.

258. Alter speciali dignus memoria est philosophus plane insignis Anicius Manlius Torquatus Severinus Boëthius (Boëtius) ex nobilissima Aniciorum familia c. 470—80 Romae natus. Prima jam aetate missus est Athenas, ubi perfectam sermonis graeci notitiam acquisivit et in philosophia aliisque disciplinis fuit institutus. In urbem reversus ob insignes animi dotes, eloquentiam et in rebus gerendis dexteritatem acceptissimus erat Theodorico regi Ostrogothorum et Italiae, qui eum ad secretiora adhibebat consilia, ad summas dignitates ipsumque consulatum (a. 510) promovit, magistrum palatii atque officiorum instituit atque negotia gravissima ei exsequenda concredidit. Gloriae quasi apicem attigit, cum et duos suos filios adhuc juvenes vidit (522) consules. Expertus tamen est misero fato humanae gloriae vanitatem et mutabilitatem. Nam Theodoricus procedente aetate ad suspiciones pronus aemulorum accusationibus nimis fidens eum inauditum custodiae tradidit ac veluti proditionis reum non sine cruciatibus inter a. 524—26 morte affecit[1]). Post Theodorici mortem honorifice in basilica ticinensi s. Petri fuit sepultus ejusque cultum ab immemorabili ei praestitum tamquam servo Dei et sancto martyri Leo XIII. decr. 13. Dec. 1883 ex consulto congr. ss. Rituum confirmavit.

259. Ex ejus operibus celeberrimum et admodum elegans est *de consolatione philosophiae* ll. V, in forma colloquii inter ipsum et Sapientiam, partim prosa, partim versibus conscriptum. Composuit hoc opus in carcere in exspectatione quasi certa mortis. Cum sibi proponat consolationis motiva ex sola philosophia hausta, nullaque fiat expressa religionis christianae mentio, quae longe efficacioribus solatii motivis abundat, suspicio quibusdam oborta est, Boëthium non fuisse Christianum: hinc opera theologica, quae ei tribuuntur, non esse genuina. Verum illud opus mere philosophicum prodere videtur animum vere christianum, cum nulla philosophia pagana tam sana et pura principia ethica complectatur, nulla tanta fiducia, certitudine, calore loqui possit[1]). Plurimum arrisit hoc opus posteritati: hinc post Aristotelem magna erat ejus in quaestionibus philosophicis auctoritas penes scholae theologos. In multas versum est linguas, plures illud illustrarunt commentariis a sec. IX—XVI, nec defuerunt, qui ad illius imitationem opera ejusdem genii conscripserint.

260. Reliquit plura alia opera philosophica, versiones et commentaria nonnulla plane egregia in opera veterum Aristotelis, Porphyrii, Ciceronis, Marii Victorini, quae habes in Migne P. L. LXIV, 9—1239. Reliquit et aliquot opuscula theologica. Brevis fidei christianae complexio seu *de fide*[2]); *de s. Trinitate,* quo in l. in-

[1]) Cf. Gervaise Histoire de Boëce Sen. Romain. Parisiis 1715 et apud Migne P. L. LXIV, 1411—1600.

[1]) Cf. N. Scheid die Weltanschauung des B. und sein Trostbuch in Stimmen aus Maria Laach 1890 XXXIX, 374—392; Baumgartner IV, 206—215, qui inter alia de hoc opere scribit: Die eingestreuten Gedichte sind so gedankenreich und tief, vielfach so tief empfunden und im Zusammenhang des Ganzen so ergreifend, zugleich von solcher Formvollendung, dass man versucht sein dürfte, Boëthius nicht nur als den grössten philosophischen Genius, sondern auch als den bedeutendsten Dichter seiner Zeit zu bezeichnen.

[2]) Cf. E. K. Rand Der dem Boëthius zugeschriebene Tr. *de fide catholica* untersucht, Lipsiae 1901, conjicit eum esse potius Joannis diaconi, cui Boethius plura dicavit opera. Etiam Peiper de ejus dubitat genuinitate. De omnium quinque genuinitate agit G. Bosisio Sull'-

quirit, quomodo Trinitas unus Deus ac non tres Dii sit; *Utrum Pater et Filius et Spiritus s. de divinitate substantialiter* praedicentur, quo in libello respondet, nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum s., nec ipsam Trinitatem ad exprimendam Dei substantiam pertinere, sed relationes tantum in una substantia divina designare; *de persona et natura* contra Eutychen et Nestorium; tr. subtilis: *quomodo substantiae in eo, quod sint, bonae sint, cum non sint substantialia bona.* Utitur hisce in tract. argumentis non tam ex Scripturis quam ex ratione revelatione illustrata desumptis, „ita ut scholasticis quodammodo facem praetulisse videatur, nec semper facile intelligatur[1])". Saepe prodierunt ejus *opera* collecta, ut Venetiis 1491. 1492 ed. princeps; 1499; 1556; Basileae 1546; 1570 cur. Glareano, quae ed. ab eruditis laudatur; plenissime cum apparatu literario in Migne P. L. t. LXIII. LXIV. Libri *de consolatione philosophiae* cum confessione fidei et notis editi sunt a Renato Vallino Lugduni Bat. 1656 in 8; 1668; 1671; Jenae 1843, cur. Th. Obbario (absque opusculis); Lipsiae ed. Peiper 1871 cum opusculis, qui in proleg. disserit de sacrorum opp. commentatoribus, de interpretibus, de imitatoribus philosophiae consolationis. Ex recensitis opusculis theologicis primum et quartum in dubium vocat. Commentarios in l. Aristotelis *de interpretatione* iterum post tria secula K. Meiser, Lipsiae 1877—1880 pp. 2 edidit; l. *de consolatione philos.* et *commentarios* de interpretatione et de forma P. Piper Die Schriften Notkers und seiner Schule, a Notkero Labeo germanice reddita, Freiburg und Tübingen 1882 I, 1—588. — Quaedam opuscula, ut *de unitate et de uno,* ei fuere supposita.

261. Tertius est s. Fulgentius, praecipuus forte hujus periodi theologus, fidei catholicae contra Arianos strenuus propugnator et doctrinae s. Augustini de gratia fidelissimus post s. Prosperum vindex[1]). Natus is est

---

autenticità delle opere teologiche di A. M. T. S. Boezio, Pavia 1869. Nitzsch das System des B. und die ihm zugeschr. theol. Schriften, Berlin 1860, et Realencycl. III³, 277 eam negat.

[1]) Fessler-Jungmann § 247. Cf. Bardenhewer § 115 n. 1., qui de eo et Cassiodorio § 110 n. 2 scribit: B. et C. sind sozusagen unablässig damit beschäftigt, das, was ihre Zeit an klassischer Bildung noch besass, vor den Wogen der Völkerwanderung zu bergen und dem aufsteigenden Mittelalter zu retten; Funk KL. II, 967—972. Krieg über die theologischen Schriften des B. im Jahresber. der Görresgesellsch. für 1884, Köln 1885 p. 23—52; J. G. Suttner Boethius der letzte Römer. Sein Leben, sein christl. Bekenntniss, sein Nachruhm, Eichstätt 1852 in 4; L. C. Bourquard De A. M. S. Boëtio christiano viro, philosopho ac theologo, Parisiis 1877 in 4, Nirschl III § 294; Potthast pag. 161 s.; Ebert I l. 3 c. 22; Ehrhard I § 42 n. 1.

[1]) Bellissimam ejusdem vitam scripsit quidam ex ejusdem discipulis, qui putatur esse Fulgentius Ferrandus, de quo infra loquemur. Habes eam in ed. opp. s. Fulgentii, in actis SS. Jan. I, 32—45 Antverpiae 1643, et in nostris op. sel. XLV, 3—86. — A nostro Fulgentio distingue non solum Fulgentium Ferrandum, sed et Fabium Claudium Gordianum Fulgentium (qui ab aliis dicitur Fabius Furius F. Planciades) nostro Fulgentio aequalem et, ut videtur, catholicum, cujus plura sunt opera, in primis liber absque literis *de aetatibus mundi et hominis.* Nititur etiam gentilium mythos allegorice in bonum seu moralem sensum interpretari in *Mythologiarum ll. 3.* Cf. Kihn KL. IV, 2118; Ebert I² l. 3. c. 21; Jungmann qq. Fulgentianarum cc. 3 in Ritschl Act. soc. philol. lips. t. 1. Lipsiae 1870. Sed en Rud. Helm, qui hujus Fulgentii opera recensuit Lipsiae 1898, conjicit, auctorem horum operum insipidorum et forma semibarbara conscriptorum esse ipsum nostrum Fulgentium, „deinde multis annis transactis et animo mutato, cum ipse, quibus esset vitiis infectus, satis perspexisset, monachum factum et vitam emendasse et sermonem."

illustri ex familia in Tellepte civitate provinciae Byzacenae c. a. 468 (juxta alios 466). Curis ac deliciis saecularibus renuncians motus praesertim lectione expositionis s. Augustini in Ps. 36, Faustum episcopum tunc fidei exsulem adiit atque enixis precibus, ut in ejus monasterium reciperetur, tandem obtinuit. Mira constantia matris conatus eum retrahendi ad seculi negotia vicit, et persecutiones passus est graves ab Arianis. Desiderio flagravit invisendi Aegypti deserta, quae quondam eremitarum vita illustrabantur, hinc iter arripuit,« sed Syracusis haesit. Inde Romam transiit apostolorum memoriam salutaturus rediitque in Africam ingenti gaudio a suis exceptus. Novum ibi condidit monasterium piisque monitis multos excitavit ad amplectendam vitam religiosam. Cum sanctitatis doctrinaeque ejus fama semper latius diffunderetur, a Ruspensibus expetitus est episcopus tanto ardore, ut e cella raptus non tam pontifex esse rogaretur quam cogeretur (510). Mox tamen a rege Thrasamundo cum aliis 60 episcopis provinciae byzacenae in Sardiniae insulam exsul pulsus est. Horum episcoporum ipse erat lingua atque ingenium. »Quandocunque enim, inquit auctor vitae ipsius c. 20, trasmarinis literis de fide vel de diversis quaestionibus interrogabantur episcopi, Fulgentio respondere pro omnibus imponebatur.« Hinc egregii quidam libelli ex ejus prodierunt calamo. Thrasamundo demum defuncto (523) episcopis exsulibus per Hildericum ejus successorem redire licuit. Ingenti fidelium gaudio Fulgentius redux exceptus est totumque jam se impendit, ut vulnera tam diuturna diraque persecutione Ecclesiae inflicta sanaret. Qua in occupatione atque in omnis pietatis operibus reliquum temporis transegit. Morbo diuturno correptus inter gravissimos dolores haec ingeminabat verba: »Domine, da mihi modo hic patientiam, postea indulgentiam,« atque ita pie in Domino obiit c. a. 533. Ejus memoria ab Ecclesia recolitur 1. Jan.

262. Merito de eo scribit s. Isidorus de vir. ill. c. 27: »Fulgentius afer . . . in confessione fidei clarus, in Scripturis divinis copiosissime eruditus, in loquendo quoque dulcis, in docendo ac disserendo subtilis, scripsit multa.« In suis operibus Arianos praesertim solide docteque impugnat. Inter ea eminet l. *de fide* ad Petrum seu de regula verae fidei (Migne XLV, 671—708), tractatus vere aureus, quo exposita prius fide catholica de praecipuis mysteriis ejusdem veluti summam 40 capitulis n. 45—84 comprehensam exhibet Petro homini laico veritatis studioso, qui Hierosolymam profecturus eum de regula rogaverat, ut posset haereses per Palaestinam serpentes agnoscere et vitare. Caput 45. seu quae sequuntur post n. 85 in antiquioribus ed. merito spuria habentur. Edidimus illum inter opuscula selecta SS. PP. XVI, 171-260 Oeniponti 1871; 1895. — Liber *de Trinitate* ad Felicem notarium (497—508); liber *contra Arianos*, in quo decem objectionibus respondet, quas Thrasamundus rex c. a. 515 proposuerat (205—224); et libri III ad eundem, quibus ad alias ejusdem exceptiones ex mysterio incarnationis contra ss. Trinitatis fidem petitas respondet (223—304). L. *ad Victorem* (507—528) contra sermonem Fastidiosi ariani (quondam catholici et monachi, qui ad Arianos defecerat). — Liber ad Scarilam *de incarnatione Filii Dei* et vilium animalium auctore 573-603). — Liber *contra Fabianum* arianum periit, sed supersunt adhuc fragmenta 39 pretiosa (749—834), ita etiam periit opus *adversus Pintam*, nam l. *pro fide catholica* adversus Pintam ep. arianum, qui sub ejus nomine circumfertur, non censetur genuinus; periit et commonitorium (brevissimum) *de Spiritu s.*, cujus exstant duo tantum fragmenta. Hisce operibus fere com-

mune est uberior incarnationis mysterii illustratio et defensio, cum Ariani ex eo praesertim ss. Trinitatis mysterium, hinc et Filii divinitatem impugnaverint.

263. Stetit et intrepide pro sincera doctrina de gratia pluribus operibus, in quibus sequitur et illustrat Augustinum, unde dictus est Augustinus abbreviatus. Huc spectant ll. III *ad Monimum* (151—223) amicum suum, qui aliquot quaestiones ipsi proposuerat, in quorum l. agit occasione difficultatis ex s. Augustini doctrina de perf. just. n. 31. ortae de duplici praedestinatione Dei, una bonorum ad gloriam, altera malorum ad poenam; in 2. de sacrificio corporis et sanguinis Christi; in 3. interpretatur initium Ev. s. Joannis contra Arianos. — Libri III. *de veritate praedestinationis et gratiae Dei* ad Joannem et Venerium adversus Semipelagianorum errores (603—672). — Alius l. *de praedestinatione et gratia* (Migne LXV, 843—854) non est s. Fulgentii. — L. VII *contra Faustum* (rejensem cf. p. 383) perierunt. — *De remissione peccatorum* ll. II neque extra Ecclesiam, neque post hanc vitam obtinenda (527—573). — Supersunt et *epistolae XIII* (303—497), saepe admodum prolixae tractatuum instar, sed plane insignes: quarum aliae sunt asceticae (7), quae praeclarissima continent praecepta pro quavis hominum conditione; aliae sunt dogmaticae, in quibus pro more nitide et solide quaestiones tractat gravissimas. Inter eas reperitur ex. gr. etiam l. Petri diaconi africani et aliorum, qui in causa fidei a graecis ex Oriente Romam c. a. 519 missi ad Fulgentium aliosque Africae episcopos scribunt de incarnatione et gratia suaeque fidei rationem reddunt (in ed. nostra XLVI pag. 178-202; Migne LXII, 79—92). His respondet s. Fulgentius nomine quindecim episcoporum ep. 17, quae est liber de eodem hoc argumento egregie disserens ib. 202—308; Migne LXV, 451—493. Epistolas edidimus inter opusc. sel. SS. PP. t. XLV et XLVI Oeniponte 1884. *Sermones* tantum decem reliqui sunt (719—750); octoginta illi, quos Theoph. Raynaudus reperit atque s. praesuli asseruit in Heptade praesulum christianorum Parisiis 1671 p. 536—590, Migne p. 855—954, censentur, si tres excipias, aliorum, ut s. Augustini, Petri Chrysologi, vel ignoti auctoris africani; nonnulli probato scriptore indigni. Prodierunt ejus opera primum Hagenau 1520 cur. Pirkheimer et Cochlaeo, quae ed. saepius fuit recusa. Longe praestantior est ed., quam curavit B. Mangeant, Parisiis 1684 in 4; recusa Venetiis 1746 in cf. et a Migne P. L. LXV, 117—963. Plura alia ejusdem scripta periisse videntur, nam s. Isidorus de eo refert: „Composuit multos tractatus, quibus sacerdotes in ecclesiis uterentur[1]).

264. Praeter hos multi alii inferioris celebritatis sunt, qui pro defensione dogmatum fidei christianae pugnarunt[2]). Aeneas Hieroclis clari

[1]) Cf. de c. Fulgentio praeter vitas et proleg. in ed. opp. ejusdem, Fessler-Jungmann § 237 ss. qui accuratissime de eo agit; Bardenhewer § 114 n. 5; Nirschl III § 286 ss.; Görres Beitrag zur Kirchengesch. des Vandalenreichs in Zeitschr. für wissenschaftl. Theol. 1893. I, 500—11; Dzialowski in comment. ad c. 27 s. Isidori hisp. de vir. ill.; Wörter zur Dogmengesch. des Semipelag. III die Lehre des Fulgentius v. R., Münster 1900, in quo fuse de doctrina s. Fulgentii disputat.

[2]) Minus felix in illustrandis fidei catholicae mysteriis fuit Joannes, a laboris assiduitate Philoponus vel etiam, quia Alexandriae commorabatur grammaticus alexandrinus dictus, philosophiae magister, qui circa hujus seculi medium floruit, non seculo sequenti, ut plures opinabantur. In op. suo praecipuo theologico Διαιτητὴς ἢ περὶ ἑνώσεως, in quo disserit de Christologia et de ss. Trinitate, tuetur monophysitarum errores et tri-

neoplatonici philosophi discipulus, insignis rhetoricae magister Gazae, unde Gazensis cognominatus est, ineunte hoc seculo composuit dialogum inscriptum Theophrastus *de immortalitate animae* et de corporum resurrectione (Migne P. G. LXXXV, 871—1004), qui medio aevo in scholis magni aestimabatur diciturque a non nemine auro omni gemmisque pretiosior. Prodiit etiam Parisiis 1836 in 8 cur. J. Fr. Boissonade cum versione Ambrosii Calmaldulensis († 1439) et Zachariae mitelenaei scriptis. Rejicit in eo praeexistentiam animarum[1]) et mundi aeternitatem, quam statuit Origenes, et adversus neoplatonicos carnis tuetur resurrectionem. Reliquit[2]) etiam *epistolas* 25 breves, sed nitidas, quas edidit Hercher in Epistolographi graeci, Parisiis 1873 p. 24—32. — Reperit edidit que Mai in bibl. nova PP. (IV, 2, 79, inde Migne LXXXVIII, 529-579) *disputationes* habitas a. 527 inter Photinum manichaeum et Paulum christianum, natione Persam. Cf. G. Mercati Per la vita e gli scritti di Paolo il Persiano. Appunti di una disputa di religione sotto Giustino e Giustiniano in op. Note di letteratura biblica e cristiana antica, Romae 1901 p. 180—206, juxta quem hic Paulus idem est cum Paulo nisibeno, cujus opus Junilius Africanus latine versum exhibet in suis *Institutis regularibus* divinae legis, et ipse, non Zacharias Mitilaeus, auctor est Apologiae adversus πρόταστς Photini manichaei. Disputationem vero censet fideliter literis fuisse consignatam. Cf. Kihn

---

theismo viam sternit, cujus habetur veluti parens, hinc etiam in conc. oecumenico V. ut haereticus fuit damnatus. Opus integrum non amplius exstat, sed fragmenta sat magna nobis asservavit s. Jo. Damascenus de haeres. I, 101—7. Contra Philoponi cc. 7, quorum in illo meminerat opere, scripsit teste Photio cod. 50 Nicias (Nikios) monachus, cujus quoque sunt duo sermones contra graecos et scriptum contra Severum monophysitam (deperdita). — Adversus Proclum neoplatonicum bene sed prolixe admodum disputat *de aeternitate mundi* (quem l. edidit H. Rabe, Lipsiae 1899, et jam antea Trincavelli Venetiis 1535 inf.) quam rejicit. — *De opificio mundi* ll. VII, quibus exhibet eruditum commentarium in Moysis Hexaemeron. Prodiit hoc opus cur. Corderio Viennae 1630, sed longe accuratius cur. W. Reichhardt inter scriptores sacros et profanos fasc. I, Lipsiae 1897. In eo sicut s. Basilio ut plurimum consentit, ita per omnia Theodoro mops. repugnat. In quibusdem ed. adjicitur disputatio (dubia) *de paschate*, in qua ostendere nititur, Christum celebrasse coenam paschalem non sensu literali, sed mystico, cum ea non inciderit in festum paschatis, quo solum ea erat praescripta, sed in diem praecedentem. Prodiit praefatione ornata Lipsiae 1899 cur. Car. Walter inter comment. philos. jenenses VI, 2 p. 195—225. — In disp. *de resurrectione* negat numericam et individualem corporis resuscitati identitatem cum eo, quod modo gestamus, sanctorumque patrum auctoritatem irridet. Contra hunc librum scripserunt Theodosius quidam, cujus meminit Photius cod. 22 (Migne CIII, 60), Conon, Eugenius et Themistius monophysitae, qui in suis contra ejus de carnis resurrectione deliramenta *Invectivis* eum omnino a christiana abhorrere fide affirmant teste eodem Photio cod. 23. — Reliquit l. adversus synodum IV, plura *commentaria* in Aristotelis opera et alia quaedam. Cf. praeter alios Schoenfelder die Kirchengesch. des Johannes von Ephesus aus den Schriften übersetzt mit einer Abh. über den Tritheismus, München 1862 p. 267—311; Stoeckl KL. VII, 1748—54; Bardenhewer § 101 n. 3. Plura ejusdem opera exhibet Gallandi t. XII (non vero Migne).

[1]) Contra hanc et omnium restitutionem, quae pariter inter Origenis errores recensetur, scripsit s. Barsanuphius sub Aureliano episcopo Gazae (c. 540) l. inscriptum: *Doctrina circa opiniones Origenis, Evagrii et Didymi*, non indignum theologis opusculum, apud Gallandi XI, 592; Migne P. G. LXXXVI, 891—902. Porro hic Barsanuphius inclusus cellula diu nulli hominum visus vitam carnis expertem duxit magnaque sanctitatis fama floruit.

[2]) Cf. Stöckl KL. I, 286; Seitz die Schule von Gaza, Heidelberg 1892 p. 23-27; Bardenhewer § 82 n. 2.

Theodor v. Mopsuestia und Junilius A. als Exegeten, Freiburg 1880 p. 254 ss.

265. Contra haereses seculi praeteriti, pelagianam scil., nestorianam et monophysiticam aliquot scriptores pugnarunt. Ita Joannes Maxentius, unus ex monachis scythis, qui initio hujus seculi Orientis turbarunt ecclesias nova excogitata formula, qua putabant, contra Nestorianos et Eutychianos incarnationis Verbi mysterium brevissime simul atque optime exprimi, si diceretur: „Unus ex Trinitate carne est passus [1]). Quam formulam caute et prudenter noluit Hormisdas statim approbare, tum quia quamvis vera, nova est, neque necesse est, novas semper cudere fidei formulas, tum quia non omnibus arridebat novisque controversiis turbulento illo tempore praebebat occasiones, tum quia instantius quam par erat ejus urgebatur approbatio etc. Postmodum sane omnibus diligenter expensis eam probavit Joannes II. Urgebant illi monachi etiam damnationem ll. Fausti rejensis de gratia (cf. supra p. 384). In causa horum monachorum scripsit Maxentius ep. (cum professione de Christo) ad legatos sedis apostolicae CP. degentes, sed frustra. Hinc monachi Romam se contulerunt (519) atque ad episcopos africanos tunc in Sardiniae insula exsules scripserunt, quorum nomine s. Fulgentius ep. 17 seu potius insignem tractatum *de incarnatione et gratia* Petro diacono, duobus Joannis nomine insignitis (quorum forte unus est noster Maxentius), Leontio aliisque destinavit, in quo monachorum fides probatur. Cum Hormisdas Fausti doctrinam, quam ipse sicut et Pelagianos egregie impugnat, non damnaret in sua ad Possessorem responsione, hanc Maxentius in *responsione* adversus epistolam, quam ad Possessorem a romano episcopo dicunt haeretici destinatam, impugnavit, ac si ab haereticis fuerit pontifici supposita. Scripsit praeterea contra Nestorianos *duodecim capitula* seu anathematismos, qui forte illae sunt contestationes, quas monachi publice Romae affixerant, cum ex urbe clam aufugerent; necnon et *dialogos duos* seu libros in forma dialogi, in quibus juxta Fessler-Jungmann II p. 2 pag. 406 a. „accurate et subtiliter generatim de incarnatione Verbi, in specie vero de personae nomine atque intelligentia, necnon de formula ista controversa disputavit.“ Praemissa brevi fidei professione de Trinitatis et incarnationis mysteriis scripsit etiam *contra Acephalos* seu Monophysitas. Forte ipse est ille Joannes, cui (cum Venerio) Fulgentius inscripsit suos tres *de veritate praedestinatonis et gratiae ll.* a. 523. — Prodierunt ejusdem scripta cura Cochlaei cum s. Cypriani operibus Basileae 1520 et cum operibus s. Fulgentii Hagenau 1520. Textus quem exhibet Migne P. G. LXXXV, 73—158 deformatus nec satis purus censetur a Loofs, qui de his monachis scythis disserit in op. Leontius von Byzanz und die gleichnamigen Schriftsteller der griech. Kirche l. 1, Lipsiae 1887 in T. u. U. II, 229-261; durius tamen de Maxentio judicat, eum monophysitis accensens.

[1]) Cf. de hac formula doctas diss. Norisii in hist. controversiae *de uno ex Trinitate passo* opp. III. 775—942 et de alia horum monachorum controversia in hist. pel. l. 2 c. 18—20, ib. I, 474—504 ed. veron. 1729; Werner op. cit. II, 299—321. — Ceterum hoc eodem fere tempore Trifolius presbyter in ep. ad Beatum Faustum senatorem contra Joannem scytam monachum hanc propositionem, de qua a Fausto fuerat interrogatus, sinistro prorsus interpretamento accepit, forte quia ob turbas ejus occasione excitatas ei suspecta visa est, tum quia neque recte ei tuit proposita. Quaesivit enim Faustus ab eo, quid sentiret de propositione: „Unus de Trinitate crucifixus est.“ Cf. epistolam in fine mutilam in Migne P. L. LXIII, 533—536.

266. Leontius a patria vel forte nonnisi a commoratione Byzantinus, a monasterio novae Laurae apud Hierosolymam, ubi per decennium (521—530 et postea iterum) degit, etiam Hierosolymitanus cognominatus, inter insigniores hujus periodi scriptores est numerandus, imo a Mai dicitur in scientia theologica aevo suo facile princeps. E nobili ortus familia c. a. 485 adolescens factus est monachus, atque in Scythia initio degisse videtur. Aliquamdiu erroribus inhaesit nestorianis, verum iis sincere renunciatis, acriter deinceps Nestorianos et Monophysitas impugnavit. Eum a. 519 CP. reperimus cum illis monachis scythis, quorum juxta Loofs § 17 unus fuit, qui formulam, ut diximus p. 469, propugnarunt: „Unus ex Trinitate in carne est passus," cum quibus et Romam est profectus. Inde recessit in novam Lauram s. Sabae in Palaestina. Interfuit 531 colloquio coram Justiniano imp. cum Severianis, Monophysitarum factione, habito[1]), et synodo in causa Anthimi et Monophysitarum a. 536 celebratae, partemque pariter habuit in controversiis de Origenistis et tribus capitulis a. 542 agitatis († c. 543). Num idem sit cum Leontio monacho hierosolymitano Origenista, cujus mentionem facit Cyrillus scythopolitanus in vita s. Sabae n. 72, est quaestio sat difficilis[2]). Haec ejus sunt scripta: Libri tres *adversus Nestorianos et Eutychianos* inter a. 529—544 magna sagacitate et diligentia concinnati[1]) et copiosa eruditione ex patribus hausta instructi (Migne P. G. LXXXVI, 1, 1297—1396). In l. 1. continetur confutatio utriusque fictionis inter se contrariae, Nestorii et Eutychis, circa divinitatem Christi et humanitatem; 2. est contra illos e nostris, qui corruptae incorrupticolarum sententiae adhaerent; 3. adversus incorrupticolas, qui arcanam et primigeniam Nestorianorum impietatem sectantur, et de hac eadem haeresi inquisitio et triumphus. Horum veluti supplementum est *Solutio argumentorum* a Severo objectorum in dialogi forma (ib. 2, 1915-1947). — *Capitula XXX* (τριάκοντα κεφάλαια) seu theses admodum breves contra Severum, quae totidem continent argumenta ex ratione petita contra falsam unius in Christo naturae assertionem; etiam sub titulo: *Dubitationes hypotheticae* et difinientes contra eos, qui negant, esse in Christo post unionem duas veras naturas (olim latine tantum apud Gallandi XII, 715-718), libellus quoad formam minus curatus (ib. 1901—1916). — *Scholia* ex ore Theodori religiosissimi abbatis doctissimique philosophi divinis pariter externisque literis eruditi excerpta, quod opus communiter *de sectis* inscribitur et in actiones X distribuitur (ib. p. 1 pag. 1193—1268). Recensentur autem in eo praecipuae de Trinitate et incarnatione haereses. Ea vero forma, qua nunc exstat, non videtur esse Leontii, sed retractatio quaedam operis seu partis op. Leontii, contra Monophysitas et Nestorianos con-

[1]) Hujus colloquii notitiam debemus Joanni episcopo Maroniae prope mare aegaeum, qui fuit unus ex interlocutoribus catholicis, in epistola ad presbyterum amicum, quae tamen tantum latine superest apud Mansi coll. conc. VIII, 817—34. Cf. Loofs § 18.

[2]) Cum juxta Loofs § 16 saltem viginti viri occurrant, qui Leontii nomen gesserunt ea aetate, qua noster floruit, mirum esse non debet, si noster modo cum hoc, modo cum alio idem fuerit habitus. Ipse Loofs § 20 identitatem nostri Leontii cum Leontio Origenista pluribus nititur argumentis comprobare.

[1]) Loofs Leontius von Byzanz und die gleichnamigen Schriftsteller der griech. Kirche l. 1 c. 1 § 2: Ihre vorzügliche Disposition, die Scharfsinnigkeit ihrer Argumente und die patristische Gelehrsamkeit, von der sie Zeugniss ablegt, lässt sie als eine der bedeutendsten dogmatisch-polemischen Werke ihrer Zeit erscheinen. De Leontii doctrina passim agit Werner Gesch. der apol. u. pol. Lit., praesertim II, 247—261.

scripti, quod in sua forma originali non amplius habemus. Ab his scholiis putant nonnulli, eum fuisse cognominatum Scholasticum, neque enim fuit advocatus. Prodiit primum cura Jo. Leunclavii Basileae 1578. — Libri VII contra Nestorianos seu adversus eos, qui duas affirmant Christi personas nullamque in ipso conjunctionem confitentur (ib. 1399—1768). Opus prolixum saltem quoad substantiam genuinum, sed forte ab alio in hanc redactum formam[1]). Liber vero VIII., qui juxta praefationem promittitur, periisse videtur. — Liber *contra monophysitas* seu quaestiones adversus eos, qui unam dicunt naturam compositam D. N. J. Christi, item sanctorum testimonia et sententiae ipsorum explicatio (ib. p. 2 p. 1769—1902): opus, ut videtur, pariter quoad substantiam Leontii, et operis majoris fragmentum, quod alius exeunte sec. VI. vel ineunte VII. in hanc redegit formam. — *Liber contra fraudes Apollinaristarum* seu adversus eos, qui nobis proferunt quaedam Apollinaris falso inscripta nomine ss. Patrum. Opusculum scriptum inter a. 511—518, de cujus genuinitate dubia moventur, sed pretiosum, propter judicium criticum[2]) et quod Apollinaristarum fraudes aperiat. — Tribuuntur ipsi et duo *sermones* et quaedam fragmenta. »Varia Leontii opera, inquit Fessler-Jungmann § 250 (t. II p. 2 pag. 505), simul juncta egregium quoddam theologiae corpus efficiunt in Ecclesiae thesauro cum reverentia locandum. In iis et singulare ingenii acumen et mirabilis ss. patrum cognitio et indefessum studium contra versutas haereticorum artes et accuratum in genuinis ac spuriis ss. patrum operibus discernendis judicium elucet[1]).« Gallandi jam quaedam, sed latine tantum exhibet XII, 633-750; plurium textum graecum Mai primum reperit et edidit, collecta leguntur apud Migne P. G. LXXXVI p. 1 pag. 1193—1768; p. 2 pag. 1769—2100.

267. Contra Nestorianos et Monophysitas scripsit plura opera s. Ephraem, qui civiles gessit magistratus et ex comite Orientis factus est patriarcha antiochenus (527—545). »Ferunt autem, scribit Photius cod. 228, eum cum alia laude digna gessisse, tum vero eleemosynis elargiendis enituisse. Libros vero varios composuit, quorum in manus meas tres inciderunt. Omnia pene opera ejus, quae vidimus, pro ecclesiasticis dogmatibus pugnant defenduntque, sanctum chalcedonense concilium extra omnem esse haereticorum reprehensionem.« Ea tamen perierunt praeter fragmenta, quae reperit card. Mai (Migne LXXXVI p. 2 p. 2103—2110) et ea, quae jam Photius ex illis nobis asservavit cod. 228 (Migne P. G. CIII p. 957—970) et cod. 229 (ib. 969—1024), ubi plura refert ex opere ll. 4 comprehenso pro defensione concilii chalcedonensis et in quo quinque solverat qq. ab Anatolio propositas. — Perierunt quoque opera Joannis scythopolitani in Galilaea, qui et *adversus Severum*, monophysitarum ducem, scripsit ll. VIII et ll. XII Κατὰ τῶν ἀποσχιστῶν τῆς Ἐκκλησίας seu contra Basilium Kilix, teste Photio cod. 95. 107. Primus quoque dicitur, qui commentariis illustraverit

[1]) Cf. Loofs op. cit. § 13 et § 14 de sequenti op. contra Monophysitas.

[2]) Das kleine Schriftchen verdient einen hervorragenden Platz in der altkirchlichen Literatur . . . deshalb weil es weiter nichts ist und weiter nichts sein will als eine kritische Untersuchung. Loofs op. cit. c. 1 § 6.

[1]) Cf. Loofs op. supra cit. p. 472, qui primus accuratius de hoc auctore egit; Fessler-Jungmann § 250; Bardenhewer § 102 n. 12; KL. VII, 1817-19; Nirschl III § 338; Rügamer Leontius v. Byzanz, Würzburg 1894 diss. inaug.; V. Ermoni de Leontio Byz., Parisiis 1895.

opera Pseudo-Dionysii, quorum brevia supersunt fragmenta[1]). — De incarnatione pariter disseruit Job monachus in op. (sec. VI, forte VII.) *de variis oeconomiam et Ecclesiam Christi spectantibus quaestionibus,* quod divisum erat in ll. 9. Prolixam ejus epitomen servavit Photius cod. 222 (Migne CIII, 735—830) et Mai reperit fragmentum, in quo solvitur q. prima: »Quare Filius incarnatus est, non Pater aut Spiritus s. (Migne LXXXVI p. 2 pag. 3313—3320) cum alio brevi fragmento (ib. 3320), quod tamen juxta Bardenhewer est cujusdam Job ep. apollinaristae. — Contra Nestorianos scripsisse legitur in remoto Oriente circa hoc tempus David natione Armenus, philosophus, imo Invictus cognominatus, discipulus Isaaci M., Mesropi et Moysis de Chorene (cf. pag. 441 ss.), cui erat cognatus. Studiis operam dederat etiam Alexandriae, Athenis, ubi Syrianum audivit Procli magistrum, et Constantinopoli. Neoplatonicorum opinionibus erat addictus, sed et in Aristotelis philosophia admodum versatus. Platonem et Aristotelem conciliare inter se nitebatur. Plura hujus opera sagaciter in linguam vertit armenam, atque doctis illustravit commentariis. Plura et ipse opera composuit philosophica[2]). Ejus scripta prodierunt armeniace, Venetiis 1833. Cf. praeter Himpel Neumann Mémoire sur la vie et les ouvrages de David, philosophe arménien, Paris 1829. — Magnum opus *adversus Manichaeos* aggressus est Heraclianus (Heraclius) ineunte sec. VI episcopus chalcedonensis stilo nitido et conciso ll. XX comprehensum, quo evertit eorum scripta Evangelium, giganteum librum et Thesauros. Utitur in eo scriptis praecedentium auctorum, Hegemonii scil., Titi bostrensis, Georgii laodicensis, Serapionis ep. Thmueos et Diodori tarsensis, qui contra eosdem libros composuerat XXV. »Horum ergo patrum, ut eos sapientissimus Heraclianus nominat, facta mentione, quaecunque in ipsis non satis firmiter pronunciata sunt, breviter confirmat, quae praetermissa, pie supplet: quae satis accurate prodita, integre citat cum nominis honorifica appellatione additis similiter quae sibi in mentem venerint.« Ita Photius cod. LXXXV (Migne CIII, 287), qui magna cum laude hujus episcopi mentionem facit deque ejus opere censet »certe ad aeternum de hac impietate triumphum scriptum est hoc opus.«

268. In Occidente non desunt, qui contra haereses scripserint. Ita in Gallia s. Alcimus Ecdicius Avitus arvernus e familia patricia post sec. V. dimidium ortus, qui a s. Mamerto episcopo viennensi egregie fuit institutus. Circa a. 490 successit patri suo in episcopatu viennensi, quem tenuit ad 5. Febr. 518 (juxta alios ad a. 523 vel 526 etc.). Columna fuit fidei catholicae in Burgundionum regno et juxta Ennodium in vita b. Epiphanii »praestantissimus inter gallos episcopos«. Strenue se opposuit haeresi arianae Gallias tunc invadenti ejusque zelo et prudentiae tribuendum, quod regiones illas ab ea liberaverit. Frustra quidem tentavit Gundobaldum Burgundionum regem arianum, penes quem alioquin magna fruebatur gratia et auctoritate, ad apertam fidei catholicae professionem adducere: felicior fuit in convertendo ejusdem filio Sigis-

[1]) Cf. Looss op. cit. pag. 269—272; Bardenhewer de hoc et aliis § 102 n. 4; Fessler-Jungmann l. c. pag. 506 ss.; Krumbacher Gesch. der byz. Literatur p. 57², qui de aliis quoque theologis polemicis hujus aevi disserunt.

[2]) De ejus operibus ita Himpel censet KL. III, 1411): Er zeigt viel Scharfsinn, Gelehrsamkeit und Kenntniss fast aller griechischen Philosophen, deren Schriften er freilich oft unter verballhornten Namen citirt.

mundo. Gundebaldo defuncto (516) et copia iterum facta episcopis in unum conveniendi, mox (517) frequens coëgit concilium Epaonae 15. Sept. 517, in quo et vera fides confirmata et antiqua restaurata fuit disciplina. Semipelagianismi reliquias e Galliis eliminare nisus est, qui revera eo tempore accedente damnatione conc. arausicani II. (a. 529) exstinctus est. Ex mandato episcoporum Galliae scripsit Romam pro tuenda sedis apostolicae auctoritate laesa factione perditorum hominum Laurentium quendam vi et armis in sedem s. Petri intrudere conantium. Sollicitudinem quoque suam ostendit pro compositione schismatis tristissimi acaciani, quod jam diu ecclesias orientales a sede separaverat apostolica († c. 524).

269. Supersunt ex ejus *epistolis* c. 90 plane pretiosae, et „admirabiles, teste Gregorio tur. Hist. Franc. l. 2 c. 34, quae sicut tunc haeresim oppresserunt, ita nunc Dei Ecclesiam aedificant.“ Earum aliae sunt dogmaticae pro divinitate Spiritus s., contra errores Photinianorum (hinc ab Agobardo vocatur l. adv. Felicem n. 41 ‚validissimus Photinianorum haereticorum expugnator), Nestorianorum, Eutychianorum etc., aliae s. Scripturam illustrant, aliae tuentur Ecclesiae disciplinam, aliae sunt familiares. Celebris est ep. 34 ed. Peiper al. 31 in causa Symmachi romani pontificis, in qua statuit: „Si Papa Urbis vocatur in dubium, episcopatus jam videbitur, non episcopus, vacillare.“ — Ex *sermonibus,* quorum sane multos habuit, nam magnae erat facundiae, duo tantum (*de rogationibus,* quorum prior plane eximius) et aliorum fragmenta innotuerunt. — Multa perierunt, ut ll. *contra Arianos, contra phantasma* seu eutychianos etc., quorum plura fragmenta asservavit Florus lugd. in commentario ex veterum PP. scriptis collecto (apud Sirmondi opp. II, 99—122); *dialogi,* quos habuit cum rege Gundobaldo, qui forte sunt idem cum libris contra Arianos; l. *de divinitate Spiritus s.* etc. Sed Avitus fuit etiam insignis poeta ediditque, ut scribit Isidorus hisp. c. 36, quinque libellos heroico metro compositos (*de mosaicae* seu spiritualis *historiae gestis*) quorum 1. est de origine mundi; 2. de peccato originali; 3. de essentia Dei (lege, *de sententia Dei*); 4. de diluvio mundi, 5 de transitu maris rubri. Scripsit et ad Fuscinam sororem (cujus virtutes plurimum effert) *de laude virginitatis* l. unum pulcherrimo compositum carmine et eleganti epigrammate coaptatum, majoris pretii poëtici, quam praecedens. Stilus auctoris nostri prosaicus minus purus et limatus, imo „nonnihil durior, obscurus, et implicatus aliquando deprehenditur[1].“ *Opera* Aviti ediderunt Sirmond Parisiis 1643 in 8; auctius recusa inter ejusdem opera Parisiis 1696 et Venetiis 1728 II, 1—226; inde Gallandi X, 697—800; Migne LIX, 191—398; accurate et critice Peiper Berolini 1883 in Mon. Germ. hist. auct. ant. t. VI p. 2; Chevalier Lugduni 1890.

270. In Africa reperimus fidei catholicae apologetam plane doctum, Vi-

[1]) Ita Fessler-Jungmann § 236. Cf. Hist. lit. de la Fr. III, 115—142; Potthast p. 128[2]; Nirschl III. § 290 s.; Bardenhewer § 112 n. 5; Peiper in proleg. suae ed.; qui in append. p. 177—181 exhibet antiquam ejusdem vitam; Cucheval des. Aviti... opp. commentarium Pariis 1863; Charaux St. Avite ... sa vie, ses oeuvres, ib. 1876; Ebert I, 393—402, qui de ejus poemate scribit: Sie ist mindestens in Hinsicht der Anlage die bedeutendste Leistung in der poetischen Behandlung der Bibel überhaupt in der ältesten christlichen Poesie. Hier begegnen wir wirklich einer freien dichterischen Conception, der die Bibel nur den Stoff liefert, welcher zu einer einheitlichen, wohlgegliederten Composition verarbeitet wird. Arnold Realenc. II[3], 317—321.

gilium tapsensem episcopum, qui interfuit cum aliis episcopis collationi carthaginensi cum Arianis a. 484 ab Hunerico Vandalorum rege pro forma convocatae: neque enim permittebantur episcopi catholici libere loqui. Mox in exsilium fuit ejectus vel fuga est elapsus, neque tamen destitit libris saltem editis sub illustrissimorum patrum nomine, proprio suppresso, fidem tueri catholicam: hinc oritur difficultas dignoscendi ejus libros genuinos. Selegit autem dialogi formam, ut magis idoneam ad adversariorum exceptiones solvendas, cavillationes aperiendas, veritatem inculcandam. *Dialogus contra Arianos* ll. II Athanasio et Ario interlocutoribus, Probo judice (Migne LXII, 155—179), quem dein retractavit, ampliavit admissis interlocutoribus etiam Sabellio et Photino (ib. 179—238). — LL. V (admodum eruditi) *contra Eutycheten,* Constantinopoli, ubi c. 520 degebat, scripti (ib. 95—155), in quibus errores Nestorii etiam impugnat, epistolam s. Leonis ad Flavianum et conc. chalcedonensis decretum tuetur. Haec duo opera videntur certo genuina. — Dubiae auctoritatis sunt: L. contra Felicianum Arianum *de unitate Trinitatis* (Migne LXII, 333—351), alias s. Augustino suppositus (Migne XLII, 1157—1172), sicut et *Collatio* seu altercatio cum Pascentio (ib. XXXIII, 1156—1162); ll. quos contra Maribadum et Palladium scripsisse ipse testatur, periisse videntur: censent enim viri eruditi ll. II *contra Palladium* Arianum (ib. 433—463) a Chifflet sub Vigilii nomine editos, quorum l. prior exhibet *Acta* conc. aquilejensis a. 381, alter l. *de fide orthodoxa* probabiliter Gregorii eliberitani, necnon et ll. III *contra Varimadum* (Marivadum) arianum diaconum sub nomine Idacii Clari vulgatos, in quibus omnia Arianorum argumenta contra Filii et Spiritus s. divinitatem ex Scripturis petita solvuntur (ib. 351—434), ipsius non esse. — *De Trinitate ll. XII* (ib. 237-334) sub nomine s. Athanasii vulgati, etiam inscripti *de unita Trinitate Deitatis* ad Theophilum. Liber duodecimus revera a Montfaucon inter genuina s. Athanasii opera censetur atque editus fuit (Opp. I, 773—783). Künstle priores ll. auctoris hispani sec. IV., forte Gregorii eliberitani episcopi (cf. supra p. 141 a.) esse conjicit[1]). — Neque desunt qui ei tribuant *Symbolum* vulgo dictum *athanasianum:* „verum haec sententia, inquit Fessler-Jungmann II. 471, nec satis solide adstruitur, nec satis tuto rejicitur (cf. supra 127)“; et tr. *contra Fulgentium* Donatistam (Migne XLIII, 763—774), sed levi conjectura. Ipsius pariter non est: *Conflictus* seu *altercatio Arnobii* catholici cum Serapione aegyptio de Deo uno et trino, de duabus naturis Christi in unitate personae, de gratiae et liberi arbitrii concordia, quae juxta Baeumer sat probabiliter est Fausti rejensis (cf. supra p. 387). — Opera ejus[2]) ediderunt (cum op. Victoris vit.) Chifflet, Divione 1664, ed. praeclara; Migne LXII, 95—544.

271. In Italia floruit eo tempore s. Magnus Felix Ennodius, patria quidem Arelatensis, e familia ortus illustri c. a. 473 vel 474, qui literis humanioribus, praesertim in arte rhetorica et poëtica, Ticini egregie fuit excultus. Postquam aliquamdiu in matrimonio vixit, exemplo tot illustrium virorum una cum uxore seculo valedixit ordinatusque est diaconus

---

[1]) In op. quod de hoc argumento parat. Cf. Literarische Rundschau 1900 col. 161 s. Morin vero Revue Bénéd. 1898 XV, 1—10 conjicit eos esse Eusebii vercellensis.

[2]) Cf. Fessler-Jungmann § 245; Bardenhewer § 113 n. 4; Gerh. Ficker Studien zu Vigilius von Tapsus, Leipzig 1897; Nirschl III, § 284 s.; Klessner KL. XII, 359—62.

juvenis 20—21 annorum. Comitatus est s. Epiphanium episcopum suum in Galliam pro redimendis captivis italis a Burgundionum rege illuc profectum, ejusque successorem Maximum Romam a. 501 ad synodum in causa Symmachi pontificis congregatum (cf. supra p. 451). Synodus eum tanti fecit, ut ei demandaret pontificis causam scripto tuendam, quod in libello *adversus eos, qui contra synodum scribere praesumpserunt,* tam feliciter praestitit, ut ejus defensio a plus quam ducentis episcopis, qui Romam convenerant, fuerit probata actisque inserta. Episcopus ticinensis factus a. 514 ab Hormisda pontifice legatus fuit missus ad Anastasium imp., ut eum ex Monophysitarum laqueis ad fidei unitatem revocaret, sed absque fructu (a. 515 et 517). Obiit 17. Juli 521, qua die Ecclesia ejus memoriam recolit. Praetermissis ejus epistolis (c. 297 in ll. IX), brevibus, quae phrasibus redundant atque pro nostro scopo minoris sunt momenti (Migne LXIII, 13—168), supersunt opuscula X (ib. 167—263), inter quae eminet libellus pro synodo palmari apologeticus supra laudatus. Declaraverat enim haec synodus absque judicio proprie dicto pontificem, in quem ejus adversarii tot accusationes congesserant, innocentem. Hinc isti libellum adversus synodum absolutionis in vulgus sparserunt. Horum querelis respondet Ennodius ostendens, legitimam fuisse synodum justamque ejus declarationem, nec pertinere ad potestates seculares convocare synodum, sed ad romanum pontificem, hunc vero non subjacere episcoporum utpote inferiorum judicio[1]). Praestans quoque est *vita s. Epiphanii* ticinensis episcopi († 496, opusc. III); *vita s. Antonii* monachi lirinensis, quam ex fideli relatione composuit (opusc. IV); Eucharisticum *de vita sua,* brevis autobiographia in forma orationis, in qua s. Augustini confessiones prae oculis habet (opusc. V); *Paraenesis didascalica* ad Ambrosium et Beatum adolescentes, specimen paedogogiae, qua eos ad sectandas virtutes et literas addiscendas informat (opusc. VI); *Panegyricus* (a. forte 507 vel 508) in Theodoricum regem (opusc. I.), qui eloquentiam quidem prodit, sed stilo compositus est nimis turgido. — Ejus *dictiones* seu sermones (28) plerumque pro aliis exaratae sunt quaedam specimina rhetorica, quorum argumenta derivata sunt saepe ex antiquitate romana vel ex mythologia (ib. 263—303). — *Poemata* distinxit Sirmond in ll. 2, quorum primus complectitur[1]) *carmina* 21, alter *epigrammata* brevia 151 pro sepulchris, ecclesiis, imaginibus etc., non tanti pretii poetici. Stilus Ennodii judice Fessler-Jungmann § 246, obscuritate haud minima laborat, unde lector in lucubrationibus praesertim prosaicis difficultatem patitur[2]). Hinc

[1]) Cf. St. Leglise S. Ennodius et la suprématie pontificale au VIe siècle (499—503), Lyon 1890.

[1]) Baumgartner IV, 202—206: Sie haben weder die bewundernswerte Kraft, noch die klare Gliederung der ambrosianischen Hymnen, und der meist etwas gesuchte, gekünstelte Ausdruck stimmt schlecht zu der sonst so einfachen Form. Ein gewisser poetischer Hauch lässt sich ihnen jedoch nicht absprechen. Glücklicher ist Ennodius jedenfalls in seinen Gelegenheitsgedichten, in deren antik klassischer Form er sich gewandter bewegt und in welchen auch rhetorische Schwächen weniger auffallen.

[2]) Cf. Hist. litér. de la Fr. III, 96—111; M. Fertig Ennodius und seine Zeit p. 1 Passau 1855, p. 2 et 3 Landshut 1860. 1858; P. Fr. Magani Ennodio, Pavia 1886 t. 3 in 8; Hasenstab Studien zu Ennodius, München 1890; Bardenhewer § 114 n. 2: Schroedl KL. IV, 632 ss., qui inter alia scribit: Von grossem Gewichte sind seine Schriften, besonders auch darum, weil sie die kostbarsten Beiträge zur Geschichte seiner Zeit und der germanischen Stämme liefern, welche damals auf den Ruinen der alten Welt ihre neuen Herrschaften auf-

a nonnemine dictus est Innodius. *Opera* ejus ediderunt praeter alios Sirmond Parisiis 1611, et inter ejus opp. I, editio egregia recusa in Gallandi bibl. XI, 47—218, et in Migne P. L. LXIII, 13—364; critice quoad textum Hartel Vindobonae 1882 (in corp. script. eccl. lat. t. VI); Vogel in Mon. Germ. hist. auct. ant. t. VII, Berolini 1885.

272. „Justinianus de Hispania, ita Isidorus hisp. c. 33, ecclesiae valentinae episcopus (511—46), ex quatuor fratribus episcopis eadem matre progenitis unus, scripsit *librum responsionum* ad quendam Rusticum de interrogatis quaestionibus, quarum prima responsio est de Spiritu s.; secunda est contra Bonosianos, qui Christum adoptivum filium et non proprium dicunt; tertia responsio est de baptismo Christi, quod iterare non licet; quarta responsio est de distinctione baptismi Joannis et Christi; quinta responsio est, quia Filius sicut Pater invisibilis sit. Floruit in Hispaniis temporibus Theudis principis Gothorum.“ Liber hic juxta alios periit; juxta Helfferici conjecturam der westgothische Arianismus, Berlin 1860 p. 41—49 reperitur in l. Ildephonsi toletani *de origine baptismi*, quae opinio arridet [1]) et Gams Kirchengesch. von Spanien II, 1, 455 et II, 2, 137.

273. In illustranda s. Scriptura pauciores versati sunt quam seculo priori. Horum forte praecipuus est Procopius gazensis [2]), celeber sua aetate philosophus seu sophista et rhetor (c. 465—528). Praefuit in urbe

---

richteten; Ebert L. 3 c. 12; Nirschl III § 292 s.; Grisar Gesch. Roms I. n. 457.

[1]) Cf. Dzialowski Isidor und Ildephons als Literaturhistoriker, Münster 1898 p. 57.

[2]) Distingui hic debet ab alio Procopio fere aequali Caesareae in Palaestina nato exeunte sec. V, qui in urbe regia advocatum egit, celebri duci Belisario a consiliis et epistolis fuit, eumque in expeditionibus bellicis est comitatus († p. a. 562). Graecorum, Justiniani imp. praesertim, regnum pluribus operibus illustravit: *Historiarum ll. VIII*, in quibus bella describit adversus Persas (408-549), Vandalos (395—545) et Gothos (487—545) gesta. *Historia anecdota* seu arcana illius quasi continuatio, in qua multa narrat, quae viventibus Justiniano et Theodora non est ausus referre; *de aedificiis Justiniani ll. VI.* Laudant viri eruditi ejus opera ob pretium historicum et varias notitias geographicas, ethnographicas et militares ejusque cum Polybio affinitatem affirmant. Ea saepius prodierunt cur. Cl. Maltreto Parisiis 1662—63 t. 2 in f., Venetiis 1729; cur. Dindorf Bonnae 1833—38 t. et in varias fuere versa linguas. Cf. Potthast 938 s.; Krumbacher pag. 230—37²; Fabricius-Harless VII, 553—66, qui alios 12 Procopios recenset; Ehrhard KL. X, 452. — Alius Procopius diaconus floruisse ineunte sec. IX. videtur, cujus supersunt plures orationes adhuc ineditae. Prodiit ejus Encomium *in evangelistam Marcum* in Act. SS. Apr. III, 350; graece in app. XLVIII—L; Migne P. G. C. 1187—1200. — Procopium in describendo regno Justiniani continuavit Agathias Myrinae in Asia minori natus (a. 536, † 582) ll. V, quibus complectitur a. 552—58. Cum vero esset poeta, colorem quoque poëticum ejus praefert historia. Eam habes in Migne P. G. LXXXVIII, 1248—1508, edidit etiam Dindorf inter hist. graec. min. 1871, II, 132—453. Cf. Krumbacher p. 240—43²; Potthast p. 25; Fabricius-Harles VII, 366—71. — Agathiam iterum continuavit Menander munere Protector dictus ab a. 558—582 ll. VIII, quod opus historici magni faciunt, cujus tantum fragmenta utique copiosa prostant Migne CXIII, 791-928; aliqua repererat in primis Mai Script. vet. nova coll. Romae 1827 II, 352—66. Cf. Krumbacher p. 243 s.; Potthast p. 785. — Ceterum et alius Procopius presbyter ex Dorotheo Tyri episcopo composuit c. a. 525 commentarium *de 70 discipulis Christi et duodecim apostolis*, quem habes Migne P. G. XCII, 1059—74. — Agathiae aequalis fuit Paulus, Cyri filius, Flori nepos, nobilitate generis opibusque et dignitate illustris, siquidem Justiniani imp. silentiariorum sive secretariorum primicerius fuit, unde

patria scholae rhetoricae, et quamvis a celebrioribus invitaretur civitatibus splendidis etiam promissis ad regendas scholas, ut diutius alibi haereret ei, persuaderi non potuit. Praetermissis ejus operibus rhetoricis sane egregiis opera ejusdem theologica memoremus. Veteri exponendo Testamento praecipue se dicavit atque in suis commentariis florilegium dedit magnorum interpretum sec. praecedentium, etiam Philonis. Exposuit autem libros historicos usque ad Paralipomena. Et quidem in *Octoteuchum* duplicem adornavit commentarium: „Primum quidem amplissimum, ita Mai in proleg. ad comment. a se editum in Class. auct. VI (Migne LXXXVII p. 1 pag. 17) ex antiquis patribus aliisque scriptoribus decerptum et catenae ut loquimur ritu ordinatum: retentis ipsorum auctorum ad amussim verbis, sive opiniones inter se congruerent, sive secus. Posteatamen quia hujus generis lucubratio in immensum excrescere videbatur, consilium cepit hanc ad aptius compendium conferendi, atque ita plerumque omissis auctorum nominibus et ore proprio loquens rem semel dicere maluit, ubi certe auctores inter se conspirabant; ubi autem ab invicem dissidebant, rem nihilominus concinna brevitate edisseruit; quo videlicet opus concretius fieret et uno veluti auctore prognatum.“ Prior lucubratio graece nunquam vidit lucem; in ea tamen fundatur prolixa catena, quam *in Octoteuchum et IV ll. regum* typis dedit Nicephorus Lipsiae 1772—1773. Alteram non satis diligenter et cursim compilatam, quae catenae formam sat patenter adhuc prae se fert, card. Mai reperit ediditque op. cit. Romae 1834 p. 1—347; ea progreditur tantum ad cap. Gen. 18; inde exstat versio latina cum fragmentis graecis. — Alii commentarii, qui supersunt, catenae quasi formam habent, etsi auctores non nominentur et eorum verba summatim tantum afferantur: omnium tamen genuinitas non est extra controversiam. Apud Migne praeter commentarium jam laudatum (LXXXVII p. 21—1080) sequuntur per modum scholiorum (praesertim ex Theodoreto) commentarii *in IV ll. regum* et II *ll. Paralipomenon* (1081—1221), quos Photius cod. 206 multum laudat; *in Proverbia* pulcherrimi juxta Mai, qui eos graece edidit, Migne ib. p. 2, 1221—1544) cum *supplemento* ex catena in illa (1779—1800), quod saltem videtur pars commentarii genuini[1]); catena *in cantica canticorum* a Mai graece edita, Migne 1545—1755—1776 (quod fragmentum commentarii est spurium), excerpta[2]) ex opp. Gregorii nysseni, Cyrilli alex., Origenis, Philonis Carpathii, Apollinarii, Eusebii caes., necnon Dydimi, Isidori, Theodoreti, Theophili etc. *In Isaiam* prophetam commentationum variarum epitome, seu catena, cujus genuinitas extra controversiam est (1817—2718). — Plurimas reliquit *epistolas,* quarum 60 olim Aldus, longe plures (104) Mai in class. auct. IV, 202, stili potius venustate captus quam materiae gravitate, edidit (Migne ib. p. 2 pag. 2717-2792); 162 Hercher Epistolographi graeci Parisiis 1873 p. 533—598. — *Panegyricus Anastasii imp.* (ib.

„Silentiarius“ est cognominatus. Ingenii ac doctrinae laude praestans, templum s. Sophiae CP. dedicatum post incendium restauratum pulcherrime versibus hexametris descripsit: quam descriptionem Ducangio interprete cum doctissimo ejusdem commentario et ejusdem Pauli descriptione *Ambonis* habes apud Migne P. G. LXXXVI, II, 2111-2264; germanice interprete J. J. Kreutzer Lipsiae 1875. Cf. J. Merian-Genast de Paulo Silentiario byzantino Nonni sectatore diss. inauguralis, ib. 1889.

[1]) Cf. Bratke Zeitschr. für wissensch. Theol. 1896 XXXIX, 303—312.

[2]) Cf. Zahn Forsch. zur Gesch. des neutest. Kanons 1883 II, 239 ss.

p. 3 p. 2793—2826). Ejus opus apologeticum *adversus Proclum* neoplatonicum, si breve excipias fragmentum, periit. Eo plurimum usus, imo illud exscripsisse dicitur Nicolaus de Menthone (fl. a. 1081—1160) in sua *refutatione Procli*, quam edidit J. Vömel Frankfurt 1825, adeo ut Demost. Bussos conjiciat, Procopii opus non esse prorsus deperditum. Verum Bardenhewer l. c. dubitat de fragmenti illius genuinitate, hinc hypotheses de relatione operis Nicolai ad illud Procopii vacillant. — Opera Procopii[1]) collegit primum Migne P. G. LXXXVII. — Ejus discipulus et in regenda schola successor Chorikios gazensis reliquit orationem *de funere Procopii* et in summum ducem, quam edidit Fabricius in bibl. gr. ed. 1. Hamburgi 1717, VIII, 841 ss.; Boissonade Choricii gazaei orationes, declamationes, fragmenta, Parisiis 1846 p. 1—24; C. Kirsten Quaestiones Choricianae, Vratislaviae 1894.

274. Procopii aequalis fuit Olympiodorus, a Joanne Nikiote archiepiscopo alexandrino monophysita († 516) ordinatus diaconus (unde ejus orthodoxia nonnihil suspecta), reliquit plura commentaria in s. Scripturam, quorum supersunt fragmenta fere ex catenis collecta. Ita leguntur scholia ejusdem *in Job* in catena patrum graecorum in Job collectore Niceta[2]) ep. Serrae dein metropolita heracleensi (exeunte sec. XI), edita a Patr. Junio Londini 1637; Migne XCIII, 11—470; commentarii *in Proverbia* (470—478), tantum fragmenta latine supersunt; *in Ecclesiasten* commentarius succinctus, eruditus, brevis et elegans juxta triplicem sensum, in Auct. bibl. PP. graecorum Ducaei, Parisiis 1624 in f., Migne p. 478—627; commentarii *in Jeremiam, Baruch et Threnos* prodierunt tantum fragmenta ex catena Ghislerii in hos ll. Parisiis 1623; Migne 627—780; fragmentum in Luc. 6, 23 habes ib. p. 779: verum fere omnium fragmentorum genuinitas non est extra controversiam. Alia nondum sunt reperta.

275. Praetermissis Bellatore, cui Cassiodorius de instit. div. lit. c. 1. 5 et 6 tribuit explanationes *in ll. Ruth, Tobiae, Judith, Esther, Sapientiae, Machabaeorum* et versionem *homiliarum* Origenis (quorum nihil prorsus superest), et s. Justo urgellitanae ecclesiae episcopo et fratre Justiniani (de quo cf. p. 483), cujus est (Migne LXVII, 961—994) libellus expositionis *in Cantica Canticorum*, totum valde breviter atque aperte per allegoriam sensum discutiens[3]) († p. 546), „Apringius, ita Isidorus c. 30, ecclesiae pacensis Hispaniarum episcopus disertus lingua et scientia eruditus, interpretatus est *Apocalypsin Joannis* ap., subtili sensu atque illustri sermone, melius pene quam veteres ecclesiastici viri exposuisse videntur. Scripsit et

[1]) Cf. Ehrhard in Krumbacher Gesch. der byzant. Lit. ed. 2 pag. 125. 210; et KL. X, 454 s.: Bardenhewer § 101 n. 1; Ernesti de Procopii G. commentariis graecis in heptateuchum et canticum ineditis, commentatio, Leipzig 1775; Wendland Neu entdeckte Fragmente Philos., Berlin 1891 p. 29—105. 109—24; Eisenhofer Procopius v. G. eine literaturhistorische Studie (praemio donatum) Freiburg 1897; Nirschl III, 322. De ejus op. adversus Proclum cf. Draeseke in Byzantinische Zeitschr. 1897. VI, 55—91; J. Stiglmayr ib. 1899 VIII, 263—301.

[2]) Cf. Bardenhewer § 106 n. 1, et Ehrhard apud Krumbacher l. c. p. 127.

[1]) De hoc Niceta cf. accuratam disquisitionem Jos. Sickenberger Die Lukaskatene des Niketas v. H., Lipsiae 1902 (N. Unters. u. Texte VII, 2).

[2]) Ita s. Isidorus hisp. di vir. ill. c. 34. — Joannes Bar Aphtonia syrus, abbas monasterii Kennesrensis († 538), reliquit etiam commentarium *in Cantica Cant.* ineditum juxta Assemani Bibl. or. II, 54: sed fuit monophysita. — Philoxenes, cujus hortatu Polycarpus

nonnulla, quae tamen ad notitiam nostrae lectionis minime pervenerunt. Claruit temporibus Theudis principis Gothorum (531—548).« Hunc commentarium se reperisse refert Bousset Nachrichten über eine Kopenhager Handschrift des Kommentars des Apringius zur Apokalypse: Nachr. von der k. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen. Philolog. hist. Cl. 1895 p. 187—209, sed eum non edidit[1]). — Referri demum huc debet Andreas caesariensis metropolita, Cappadox, cujus est commentarius haud contemnendus *in Apocalypsim* (Migne P. G. CVI, 215-458), in quo rationem habet sensus praesertim anagogici. Utitur in eo praeprimis Methodio et Irenaeo, dein et Epiphanio, Basilio, Eusebio, Dionysio Areopagita, Justino etc. Est primus antiquitatis commentarius, qui aetatem tulerit, et praecipuus[2]), cujus editionem principem curavit Fr. Sylburgus appendicis instar ad homilias s. Joannis Chrysostomi in ep. paulinas, Heidelbergae 1596. De tempore, quo floruerit Andreas, magna viget inter eruditos controversia, cum nulla fere sint indicia, ex quibus illud certo possit colligi. Magna sagacitate Diekamp illud nititur determinare statque pro initio sec. VI. (post 515).

276. Opera, quae ad historiam ecclesiasticam spectant[1]), reliquerunt

---

chorepiscopus s. Scripturam a graeco vertit in syriacum, unde Philoxeniana dicta, acer erat monophysita, episcopus mabbugensis (485 † c. 523). Multa reliquit opera, unde syri eum inter primarios recensent scriptores. Cf. Duval p. 64 s., 229 s.; 356 ss.; Fessler-Jungmann § 217.

[1]) Cf. Dzialowski comment. in Isid. hisp. c. 30.

[2]) Welte KL. I, 832: der Commentar des Andreas kann als der patristische Hauptcommentar bezeichnet werden, sofern die nachfolgenden patristischen Erklärungen des Buches sich alle an ihn anschliessen, und zum Theile nur Auszüge aus ihm geben, mit Beifügung etwa neuer Erklärungen und anderweitiger von Andreas nicht berührter Traditionen. Cf. Diekamp hist. Jahrb. 1897, XVIII, 1—36; qui tamen reperto a se Oecumenii commentario in Apocalypsim, quo forte usus est Andreas, conjicit, hujus aetatem posse esse recentiorem sec. VI. Heinrici Realencyl. I³, 514—516.

[1]) Praetermittimus Hesychium Milesium seu Miletanum, qui a dignitate „Illustris“ est cognominatus. Floruit circa hujus seculi medium. Composuit stilo eleganti, sed conciso *historiam universalem* ll. VI a Belo rege Assyriorum usque ad Anastasium imp. († 518), cujus tantum supersunt fragmenta, unum sat prolixum ex l. 6, in quo prosequitur historiam urbis Byzanzii usque ad Constantinum M. In alio opere (deperdito) narrat historiam imperii Justini (518—27) et primorum annorum Justiniani: hinc prioris est veluti continuatio. Collegit et *Onomatologon* seu biographias scriptorum celebrium graecorum, quod alius in *Compendium* redegit, alphabetice disposuit auxitque additis aliquot scriptoribus christianis: qua epitome usi sunt et Suidas pro suo Lexico, et Photius pro sua bibliotheca. Et illud opus periit praeter reliquias, quas servarunt Suidas et Photius. Opuscula duo, quae supersunt, (cum multis additionibus) edidit Jo. Conr. Orelli, Lipsiae 1820; Müller fragm. hist. graec. Parisiis 1841—70 t. 5, scil. IV. 143—177. Cf. Potthast p. 583; Krumbacher Gesch. der byz. Lit. ed. 2 p. 322 ss., quem cf. ib. 325—34 de Joanne Malalas (Malelas) antiocheno, Hesychii aequali vel suppari, cujus est *Chronographia* a remotissimis Aegypti temporibus usque ad Justiniani mortem (565) vel ad a. 573, opus absque omni judicio historico et critico ad delectandos rudes, non ad instruendos eruditos consarcinatum et lingua vulgari conscriptum. Multum eo usi sunt posteriores scriptores, illud tamen non amplius habemus in sua integritate originali, sed ad formam breviorem redactum et saniorem expurgatis opinionibus monophysiticis. Prodiit cura Edm. Chilmeadi Oxonii 1691; ed. (non bene) recusa Venetiis 1733; Dindorf Bonnae 1831; Migne P. G. XCVII, 9—970; Potthast p. 670; Knoepfler KL. VIII, 544. — Alius Joannes de Antiochia, Antiochenus dictus, scripsit *historiam universalem*, cujus fragmenta edidit Müller in frag. hist. graec. IV. 536—

Theodorus lector (Anagnostes) in ecclesia s. Sophiae CP., qui opera historica Socratis, Sozomeni et Theodoreti in compendium redegit (quod tamen typis non prodiit) atque continuavit usque ad Justinum I. (518—527), cujus excerpta nobis asservavit Niceph. Kallistus in Migne P. G. LXXXVI p. 1 p. 165—228, secundum ed. Valesii et Reading in suis ed. illorum historicorum. Usus est autem in ea concinnanda chronica Eustathii syri de Epiphania, quae pertingit ad a. 502 sed periit[1]). — Marcellinus Comes, Illyricus, cancellarius Justiniani imperatoris, concinnavit *Chronicon*, quod rerum orientalium historiam Eusebii et Hieronymi usque ad Justiniani tempora prosequitur (379—518), continuatum ab ipso ad a. 534, et iterum ad a. 548 (quae continuatio est pretiosa), non vero ad a. 566. Additamentum hoc, quod variis editionibus assutum fuit, est fragmentum ex Hermanno Contracto Augiensi decerptum. Saepius prodiit[1]): praetermissis antiquioribus ed., cura Sirmondi opp. II, 349—88 Parisiis 1696; Gallandi X, 343—56; Migne LI, 917—48; Roesler Chronica medii aevi I, 135; Mommsen in Mon. Germ. hist. auct. ant. XI, 60—104—108 cum introductione p. 39—59. In eo sagacis ingenii indicium dedit. Ejus ll. IV, quos de temporum qualitatibus et positionibus locorum pulcherrima juxta Cassiodorium instit. div. lit. I, 17, proprietate confecit, hodie desiderantur.

274. Eugippius (Eugipius, Eugyppius, Eugepius etc.) natione Afer vel juxta alios Romanus et quidem ex nobilissima Aniciorum stirpe, s. Gelasii et s. Severini Noricorum apostoli[2]) discipulus et comes, post hujus sancti mortem (8. Jan. 482) ob turbas illis in regionibus obortas in Italiam rediit cum sociis et magistri corpore (c. a. 488), quod in castro Lucullano in Campania prope Neapolim deposuit ibique cum iisdem monasterium condidit, cujus abbas postmodum creatus est († c. 550). Scripsit a. 511 *vitam s. Severini* Paschasio diacono (cf. p. supra 385) di-

626; V, 27—28; Mommsen in Hermes 1871. VI, 313—383. De auctoris persona, aetate, operis amplitudine etc. magnae vigent tenebrae vel saltem dubia. Cf. Krumbacher op. cit. p. 334—37; Potthast p. 656. — Josua Stylites syriace scripsit c. 507 *chronicam*, quae a perspicuitate et fidelitate laudatur. Inscribitur: *Historia calamitatum*, quae acciderunt Edessae, Amidae et in tota Mesopotamia. Eam edidit P. Martin Chronique de Josué le Stylite, Lipsiae 1876 syriace cum versione gallica; et in Abhandl. für die Kunde des Morgenl., ib. 1878 t. VI; Wright, Cambridge 1882 cum versione anglica. Juxta Henoticon Zenonis imp. nisus est mediam inire viam inter varias monophysitarum factiones. Ita Gelzer Josua Stylites und die damaligen kirchlichen Parteien des Ostens in Byzantinische Ztschr. 1892. I, 34-49; Fessler-Jungmann II, 2, 645.

[1]) Cf. Bardenhewer § 103 n. 1; Dangers, de fontibus, indole et dignitate ll., quos de historia eccl. scripserunt Theodorus Lector et Evagrius, Gottingae 1841 diss. praemio ornata; Nolte zu Theodors Lector und Eustathios von Epiphania nebst einem noch ungedruckten Bruchstücke des Letzteren in Theol. Qtlschr. Tübingen 1861 XLIII p. 569-82 (diss. non absoluta); J. V. Sarrazin de Theodoro Lectore Theophanis fonte praecipuo in Commentat. phil. jenensibus, Lipsiae 1881 p. 163—238.

[1]) Cf. Potthast bibl. medii aevi ed. II. p. 764; Holder-Egger die Chronik des Marc. Comes Neues Arch. der Gesch. für ä. d. Gesch. 1877. II p. 4. 49—109 coll. I, 250—53; Knoepfler KL. VIII, 655.

[2]) Ab hoc Severino distingui debet alius Severinus, aequalis, abbas agaunensis († 506), cujus vitam descripsit Faustus, ejus discipulus c. a. 523 vel 524, quam ab anonymo sec. IX. interpolatam vel quoad stilum expolitam dedit Bollandus in Actis SS. ad 2. Febr.; originalem saltem ex parte Mabillon in Act. SS. Benedict. I, 568. Cf. Hist. lit. III, 111—114.

catam: quam magni faciunt eruditi[1]): hinc saepe admodum prodiit, ut in Actis SS. Jan. I, 484—497; Migne LXII, 1155—1200; in Mon. Germ. hist. auct. ant. I, 2 cur. H. Sauppe Berolini 1877; optime cura Mommsen, ib. 1898; et P. Knoell in corp. SS. eccl. lat. IX, 2, 1—70; Kerschbaumer Scaphusiae 1862 in 16, quae tamen ed. est mendosa, neque est critica; et versa in linguam germanicam, a S. Brunner, Viennae 1879 etc. — Collegit etiam ex operibus s. Augustini Thesaurum, qua de re ita scribit Cassiodorius div. lect. c. 23: „Convenit etiam, ut presbyteri Eugipii opera necessario legere debeatis, quem nos quoque vidimus, virum quidem non usque adeo secularibus literis eruditum, sed Scripturarum divinarum lectione plenissimum. Hic ad parentem nostram Probam virginem sacram ex operibus s. Augustini valde altissimas quaestiones ac res diversas deflorans in uno corpore necessaria nimis dispensatione collegit et in 338 (juxta alias ed. 348 vel 352) capitulis collocavit". Basileae 1542 t. 2 in 8 cura Jo. Heroldi prodiit; Venetiis 1543; Migne LXII, 549—1088, et in ed. viennensi cur. Knöll (cum Severini vita) 1885—86. Ea summa ascesi fovendae destinata medio aevo multum lectitabatur. Hinc Notkerus Balbulus in l. de interpret. div. Script. c. 1 (Migne CXXXI, 995) Salomoni discipulo suo consulit: „Quod prae omnibus utile tibi puto acquirere Eugippium, qui ex omnibus libris profundissimi et penetrabilissimi Augustini in omnem auctoritatem Scripturarum utilissimum et valde necessarium volumen collegit, in quo multa mysteria de Genesi, de Exodo, de Levitico, de Numero, de Deuteronomio, Josue et Judicibus, Samuele et Malachim et prophetis reserata reperies." — Exstant *epistola* Eugipii ad Paschasinum, et epistolae s. Fulgentii (opusc. XLV, 136—146), Ferrandi et Dionysii Exigui ad eum[1]). Opera collecta habes in Migne P. L. LXII et Knoell ed. cit.

276. His addantur Theodosius archidiaconus, natione Afer, cujus l. *de situ terrae sanctae* primum prodiit 1865; cum Breviario *de Hierosolyma* pariter sec. VI, reperto primum 1879 cur. Gildemeister, Bonnae 1882, ed. egregia, recusa Petropoli 1891; in corp. script. eccl. lat. XXXIX, 135—150-155, Viennae 1898 cur. Geyer[2]); et Cosmas Indicopleustes, qui cum

[1]) Die Lebensbeschreibung des hl. Severin, scribit Wattenbach Deutschlands Geschichtsquellen im M. A. I, 44 ed. 5 Berlin 1885, ... ist für uns von ganz unschätzbarem Werthe, indem sie einen hellen Lichtstrahl wirft in Zeiten und Zustände, von denen wir sonst gar nichts wissen würden, wie denn auch vorher und nachher tiefe Finsterniss diese Donauländer bedeckt. Keine andere Quelle giebt uns in so reichhaltiger Weise ein Bild des christlich gewordenen und bereits mit vollständiger kirchlicher Einrichtung versehenen Römerlandes im Süden der Donau. Accurate ib. recenset ejus editiones. Cf. etiam Kaulen KL. IV, 976; Jo. Heroldi Arcopolitae († 1581) vita Eugippii in Migne P. L. LXII, 555—60; Potthast pag. 1572 ss.; Nirschl III § 283; Zeitschr. f. kath. Theol. 1878 II, 409; Leimbach Realenc. V³, 590—592.

[1]) Praetermittimus hic Simeonem episcopum ecclesiae Beit-Arscham hagiographum quidem, sed qui dicitur fuisse ardens monophysita. Narrat ipse persecutiones cruentas, quas sunt passi Homeritae christiani in Arabia a judaeis (410—523). Ejus hac de re epistolam edidit card. Mai Script. vet. nov. coll. t. X; documentum originale Guidi: La lettera di Simeone vescovo di Beith-Arscham sopra i martiri Omeriti, in Reale Academia dei Lincei, Romae 1881, et Bedjan in Actis MM. I, 372. Cf. Duval La Littér. syr. p. 148—51; 344. 345; 360. Floruit ineunte sec. VI.

[2]) Ibidem (etiam apud Migne LXXII, 899—918, et Berlin 1889 cur. Gilde-

negotiator esset, itinera in remotissimas instituit regiones, in Aethiopiam, Arabiam et Indiam (c. 520), a quibus redux vitae eremiticae se dicavit atque scribendis operibus. Ex his unum tantum ad nos pervenit, scil. *topographia christiana* ll. complectens XII, sed et haec manca, nam l. XII. supersunt fragmenta tantum. Singulares in ea tuetur opiniones, negat terram esse orbicularis figurae, sed quadrangulam opinatur. Attingit l. V. auctores, scopum, argumenta librorum s. Scripturae, adeo ut praebeat specimen introductionis biblicae; plurimus est in narratione et speculatione tabernaculi veteris foederis. Photius, qui auctorem videtur non cognovisse et opus inscribit *Expositionem Octoteuchi,* de eo cum quodam loquitur contemptu cod. 36: non tamen sine pretio est pro vetere geographia. Ediderunt illud Montfaucon in coll. nova PP. et Script. graec., Parisiis 1706. II, 113 ss.; Migne LXXXVIII, 51—470; delineationes, quibus illud illustravit, exhibet Garrucci Storia della arte crist., Prato 1876 III, 70—83 tab. 142—153. Alia ejusdem opera fuere geographica, astronomica, exegetica, cujus pauca supersunt fragmenta in catenis; quaedam commentaria ut *in psalmos* et *cantica* V. et N. T. dicuntur adhuc esse inedita[1]).

279. De jure canonico pariter et de historia ecclesiastica meruit Dionysius monachus forte et abbas, »Scytha natione, sed moribus omnino Romanus, in utraque lingua valde doctissimus reddens actionibus suis, quam in libris Domini legerat, aequitatem. Scripturas divinas tanta curiositate discusserat atque intellexerat, ut undecunque interrogatus fuisset, paratum haberet competens sine aliqua dilatione responsum . . . Fuit in illo cum sapientia magna simplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas, ut in nullo se vel extremis famulis anteferret, cum dignus esset regum sine dubitatione colloquiis[1]).« Vitae ejus fata sunt incognita: vixisse colligitur ad a. 540. Ex humilitate voluit dici Exiguus. Haec ejus scripta: Epistolae duae *de ratione paschae,* scriptae a. 525 vel 526 (Migne LXVII, 19—40), quarum altera sub inscriptione libri iterum comparet ib. p. 483—494; *Cyclus paschalis* quinque cyclorum decem novennalium a. 95 constans, qui incipit ab a. 532, et desinit in a. 626: qui inde celeberrimus est factus, quod relicta antiqua annos numerandi ratione magis elegerit »ab incarnatione D. N. J. Christi annorum tempora praenotare, quatenus exordium spei nostrae notius nobis exsisteret, et causa reparationis humanae i. e. passio Redemptoris nostri evidentius eluceret,« ut scribit in ep. ad Petronium. Quae aera seu epocha ab eo inventa paulatim ab universo orbe christiano, idque potissimum sub a. 750 in usum recepta est. In eo tamen errasse censetur, quod Christi nativitatem assignaverit a. 754 u. c. — Rogatus a Stephano salonitano in Dalmatia episcopo Dionysius collegit et ex graeco vertit *codicem canonum* ecclesiasticorum, quos »hodie, inquit Cassiodorius l. c., Ecclesia romana complectitur. Hujus collectionis duplex exstitit redactio; prioris habetur tantum praefatio; in

meister etc.) reperitur Antonini Placentini *itinerarium* in duplici recensione p. 157—191 et 194—218: quod tamen non est Antonini, sed socii ejusdem anonymi. Cf. Potthast bibl. medii aevi pag. 113 ed. 2.

[1]) Cf. Krumbacher Gesch. der byz. Lit. ed. 2 p. 128; 412 ss.; Bardenhewer § 103 n. 5. et KL. III, 1152; H. Gelzer Jahrb. für protest. Theol. 1883 p. 105—141.

[1]) Ita de eo Cassiodorius de instit. div. lit. c. 23, qui eum bene noverat et cum eo est conversatus, quique alia ibidem in ejus refert laudem.

altera, quae superest[1]), exstant canones, qui dicuntur apostolici 50, conc. nicaeni 20, ancyrani 24, neocaesariensis 14, gangrensis 20, antiocheni 25, laodiceni 59, constantinopolitani 3, chalcedonensis 27, sardicensis 21, necnon canones, qui collecti proponuntur (138) in conc. carthaginensi[2]). Hanc collectionem cum sequenti habes apud Justellum in bibl. jur. can. vet. 1661. I, 101—248; inde apud Migne LXVII, 139—230. — Rogante Juliano presbytero romano qua valuit cura diligentiaque, ut ipse testatur in praef., collegit primus decreta (ib. 231—316) seu *epistolas decretales* rom. pontificum a Siricio ad Anastasium († 498). Celeberrimus fuit, teste Cassiodorio de instit. div. lit. c. 23, utriusque collectionis, quae dicta est *Dionysiana,* in Ecclesia romana et hinc in Occidente usus. Reperit recentiori aetate Amelli novam collectionem documentorum, quae spectant controversias cum monophysitis. Eam adornatam esse a nostro Dionysio intra a 530—35 non improbabile censet, eamque edidit in Spicilegio casinensi 1893 I, 1—189 inscriptam: Dionysii Exigui *nova collectio* pro controversia de uno e Trinitate in carne passo[1]). Vertit insuper e graeco *ep. paschalem* Proterii (cf. supra p. 396), *vitam s. Pachomii* ab. (in vitis PP. Herib. Rosweidi p. 85 et in Actis SS. ad d. 14. Maj.); Procli ep. *de fide* ad Armeniae presbyteros (Migne LXVII, 407—418); ejusdem laudationem *in ss. Dei genitricem Mariam* contra Nestorium dictam CP. a. 429 (quae versio juxta Garnerium est Marii Mercatoris, hinc eam edidit inter hujus opp. II, 19 ss.; Migne XLVIII, 775 ss.), Gregorii nysseni l. *de conditione hominis* ib. LXVII, 347—407); Marcelli archimandritae spelaei Emesae vicini *historiam inventionis capitis s. Jo. Baptistae* factae in urbe emesena a. 453 (ib. 417—454; etiam in Actis SS. Jun. IV, 721—728); *ep. synodicam* s. Cyrilli alex. contra Nestorium cum XII anathematismis, quae tamen versio ab aliis eidem M. Mercatori tribuitur[2]). Horum pleraque collecta habes in Migne P. L. LXVII, 9—527.

280. Fulgentius Ferrandus s. Fulgentii discipulus, forte et consanguineus, s. praesulem exsulem comitatus est in Sardiniam et factus est 523 diaconus carthaginensis. Concinnavit *breviationem canonum* seu compendium juris canonici ecclesiae africanae initio sec. VI. ex canonibus conc. graecorum et africanorum complectens capitula 232 in Migne P. L. LXVII, 949—962. Auctor praeterea censetur praeclarae *vitae*[3]) *s. Fulgentii* (cf. p.

[1]) Hos canones juxta materiam magis systematice disposuit Cresconius (Crisconius) probabiliter episcopus africanus, atque ita concinnavit suam *concordiam canonum* i. e. canonum apostolorum, nicaenorum, ancyranorum, novaecaesariensium, gangrensium, antochiensium, laodicensium, chalcedonensium, sardicensium, carthaginensium; item praesulum Siricii, Innocentii, Zosimi, Coelestini, Leonis et Gelasii sub tit. 300. Eam reperies in G. Voëlli et Henr. Justelli bibl. can., Parisiis 1661; I, 458 coll. app. 34—112; Migne P. L. LXXXVIII, 817—942. Quo vero tempore floruerit, non satis certum est. Juxta aliquos sec. exeunte VII; juxta Fabricium bibl. lat. med. aet. I, 300 s. idem est cum Flavio Coripo Cresconio poëta: tunc vixisset circa a. 570.

[2]) Ceterum de his collectionibus accuratius agunt fratres Ballerinii in disq. praev. in opp. s. Leonis p. III c. 1 Migne LVI. 195—206; Pohle KL. II, 1856 ss.; Maassen Gesch. der Quellen und der Lit. des can. Rechtes im Abendl. Gratz 1870 I, 422—40; 960—965.

[1]) Cf. opus Amelli S. Leone e l'Oriente diss. sopra una collezione inedita di nuovi documenti relativi al V e al VI sec. estratti degli scrigni apostolici, Roma 1882; Montecassino 1890.

[2]) Cf. Fabricius bibl. lat. med. aetatis I, 448—52; Scherer KL. IV, 1800; Bardenhewer § 95 n. 3.

[3]) Cf. Ficker Zur Würdigung der vita Fulgentii Ztschr. f. K. Gesch. XXI, I, 9—42.

462), plurium (7) *epistolarum* theologicarum, quarum illa ad Eugippium *de essentia Trinitatis* et duabus Christi naturis integra reperta et edita fuit a Mai Script. vet. nova coll. III p. 2. 169—184; apud Migne p. 908—910 exstat tantum ejusdem fragmentum. In ep. ad Reginum comitem satisfacit quaestioni, quam hic proposuerat s. Fulgentio: Quid viro militari servandum esset ad retinendam colendamque in eo vitae genere pietatem. Cum sanctus ille morte praeventus respondere non potuerit, id negotii Ferandus in se suscepit, has septem regulas ei inculcans: „Gratiae Dei adjutorium tibi necessarium per actus singulos crede; Vita tua speculum sit, ubi milites tui videant, quid agere debeant; Non praeesse appetas, sed prodesse; dilige rem publicam, sicut te ipsum; Humanis divina praepone; Noli esse multum justus; Memento te esse Christianum": quas dein singulas optime explanat[1]). Duas habes inter ep. s. Fulgentii a nobis editas opusc. XLVI, 1—8; 44—48. Una est (6) in favorem causae trium capitulorum. Ejus scripta edidit[2]) P. F. Chifflet Divione 1649, Gallandi XI, 317—398; Migne LXVII, 887—962; ep. V novas familiares minoris momenti Reifferscheidt inter Anecdota Casinensia p. 5—7 (appendix ad indicem scholarum in univ. lit. vratisl. per hiemem p. 1871—72 habendarum).

281. Inter praesules, qui sermonibus atque instructionibus practicis oves sibi commissas praeclare instituerunt, eminet s. Caesarius arelatensis[1]) in agro cabillonensi (Châlons sur Saone) c. a. 469 vel 470 nobili ortus stirpe. Annos natus 20 se recepit in lerinense monasterium, ubi omnibus praeluxit exemplo. Valetudinis nimia austeritate attritae curandae causa Arelatem missus, ob egregias suas virtutes a s. Aeonio illius urbis episcopo diaconus, dein et presbyter ordinatus atque monasterio in Rhedani insula prope Arelaten datus est abbas c. a. 499. Mox tamen post s. Aeonii mortem evectus est ad munus episcopale (a. 502), quo fidelissime est functus vitae vere apostolicae exemplar, disciplinae ecclesiasticae restaurator et custos, pauperum et miserorum pientissimus pater. Fuit accusatus, sed post breve exsilium revocatus (c. 505); iterum apud Theodoricum (c. 508 et 513) calumniis fuit impetitus, sed innocentissimus repertus. Capta urbe arelatensi per Gothos a. 510 multos captivos copiosis a fidelibus oblatis eleemosynis atque ex Ecclesiae thesauris redemit. A Symmacho pontifice Romae honorifice est exceptus magnisque auctus privilegiis, atque vicarius apostolicus per Gallias et Hispaniam constitutus. Plura habuit concilia pro restauranda promovendaque disciplina, atque in concilio arausicano II. Semipelagianorum errores solemniter et singillatim damnavit (529), quam damnationem apostolica auctoritate Bonifacius II (530) roboravit et pe-

[1]) Bene idem praestitit Agapetus, Justiniani imp. magister, diaconus ecclesiae ad s. Sophiam CP., qui illi, dum susciperet imperii gubernacula a. 527, stilo puro et rhetorico officia exposuit principis christiani 72 capitibus: qui libellus magni aestimatus, saepissime prodiit inque varias fuit versus linguas. Habes illum in Gallandi bibl. XI; Migne P. G. LXXXVI, 1, 1163—86. Editiones recenset Fabricius-Harless VIII, 36—42 (apud Migne l. c. 1155—1162); in bibl. belg. Gand 1880—90. 1 A. 74. Sec. XVI indicantur circa 20 ed. Cf. Krumbacher op. cit.[2] p. 456.

[2]) Bardenhewer § 114 n. 5; et KL. IV[2], 1217. Fessler-Jungmann II p. 2 pag. 423 annot.; de ep. VII. ad Reginum Künstle Zwei Documente zur altchristl. Militärseelsorge, Mainz 1900.

[1]) Cäsarius ... darf als Typus jener thätigen, aufopfernden Bischöfe Südgalliens gelten, welche beim Untergange der römischen Welt die christliche Cultur in die neuen Staatengebilde barbarischer Völker herüberretteten. Bardenhewer § 112 n. 6.

remptoriam reddidit. »Vixit Caesarius arel. ep., ita Florianus ab. in ep. ad Nicetium trev. (MG. Ep. III, 117), inter barbaros pius, inter bella pacatus, pater orfanorum, pastor egentium, qui tanti census effusione nihil perdidit, catholicae regulam disciplinae dictis factisque commonstrans.« Meritis plenus obdormivit in Domino 27. Aug. 542 vel 543. Testamentum alioquin pulchrum, quod reliquisse dicitur, ab Arnold p. 419 interpolatum, a Krusch spurium judicatur. Haec ejus opera: *Sermones* et *homiliae,* quorum certe magnus quondam exstitit numerus, nam non solum ipse saepe concionatus est, sed et »longe positis, refert auctor vitae ipsius l. 1 n. 42, in Gallia, atque in Italia et Hispania diversisque provinciis constitutis transmisit per sacerdotes, quid in ecclesiis suis praedicare facerent.« Nunc vero difficile est, omnes agnoscere sermones ejus genuinos, cum multi lateant sub nomine aliorum patrum: ita plures (saltem 102) inter sermones s. Augustino suppositos (in append. (Migne t. XXXIX, 1741 ss.) Caesario sunt tribuendi. Ad eos discernendos magna utuntur sedulitate editores Hist. lit. de la France III, 197 ss.; Fessler-Jungmann § 242, qui saltem 150 sermones genuinos agnovit; Morin Revue Bénéd. 1896. XIII, 97-111; 193—214; 1899 XVI, 241—260; 289—305; 337—344. Quibus addantur *epistolae* nonnullae, *regulae* ad monachos et virgines. Nulla habetur collectio omnium operum s. Caesarii, praesertim sermonum, multo minus editio critica: hinc distributa leguntur in variis collectionibus. Ea habes apud Migne LXVII, 1041—1163. 1285—90, assignatis tomis, in quibus reliqua reperiantur[1]). Recentissime Morin Revue Bénéd. 1896 XIII, 433-443 ei asserit opusculum hactenus ineditum *de gratia;* Malnory vero in op. S. Césaire év. d'A., Parisiis 1894 edidit ejus *Admonitionem* vel suggestionem humilem peccatorum generaliter omnibus sanctis vel omnibus sacerdotibus directam, quod praedicationem verbi Dei curis terrenis praeferre debent. Idem ei in Congrès scientifique internat. des cath. tenu à Paris du 8. au 13. Avr. 1888 II, 428—439 vindicat *Statuta Ecclesiae antiqua* primum veluti canonum codicem Occidentis. — Demum idem Morin Rev. Bénéd. 1901 fasc. mens. Oct. diligenti instituta comparatione inter *symbolum athanasianum* et s. Caesarii opera, tantam reperit inter ea affinitatem, ut quamvis nondum audeat certo pronunciare, s. praesulem illius celebris symboli esse auctorem, id tamen vehementer suspicetur. Antea ib. 1891 p. 673 ss. conjecerat, Anastasium II. (496-498) illius forte esse auctorem.

282. *Homiliae* aliquot exstant s. Laurentii, quiex novariensi[1]) factus dicitur (490) episcopus mediolanensis († 25. Jul. 512), et quia ore quasi mellito conciones habuisse fertur, »Mellifluus« agnominatus est. Magno encomio ab Ennodio in dictione prima celebratur. Tres reliquae sunt

---

[1]) Cf. praeclaram vitam ab ejus scriptam discipulis, s. Cypriano tholonensi seu telenensi († 545; cf. Hist. lit. de la Fr. III, 237—42); Firmino episcopo ucetino († 553 cf. ib. p. 261—63), Viventio episcopo, Messiano presbytero, s. Caesarii secretario (cf. ib. 442 s.), et Stephano diacono. Ea optime exstat in Actis SS. ad d. 27. Aug. Antverpiae 1743 VI, 50—83 cum commentario Stilting, et apud Migne LXVII, 1001—1042 et p. 1253—86; in Mon. G. Script. Merov. III, 1896 p. 457—501; Villevieille Histoire de s. Césaire, Aix en Provence 1884 in 8; C. F. Arnold Cäsarius von Arelate und die gallische Kirche seiner Zeit, Leipzig 1894; et in Realencyclopädie III³, 622—628; Gellert Cäsarius v. A. Leipzig 1892. 1893; Jocham KL. II, 1653—57; Nirschl III, § 303 ss.

[1]) Sed nullus comparet eo tempore episcopus novariensis.

ipsius homiliae *de eleemosina, de muliere chananaea*, et *de poenitentia*, quae inscribitur a Sigeberto gemblac. de script. eccl. c. 120 liber *de duobus temporibus* i. e. uno ab Adam usque ad Christum, altero a Christo usque ad finem seculi (Migne LXVI, 89-124). — S. Eleuthero (vel Eleutherio) episcopo tornacensi (486—532), qui multos gentilium ad Christi fidem convertit[1]), sed et pro fide multa est passus (quamobrem Ecclesia ejus memoriam agit 20. Febr.), nonnulli *sermones* tribuuntur, quorum tamen aliqui non sunt genuini (Migne LXV, 83—103). — Alexander monachus, patria probabiliter Salamitanus, vel saltem Cyprius (fl. c. 540) prolixe disseruit *de inventione s. crucis* (Migne P. G. LXXXVII, 3, 4015—4076, et sermonis *epitome* ib. 4077—4087), et encomium composuit *in s. Barnabam* (ib. 4087—4106, latine tantum; graece in Actis SS. Junii II, 436—53). — Timothei antiocheni presbyteri, qui floruisse dicitur c. 535, legitur hom. *in crucem et transfigurationem D. N. J. Christi* in Migne P. G. LXXXVI, I, 255-266. — Eodem fere tempore dicitur vixisse Timotheus presbyter hierosolymitanus[2]), cujus ib. p. 237—252 prostat hom. *in prophetam Simeonem*, et in textum Ev. *Nunc dimittis servum tuum* et in b. Mariam V.

283. Celeber inter Syros est Jacobus de Sarug cognomine „Doctor“ et ab illis „tibia s. Spiritus“ et „cithara Ecclesiae“ dictus, a. 451. Curtami, Mesopotamiae pago in ditione edessena, natus. In schola edessena studio sacrorum librorum vacabat impenseque scribendis libris se dabat. Anno 519 creatus est episcopus urbs Batnae in ditione sarugensi, quae urbis postea dicta est Sarug et ipse Sarugensis († 29. Nov. 521). Magna tamen est inter eruditos controversia[1]), num fuerit orthodoxus an monophysita. Ejus orthodoxiam tuentur Assemanus Bibl. or. I, 283; III, 1, 648, Jo. B. Abbeloos diss. de vita et scriptis s. Jacobi Batnarum Sarugi in Mesopotania ep., Lovanii 1867 et alii; contradicunt tamen alii viri graves, ut Renaudot, Martin, Duval[2]), Bardenhewer, Zingerle etc. Alii censent, ut variis satisfaciant argumentis, eum sententiam mutasse et saltem in fine vitae synodum chalcedonensem recepisse. Composuisse legitur in ejus vita *sermones* 736 metricos de personis et rebus V. et N. T., *epistolas* et alia quaedam[3]). Ex sermonibus, quorum plurimos (231) reperit Assemanus

[1]) Cf. Guibertus O. Min. (fl. 1260) in ejus vita (Migne LXV, 59—83); Henschenius in Actis SS. ad. 20. Febr.; Hist. lit. de la Fr. III, 153—55.

[2]) Tertii cujusdam Timothei prolixus *dialogus* habitus cum Acyla Judaeo in diebus s. Cyrilli alex. repertus est a Mai, qui illius in Spicilegio rom. t. IX initium tantum et clausulam dedit (inde Migne LXXXVI, 1, 251 s.). Refertur eum convicisse Judaeum, ideoque in presbyterum fuisse ordinatum ut Judaeum posset baptizare. „Stilus tamen operis, notat Mai ib. p. XI, paulo sequiorem aetatem videtur innuere.“

[1]) Argumenta utriusque opinionis ob oculos ponit Fessler-Jungmann § 274, qui diligenter etiam de ejus scriptis agit. Zingerle in sua erudita diss. Ueber Jakob v. S. und s. Typologie Zeitschr. für k. Theol. 1887. XI, 92—108 statuit (p. 92 annot. 1): Was Jakob v. S. und seine Stellung zum Chalcedonense anlangt, so ist es jetzt besonders nach den von Abbé Martin gelieferten zahlreichen Beweisen (Ztschr. d. D. Morgenl. Ges. 30, 217; Revue des sciences ecclés. 1876 b. 309 ss.; 385, ss. unmöglich daran zu zweifeln, dass er Monophysit gewesen ist.

[2]) Cf. Duval La Lit. syr. p. 352—56, qui passim de ejus scriptis in illo op. loquitur.

[3]) Cf. praeter auctores cit. vitam ab anonymo conscriptam apud Assemanum, I, 286—90; aliam in dissertatione Abbeloos; Wright A short history of Syriac litter. p. 67—72; Bardenhewer KL. VI, 1173; Nirschl III § 281: Martin Un évêque-poéte au 5e et au 6e siècles ou Jacques de Saroug, sa

in bibliotheca vaticana (cf. op. cit. I, 304—340), aliquos ediderunt Zingerle in Monum. syriacis t. I, 1869, et Moesinger ib. t. II ed. a. 1878 p. 76—167; idem Zingerle Bonn 1867 (germanice); Chrestomathia syriaca Romae 1871 p. 286—298; 360-386; sermo *de Thamar*, Oeniponti 1871; Bickell (germanice) in Bibl. der Kirchenväter t. 58; Martin, qui et aliquot *epistolas* typis dedit in Zeitschr. der Deutschen morgenl. Gesel. (praesertim XXX, 217—75); Cureton Ancient Syriac Documents, Londini 1864 p. 86—108; 360—386 aliique. Tribuuntur ipsi et *Acta ss. septem Dormientium* Maximiani, Malchi, Martiniani, Dionysii, Joannis, Serapionis et Constantini († 250), quae ex syriaco latine interprete Petro Benedetto in Act. SS. 27. Jul. VI, 387—389 leguntur. Quam plurima sunt adhuc inedita, fuit enim scriptor feracissimus.

284. *Regulam* pro monachis condiderunt celeberrimus monachorum Occidentis patriarcha s. Benedictus c. a. 529 († 543) discretione praecipuam, sermone luculentam[1]), quam cum commentario habes apud Migne P. L. LXVI, 215—942; critice editam ab Ed. Woelfflin, Lipsiae 1895. — Paulus et Stephanus abbates, quorum tamen patria et aetas non satis constant, sed fere aequales s. Benedicto (Migne ib. 949-959). — Tetradius (Teridius) patria cabillonensis, Caesarii arelatensis nepos, monachus lerinensis (c. a. 541) et abbas, cujus tamen regula potius est s. Caesarii arelatensis, nam eam ex hujus excepit ore (in Holstenii cod. regularum, Romae 1661; Parisiis 1663; bibl. max. PP. lugd. VIII, 873 etc.). — Eodem fere tempore cum s. Benedicto floruit in Oriente s. Sabbas (Sabas), monachorum Palaestinae patriarcha, ab insigni sanctitate „Sanctificatus“ vel „Deifer“, a sancta civitate Jerusalem „Hagiopolita“ vel „Hierosolymitanus“ dictus, gente Cappadox n. 439. A pueritia monachus factus majorum certaminum majorisque virtutis studio incensus a. aetatis 18. ad magnum Euthymium coenobiarcham tunc celeberrimum († 473) se contulit, a quo missus in monasterium inferius ad s. Theoctistum ea contentione virtutes persecutus est, ut monachos omnes superaverit. Mansit in coenobio a. 17 et in solitudinibus maximaque Laura, quam in primis illustravit, transegit a. 59: hinc „Stella eremi“ salutatus. Obiit vero a. aetatis 94 d. 5. Dec. 532. Tam a Graecis quam a Latinis inter sanctos ea die colitur, et in Martyrologio romano inde etiam celebratur, quod pro fide catholica adversus impugnantes s. synodum chalcedonensem strenue laboraverit. Condidit et ipse *regulam*, quae forte ea est, quam sub *Typici s. Sabbae* nomine primum satis incomplete edidit A. Dmitrijevskij 1890, Trudy Kievskoj duch. ak. p. 170—92; et iterum Kurtz byzant. Ztschr. 1894 III, 167—170. Celebrius tamen est aliud *Typicum s. Sabbae* seu hierosolymitanum, liber scil. liturgicus pro toto anno ecclesiastico adhibitus in omnibus Palaestinae monasteriis. Prodiit primum Venetiis 1545, et dein saepius. Prima ejus veluti delineamenta cuidam debentur Charitoni, qui illa ex Aegypto intulit in Palaestinam (c. 350). Ea s. Sabbam literis consignasse ferunt, hujus tamen periisse scriptum in

---

vie, son temps, ses oeuvres, ses croyances, in Revue des Sciences eccl. 1876 p. 309 s.; 385 ss.; Bickell op. cit. p. 195—227.

[1]) Ita s. Gregorius M. dial. II, 36, qui eodem l. vitam s. patriarchae belle describit (cf. Migne LXVI, 125—205). Cf. copiosam de s. Benedicto literaturam apud Potthast 1399 ss.; de ejus regula eruditam diss. auctore Lud. Traubes Textgesch. der regula s. Benedicti inter Abhandl. der bair. Akad. III Kl. XXI sect. 3 p. 599—731 (de qua cf. relationem C. Weyman hist. Jahrb. 1898 XIX, 721—731.

urbis hierosolymitanae expugnatione a Persis facta, s. Sophronium illud dein restaurasse, atque iterum s. Joannem Damascenum novis retractasse curis[1]). — Alius est noster abbas a Sabba hagiographo abbate primum Argyrae in Sicilia, unde ob Saracenorum invasionem fugere est coactus in Calabriam. Decessit Romae 990 vel 991 in monasterio s. Caesarii. Ejus vitam descripsit Orestes, ut infra dicemus, sicut et nostri Cyrillus scythopolitanus[2]).

285. Rusticus Helpidius (Elpidius, Helfridius) patria ut videtur Italus, floruit ineunte hoc seculo. Juxta plures Ennodii, qui suum ei dedicavit Eucharisticon, erat amicus et medicus Theoderici regis, juxta alios quondam consul et Boëthii amicus, juxta quosdam diaconus (sed immerito[3]). Cecinit belle *de beneficiis J. Christi,* et 24 *epigrammata* brevia composuit in historiam V. et N. Testamenti, quae habes in Migne P. G. LXII, 543—48. Carmen illud praeter alios edidere H. Müller, Göttingen 1868; W. Brandes, Braunschweig 1890.

286. Alios praetermittimus, cum eorum vix aliquid supersit, ut s. Remigium, qui »ob insignes animi dotes vix annos natus 22 ecclesiae rhemensi episcopus praefectus (a. 459) rarissimo exemplo ultra 70 a. eandem optime gubernavit († 15. Jan. 533), regemque Francorum Clodoveum cum multis suae gentis hominibus (a. 496) baptismi lavacro in sinum Ecclesiae recepit[4])«. Ejus *epistolas* 4 et testamentum (quod ab Hincmaro rem. confictum censet Krusch) cf. in Migne P. L. LXV, 961—974; epistolas etiam in Mon. Germ. hist. epist. III (1892), 112—116; *declamationum* volumina perierunt. — Epiphanium episcopum constantinopolitanum († 533), cujus supersunt *epistolae* quatuor ad Hormisdam in coll. conc. Labbei t. IV; Migne P. L. LXIII, 494 ss.; et alia quaedam in P. G. LXXXVI, 1, 783 ss. — Joannem de Apamea celebrem inter Syros ascetam[1]), juxta Assemanum (cf. Bibl. orient. I, 430; III p. 1. pag. 50) orthodoxum, cujus scripta videntur adhuc esse inedita (fl. sec. VI). — Trojanum episcopum santonensem, qui c. a. 540 ad Eumerii ep. nonnetensis quaestionem de puero nesciente an baptizatus esset, num sit baptizandus, epistola respondit (affirmative, si nullo constaret testimonio de ejus baptismo, apud Hardouin II, 1434; Migne LXVII, 995 s.). — Ventiolum lugdunensem episcopum (516), cujus scripta, quae sec. IX adhuc exstabant, nam Agobardus († 840) ea collaudat[2]), fere omnia perierunt: quae supersunt cf. Migne LXVII, 993—996. — S. Leonem episcopum senonensem († c. 547), cujus ep. ad Childebertum Francorum regem contra erectionem episcopatus Meloduni[3]) cf. in Migne P. L. LXVIII, 11 s. — Sedatum episcopum nemausiensem (fl. 507), qui confundi non debet cum Sedato episcopo bitterensi (Beziers, fl. 589), ut a nonnullis videtur factum[4]). — Montanum toletanum episcopum († 531), qui juxta Ildephonsum de vir. ill. scriptis c. 3, »virtute spiritus nitens et eloquii opportunitate

---

[1]) Primo sec. XI. dimidio Marcus praepositus magnae Laurae in Palaestina *commentarium* scripsit in hoc Typicum, qui passim subjicitur Typico Graecorum, ut in ed. veneta a. 1545.

[2]) Cf. Nilles Kalendarium man. utriusque Ecclesiae I, p. 344; Ehrhard KL. X, 1434—1437.

[3]) Cf. Ebert I l. 3 c. 9; Bardenhewer § 114 n. 2.

[4]) Fessler-Jungmann II, 2, 357 a. Cf. Hist. lit. de la France III, 155—163.

[1]) Cf. Duval La Littér. syr. p. 240.

[2]) Cf. Hist. lit. III, 94—96.

[3]) Cf. Hist. lit. III, 244.

[4]) Cf. Hist. lit. III, 56—58. Sedati litterensis *homiliae* quaedam leguntur Migne LXXII, 771—774.

decorus regimen honoris retentavit ac disposuit condigno coelestique jure simul et ordine. Scripsit *epistolas* duas ecclesiasticae utilitatis disciplina consertas, e quibus unam Palentiae habitatoribus, in qua presbyteros chrisma conficere episcoposque alienae diocesis alterius territorii ecclesias consecrare magna perhibetur prohibere auctoritate, ss. literarum testimoniis affirmans, id ipsum fieri penitus non licere« etc. In altera de eodem agit argumento. Habes utramque in Migne P. L. LXV, 543-548.

IX.

Scriptores ecclesiastici seculi VI.

Pars altera (551—600).

287. Ex romanis pontificibus, qui hac periodo Christi rexerunt Ecclesiam, maxime innotuit Vigilius, qui vivente adhuc Silverio illegitime romanam occupaverat sedem: quo in exsilio defuncto (c. 538) demum legitime electus est in successorem. Turbaverat tunc Orientem causa trium capitulorum, pro quorum damnatione nullum non movit lapidem Justinianus imp. spe fallaci motus, eorum damnatione haereticos conciliandos esse Ecclesiae catholicae. Hinc invitavit pontificem, imo adhibita vi eum coegit, ut Constantinopolim veniret, ubi minis territus fraudibusque seductus animo reluctanti 11. Apr. 548 ‚Judicatum' (quod vocant) edidit, quo tria capitula damnavit[1]), adjecta tamen clausula: „Salva in omnibus reverentia synodi chalcedonensis." Sed en auctae turbae, ipseque accusatus proditae fidei laesaeque conc. chalcedonensis auctoritatis. Hinc ad praecipuos quosdam episcopos epistolas dedit, quibus protestatur, se aliquid contra illius concilii admisisse auctoritatem. Plures tamen, inter quos Rusticus atque Sebastianus, Ecclesiae romanae diaconi, ab ejus secesserunt communione. In tantis angustiis aliud superesse remedium non videbatur quam concilium oecumenicum: quo annuente pontifice convocato, edito ‚Constituto' 14. Maj. 553 prohibuit[1]), ne tria capitula damnarentur. Est autem illud judice Garnier (de ll. Theodoreti in

[1]) Hujus constitutionis supersunt tantum fragmenta. Cf. Mansi IX, 104. 105, 181; Jaffé-Kaltenbrunner n. 922. Contra ejusdem genuinitatem dubia movet Pitra, sed cf. Grisar Analecta romana I, 56.

[1]) Hujus constitutionis genuinitatem in dubium vocat Vincenzi in op. Vigilii P. R., Origenis Adamantii, Justiniani imp. triumphi in syn. oec. V. in t. IV. majoris op. In s. Gregorii nyss. et Origenis scripta et doctrinam nova recensio, Romae 1865. Hinc nititur Vigilium ab inconstantiae macula excusare. Verum ea opinio viris eruditis non arrisit. Cf. de tota hac trium capitulorum controversia praeter auctores infra cit. Norisius diss. hist. de syn. oec. V. cum Ballerinorum observ. in opp. Norisi Venetiis 1769 II, 1—244; Hefele Conciliengesch. II^2. 798—924; Punkes Papst Vigilius und der Dreicapitelstreit, München 1846; Werner II, 341—369 etc.

Theod. opp. ed. Schultze V, 555) »mirabili quadam ratione compositum, ut nihil sexto seculo melius et forte par editum reperiatur.« Verum imperator hanc pontificis constitutionem synodo communicari non permisit, hinc synodus juxta ejus »Judicatum« prius editum tria damnavit capitula. Vigilius huic damnationi nolens consentire ab irato imperatore mittitur in exsilium. Nova igitur promulgata constitutione synodum legitimam agnovit expositisque rationibus, quae ipsum permoverent, tria capitula 8. Dec. 553 et 26. Febr. 554 damnavit[1]). Dum Romam rediret, moritur in Sicilia 7. Juni 555. Praeter tres *constitutiones* hac in causa editas, supersunt quindecim ejusdem *epistolae,* quas reperies in *Mansi* coll. conc. IX, 19—106; *Migne* LXIX, 15-178. Cf. etiam Jaffé Reg. pont. rom. 1885 I², 117—124. Gravia autem dubia movet Pitra diss. cit. contra literarum genuinitatem, quas Jaffé sub n. 909. 920. 921 Vigilio tribuit; minus fundata videntur dubia de ep. sub n. 926 laudata. *Confessio* Vigilio tributa de naturarum in Christo unione juxta Duchesne est potius Pelagii I.

288. Damnationem trium capitulorum gravissimae secutae sunt turbae. Quam plurimi, imo integrae provinciae defecerunt a sedis apostolicae communione: putabatur enim eam adversari conc. chalcedonensi, quod Theodoretum et Ibam in pace recepit. Hinc successorum Vigilii curae per plures annos prae primis intentae erant in componendo schismate et resarcienda unitate ecclesiastica: qua in sollicitudine excelluit Pelagius I, qui legatus olim et comes Vigilii, Justiniano imp. initio carus, postea ob defensionem trium capitulorum illius incurrit iram atque in exsilium est ejectus. Composuerat enim pro iis libellum *Refutatorium* inscriptum ad Vigilium papam, quando ea damnare volebat, et ll. VI in defensionem trium capitulorum. Hos saltem ex parte se reperisse affirmat Duchesne Bulletin crit. 1884 n. 5 in cod. msc. bibliothecae aurelianensis. Demum tria capitula cum Vigilio damnavit: ideoque imperatoris gratiam recuperavit ejusque ope sedem s. Petri ascendit (16. Apr. 556; † 3. Mart. 560; juxta Duchesne 4. Mart. 561). Sollicitudinis suae testes, epistolae scil. supersunt 15 (apud Mansi t. IX; Migne LXIX, 393—422; Jaffé I², 124—136, quibus adde alias breves apud Loewenfeld Epist. RR. PP. p. 12—21); sed multas molestias passus est atque contradictionem, quod mutata sententia postquam tria capitula defenderat consenserit in eorum damnationem. Satis tamen felix fuit in revocandis schismaticis, Africa enim, Illyricum et universa fere Italia ad unitatem redierunt[1]). — Post Joannem III

[1]) Duae circumferuntur constitutiones, quibus damnatio trium capitulorum in concilio a. 553 confirmatur: una ad Eutychium inscripta graece et latine a P. de Marca edita (cf. Mansi coll. conc. IX, 413—420), altera a Steph. Baluzio latine tantum reperta (ib. 457—88), quae prae illa genuina censetur. Cf. plura de Vigilio in diss. Coustantii ed. cum annotationibus a. Jo. B. Pitra in op. de epist. et registris rom. pont. (in analectis noviss. Spicil. solesmensis, altera cont. Parisiis 1885 t. 366—461); L. Duchesne Vigile et Pélage, Etude sur l'hist. de l'egl. romaine au milieu du VI siecle, Revue des qq. hist. 1884 t. XXXVI, 369—440, diss., in quantum narrat historiam, bona, contra quam tamen cf. Chamard Les papes du VI siècle et le second concile de Constantinople, ib. 1885. XXXVII, 540—78, cui ille respondit 579—593; Lévêque Etude sur le pape Vigile, Amiens 1887 in 8; Jungmann diss. in hist. eccl. d. XI; Fessler-Jungmann § 258; Bardenhewer § 97 n. 2; Zeck KL. XII, 956—59; Grisar Gesch. Roms und der Päpste I n. 328 s.; 371 ss.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 259, qui ibidem agit et de Pelagio II; Zeck KL. IX, 1752—1756; Grisar I n. 377—380.

(560-573) et Benedictum I. (574-578), quorum vix aliquid certi reliquum est, Pelagius II. (579—7. Febr. 590) eandem sollicitudinem gessit ad schismatis reliquias extinguendas, praesertim ut aquilejensem metropolitam cum suis episcopis ad unitatem revocaret. Hinc praeclaras gravesque de hoc negotio *epistolas* scripsit, sed absque fructu. Quinque aut sex epistolas ejusdem adhuc habemus, quas collegerunt Mansi IX, 881—910, Migne LXXII, 703—760; apud Jaffé Reg. PP. RR. 1885 I², 137—140.

289. Cum meminerimus controversiae Ecclesiae tam molestae trium capitulorum, juverit eos paucis indicare, qui partem in ea habuerunt. Praetermisso Justiniano imperatore (527-565), qui sane meruit de fide catholica et ordine ecclesiastico, zelo tamen minus prudenti suaque abutens auctoritate nimium se immiscuit negotiis ecclesiasticis et theologicis controversiis, nominatim huic causae, unde tot turbae et mala redundarunt in Ecclesiam[1]): huc spectant Rusticus Vigilii pontificis nepos et Ecclesiae romanae diaconus, postquam probaverat Judicatum illius, acer trium capitulorum patronus, in *disputatione contra acephalos* in dialogi forma (Migne LXVIII, 1167—1254), de qua ita Baronius, qui l. mutilum censet sub finem praecisis iis, quibus acrius Vigilium perstringit, ad a. 518 § 35: „Demptis ex libro illo spinis, quibus ager fertilis abundabat, et vepribus, quibus in angulo silvescebat, excisis, quae remanserunt viro quidem docto sunt digna: auctoremque vocat ad a. 518 § 37, scriptorem luculentissimum'. Ob pertinacem suam resistentiam, qua alios etiam in pontificem commovit[1]), anathemate a Vigilio perculsus dignitate ac gradu submotus fuit, et ab imperatore in exsilium ejectus. Quo tempore supremum clauserit diem, est incertum. Versionem antiquam actorum conc. chalcedonensis cum codicibus graecis contulit et emen-

[1]) Plura reliquit *scripta theologica* contra diversos haereticos, de quibus tamen ita censet Bardenhewer § 83 n. 3: Die meisten seiner theologischen Schriften (Migne P. G. LXXXVI, 1, 945-1152) des dogmatischen Beiwerkes entkleidet, stellen sich freilich als blosse Regierungsmassnahmen dar, Massnahmen, welche, auch wenn sie stets der reinsten Absichten entsprungen wären, gleichwohl als bedenkliche Eingriffe in das innerste Leben der Kirche bezeichnet werden mussten. Haec potiora sunt: *Constitutio* 6. Aug. 536. *adversus Anthimum*, Severum, Petrum et Zoaram monophysitas, qua sancit horum damnationem a synodo constantinopolitana editam; tr. *contra monophysitas* (a. 542 vel 543) ad monachos aegyptios, qui ab illorum erroribus ad Ecclesiam redierant vel redire cogitabant, quem reperit ediditque Mai Script. vet. nova coll. Romae 1833 VII, 1, pag. 292—313; edictum eruditione refertum *contra Origenem* ad Mennam ep. CP., in quo potiores hujus errores refellit atque maxime perniciosos esse ostendit (forte c. a. 543); cum literis ad s. synodum (a. 543 vel 543) *de Origene;* edicta contra scripta Theodori mopsuesteni, Theodoreti adversus s. Cyrillum alex. et concilium ephesinum, et contra Ibae edesseni epistolam seu *adversus tria capitula;* horum edictorum alterum inscribitur *Confessio rectae fidei: responsio* ad defensionem trium capitulorum etc. In senectute videtur in errorem incidisse Aphthartodoketarum. Plures praeterea supersunt ejus *epistolae* ad romanos pontifices Hormisdam, Joannem II., Agapitum I et Vigilium, quas reperies inter horum pontificum epistolas; *novellae* ad religionem pertinentes apud Migne P. L. LXIX, 177—348; LXXII, 921—1110. Pleraque ex his scriptis reperiuntur etiam apud Mansi coll. conc. t. VIII. IX. Cf. de iis Hefele Concilieng. passim t. 2² Freiburg 1875; etiam Loofs Leontius v. Byzanz 1887. I, 303—17; Krumbacher pag. 57; 929 ss. et passim alibi; p. 1073, ubi literaturam exhibet; Nirschl III § 275. De ejus regno cf. Procopium et Agathiam, de quibus egimus pag. 483 a.

[1]) Ipsum commoverat, ut resisteret decretis synodi V., Felix afer gillitani sive guillensis in Africa monasterii abbas: hinc cum Rustico exsilio damnatus est a Justiniano imp. Ejus scripta periisse videntur.

davit, eaque versio ab ipso emendata recepta fuit in antiquiores conc. collectiones: posteriores eam retractarunt; praeprimis Baluzius de ea fuit sollicitus magnaque sedulitate nisus est, ut eam revocaret ad formam originalem[1]), ejusque laborum rationem habuerunt posteriores editores. Habes studiorum ipsius fructus in sua nova coll. conc. p. 953—1398. Pitra ei tribuit *scholia, distinctiones* et *collationes* in acta conc. chalcedonensis (in Spicil. Solesm. Parisiis 1858. IV, 192-221), quas forte cooperante Verecundo episcopo juncensi provinciae byzacenae in Africa edidit. Hic vocatus fuit cum Primasio pro fidei causa ad urbem regiam. „In defensione memoratorum perdurans capitulorum Chalcedone, ubi refugium fecerat, in diversorio gloriosae matris Euphemiae, de hac vita migravit ad Deum (552)." Ita Victor tonnun. in suo chronico ad a. 552. Card. Pitra primum ejus scripta luci publicae dedit in Spicil. Solesm. t. IV Parisiis 1858, scil. Excerptiones *de gestis chalcedonensis concilii,* et harum veluti epitomen seu *summam* additionibus auctam cooperante Liberato diacono; commentariorum *super cantica ecclesiastica* (e V. T.) ll. IX; *de satisfactione poenitentiae,* in quo lamentabili carmine propria delicta deplorat, ut scribit Isidorus hisp. de vir. ill. c. 7, qui ei tribuit et brevem libellum carmine dactylico *de resurrectione et judicio,* quod forte idem est cum carmine *de judicio Domini* seu *de resurrectione mortuorum,* vulgato inter opera Tertulliani seu s. Cypriani. „Quisquis vero auctor est, censet Hartel in praef. ad ed. opp. s. Cypr. praef. LXVIII, Musis iratis hoc carmen panxit." Hisce adjecit Pitra et aliud carmen *Crisias* inscriptum, in quo sermo est de Antichristi adventu, judicio finali et mortuorum resurrectione: hoc tamen temporis longe posterioris esse conjicitur[1]).

290. Liberatus, cujus jam meminimus, diaconus erat carthaginensis et unus ex legatis ad sedem apostolicam (a. 535) nomine concilii generalis in negotiis ecclesiasticis. Concinnavit *Breviarium causae Nestorianorum et Eutychianorum* seu brevem conspectum utriusque haereseos[2]), ex historia tripartita, ex gestis synododalibus et ss. patrum epistolis, ex libello quodam graeco Alexandriae accepto et ex fideli gravissimorum hominum relatione, seriem rerum gestarum apte et succincte stilo simplici disponens (ab a. 428—553). Reperitur illud in Migne P. L. LXVIII, 969—1052 scholiis illustratum et diss. auctum de synodo V. Quo autem fine scripserit, aperte sub finem prodit. Postquam enim opere toto Nestorianorum Eutychianorumque pugnas artesque pugnandi longo usu eruditus exposuit, tandemque Justiniani imp. et Theodorae uxoris occultas machinationes explicuit, insinuare nititur synodum V. non fuisse legitimum Ecclesiae judicium, sed politicam episcoporum imperatori adulantium coitionem. Dictionis humilitas juxta Garnerium est pene incredibilis, sed compensatur varietate rerum, quae vix uspiam aut omnino aut ita conglobatae reperiantur: nam monumenta, unde plurima desumpsit, magnam partem perierunt.

291. Sed prae ceteris pro tribus capitulis pugnavit Facundus homo

[1]) Cf. Hefele Conciliengesch. II², 416—419,

[1]) Cf. Bardenhewer § 116 n. 5. De carmine de satisfactione poenitentiae scribit Baumgartner IV, 238: Es mangelt dem Gedichte . . . zwar sehr an Richtigkeit der Sprache und des Metrums, aber nicht an Poesie. Der Ausdruck seiner Zerknirschung, besonders aber die Schilderung des Weltbrandes und des jüngsten Gerichts ist von einem Schwung getragen, der an die Psalmen erinnert.

[2]) Fessler-Jungmann II²,2,542a; Knöpfler KL. VII, 1944.

eruditissimus, hermianensis episcopus in Africae provincia byzacena, dum Constantinopoli degeret ad res ecclesiae africanae procurandas, et ibidem haec quaestio acrius agitaretur, et quidem eo tempore, quo ipsemet Vigilius defensionem eorundem capitulorum susceperat. Composuit responsionem quandam jam pridem deperditam, quam jussu Magistri Officiorum scripsisse se intra septem dies testatur, dein (a. 548) moderatius et ordinatius digestos ll. XII *pro defensione trium capitulorum,* quibus eorum damnationem avertere moliens, benignam in dijudicandis veterum scriptis aequitatem exigit. Hinc illa in orthodoxum interpretari nititur sensum, defuncti damnationem illicitam asserit, synodi chalcedonensis auctoritatem tuetur, et imperatoris non esse in rebus ecclesiasticis ferre judicium, verbis gravissimis inculcat. Multa sane praeclara eo in opere occurrunt, etiam pro auctoritate romanorum pontificum. Pro ea defensione in exsilium fuit ejectus. Cum vero Vigilius mutata sententia damnationi illorum capitulorum assensisset, ab ejus defecit communione et inter schismaticos coepit militare, atque in l. *contra Mocianum* scholasticum suae defectionis reddit rationem (forte nonnisi c. a. 571). Multo elapso tempore scripsit *epistolam fidei catholicae* in trium capitulorum defensionem acerbiore animo et sermone eos redarguens, qui scissam Ecclesiae unitatem resarcire studentes a schismate recedendum suadebant. Num autem Ecclesiae reconciliatus obierit incertum. Ejus opera optime edita sunt in J. Sirmondi opp. Parisiis 1696; Venetiis 1728. II, 297—608; Gallandi bibl. XI, 663—821; Migne LXVII, 521—878. Refert Cassiodorius Expos. in psalmum 138 sub finem: »Facundus venerabilis episcopus, haereticorum penetrabili securitate destructor, nuper ad Justinianum principem scribens de duabus naturis Domini Christi duos libellos acute nimis luculenterque tractavit.« Controvertunt jam viri eruditi, utrum hi duo libelli sint idem cum opere pro defensione trium capitulorum, quod divisim in 2 pp. olim prodiit, an hujus op. particula, an perierint[1]). — Initio saltem damnationi trium capitulorum adversabantur Primasius (postea ea cum Vigilio damnavit, de quo mox inter exegetas), Fulgentius Ferrandus, de quo supra egimus p. 498, in ep. *ad Pelagium et Anatolium* diaconos urbis Romae (Migne LXVII, 921—928) et Pontianus episcopus africanus, cujus exstat brevis epistola *ad Justinianum imp.* (ib. 995-998), in qua mortuos non esse damnandos tuetur.

292. Expedita hac diuturna et turbulenta controversia, alias breviter attingemus minoris strepitus et momenti. Gregentius origine mediolanensis, ut in Menaeis graecorum ad 19. Dec. legitur, Aegyptum contendens vitam anachoreticam est amplexus, dein ad regendam Homeritarum (Himjaritarum) in Arabia felici ecclesiam[2]) seu ad sedem tapharensem assumptus fuisse traditur († 19. Dec. 552). Habuit ibidem c. a. 540 disputationem cum Herban judaeo, praesentibus Homeritarum rege, aliquot episcopis et multis Judaeis, quam excepit Palladius scholasticus. Non desunt tamen viri graves qui hanc *disputationem* censeant confictam. Prodiit ea graece et latine cum notis ed. Gulonio, Parisiis 1586 in 8; in bibl. PP. col. V, 1, 919 ss.; Gallandi t. XI, 599 ss.; Migne P. G. LXXXVI, 1, 621—784. Firmatur in ea dialogo fides christiana tum divinorum oraculorum expositione,

---

[1]) Cf. Gallandi in proleg. suae ed. c. 13 (Migne LXVII, 521-28); Fessler-Jungmann II, 2, 543 annot.

[2]) De his Homeritis, praesertim de persecutionibus, quas ob fidem sunt passi, scripsit, ut jam supra narravimus p. 494 a., Simeon ep. Beit-Arscham. Cf. Bardenhewer § 102 n. 4.

tum miraculorum effectu. Tribuuntur ipsi et Homeritarum *leges* seu legislatio sub nomine Abrahamii regis Homeritarum composita. — Theodorus primum Origenistis addictus[1]) Theodoro Ascidae, eorum duci, acceptissimus erat, hinc ab eo factus est Scythopolitanorum metropolita[2]). Verum resipuit atque Origenis errores (qui saltem sub illius nomine circumferebantur) libello Justiniano imp. et patriarchis forte in synodum V congregatis c. a. 553 oblato sub XII anathematismis damnavit (Migne LXXXVI, 1, 229—236). — Agnellus ex nobili ortus prosapia uxorem duxit militiamque est secutus, sed postmodum mortua uxore ac cingulo militari deposito totum se Deo mancipavit. Anno 527 a. aetatis 44. receptus est inter clericos ravennatensis ecclesiae, et 22. Jun. 553 in episcopum electus († 566, juxta alios 569 a. aetatis 83). Scripsit ad Armenium praeclaram ep. arianis oppositam *de ratione fidei*, quae primum prodiit Basileae 1528. Eam habes in P. L. Migne LXVIII, 381—386.

293. Eutychius natione Phryga, n. c. 512, professione monachus, Amaseae archimandrita missus est ab hujus urbis episcopo apocrisiarius CP., ubi impugnatione Theodori mopsuesteni gratiam imperatoris Justiniani adeo sibi conciliavit, ut eadem die, qua Mennas ep. CP. est mortuus, in ejus eligeretur successorem (552). Magnam partem habuit in concilio oecumenico V. atque sententiam synodalem ipse concinnavit (apud Mansi IX, 367—375): sed a Justiniano depositus et relegatus est, quia noluit ejus decreta Aphthartodoketarum errori faventia approbare (565). Post 12 annorum relegationem a Justino II. revocatus et in suam restitutus est sedem 577 († 5. vel 6. Apr. 582). Scripsisse dicitur contra Monophysitas, speciatim contra Aphthartodoketas. Supersunt tantum *epistola* ad Vigilium in causa trium capitulorum, et *homilia* de paschate et de sacrosancta eucharistia saltem ex parte edita a Mai Nov. bibl. PP. IV, 54—62, inde a Migne P. G. LXXXVI, 2, 2392—2405. Magis innotuit suo errore contra veram ac tractabilem corporum resurrectionem, a quo eum revocavit s. Gregorius M., dum legatum pontificis in civitate regia ageret, adeo ut patriarcha morte instante pellem manus suae teneret dicens: „Confiteor, quia omnes in hac carne resurgemus". A graecis inter sanctos colitur[1]). Ejus vitam oratione funebri narrat Eustrathius (Eustachius) presbyter et ejus discipulus, quam habes ib. p. 2273—2390, et in Actis SS. 6. Apr. 1, 550-572 (latine). Hic idem scripsit adversus eos, qui dicunt, animas statim atque e corpore solutae sunt, non operari, neque oblatis pro iis Deo precibus et sacrificiis et bonis operibus juvari, seu contra eos, qui animarum somnium propugnant. Edidit illud magna ex parte Leo Allatius in op. de utriusque Ecclesiae occid. et or. *de purgatorio* consensu, Romae 1655 p. 336—580.

294. S. Anastasius origine Palaestinensis, monachus in monte Sinai, hinc etiam Sinaita cognominatus, evectus est ad sedem antiochenam (559), sed quia restitit Justiniani imp. decretis, quibus Aphthartodoketarum probabat errores et catholicis oggerere nitebatur, ab illius successore Justino in exsilium est pulsus 570, in ejusque locum intrusus quidam monachus Gregorius: quo defuncto agente praeprimis Gregorio M., cujus fidelis erat amicus, a Mauritio imp. sedi suae fuit restitu-

[1]) His favebat etiam Domitianus ancyrensis episcopus (537), ex cujus libello ad Vigilium nonnulla affert Facundus l. 1 c. 2; l. 4 c. 4.

[2]) Cf. Diekamp Die origenist. Streitigkeiten.

[1]) Cf. Krüger Realencyclop. V³, 648.

tus a. 593 († 599). Strenue propugnabat fidem catholicam variis operibus exsilii tempore scriptis, quorum tamen pleraque perierunt. Quae supersunt habentur in Migne P. G. LXXXIX, 1309—1408. Huc spectant Orationes seu tract. theologici *de Trinitate et incarnatione,* in quibus patrum assectatur vestigia: eae exstant tantum latine. Iis usi sunt Maximus M., Joannes Damascenus, synodus VII. etc. Compendiaria *orthodoxae fidei explicatio, homiliae* quatuor, quarum una certe non est genuina, aliae tres sunt dubiae; quaedam fragmenta; *oratio,* cum iterum rediret ad ecclesiam suam, apud Pitra Juris eccl. Graec. hist. et docum. Romae 1868. II, 251—257, qui ib. 238—394 tredecim recenset Anastasios et aliquot eorum opuscula exhibet[1]). Opus contra Jo. Philoponum periisse videtur. — Cujusdam Eustathii monachi exstat prolixa epistola *de duabus naturis* adversus Severum tempore Justiniani imp. scripta, quam reperit ediditque Mai vet. Script. nov. coll. VII, 277 ss. et inde Migne P. G. LXXXVI, 1, 901—942.

295. Relictis scriptoribus polemicis de illo jam agamus, qui hac periodo eruditione, singulari industria et diligentia[2]) omnes praecellit, ideoque primum inter viros doctos locum meret, scil. de Magno Aurelio Cassiodorio Senatore[1]). Natus is est ex clarissimo Italiae genere de patria optime merito Scyllacii in Bruttiis (Squillace in Calabria) c. a. 470, juxta Usener non ante a. 481, atque in virtutibus literisque omnibus egregie institutus adolescens jam Odoacris gratiam, dein Theodorici Gothorum regis ejusque successorum adeo sibi conciliavit, ut summis honoribus praecipuisque muneribus fuerit ab iis auctus. Fuit enim Odoacri comes sacrarum largitionum, Theodorico ab epistolis, per annum praefectus Bruttiorum et Lucanorum, quo expleto revocatus est ad aulam et ex ordine factus quaestor, senator, magister palatii, praefectus praetorio (ter), patricius et a. 514 consul. Nunquum Theodoricus eum a suo dimisit latere primariusque fuit regni administer. In omnibus hisce muneribus integerrime et humane se gessit, erga romanos pontifices et episcopos magnam prae se tulit reverentiam et modestiam. In epistola enim encyclica ad eos praeter alia praeclara animi sensa ita ad eos scribit: „Vos spirituales parentes, qui auctorem rerum illuminata mente conspicitis, pro me sanctae Trinitati sedulo supplicate: dignitatem conscientiae donet, qui tribunalia conferre dignatus est, faciat inoffensum judicem, ne damnet errantem" etc. Demum 70. fere annum agens (c. 540) omnibus honoribus muneribusque valedixit atque in urbem patriam se recepit vitae quietioris et sanctioris desiderio, atque monasterium vivariense prope illam a se conditum est ingressus. Jam studiosissimus fuit de fructuosa officii divini persolutione, de tempore utiliter transigendo, hinc praeter orationem continuos monachis suis praescripsit labores maximeque, ut literis darent operam, eos jussit. Ipse licet senex

[1]) Cf. Bardenhewer § 107 n. 1; Ehrhard apud Krumbacher op. cit. pag. 59 s.; Hergenröther KL. 1, 787; Fabricius-Harless X, 595-600 (apud Migne ib. p. 1293—1300), qui quamplurima ejusdem opera deperdita recenset (18).

[2]) Cassiodor theilt mit Boethius das umfassendste Wissen und zugleich das Bemühen, dieses Wissen weiteren Kreisen zugänglich zu machen, und wie Boethius, so hat auch Cassiodor vielleicht noch mehr als seine eigene Zeit das aufsteigende Mittelalter sich zu unbegrenztem Danke verpflichtet. Bardenhewer § 115 n. 3. Cf. Baumgartner IV, 217—223.

[1]) Senator non vocabatur a munere seu dignitate. Fuit ei hoc nomen verum et proprium, quod omnibus suis praefixit epistolis: Cassiodorius fuit potius cognomen a patre derivatum.

adjutus ab amico Dionysio, qui dicebatur Exiguus (de quo cf. supra p. 495), eos docebat literas humaniores atque gradatim ad altiora promovebat studia. Quem in finem libros composuit de divinis humanisque literis, bibliothecam condidit optimis instructam libris, monachos ad s. Scripturam a se recensitam librosque patrum undique collectos describendos incitavit, ad opera insigniora e graeco vertenda in latinum hortatus est, librosque ceteroquin utiles sed erroribus infectos religiose purgavit et locos notavit cavendos. Ita de patria, Ecclesia et posteritate conservatione tot monumentorum egregie meritus in extrema senectute forte centenarius sancto quievit fine a. 575 (juxta alios jam 562, vel 570 etc.) aut non multo post.

296. Haec potiora ejusdem opera: *Institutiones divinarum et secularium lectionum* (literarum), quae „multiplicis vereque insignis sunt utilitatis omnibus s. Scripturae et ecclesiasticarum literarum studiosis", inquit Fessler-Jungmann II § 248 pag. 486. Est quaedam introductio ad studium s. theologiae, speciatin s. Scripturae. Hortatur in ea ad studium s. Scripturae, de antiquis Ecclesiae patribus vel scriptoribus disserit, qui eam exposuerint, regulas ad eam melius intelligendam tradit, commendat scriptores historiographos (Migne LXX, 1105—1250). Subjicitur tamquam altera pars (ib. LXIX, 1149—1220) opusculum *de artibus et disciplinis* (VII) *liberalium literarum*. Medio aevo magni factum est hoc opus in scholis multumque adhibitum. — Laudatur ab antiquis prolixa ejus expositio Psalterii seu *Complexiones in Psalmos* (ib. LXX, 9—1056), in quibus sequitur libenter Augustinum aliosque patres, usum divini officii maxime prae oculis habet pietatemque fovere studet, sensui typico indulget et symbolico numerorum. Utilem praemittit introductionem specialem de Psalmorum praestantia et de eorum titulis. Eorum etiam divisionem indicat „ne nobis intellectum permisceat aut occulta mutatio rerum, aut varietas introducta loquentium." Juxta Notkerum Balbulum de interpret. div. Script. c. 2 (Migne 131, 995) in eo commentario „omnem secularem sapientiam i. e. schematum et troporum dulcissimam varietatem latere manifestat." — Complexiones *in epistolas* et *Acta apostolorum* et *Apocalypsim* (ib. 1321—1418), in quibus plurium simul versuum sensum brevi et perspicua oratione complectitur, non singulas elucidat sententias: hinc complexiones dictae. — *De anima* seu de ratione animae (1279—1308), quo in l. erudito agit de animae natura, qualitatibus et virtutibus, relatione ad corpus, statu post hanc vitam etc. — Tr. *de computo paschali*, est brevissima instructio chronologica. — *Historiae Gothorum* in 12 ll. distributae ad a. c. 526 exstat tantum *epitome* non satis felix a Jordane (Jornandes) episcopo, ut videtur, crotonensi, qui cum Vigilio pontifice CP. 551 degebat, inde collecta *de origine actibusque Getarum* sive *de Gothorum origine et rebus gestis* (inter opp. Cassiodorii in Migne P. L. LXIX, 1251—1296; in Mon. G. hist. auct. ant. V, 1, 53—138 ed. Mommsen) propter notitias valde pretiosa. — *Chronicon, Consulare* vulgo dictum, quia fere nihil aliud continet quam consulum seriem a primis initiis ad a. 519 ex Eusebio, Hieronymo, Prospero, aliisque collectam, primum forte ipsius opus, in Mon. Germ. hist. auct. ant. Berolini 1894 XI, 109—161; Migne LXIX, 1213—1248.

297. Ei etiam tribui potest[1]) *Historia tripartita*, quam ex Socrate,

[1]) Cf. Wattenbach Deutschlands Geschichtsquellen in M. A. 1⁶, 65—72 et de Jordane p. 72—79. Hic Jordanus scripsit etiam *de summa temporum* vel de origine actibusque gentis romanorum

Sozomeno et Theodoreto ipso jubente per Epiphanium Scholasticum amicum suum latine versis ita compilavit, ut nulla mutatione facta continuam narrationis seriem ex eorundem verbis connexis ll. 12. exhiberet: quae historia minus accurate et sat festinanter compilata medio aevo magno usui fuit. Prodiit eadem et seorsim, ut Augustae V. 1472, et saepissime alibi et inter Cassiodori opp., ita Migne LXIX, 879—1213, vel cum Eusebii H. E. Idem hic Epiphanius Cassiodorio auctore vertit *codicem encyclicum* complectentem epistolas episcoporum ad Leonem imp. de synodo chalcedonensi et de Timotheo Aeluro monophysita, quae collectio ep. reperitur in coll. conc. ut Hardouin t. II, 489 ss.; Mansi t. VII, 524—622 ss. etc. Totius orbis *epistolarium* illum vocat Cassiodorius estque opus eximium ecclesiasticae antiquitatis [1]). Aliae quoque versiones, ut commentarii Didymi alex. *in ep. catholicas,* s. Epiphanii *in Cantica canticorum; antiquitatum judaicarum* Jos. Flavii, Oxoniae 1700 in cf. ei tribuuntur [2]) etc., quas Cassiodorio hortante adornavit. — Denique aliis praetermissis supersunt *Variarum* (epistolarum) ll. XII, seu collectio edictorum, rescriptorum, epistolarum, formularum etc. (c. 400), quae nomine regum gothorum, quorum erat administer, vel ut praefectus praetorio emisit, atque decreta, quibus variae personae ad dignitates nominabantur etc., post ed. imperfectam Jo. Garet Rotomagi 1671; Venetiis 1729; Migne LXIX, 501—880; in Mon. Germ. hist. auct. ant. Berolini 1894 t. XII sedulitate stupenda et laudabilissima accuratione a Th. Mommsen editi. Accedunt Epistolae Theodoricianae variae; acta synodorum habitarum Romae 499. 501. 502; Cassiodorii *orationum* reliquiae ed. L. Traube. Opera alia ipsius perierunt, ut *expositio ep. ad Romanos,* in qua impugnaverat Pelagianos. Commentarius *in Cantica cant.* (Migne LXX, 1055—1106), qui sub ejus circumferebatur nomine (Friburgi 1538) non est genuinus; liber *de amicitia christiana* ipsi olim tributus est Petri blessensis († 1200). Optimam opp. ed. curavit Garetius congr. s. Mauri praemissa Cassiodorii vita [1]) Rotomagi 1679; Venetiis 1729 t. 2 in 8; recusa a Migne t. LXIX. LXX aucta iis, quae postea repererunt Maffei et Mai.

298. In illustrandis s. Scripturis versatus est quadamtenus Victor Capuanus episcopus († 554). Describere curavit vel ipse descripsit *evangelicae harmoniae* Ammonii alexandrini (cf. p. 60 a.), seu ut ipse Victor immerito censet Tatiani, interpretationem anonymi cujusdam, qui vixit circa a. 500 atque harmoniam illam vertens usus est versione s. Hieronymi. Praefationem in eam addidit Victor. Reperit illam E. Ranke in celebri cod. fuldensi (sec. VI), quem et edidit Marburgi et Lipsiae 1868. Habes hanc harmoniam in Migne LXVIII, 251—361; *Scholia* quaedam *veterum PP.* ab eo collecta exhibet Pitra in Spicil.

---

scil. chronicam quandam universalem ex Floro praesertim derivatam, quam cum illa epitome accurate edidit Mommsen in Mon. Germ. hist. auct. ant. Berolini 1882 t. V, 1—52. Ebert t. I² l. 3 c. 27; Potthast p. 682 ss.; Streber KL. VI, 1824. A nonnullis dicitur episcopus ravennatensis, sed in catalogis episcoporum hujus ecclesiae nullus reperitur episcopus hujus nominis.

[1]) Cf. Hefele Conciliengesch. II², 419 s.

[2]) Cf. Fabricius bibl. lat. mediae aet. I, 513; Schroedl KL. IV, 717.

[1]) Cf. A. Franz M. A. Cassiodorius Senator, Breslau 1872; J. Ciampi I Cassiodori nel V e nel VI sec. Imola 1876; Fabricius Bibl. lat. l. III, c. 16; Ebert t. 1 l. 3 c. 23; Fessler-Jungmann § 248; G. Minasi M. A. Cassiodoro Senatore, Napoli 1895; Baumgartner IV, 217—223.

solesm. Parisiis 1852. I, 265—277; cf. ib. 287—289 et t. V, ubi quasdam addit emendationes etc. Refutavit cyclum paschalem Victorii seu Victorini Aquitani, sed praeter fragmentum opus hoc non amplius exstat. — Arator patria forte Ligur exeunte sec. V. natus, apud Athalaricum regem comes domesticorum et privatorum fuit. Verum negotia et molestias aulae pertaesus sacrae militiae se addixit factusque est Ecclesiae romanae subdiaconus (f. c. 541). Juvenci et Sedulii exemplum secutus, sed non assecutus, *Actus apostolorum* in formam poeticam redegit (544), quod carmen Vigilio pontifici obtulit et dedicavit, cui illud maxime placuit, ita ut non tantum publice praelectum, sed et omnium laude fuerit honoratum et ejus lectio aliquoties repetenda. Adjungitur epistola dedicatoria Vigilio inscripta et ep. seu *carmen* elegiacum ad Parthenium, sororis Ennodii filium, virum illustrem, a quo ad poësin sacram fuerat excitatus. Prodierunt cum amplis observationibus cur. Arntzenii, Zutphanii 1769 in 8; recusa in Migne LXVIII, 45—251; Gallandi t. XII; A. Hübner, Neisse 1850. Medio aevo ejus carmen in scholis saepe fuit lectum ipseque habitus ut auctor classicus inter poëtas christianos.

299. Primasius episcopus adrumetinus in Africa, africanarum ecclesiarum ad aulam caesaream c. a. 550. legatus, qua occasione interfuit concilio in causa trium capitulorum, minute et diligenter juxta sensum maxime mysticum ll. V exposuit *Apocalypsin* (Cass. de inst. div. c. 9) utens praecessorum laboribus, in primis Augustini et Tichonii (Basileae 1544). Tribuuntur ipsi, sed immerito, *commentaria in ep. s. Pauli* (XIV), quae sunt retractatio commentariorum Pelagii eliminatis hujus sensis erroneis, concinnata exeunte sec. V. in Gallia meridionali. Coloniae 1538; 1543 etc., utrumque opus in Migne P. L. LXVIII, 407—937. Ejus pariter non sunt commentaria *in Acta apostolorum,* Basileae 1544 et l. *Praedestinatus* a Sirmondo Parisiis 1643 editus. „Composuit sermone scholastico, juxta Isidorum de viris ill. c. 22, *de haeresibus* tres ll. directos ad Fortunatum episcopum explicans in eis, quod olim bb. Augustinus in l. haereseon imperfectum, morte interveniente, reliquerat. In 1. namque ostendens, quid haereticum faciat; in 2. et 3. digerens, quid haereticum demonstret.“ Hoc tamen opus periisse videtur[1]). — Junilius afer (fl. c. 551), non episcopus, ut plures censent, sed quaestor sacri palatii, et comes consistorianus illustris, bonis artibus in seculo eruditus et in s. Scripturis peritissimus, inter introductores s. Scripturae recensetur a Cassiodorio de instit. div. lit. c. 10. Scripsit enim hortante Primasio de partibus divinae legis seu melius *Instituta regularia divinae legis* ll. II, in quibus disserit de genere loquendi s. Scripturae, de canone, librorum auctoribus, dein regulas ad ss. literas ediscendas intelligendasque perutiles tradit, quas se accepisse testatur (in praef.) ex quodam Persa genere (nomine Paulo cf. supra p. 468), qui Syrorum in schola urbis nisibenae fuerat edoctus. Agit in altera prolixiore operis parte de rebus, quas s. Scriptura nos edocet, scil. de Deo, de mundo praesenti et futuro, hinc exhibet theologiam biblicam. Scriptum fuit opus primum lingua syriaca, ver-

[1]) Cf. Bardenhewer § 114 n. 6; § 18 n. 3; Chr. Pesch Zeitschr. f. kath. Theol. 1886 X, 235 ss.; in primis E. Ranke op. cit.

[1]) Cf. Nirschl III, § 301, Ebert t. 1 l. 3. c. 24; Leimbach Realenc. f. prot. Theol. I[2], 775, et theol. Studien und Kritiken 1873 XLVI, 226—270.

[2]) Cf. Hausleiter Leben u. Wirken des B. Primasius von Hadrumetum, Erlangen 1887.

sum postmodum graece, demum hortante Primasio a Junilio latine et forma dialogi elaboratum. Textus syrus et graecus periit. Quasi liber in usum scholarum adhibitus fuit medio aevo. Monet tamen Brasichellus in ind. ll. expurg. I, 57, nonnulla in hoc opusculo caute esse legenda, et acerbius quoque in auctorem invehitur R. Simon Crit. de la Bibl. des aut. eccles. opp. I, 229 et III, 32, quasi dubitaverit de auctoritate ll. s. Scripturae vel protocanonicorum: sequitur enim opiniones Theodori mopsuesteni, auctoris suspecti de canone et de Christologia, necnon et ejus interpretationis regulas[1]). Prodiit primum Basileae 1545 etc., in Gallandi Bibl. t. XII; Migne LXVIII, 15—42; et cur. Kihn Friburgi 1880. — Luculentii cujusdam, qui exeunte sec. VI. floruisse censetur, leguntur *lectiones* (18) in aliquot Evangeliorum et epistolarum loca, Migne LXXII, 803—860. — Ad hanc epocham duce Ang. Mai revocamus Apponium, qui a Bellarmino inter scriptores sec. IX, communius sec. VII refertur, sed huic potius assignandus est epochae[2]). Scripsit stilo classico commentarium ll. XII *in Cantica cant.*, quorum VI (usque ad 4, 7) prodierunt in bibliothecis PP. parisiensi t. I, coloniensi t. IX, et lugdunensi XIV, 128 ss.; VII et VIII cum p. IX edidit Mai in Spicilegio rom. Romae 1841. t. V. Interpretatur autem hunc librum allegorice de nuptiis Christi Domini cum sponsa Ecclesia: in quo cantico utique nihil de carnali amore, sed totum spiritale, totum Deo dignum totumque animae salutare, et ad quam gloriam per suam incarnationem suamque nimiam caritatem sublimaverit post tot facinorum molem humanam naturam luce clarius demonstratur. Cum olim haberentur tantum priores ll. VI, commentarium a. c. 4 v. 8, continuavit C. Lucas O. Praem., quae continuatio cum illis prodiit Friburgi 1548 ut diximus Nomencl. ed. prioris IV, 141.

300. Inter historicos praeter Cassiodorium et Epiphanium, quos mox laudavimus, plures referri possunt[1]), quorum plerumque tamen

[1]) Cf. Bardenhewer § 116 n. 8 Gallandi in praef.; praesertim vero Kihn Theodor von Mopsuestia und Junilius Afrikanus als Exegeten. Nebst einer kritischen Textausgabe von des letzteren Instituta regularia divinae legis, Freiburg 1880 et KL. VI, 2019; Nirschl III, § 317.

[2]) Cf. Peters KL. I, 1171.

[1]) Praetermittimus librum querulum *de excidio Britanniae* scil. per Anglos, Jutos, Saxones et acerrimam reprehensionem seu objurgationem vel epistolam in reges, principes ac sacerdotes Gildae, stilo vivaci et nervoso ardentique conscriptam zelo, quae saepius prodiit, neque enim caret pretio pro historia morum illius temporis: primum (sed manca, luxata ac mutila) cura Polydorii Vergilii, Londini 1525 etc., San-Marte (A. Schulz) Neunius und Gildas, Berlin 1844; in Haddam and Stubbs Councils etc. Oxonii 1869; Migne LXIX, 320-392, juxta ed. Stevensonii Londini 1838, quae pessima dicitur a Potthast, quem cf. de variis ed. p. 525; optime demum ed. a Mommsen in MG. hist. auct. ant. XIII (chronica min. III) p. 1—85. Porro Gildas, cognominatus Albanius, Sapiens, Badonicus, Historicus (hinc occasio quibusdam data distinguendi plures Gildas) fuit gente Celta juxta alios Scotus, atque natus est a. 516. Scripturarum divinarum studio excultus monasticam secutus est vitam in banchorensi coenobio multisque virtutum insignibus inclaruit. Plura instituit monasteria in Hibernia: inde Romam transiit visitaturus apostolorum sepulchra. Substitit inter Armoricorum fines, ubi monasterium condidit eique diu praefuit ad mortem usque (569 vel 570; juxta alios 583). In vita et post mortem miraculis effulsisse narratur. Quosdam disciplinae *canones* seu regulas vivendi sub ejus nomine protulit D'Achery Spicilegii IX, 4—50. Ejus quoque esse videntur canones *de poenitentia* (pro monachis) quos exhibet Schmitz die Bussbücher etc. I, 495—497. Cf. Hist. lit. de la Fr. III, 279—285, ubi sermo est de aliis scriptis

non adeo celebre est nomen. Historiam ecclesiasticam Theodoreti, Socratis et Sozomini continuavit stilo concinno et limpido ad a. 594 Evagrius Epiphaniae in Coelesyria natus c. 536 inter historicos hujus periodi non infimus. A munere advocati, quo fungebatur Antiochiae, ubi plerumque morabatur, dictus est Scholasticus. Gregorium antiochenum patriarcham[1]), quem multum in suo juvit munere, Constantinopolim est comitatus eumque coram synodo strenue defendit et apud Mauritium imperatorem (589). A Tiberio II. (578—82) dictus est quaestor, a Mauritio praefectus honorarius. Obiit exeunte sec. VI. Ejus *historia* ll. VI. comprehensa ab a. 431-594 ed. egregia prodiit cur. Valesii Parisiis 1673 etc., Reading Cambridge 1720 (cum Eusebio etc.); Migne LXXXVI, 2, 2415—2906; absque editoris nomine Oxonii 1844, cui ed. adjecit Nolte Theol. Qtlschr. Tübingen 1861. XLIII, 671—706 utiles adnotationes criticas; Londini 1899 cur. J. Bidez et L. Parmentier in J. B. Bury Byzantine texts. Multa admiscet ex historia profana, bonis utitur fontibus, sincerus est in narrando, a partium studio alienus, fidei orthodoxae addictus, stilo utitur non ingrato. Pro historia Nestorianismi et Monophysitismi magni est momenti[2]). — Aliud ejusdem opus *collectio* scil. relationum (nomine Gregorii antio-

---

immerito ei tributis; Schrödl KL. V, 602. Ebert I[2] l. 3 c. 27; Baumgartner IV, 266—268; Lipsius in Ersch et Gruber Encyclop. S. 1. t. 67; M. de la Borderie Etudes hist. bretonnes 1re série p. 217—372. Chronologiam communiter receptam circa ejus vitam turbare nititur Alf. Anscombe St. Gildas of Ruys and the Irish regal Chronology of the sixth Century, 1893. — Praetermittimus Zachariam patria Gazensem, rhetorem et causidicum, demum episcopum mitylenensem in insula Lesbos († intra 536 et 553), cum faveret sectae monophysiticae. Ejus historia ecclesiastica a synodo chalcedonensi (450) ad 491 nobis asservata fuit a monacho syro, qui illam c. a. 590 inserui suae historiae universali ll. XII comprehensae, quam edidit J. P. N. Land Anecdota syriaca, quorum t. III exhibet Zachariae ep. Mit. aliorumque scripta historica, graece plerumque deperdita, Lugduni Bat. 1870. Fragmenta aliquot (cc. 19) jam syriace et latine ediderat Mai in N. coll. Scr. X, 332—338, et inde Migne P. G. LXXXV, 1145—1178. Versionem germanicam op. historici dederunt K. Ahrens et G. Krüger inter scriptores sacros et prof. III, Lipsiae 1899. Scripsit praeterea *Vitam Isaiae* apud Land p. 346—356; *Vitam Severi antiocheni* ed. syriace ab J. Spanuth Göttingen 1893; gallice versam a Nau in Revue de l'Orient chr. 1899 IV, 343—353; 543—555; 1900 V, 74—98; 293—302; dialogum inscriptum *Ammonius* seu disp. de mundi opificio apud Migne p. 1011—1041, et a Boissonade Parisiis 1836; *Syntagma contra Manichaeos*, cujus superest fragmentum apud Migne p. 1143 s. Cf. Fessler-Jungmann II, 2, 508; Bardenhewer § 103 n. 2. — Praetermittimus et Joannem de Asia seu de Epheso pariter monophysitam (n. c. 505, † c. 585 vel post h. a.), qui *historiam ecclesiasticam* scripsit a Julio Caesare usque ad a. 585, cujus posteriorem partem i. e. l. 3. (ab a. 571; priores duo libri exceptis l. 2 fragmentis in J. P. N. Land Anecd. syr. 1868 II, perierunt) edidit Cureton in textu originali Oxonii 1853; versio prodiit Monachii 1862; *Vitas* collegit *beatorum orientalium* (i. e. monophysitarum), Amstelodami 1889. Cf. Schoenfelder KL. VI, 1654—1657; Fessler-Jungmann II, 1, 652; Land Joannes B. v. E. der erste Kirchenhistoriker, Leyden 1856; Joannis ep. . . . commentarii Amstelodami 1889. — Denique praetermittendus est Datius archiepiscopus mediolanensis († cc. 552), cui suppositum fuit *chronicon*, quod adjudicandum esse Landulfo Seniori (sec. XI, de quo infra), ostendit Pagi crit. II ad a. 552 n. 26—28; IV ad a. 1045 n. 11. Cf. Schüz Comment. crit. de scriptis et script. hist. p. 133.

[1]) Hujus patriarchae (570—593), qui antea erat abbas Hierosolymis et in monte Sinai, exstant aliquot sermones in Gallandi bibl. t. XII, Migne P. G. LXXXVIII, 1847—86.

[2]) Cf. Bardenhewer § 103 n. 3; Krüger Realencycl. V[3], 649 s.; Krumbacher p. 245—47; G. Dangers op. supra cit. p. 491 a.

cheni scriptarum) edictorum, sermonum, dialogorum etc. periisse videtur.

301. Victor, tunnunensis (tonnenensis tunnensis) ecclesiae africanae episcopus, scribit Isidorus hisp. de vir. ill. c. 38, „a principio mundi usque ad primum Justini junioris imperii a. (567) brevem per consules annuos bellicarum ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgavit historiam, laude et notatione illustrem ac memoria dignissimam.“ Sed ad nos pervenit tantum ea pars, quae est ab a. 444, et complectitur ea fere, quae spectant ecclesiam africanam et Byzantium. Propter trium capitulorum defensionem multa passus est, exsilio in Aegyptum, carcere et plagis multatus, tandem in quodam monasterio CP., cui jussu Justiniani imp. inclusus fuerat, mortuus est, vel inde juxta alios a Justino II (c. a. 566) liberatus, sua in patria (c. a. 569). *Chronicon* ipsius exstat post alias ed. in Migne P. L. LXVIII, 941—962, et cur. Mommsen in Mon. Germ. hist. auct. ant. XI (1894) 178 ss. „Quod rerum gestarum veritatem spectat, inquit Norisius[1]), totam fidem praesto; at quod ad a. designationem pertinet, ejus chronicon plenum mendis est, non Victoris, ut arbitror, sed corruptoris cujuspiam ignorantia.“ — Ipsius forte est etiam libellus, olim s. Ambrosio tributus, *de poenitentia* (Migne XVII, 971—1005), ut supra p. 181 a. jam diximus. — Victoris chronicon continuavit (ab a. 567—590) Joannes gente Gothus, Scalabi in Lusitania provincia natus. De hoc ita scribit Isidorus hisp. de vir ill. c. 44: „Hic cum esset adolescens, Constantinopolim perrexit, ibi graeca et latina eruditione munitus post 17 a. in Hispanias reversus est, eodem tempore, quo incitante Leovigildo rege ariana fervebat insania. Hunc supradictus rex, cum ad nefandae haeresis credulitatem compelleret, et hic omnino resisteret, exsilio trusus et Barcinonem relegatus per 10 a. multas insidias et persecutiones ab Arianis perpessus est. Qui postea condidit monasterium, quod nomine Biclaro dicitur, ubi congregata monachorum societate scripsit regulam ipsi monasterio profuturam, sed et cunctis Deum timentibus satis necessariam. Addidit in l. chronicorum ab a. primo Justini junioris principatus usque ad a. octavum Mauritii principis Romanorum et quartum Recaredi regis annum historico compositoque sermone valde utilem historiam: et multa alia scribere dicitur, quae ad nostram notitiam non pervenerunt[1]).“ Factus est episcopus gerundensis († a. 620 vel aliquantum postea). Ejus continuatio magni fit: eaque reperitur passim, ut in Gallandi bibliotheca t. XII, 363—371; Migne P. L. LXXII, 859—870; in Mon. Germ. ed. Mommsen, hist. auct. ant. chronica (min) XI, 211—220 cum praef. 207-210 et subsidiis criticis 165—177. — B. Marius patria Augustodunensis n. c. 530 vel 531, episcopus ecclesiae aventicensis (Avenches) qui transtulit sedem deleta civitate ad urbem lausaniensem, praesul egregius et exemplaris, peritus aurifaber († 31. Dec. 594, juxta alios 593 vel 596) continuavit strictim et jejune Prosperi *chronicon* ab a. 455 — 581), quae continuatio, quamvis sit admodum brevis et historiam potius politicam exhibeat, pretio non caret, imo thesaurus appellatur a Chifflet ejus editore inter hist. Franc. script. ed. a Duchesne I, 210. Exstat praeterea in Gallandi bibl. t. XII, 313—320; Migne LXXII, 793—802; in Mon. Germ. XI, 232—239, cur. Mommsen;

[1]) Diss. de Syn. V. c. 8 (opp. I, 669). Cf. Schüz comment. crit. p. 509—530; Wattenbach ed. V. pag. 80: Eine grundschlechte, doch durch ihren Inhalt wichtige Chronik.

[1]) Cf. Goerres Joh. v. Biclaro in theol. Studien u. Krit. 1895 LXVIII 103—135. Dzialowski ad Isid. hisp. c. 44. Ebert I². l. 3 c. 30; Potthast p. 657.

prodiit optime Lipsiae cur. Arndt in Bischof M. von Aventicum. Sein Leben und seine Chronik. 1875; seorsim 1878. Brevis subjicitur ei continuatio auctoris anonymi ad a. 624. — *Vita s. Sigismundi* regis, quae reperitur in Actis SS. ad 1. Maj. p. 86. 87 ab Hist. lit. Galliae (III, 402) ipsi adjudicatur[1]).

302. Georgius Florentius Gregorius turonensis[2]) episcopus, nobilitate generis, vitae sanctimonia ac multiplicum scriptorum varietate inter ceteros aevi sui antistites plurimum emicuit[2]). Natus est 30. Nov. 544, secundum alios 538 vel 540 Arverni (Clermont-Ferrand) e nobilissima familia senatoria, e qua plures prodierunt episcopi turonenses. A prima infantia ab avunculo Gallo ep. et Avito presbytero pie fuit educatus. Gravi morbo in adolescentia correptus vitam vovit clericalem. Humanioribus sacrisque literis impense se dedit et ob praeclaram indolem diaconus est ordinatus. Dum s. Martini turonensis sepulchrum iterum gravi morbo affectus visitaret (563), Dei beneficio sanitatem recuperavit. Miro illum sanctum amore est prosecutus: hinc forte factum est, ut populi clerique illius urbis oculos et amorem in se converteret, adeo ut defuncto Eufronio episcopo omnium voto, quamvis 30. aetatis annum vix attigerat, in turonensem episcopum fuerit electus, frustra ipso prae humilitate obluctante, atque 22. Aug. 573 ordinatus. Gregis sibi a Deo commissi curam gessit sollicitam, et imperterrito fervore, prudentia atque zelo sagaci, magno ejusdem rexit fructu: Deus etiam servi sui sanctitatem patratis haud raro miraculis manifestam reddidit. Neque tantum populo suo praeluxit exemplo, verum etiam regi, cum oportuit, forti restitit animo. Non neglexit bonum vel temporale suae urbis magnaque fruebatur penes Childericum regem gratia, qui ejus consilio utebatur et opera in regni negotiis. Plenus meritis decessit 17. Nov. 594 pie in Domino. Ab Ecclesia inter sanctos colitur.

303. Opera, quae reliquit, historica sunt, propter quae dici meruit „Galliae Herodotus, Pater historiae Galliae". Huc praesertim spectant: *Historia ecclesiastica Francorum ll. X*, inscripta etiam *Gesta Francorum*, Chronicon (Migne LXXI, 159—573). Quo propius ad sua accedit tempora, praesertim a l. 4. eo fusius, accuratius, fidelius facta memoria digna testis saepe oculatus describit. Hinc eo opere multa insunt utilia tum ad historiam sacram, tum ad veteris Ecclesiae disciplinam et gallicanae liturgiae ritum illustrandum et ad fidei catholicae dogmata confirmanda. Narratio est indigesta magis factorum compilatio quam arte concinnata, stilus plane simplex, impolitus, imo rudis, sed ingenuus, pretium operis propter auctoris sinceritatem et veracitatem pro historia illius temporis summum[1]). — *Libri miraculorum* (ib.

---

[1]) Cf. Bardenhewer § 115 n. 5 de his historicis: de Mario avent. Potthast 76, ubi copiosam reperies literaturam de eo; Knöpfler KL. VIII, 868.

[2]) Vere scribit Wattenbach Deutschlands Geschichtsq. I § 7: Mitten in dem allgemeinen Verderben erschienen immer aufs neue einzelne Männer, welche durch Reinheit der Gesinnung und durch rückhaltlose Hingabe ihrer eigenen Person für die Gebote des Evangeliums die Verehrung ihrer Zeitgenossen und die Bewunderung der Nachwelt erzwangen. Zu keiner Zeit nach den ersten Jahrh. der christlichen Kirche finden wir eine grössere Zahl von Heiligen, als gerade damals, Männer und Frauen, grossentheils von hervorragender äusserer Stellung, die durch Entsagungen aller Art, durch aufopfernde Wohlthätigkeit, durch unerschrockenes Auftreten gegen die Verbrechen der Grossen und Mächtigen, sich die dankbare Verehrung des Volkes erwarben.

[1]) Teste Giesebrecht qui egregiam versionem germanicam dedit Lipsiae 1878 ed. 2 t. 2, est haec historia Eines der

705—1010), qui tamen invicem non cohaerent unumque constituunt opus, sed sunt potius collectio opusculorum successive scriptorum. Liber 1. inscribitur *de gloria bb. Martyrum,* in quo agit de miraculis Christi, apostolorum et martyrum Galliae, quae per eorum reliquia et ad eorum sepulchra contigerunt. Liber 2. inscribitur *de passione, virtutibus et gloria s. Juliani M.* († 304); 3. *de gloria bb. confessorum,* in quo multorum sanctorum miracula narrat. Sequuntur ll. 4 *de miraculis* s. Martini. His addatur l. ceteris pretiosior de vita quorundam (23) feliciosorum seu *Vitae patrum* (ib. 1009—1096). Exhibet se hisce in operibus nimis credulum, haud levia tamen deprehenduntur indicia animi veritatem sedulo indagantis. — *Passionem ss. martyrum septem dormientium,* interprete Joanne syro usus, ex codice ut videtur syriaco latine reddidit. Prodiit ea jam cura Mombritii a. 1476 in Sanctuario II, 267, et post alias ed. (cf. Potthast p. 1568) cur. Brun. Krusch in Anal. boll. 1893 XII, 371—388. — Librum *de miraculis b. Thomae ap.* et alterum *de miraculis b. Andreae ap.* genuinos censet Bardenhewer § 117 n. 1; hunc posteriorem dubium Fessler-Jungmann II, 2, 466 not. 2. Exstat hic l. post alias ed. (cf. Potthast p. 1164) in Mon. G. hist. scr. rer. Merov. 1885 I, 826—846; *Passio s. Juliani* ib. 878—881. — Ejus commentarii *in psalmos* exstant tantum fragmenta (Migne ib. 1097 s.). *De cursu stellarum* ratio qualiter ad officium implendum debeat observari seu l. de cursibus ecclesiasticis repertus primum fuit ab Haase atque editus Vratislaviae 1853. Alia ejusdem opera perierunt; supposita sunt *Vita s. Aridii ab.* et *vita ss. Mauritii et Albini* Confessorum etc. — Prodierunt ejus opera cur. Ruinart Parisiis 1699 in f., editio praestans, recusa a Migne t. LXXI; in Mon. Germ hist. script. rer. Merov. t. I Hannoverae 1884—85 ed. W. Arndt, Br. Krusch et M. Bonnet ed. critica et accurata; et quantum fieri potuit ad dictionem originalem exacta; recentissime Omont et Collon in Collection de textes pour servir à l. étude et à l'enseignement de l'histoire, fasc. c. 2 et 16, Paris 1895. Iidem ediderant[1]) jam antea historiam Francorum: ille ll. I—VI, Parisiis 1887; hic ll. VII—X, ib. 1893.

304. Huic hagiographo plures alios subjicimus: inter quos eminet Cyrillus scythopolitanus, qui adolescens a. 20 mundo a. 543 valedicens,

wichtigsten Erzeugnisse der gesammten christlichen Literatur; Wattenbach Deutschlands Geschichtsquellen in M. A. I § 8; Ebert Gesch. der christlich-lat. Lit. I² l. 3 c. 28: So ungebildet und unbehilflich die Darstellung ist, welche die Geschichte in lauter Einzelgeschichten auflöst, die sie nicht innerlich zu verknüpfen vermag, so erhält sie doch durch das allem Individuellen, welches sie mit einer naiven Treue wiedergibt, innewohnende Leben eine unversiegbare Frische, die immer von Neuem wieder anzieht. Grisar Gesch. Roms I n. 477; 484: Bei all ihren formellen Uebelständen ist, wir wiederholen es gerne, die Frankengeschichte Gregors v. T. eine köstliche Lectüre, eine naturwüchsige Erzählung der wirklichen Vorgänge, umso werthvoller, weil sie die älteste Geschichte des Volkes ist; Baumgartner IV, 250 ss.: De Fredegario, qui hanc historiam in compendium redegit et continuavit, infra loquemur.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 244; Bardenhewer § 117 n. 1. 2; 2. et KL. V, 1178—1183; Ruinart in praef. suae ed.; Schüz Comment. p. 219-222; Hist. lit. de la Fr. III, 372—397; Potthast 542 ss., apud quem cf. literaturam de Gregorio; Lévesque de la Ravalière Novelle vie de s. Gregoire inter commentarios acad. inscript. paris. XXVI, 603 ss.; Loebell Gregor von Tours und seine Zeit vornehmlich aus seinen Werken geschildert, Leipzig 1839; 1869 ed. 2; Monod Etudes critiques sur les sources de l'histoire Merovingienne l. S. Grégoire de T.; Marius d'Avenches, Paris 1872; Ebert I. l. 3 c. 28.

vitam professus est monasticam in monasterio s. Euthymii (544), dein (555) in nova laura Hierosolymis. Vitam finivit in nova s. Sabae laura in deserto Judae, forte non diu post a. 557. Scripsit *vitam s. Euthymii* († 473), quam edidit Montfaucon in Analectis graecis Parisiis 1866. I, 1—99; interprete Gent. Herveto in Act. SS. 20. Jan. II, 302—328 (Migne CXIV, 595—734 juxta Simeonis Metaphrastis recensionem); *vitam s. Sabae* († 532), quam edidit[1]) Cotelier in Eccl. gr. mon. Parisiis 1686 III, 220-376; graece et slavonice Pomialovski Petersburg 1890; *vitam s. Joannis Silentiarii* († 558) in Actis SS. 13. Maji III, ap. 16*—21* (latine p. 232—238); *vitam s. Cyriaci* († 556) in Actis SS. 29. Sept. VIII, 147-159 et Migne CXV, 919—944, sed nonnisi juxta Metaphrastis retractationem. In *vita Theodosii* († 529) usus est sobrie *vita* panegyrica a Theodoro episcopo Petrae (c. 547) concinnata, et in *vita Theognii* beteliensis *vita* Pauli oriundi ex Hellade elusensis monachi in Idumaea, Silentiarii dicti (fl. c. 526). Illam habes in Usener l. Der h. Theodosios, Schriften des Theodoros und Cyrillos[1]), Leipzig 1890 p. 103-113 cum annot. 190—197; hanc cum vita a Paulo scripta[1]) in Analectis boll. X, 73—118[2]). Hae biographiae multum laudantur a sinceritate, accuratione in notis chronologicis, sobrietate, prudentia et stili simplicitate aliena a fuco rhetorico. — *Historiam poenitentiae et conversionis s. Theophili* († 538) graece narrat Eutychianus adanensis ejus famulus et familiaris: ejus versio auctore Paulo diacono Neapoleos (fl. sec. IX) exstat in Act. St. Febr. I, 483—487. Eam metrice reddidit Marbodus († 1123; cf. Nomencl. IV ed. 2 pag. 45) in ed. ejus opp. cur. Beaugendre, Parisiis 1708. — Theodorus episcopus iconiensis (fl. medio sec. VI.) scripsit *acta ss. Quirici* (Kerykos) et Julittae, quae habes in Anal. bolland. 1882. I, 192-277. — Eodem forte tempore vixit Constantinus diaconus et chartophylax ecclesiae constantinopolitanae, cujus panegyricam *orationem* in omnes martyres reperit ediditque card. Mai Spicil. rom. X. 94 (inde Migne P. G. LXXXVIII, 489—529). In ea ex martyrum, quae circumferebantur actis, summariam quandam conficere persecutionum historiam sibi auctor proposuit: exin quaestiones apud ethnica tribunalia institutas, necnon martyrum cum judicibus disputationes haud sine eloquentiae vigore agitatas referre: mox innumera cruciatuum genera graphice exponere miramque martyrum fortitudinem celebrare, preces quoque ipsorum ad Deum opemque impetratam narrare, epinicium denique veluti carmen concinere et felicium pugilum jam coelo receptorum intercessionem pro

[1]) Die vita Euthymii und die vita Sabae gehören zu den interessantesten nnd lehrreichsten Heiligenleben. Ueber das orientalische Mönchthum um 500 hat man keine besseren Quellen. Loofs Leontius von Byzanz, Leipzig 1887. — Im Gegensatz zu Theodorus und Paulus ist Cyrillus nicht Panegyriker, sondern Geschichtschreiber. Obwohl nicht frei von der Wundersucht seiner Zeit, erscheint er überall von dem lautersten Streben nach Wahrheit beseelt, scheut keine Mühe, Zuverlässiges zu erkunden, und verwendet dabei insbesondere auf Genauigkeit der Zeitbestimmung eine peinliche Sorgfalt. Seine Aufzeichnungen bilden für die Geschichte des h. Landes und der Kirche von Jerusalem im 5. u. 6. Jahrh. eine hochwichtige Quelle. Bardenhewer § 104 n. 1. Cf. Ehrhard in Krumbacher Gesch. der byz. Lit. ed. 2 p. 185 s.

[1]) Cf. J. van den Gheyn St. Théognius évêque de Betelie en Palestine in Revue des qq. hist. 1891. L, 559—576.

[2]) Sed cf. de cod., quo usus est Usener, Krumbacher Studien zu den Legenden des h. Theodosios: Sitzungsberichte der philos.-philolog. und hist. Kl. in der k. bayr. Ak. d. W. 1892 p. 220—379.

Ecclesia implorare. In synodo oecumenica VIII. ex ea fragmentum tamquam testis gravis pro asserendo ss. imaginum honore recitatum fuit.

305. *Vitam et passionem bb. MM. Placidi* discipuli bb. P. s. Benedicti et fratrum ejus Victorini et Eutychii ac sororis Flaviae V., Donati, Pirmati diaconi et aliorum 30 narrasse scribitur Gordianus s. Placidi condiscipulus et comes, patria forte Romanus vel Siculus († 560), qui stragis tempore (539) fuga elapsus est et Justiniani imp. jussu Placidi gesta sociorumque triumphum literis consignavit. Exstat ea narratio apud Surium Coloniae 1618 ad d. 5. Oct. VII, 746—775 et Mabillon Sec. 1. Bened. p. 45—79; in Act. SS. 5. Oct. III, 114—138. Quaedam *epistolae* eidem etiam tribuuntur, sed ut videtur immerito[1]). — Paulus discipulus Hilari abbatis galeatensis († 558) narrat hujus *vitam*, quae exstat in Actis SS. d. 15. Maij. III, 473-476. — De Eusebio episcopo antibiensi († c. 570), cujus *historiam r anslationis* corporum Vincentii, Orontii et Victoris († c. 291) exhibent Acta SS. ad d. 22. Jan., cf. Histoire lit. de la Fr. III, 303—306. — Stephanus presbyter antissiodorensis, sed patria Afer, scripsisse creditur *vitam s. Amatoris* episcopi quondam illius ecclesiae († 418), quam habes in Actis SS. 1. Maj. I, 52—60: ea tamen non est magni pretii[2]). — Eterius ejusdem ecclesiae clericus narrat *miracula s. Cyri* et s. Julittae MM. post translationem in Gallias patrata: verum praefatio tantum hujus narrationis reperta fuit et edita in Actis SS. Maj I, 52, et Jun. III, 20. Floruisse creditur[1]) exeunte sec. VI. — S. Asaphus ex Nortwallia Britanniae abbas et dein (forte primus) episcopus elguensis vel glasconensis (c. 590), descripsit *vitam* magistri sui *s. Kentigerni,* quae reperitur in Actis SS. 13. Jan. I, 816—825. — Pelagius turassonensis (Tarazona) ecclesiae in Hispania archidiaconus narrat *vitam s. Prudentii* hujus ecclesiae episcopi et patrui sui, quam adjecit Fr. Bivarius ad chronicon Pseudo-Maximi ad a. 572, Matriti 1651 p. 549—552.

306. Praeter alios jam laudatos inter ascetas[2]) referri possunt „Martinus dumiensis monasterii sanctissimus pontifex, qui ex Orientis partibus navigans in Gallaeciam venit ibique conversis ab ariana impietate ad fidem catholicam Suevorum populis regulam fidei et sanctae religionis constituit, ecclesias confirmavit, monasteria con-

---

[1]) Cf. Fabricius Bibl. lat. med. aet. II, 70; Mongitore bibl. sic. I, 262. Cajetanus Sanct. Sic. I, p. 173 putat eam esse Petri diaconi cas. († 1140), qui illam e Gordiani fonte hauserit. Ceterum legimus et Simonem presbyterum constantinopolitanum vitam s. Placidi a 570 graece scripsisse, eam in Italiam delatam salernitanis monachis rogantibus latinitate donasse: exinde Petrum diaconum eam cultiori latinitate expolivisse. Hanc habes apud Cajetanum op. cit. p. 145.

[2]) Cf. Hist. lit. de la Fr. III, 361 s. Eum ad hunc laborem literis excitavit s. Anarius seu Aunacarius, qui aula regis Guntraei relicta factus est episcopus antissiodorensis floruitque exeunte hoc seculo. Supersunt decreta utilia in concilio matisconensi (c. a. 590) communi episcoporum consensu sancita, quae in synodo diocesana clero suo intimavit (Migne 72, 761—769). Cf. Hist. lit. III, 493—496.

[1]) Cf. ib. III, 404.

[2]) Praetermittimus Eutropium patrem monachorum in monasterio servitano. dein ecclesiae valentinae episcopum sec. VI. exeunte, qui ad Lucinianum Carthaginis Spartariae episcopum scripsit *epistolam* valde utilem juxta Isidorum hisp. c. 45, in qua quaerit, quare baptizatis infantibus chrisma, post haec unctio tribuatur: ea tamen periit. „Scripsit et ad Petrum episcopum ircavicensem de districtione monachorum salubri sermone compositam *epistolam* et monachis valde necessariam. Cf. Migne LXXX, 9—20.

didit copiosaque praecepta piae institutionis composuit". Ita Isidorus hisp. de viris ill. c. 35. Ortus est ex Pannonia, monasterio dumiensi praefuit abbas, sed in synodo bracarensi (561) comparet ut episcopus dumiensis, postea factus est metropolita bracarensis, hinc cognominatur modo dumiensis, modo bracarensis († 580). Ab Ecclesia inter sanctos colitur et inter aequales non solum sanctitate, sed et doctrina emicuit. Scripsit *de differentiis quatuor virtutum* (cardinalium) seu *formulam vitae honestae* ad Mironem regem Suevorum, qui eum rogaverat de instructione. Ea saepe seorsim prodiit ut cur. Weidner, Magdeburgi 1872, ed. bona; Neisse 1892 cur. May etc. Quo in l. vix s. Scripturam respicit, sed stilum et sentiendi rationem Senecae sequitur, ut a nonnullis haberetur pro hujus scripto. *Pro repellenda jactantia, de superbia, exhortatio humilitatis* videntur pariter Mironi regi dicata; libellus *de ira,* epitome ll. 3, quos de ira scripsit Seneca; *de moribus,* collectio sententiarum seniorum, libellus forte suppositus; *de pascha* scil. de tempore celebrandi paschatis, qui libellus retractatus prodiit inter opera s. Athanasii apud Migne P. G. XXVIII, 1605—1610. Haec septem opuscula habentur in bibl. vet. PP. t. XII et Migne P. L. LXXII, 29—53. In sermone *de correctione rusticorum* disseruit stilo simplici et claro, rogante Polemio episcopo asturicensi, contra grassantes adhuc penes rusticos reliquias et superstitiones paganismi. Edidit illud integrum et accuratum Caspari annotationibus illustratum cum notitia erudita literaria de vita et scriptis Martini, in op. scil. Martin v. Br. Schrift de correctione rusticorum, Christiania 1883, ed. egregia[1]). Volumen epistolarum, cujus meminit l. c. Isidorus, „in quibus hortatur vitae emendationem et conversationem fidei, orationis instantiam et eleemosynarum distributionem et super omnia cultum virtutum omnium et pietatem, videtur periisse, nisi sub illo intelligat opuscula hactenus laudata. Exstat ep. *de trina mersione,* qua impugnat ritum baptismi ab arianis inductum, qui illum sub una conferebant mersione. *Aegyptiorum patrum sententias* ipse e graeco latine vertit (Migne LXXIV, 381—394); collectionem geminam scil., *Verba seniorum* latine vertit ejus hortatu Paschasius monachus et diaconus dumiensis († 583) atque constituunt l. VII. op. de vitis PP. a Rosweydo editi[1]) Antverpiae 1615; 1628; in Migne P. L. LXXIII, 1025-1062. Libellus *de paupertate,* quo continentur excerpta ex Senecae epistolis, genuinus non videtur. Demum collegit etiam *Capitula* seu canones (84) ex conciliis plerumque orientalibus, africanis et hispanis (Migne LXXXIV, 574—586; CXXX, 575—588). Editio omnia complectens ejus opera nondum prodiit.

307. In Oriente innotuit Simeon Stylites, junior dictus, ut distinguatur a magno illo Simeone Stylite, qui seculum V. illustravit atque hoc vivendi

---

[1]) Cf. Ebert t. 1² l. 3 c. 29; Gallandi bibl. PP. XII, 17—22, qui illud opusculum edidit ib. p. 275—290; Potthast p. 770; A. G. de Amaral Vida e opusculos di s. Martingho Bracharense, Lisboa 1803. Bardenhewer KL. VIII, 922—924, et Patrol. § 119.

[1]) L. V. interpres est Pelagius S. R. E. diaconus, quem Georg. Garnefelt censet esse eum, qui postmodum fuit rom. pontifex hujus nominis primus, de quo supra p. 514 egimus. Complectitur ille sexdecim opuscula spiritualia (Migne LXXIII, 855—992.). Liber hic teste Photio cod. 198 „utilissimus profecto est iis, si quis alius, qui ad coelestem hereditatem parandam vitam suam componunt". L. VI. qui complectitur alia quatuor opuscula (Migne ib. 993—1024) interpres est Joannes S. R. E. subdiaconus, forte ille qui sub hoc nomine tertius Pelagio I. in sede successit apostolica 573.

genus suo exemplo inauguravit (cf. p. 436 a). A prima juventute duxit miram hanc vitam in monte prope Antiochiam, qui propterea Mons mirabilis fuit cognominatus († 596). Sub ejus nomine 30 circumferuntur tractatus ascetici, quos edidit Cozza-Luzi in nova PP. bibl. Romae 1871 VIII, 3, 4—156; quaedam *epistolarum* fragmenta (Migne P. G. LXXXVI, 2, 3216—3220). *Apocalypsis* latine tantum, in qua disserit de animarum conditione post earum a corpore separationem in bibl. max. PP., Lugdini 1687 VII, 1228 ss., *preces liturgicae, hymni, troparia.* Num haec sint genuina, non audemus affirmare: quibusdam utuntur sub ejus nomine aliqui scriptores veteres[1]). — „Joannes s. memoriae constantinopolitanus episcopus (582—595), natione Cappadox, ad quem b. Gregorius l. regulae pastoralis scripsit, vir inaestimabilis abstinentiae (hinc ὁ νηστευτής, Jejunator dictus) et eleemosynis tantum largissimus, ut zelo avaritiae adversus eum imp. Mauritius permotus, urbe pauperes pellendos ediceret. Hic graeco eloquio edidit *de sacramento baptismatis* rescriptum ad bonae recordationis dominum nostrum et praedecessorem Leandrum episcopum, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum patrum replicat de trina mersione sententias.« Ita Isidorus hisp. de viris ill. c. 39. Hic l. de baptismo periit. *Poenitentiale,* quod ei tribui solebat (Migne P. G. LXXXVIII, 1889—1919) ipso esse recentius ostendit Binterim die vorzügl. Denkwürdigkeiten der christl. kath. Kirche V, 3, 383—390. Hinc et *sermo* ad eos, qui peccatorum confessionem patri suo spirituali edituri sunt ex illo derivatus, pariter non erit ipsius. Card. Pitra tamen reperit eique vindicat *doctrinam monialium* et poenas pro singulis peccatis cum quibusdam aliis ad poenitentiam spectantibus Spicil. solesm. Parisiis 1858. IV, 416—444, et Juris eccl. Graecorum historia et documenta, Romae 1868. II, 222—237. Sermo *de poenitentia et continentia et virginitate* apud Migne l. c. p. 1937—1978, etiam sub Chrysostomi nomine comparet. Vitam ipsius narrat[1]) Photinus presbyter CP., cujus fragmenta reperiuntur in actis synodi VII. Mansi coll. conc. XIII, 80—85. — Ab eo distingui debet Joannes in oppido Serenne prope Antiochiam natus, advocatus primum, hinc Scholasticus dictus, qui intrusus fuit a Justiniano imp. in sedem constantinopolitanam pro Eutychio episcopo legitimo, quia noluerat ejus decreta pro errore de incorruptibilitate corporis Christi ante resurrectionem approbare († 577). *Collectionem* adornavit *canonum* apostolicorum, conc. nicaeni, ancyrani, neocaesariensis, sardicensis, gangrensis, laodiceni, CP. I, ephesini, chalcedonensis et 68, quos extraxit ex epistolis canonicis s. Ba-

[1]) Cf. de eo Ehrhard in Krumbacher op. cit. pag. 144 s.; Leo Allatius de Symeonum scriptis diatriba, Parisiis 1644 p. 17-22; Ant. Rocchi de authenticis sermonibus s. Symeonis Stylitae in ed. Cozza-Luzi XVII—XXI. Vitam ejus descripsit Arcadius ejus discipulus et archiepiscopus constantiensis in Cypri insula, quam allegant Jo. Damascenus et synodus VII. Fragmenta ex ea exhibent Mansi coll. conc. XIII, 73-80. Hac usus est in sua retractatione panegyrica Nicephorus ὁ Οὐρανός dictus, magister Antiochiae tempore Basilii II (976—1025), sed juxta alios floruit jam sec. VII. Eam reperies in Actis SS. ad diem V. Maj. p. 307—401; Migne P. G. LXXXVI, 2, 2987—3216 (cf. ibid. commentarium Janninghi p. 2965 ss.). Biographia matris nostri Simeonis Marthae († 551) reperies etiam in Act. SS. l. c. p. 403—431.

[1]) Cf. Bardenhewer § 106 n. 2; Ehrhard apud Krumbacher op. cit. p. 144; Knöpfler KL. VI, 1662—1664. De famosa controversia cum Gregorio M. ob titulum patriarchae oecumenici sibi nimis ambitiose usurpatum cf. Grisar Zeitschr. f. k. Theol. Innsbruck 1880. IV., 468—523.

silii, in titulos 50 distributam, quam inscripsit *syntagma canonum*, quod ediderunt Voëllus et H. Justellus in bibl. jur. can. vet., Lutetiae Par. II, 499—602. Adjecit ex Novellis imperialibus *capitula* 87 apud Heimbach Anecdota Lipsiae 1840. II, 202—234; Pitra Jur. eccl. graec. hist. et mon. Romae 1868. II, 384—405. Ex utrisque conflavit postea anonymus primum *Nomocanonem* seu collectionem legum ecclesiasticarum et civilium[1]), quem habes apud Voëllum et Justellum op. cit. p. 603—660. — Habuit sermonem *de s. ac consubstantiali Trinitate* (teste Photio cod. 75), quo caremus. Hunc impugnavit Philoponus, sed modo impio, putido et imbecillo, judice eodem Photio.

Sub Finiani (Finnian, Vinniaus) nomine[2]), qui episcopus fuit in civitate Maghbile, natione Hiberni († 589) exstat *Poenitentiale*, quod tamen ea forma, qua nunc in codd. comparet, seculi videtur esse VIII. Habes illud in Schmitz die Bussbücher und die Bussdisciplin der Kirche, Mainz 1883 I, 502—510. — Ibidem p. 492—494 reperies fragmenta cujusdam l. *poenitentialis* sub nomine Davidis et duarum synodorum Britanniae (etiam apud Wasserschleben Die Bussordnungen der abendl. Kirche p. 101—109). Porro s. David fuit celeberrimus abbas, dein archiepiscopus[1]) Meneviae in provincia Wales, qui ultra centum annorum senex decessit a. 544, juxta alios 554 vel 566. Synodus breviensis a. 519 contra Pelagianos Britanniam infestantes congregata illum contra eos ablegavit, atque ipse suis concionibus miraculo confirmatis magnum eorum numerum convertit. Hinc in meritorum praemium ejus sedes in provinciae metropolim fuit evecta. Num illa fragmenta revera sint genuina, non satis liquet.

308. *Regulas* vivendi pro monachis vel monialibus collegerunt, commendarunt vel constituerunt Aurelianus[2]) arelatensis († 16. Jun. 551), quas cf. in Migne P. L. LXVIII, 385-408. — Simplicianus O. S. Ben. discipulus s. Benedicti, abbas illustris (tertius ab a. 560—576) cassinensis. — S. Ferreolus episcopus ucetinus (Uzès † 581), magnae vir sanctitatis, magnus sapientia et intellectu juxta Gregorium turonensem hist. VI, 7, qui libros aliquos *epistolarum* (quae tamen nondum sunt repertae) quasi Sidonium secutus composuit[3]) atque *regulam* pro monasterio a se condito (Migne LXVI, 959—976). — Leander domo carthaginensis, gente Hispanus, post diuturnam vitae monasticae professionem hispalensis archiepiscopus (a. 584). „Vir erat, teste s. Isidoro hisp. fratre suo de vir. ill. c. 41, suavis eloquio, ingenio praestantissimus, vita quoque etiam atque doctrina clarissimus, ut et fide ejus atque industria populi gentis Gothorum ab ariana insania ad fidem

[1]) Cf. Bardenhewer § 106 n. 2. KL. II, 1849. — Alius Joannes pariter Scholasticus dictus, de Epiphania Ἐπιφανεύς, nostro fere aequalis, patriarchae antiocheno a secretis, exeunte sec. VI. scripsit *Historiam belli persici* (572-592/93), cujus exstat tantum fragmentum prolixum apud Dindorf Hist. graec. min. Lipsiae 1870 I, 371—382. — Cf. Krumbacher p. 644 s. ed. 2.

[2]) Alius est a s. Finnian abbate monasterii Clonard (Cluain-Iraird), quod sub ipso celeberrimum erat a sapientia et virtute, et ipse dictus „Doctor Hiberniae, lictor infidelium, thesaurus Clonardiae.“ Unde innumeri accurrerunt illuc discipuli, inter quos s. Columbanus. Obiisse legitur a. 548.

[1]) *Vitam* ejus descripsit Ricemarchus episcopus s. Davidis seu menevensis († 1096), ex qua alii biographi hauserunt. Injuria tamen temporis perisse videtur, si fragmentum excipias in Wharton Anglia sacra II, 645—647. Alias vitas cf. apud Potthast p. 1264; Montalembert Les Moines d'Occident III, 48—54.

[2]) Hist. lit. de la Fr. III, 252—256.

[3]) Cf. Hist. lit. III, 324—28.

catholicam reverterentur.« Ob favorem Hermenegildo, ad cujus conversionem multum contulerat, impensum, a Leovigildo rege ariano illius patre, in exsilium est pulsus, quo tempore »composuit duos *adversus haereticorum dogmata libros* eruditione ss. Scripturarum ditissimos, in quibus vehementi stilo arianae impietatis confodit atque detegit pravitatem: ostendens scil., quid contra eosdem habeat catholica Ecclesia, vel quantum ab eis distat religione vel fidei sacramentis. Exstat et aliud laudabile ejus opusculum *adversus instituta Arianorum*, in quo propositis eorum dictis suas responsiones opponit (haec tamen perierunt). Praeterea edidit unum ad Florentinam sororem *de institutione virginum* et contemptu mundi libellum titulorum distinctionibus praenotatum (Migne LXXII, 873—894). Siquidem et in ecclesiasticis officiis idem non parvo laboravit studio: in toto enim psalterio duplici editione orationes conscripsit: in sacrificio quoque, laudibus atque psalmis multa dulci sono composuit:« hinc a non nemine habetur liturgiae mozarabicae auctor, sed immerito. »Scripsit et epistolas multas: ad Papam Gregorium (quocum habuit familiaritatem intimamque necessitudinem, a quo et palium accepit) *de baptismo* unam, alteram ad fratrem, in qua praemonet, cuique mortem non esse timendam. Ad ceteros quoque episcopos plurimas promulgavit familiares epistolas, etsi non satis splendidas verbis, acutas tamen sententiis.« Haec tamen non amplius comparent magno eruditorum dolore, cum pauca quae supersunt eum scriptorem egregium testentur. Superest adhuc homilia *in laudem Ecclesiae* ob conversionem gentis Gothorum post concilium (toletanum III. a. 589) et confirmationem canonum habita (ib. 893-898). Obiit[1]) 13. Mart. 599 (juxta alios 600. 601; 27. Febr. 603).

309. De *s. liturgia* meruit s. Germanus augustodunensis, abbas monasterii s. Symphoriani, demum episcopus parisiensis (555; † 8. Maj 576) miraculis clarus, cujus vitam[1]) descripsit celeber Venantius Fortunatus (Migne LXXII, 55—78). Reliquit enim *expositionem* brevem antiquae liturgiae gallicanae in duas digestam epistolas (ib. 89—99). — Nicetius patria, ut videtur, remensis, circa 481 monasticam vitam est professus. Sui monasterii electus est abbas et ob virtutis splendorem trevirensis praesul a. 527, cui ecclesiae ob temporum turbas admodum devastatae magno zelo, prudentia atque sollicitudine praefuit. Fortitudinis apostolicae dedit specimina, nam Clotarium regem ob incestas nuptias acriter satis redarguit sacrisque interdixit, cujus propterea jussu in exsilium ductus, postmodum a Sigiberto Clotarii filio post hujus obitum suae sedi est restitutus a. 562. Multa sunt hujus praesulis egregia facinora, unde a Venantio Fortunato carmine fuit celebratus (l. III, carm. 9) et a s. Gregorio turonensi, qui ejus descripsit vitam in vitis patrum c. 17 (Migne LXXI, 1077—1084), multum laudatus. In hist. franc. l. X c. 19 de eo testatur, ipsum »in praedicatione admirabilis facundiae celeberrimum habitum fuisse in plebe.« Obiit plenus meritis c. a. 566, ejusque ab Ecclesia inter sanctos memoria recolitur 5. Dec. Ipse instituit magno suae ecclesiae commodo cleri seminarium. Scripsit[2])

[1]) Cf. Bardenhewer § 100 n. 3; Goerres Leander B. von Sevilla Ztschr. für wissensch. Theol. 1886. XXIX, 36-50.

[1]) Cf. Hist. lit. de la Fr. III, 310—317; Schroedl KL. V, 453—55.

[2]) Cf. Kayser Ueber das Leben und die Schriften des h. Nicetius, Trier 1872; Sauerland in Pastor bonus 1890. II, 80; de Lorenzi KL. 9, 267—70; Hist. lit. de la Fr. III, 291—296. Exstant ad eum epistola Mapinii episcopi remensis († 569 vel 573), qua se excusat, quod non venerit ad concilium tullense (551)

de vigiliis servorum Dei, et *de Psalmodiae bono*; supersunt et duae *epistolae* ad Chlodosvindam Longobardorum reginam, ut suum virum ab ariana haeresi ad fidem adducat catholicam, necnon et ad Justinianum imp.; ut eum ab haeresi Aphthartodoketarum revocet eumque ad suum retractandum edictum de incorruptibilitate corporis Christi inducat: quae exhibet Migne LXVIII, 361—380.

in ipsius causa habitum (Migne LXVIII, 438) et duae ep. Floriani patria Mediolanensis, discipuli s. Caesarii, successoris s. Theodati abbatis in regimine monasterii Romani (Roman-Moustier) et forte abbatis lerinensis, quibus ejus se precibus et intercessioni Theobaldi Austrasiae regis commendat (vixit ad a. 577). Eas habes apud Duchesne Hist. franc. script. I, 851; priorem apud Migne LXXII, 918. Cf. de utroque Hist. lit. de Fr. III, 306 et 319.

X.

Scriptores ecclesiastici seculi septimi.

Pars prior (601—636).

310. Imperio romano in Occidente jam penitus dissoluto, graecorum imperio plurimum laborante ob gentium barbararum incursiones, ob bella cum Persis infeliciter saepe gesta, ortum atrocium Mohammedanorum etc., satis tristis fuit scientiarum in genere et speciatim theologiae hac periodo conditio. Duos tantum insigniores hac periodo reperimus scriptores, ultimos veluti radios solis ad occasum (sane transeuntem) vergentis et in confinio antiquae et mediae aetatis: inter romanos pontifices[1]) scil. Gregorium M. et in Hispania Isidorum hispalensem. Gregorius, a grata posteritate ob praeclara in omni ordine gesta et merita ‚Magnus' salutatus, Gordiani senatoris et s. Sylviae filius Romae probabilissime natus est c. a. 540. Adolescens in liberalibus disciplinis et postmodum in juris peritia adeo profecit, ut senatoris fuerit dignitate cito ornatus atque praeturam urbanam administrandam susceperit (ante a. 471). Sed gratia divina afflatus tanto exarsit perfectionis studio, ut propriis sumptibus sex aedificaverit in Sicilia monasteria, unum Romae in aedibus suis s. Andreae dicatum prope basilicam ss. Joannis et Pauli ad clivum Scauri (nunc montis Coelii), in quo ipse vitam professus est (inter a. 573—577) monasticam tanto fervore et rigore, ut detrimentum inferret valetudini vitaeque periculum incurreret. Ob virtutum splendorem a Benedicto I., rom. pontifice († 578), juxta alios a Pelagio II., invitus et reluctans ordinatus est diaconus, et ab hoc propter ejus prudentiam et in gravissimis rebus agendi dexteritatem missus c. a. 580 Constantinopolim ad Tiberium imp. legatus (a. 578): qua occasione, ut jam supra narravimus, Eutychium patriarcham circa corporum resurrectionem dubitantem ab errore revocavit. Redux Romam (584 vel 585) electus est sui monasterii abbas saepeque a Pelagio II. adhibitus in consilium. Ejus nomine scripsit tres praeclaras ad Istriae episcopos epistolas in causa trium capitulorum, ut eos Ecclesiae conciliaret.

[1]) Inter pontifices hujus periodi nullum alium reperimus, qui scriptis emicuerit. De Honorio I. in sequenti agemus sec. VII, parte.

Cogitavit de convertendis ad Christi fidem Anglis jamque Roma clam consentiente pontifice discesserat: cum populo ipsum reclamante ex ejus praecepto redire est coactus. Pelagio II. peste tum per Italiam grassante sublato (590), summo omnium consensu pontifex eligitur: quem honorem ne acciperet, omni usus est arte etiam fuga, sed frustra: quare 3. Sept. 590 consecratus est in Petri successorem.

311. Tristissimis procellis tunc agitabatur Ecclesiae navis, sed tanta prudentia et fortitudine juncta singulari modestia et caritate eam rexit, ut ingentia ejus in universam Ecclesiam sint merita. Missis (597) in Britanniam duce s. Augustino O. S. Ben. sanctis doctisque viris (40) eam insulam[1]) ad Christi fidem convertit vere propterea a ven. Beda ‚Angliae apostolus', vocatus Gothorum multitudinem ab ariana revocavit haeresi, Donatistas in Africa repressit, Agnoetas Alexandria ejecit, schisma propter trium capitulorum damnationem pluribus in Italiae partibus atque regionibus propinquis vigens magna ex parte restrinxit; Joannis patriarchae constantinopolitani, qui sibi universalis Ecclesiae episcopi nomen arrogabat, audaciam vigore apostolico fregit utque salutari afficeretur pudore, voluit appellari „Servus Servorum Dei". Ecclesiam sanctissimis ornavit institutis et legibus, aulam pontificiam reformavit, plura circa liturgiam constituit. Effusae erat liberalitatis in pauperes et peregrinos, quorum quotidie aliquot ad mensam adhibebat: iisque in remotis copiose succurrit regionibus. In calamitate urbis adversus Longobardos assidue imminentes, quantum potuit, consuluit; Romanos tot calamitatibus territos ad fiduciam, ad Dei iram poenitentia morumque conversione placandam animavit. „Admirabilia sunt, ut omnia paucis cum Breviario romano (in 2. Noct.) complectamur, quae dixit, fecit, scripsit, decrevit, praesertim infirma semper et aegra valetudine." Adeo enim, ultimis praesertim vitae annis, morbis afflictabatur, ut saepe affigeretur lecto et vix festis vel praecipuis interesse posset sacris. Ita morbis laboribusque consumptus ad aeternam transiit[1]) requiem initio mensis Martii a. 604.

[1]) Magno fructu hic laboravit inter illius insulae gentes, factusque est cantuariensis episcopus atque ecclesiasticae hierarchiae in Anglia auctor. Decessit 26. Maj. 604. Exstat tantum ejus *epistola* ad Gregorium M., qua huic pontifici interrogationes proponit, quibus hic accurate respondit, inter hujus ep. l. XI ep. 164. Verum pontificis responsum, quod in ed. maurina plenissime s. Gregorio asseritur, recentiori aetate jam in dubium vocatur. Mediam quasi viam init Grisar Zeitschr. f. k. Theol. 1888 XII, 510, juxta quem alii literis consignarunt quod pontifex graviter decumbens oretenus ad quaestiones sibi ab Augustini legatis propositas respondit; nam jam a Beda ut legationis fructus illud exhibet. Vitam ejus descripsit Goscelinus († 1098) apud Migne LXXX, 43—94; Brou St. Augustin de C., Paris 1897.

[1]) Plura de s. Gregorio referunt ex veteribus biographis Paulus diaconus altera sec. VIII. p. in ejus *vita* (Migne P. L. LXXV, 41—49; ad editionem originalem juxta codd. msc. accurate restituta a Grisar Ztschr. f. k. Th. 1887; XI, 158—173); Joannes diaconus (c. 872) in *vita* s. Gregorii (Migne LXXV, 59—242); ex recentioribus editor maurinus in vita ex ejusdem opp. collecta et in 4 ll. distributa (Migne t. LXXV, 241—462); C. Wolfsgruber die vorpäpstliche Lebensperiode G. des Gr. nach seinen Briefen dargestellt, Wien 1886 in 8; Gregor der Gr., Saulgau 1800 in 8; Clausier St. Gregoire le Grand etc., ouvrage posthume publié par H. Odelin, Parisiis 1886; 1891; A. Inoux St. Gregory the Great, his work and his spirit, London 1892, praesertim Grisar Geschichte Roms und der Päpste t. II. Literaturam exhibent praeter Fessler-Jungmann, Chevalier Repertoire 921—23; 2621, praesertim Bardenhewer § 118, qui de pontifice nostro scribit: Unter den Päpsten des Alterthums hat nur Leo in ähnlicher Weise tief und bahnbrechend in die kirchlichen und die politischen Zeitverhältnisse eingegriffen. Gregor hat als Mitbegründer einer neuen Zeit einen noch gewaltigeren und nachhaltigeren

312. Opera ejus, quae minus in dogmatibus illustrandis versantur, quam potius in formandis moribus et instruendis pastoribus in pie utiliterque gerendo suo munere, multa sunt. Incipimus ab ejus laboribus *in s. Scripturam,* quam maximi semper fecit, et cujus inexhaustos thesauros pro omni humanae vitae statu et conditione sanctificanda, ipse si quis unquam, uberrime aperuit[1]). *Moralia* ll. XXXV seu *expositio in l. Job,* in qua „totam ejus propheticam historiam . . . largo eloquentiae fonte explicat. In quibus (ll.) quidem quanta mysteria sacramentorum aperiantur quantaque sint in amorem vitae aeternae praecepta vel quanta clareant ornamenta verborum, nemo sapiens explicare valebit, etiam si omnes artus ejus vertantur in linguas." Ita Isidorus hisp. de script. c. 40. Opus hoc coeperat, dum degeret apocrisiarius apostolicus CP., absolvit vero pontifex. Obiter persequitur sensum historicum totusque versatur in sensu morali evolvendo: adeo ut opus illud sit copiosissimum ad mores informandos promptuarium: data tamen occasione haud pauca Ecclesiae adstruit dogmata atque confirmat (Migne LXXV, 509—LXXVI, 782). „Cui libro, inquit Notkerus Balbulus de interpr. div. Scr. c. 3 (Migne CXXXI, 996), tam multa de omnibus divinae auctoritatis scriptis testimonia intexuit et intexta dissolvit, ut hujus occasione V. et N. Testamentum videatur exposuisse." Prodiit primum Romae 1475. — Homiliae XXII (in 2 ll. distributae) *in Ezechielem* (LXXVI, 785—1072), quibus „inter assiduas corporis infirmitates, inter diras Urbis et orbis calamitates mysticum et moralem sensum pro aedificatione auditorum solerter enucleat"[1]). Modeste autem testatur, Deum sibi suo auxilio mirum in modum affuisse. „Scio, ita ille l. II. hom. 2 n. 1, quia plerumque multa in sacro eloquio, quae solus intelligere non potui, coram fratribus meis positus intellexi. Ex qua re, largiente Deo, agi-

---

Einfluss geübt. Die kräftig milde Hand Gregors vermochte es, den Stürmen Schweigen zu gebieten. Liebevolles und einnehmendes Entgegenkommen gegen spröde Gewalten, und doch zugleich in Verbindung damit Festigkeit und eigene Energie sind wenigen historischen Grössen auf geistlichen oder weltlichen Thronen so eigen gewesen wie Gregor I. Vielleicht hat auch nie ein Träger der Tiara seine Stellung grossartiger aufgefasst und seine Auffassung voller und reichlicher verwirklicht . . . Er hat auch den Grund gelegt zu dem mittelalterlichen Kirchenstaate und der mittelalterlichen Machtstellung des Papsttums . . . Nicht mit Unrecht sagte Clausier (op. cit.) Gregor und das Mittelalter seien an einem Tage geboren. Nirschl III, § 335 ss.; Grisar KL. V, 1075-1092; Potthast p. 1349 s. etc.

[1]) Plures collectis diligenter s. pontificis expositionibus locorum s. Scripturae per ejus scripta sparsis alia atque alia compilarunt opera. Ita Ladkenus quidam, Hiberniensis, ad cujus excerptum in Jobum Notkerus Balbulus loco mox cit. relegat Salomonem discipulum suum, quo adhibito „nihil tibi invenies ad plenum intellectum deesse". Hujus tamen labor intercidisse videtur, atque bibliographi de nostro silent auctore. — Notior est Paterius s. pontificis discipulus, rom. Ecclesiae notarius et secundicerius, qui ipso pontifice hortante et approbante concinnavit *expositionem V. ac N. T.* quae hodie reperitur nonnisi ad Cantica usque canticorum: quem laborem continuavit c. a. 1100 Bruno monachus. Prodiit Romae 1553, recepta dein fuit varias in editiones opp. s. Gregorii ut a Migne LXXIX, 683—1137. — Simile est Alulfi *Gregoriale* super N. T. seu Gregorianae expositiones c. a. 1096 compilatae, quae prodierunt sub Paterii nomine Romae 1552 cum opp. s. Gregorii, Migne LXXIX, 1137—1424 et jam antea Parisiis 1516; prologum edidit Mabillon in Anal. t. 1. Parisiis 1675. — De Garneri op. *Gregorianum,* quod complectitur expositiones allegoricas ll. XVI egimus Nomencl. IV, 96. — Demum Fr. Tobias collegit *biblia Gregoriana* seu commentaria textuum s. Scripturae ex omnibus Gregorii opp. Augustae V. 1731 in f. Cf. Fessler-Jungmann § 271 annot.

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 266.

tur, ut et sensus crescat et elatio decrescat, dum propter vos disco, quod inter vos doceo, quia (verum fateor) plerumque vobiscum audio quod dico.« — Homiliae XL *in Evangelia* in 2 ll. distributae[1]), uberes, planae et utiles ad formandos mores, sermone paterno et cordiali compositae (1075—1314): hinc ex plerisque derivatae sunt lectiones in Breviarium Ecclesiae latinae. Propter earum utilitatem eas seorsim edidimus inter opuscula s. PP. selecta t. VI. ser. 2; Oeniponte 1892; Prodierant et Ingolstadii 1822. — Dubia vero sunt: Expositio *in l. 1. Regum* (usque ad 16, 13; Migne LXXIX, 9—467), forte Claudii abbatis Clasitanae urbis († 601), qui praesens audierat[2]) Gregorium concionantem et ea, quae de regum historia exposuerat, minus feliciter literis consignaverat. — Expositio *in Cantica canticorum* (471—548), compilata forte ex s. pontificis scriptis, sed s. Ildephonsus toletanus de ill. vir. scriptis c. 1 diserte testatur: »Super l. Salomonis, cui titulus est Canticum canticorum, quam mire scribens, morali sensu opus omne exponendo percurrit.« — Expositio *in VII Psalmos poenitentiales* (549-658), quam nonnulli tribuunt Gregorio VII; *Concordia quorundam testimoniorum s. Scripturae,* quae sibi videntur opposita (ib. 659—678).

[1]) Cf. Grisar Zeitschr. für k. Theol. 1885, IX, 385—422; Pfeilschifter die authentische Ausgabe der Evangelienhomilien Gregors des Gr. München 1900.

[2]) Testatur de hoc Claudio s. Gregorius l. XII, ep. 24: „Carissimus quondam filius meus Claudius, aliqua me loquente de Proverbiis, de Canticis canticorum, de prophetis, de ll. quoque regum et de Heptateucho audierat, quae ego scripto tradere prae infirmitate non potui, ipse ea suo sensu dictavit, ne oblivione deperirent, ut apto tempore haec eadem mihi inferret et emendatius dictarentur. Quae cum mihi legisset, inveni dictorum meorum sensum valde inutilius fuisse permutatum".

313. Magni, et merito quidem, fit liber *regulae pastoralis* (LXXVII, 9—128), quo muneris pastoralis onera accurate exponit (c. a. 591), »ut et haec, qui vacat, incaute non expetat, et qui incaute expetiit, adeptum se esse pertimescat.« Docet autem ex ordine 1. »ad culmen quisque regiminis qualiter veniat«; 2. »ad hoc rite perveniens qualiter vivat«; 3. »bene vivens qualiter doceat«; 4. »recte docens infirmitatem suam quotidie quanta consideratione cognoscat«, ut ipse nos docet in ep. operi praemissa ad Joannem ep. juxta plures ravennatensem, probabilius constantinopolitanum[1]). Ob suam utilitatem liber hic aureus ipsius Gregorii jam aetate hortante Mauritio imp. ab Anastasio antiocheno patriarcha[2]) graece fuit versus, a synodis pluribus inter libros cuivis sacerdoti maxime necessarios commendatus, et saepissime editus, primum Argentorati 1496; cur. E. W. Westhoff Münster 1860 etc., etiam a nobis[3]) inter opusc.

[1]) Cf. Dzialowski in comment. ad Isidori de vir. ill. c. 40.

[2]) Hic Anastasius discerni debet ab Anastasio suo praedecessore in sede antiochena, de quo egimus p. 522; ab Anastasio Sinaita, de quo infra, aliisque, quorum mentio adhuc recurret. Fuit patriarcha antiochenus 599—609, quo anno peremptus est a Judaeis, hinc ab Ecclesia inter martyres colitur. Ejus versio graeca jamdiu interiit.

[3]) Praeter alia encomia hujus l., quae invenies apud Fessler-Jungmann § 268 et in praef. nostrae editionis, cf. quae de eo scribunt Notker Balbulus de interpret. div. script. (Migne 131, 999), qui inter alia hujus l. encomia effert, Gregorium in eo „tam multa de N. et V. Testamento posuisse et exposuisse, ut si eum memoriae commendaveris, omnium librorum scientia refertus esse videaris"; Joannes diaconus in vita s. Gregorii IV, 73 (Migne LXXV, 224) et Licinianus (Lucinianus) Carthaginis Spartariae (Carthagena) episcopus, qui occubuit CP. veneno (ut ferunt) extinctus ab aemulis († 602), ut refert Isidorus hisp. de vir. ill. c. 42, qui ei multas tribuit *epistolas*, ex quibus tres legun-

ss. PP. edita t. XX Oeniponte 1872. — Dialogi ll. IV *de vita et miraculis patrum italicorum* et de aeternitate animarum (ib. LXXVII, 147—433). Liber 2. agit de miraculis Benedicti, hinc inscribitur etiam *Vita s. Benedicti*[1]); in 4. multa leguntur, quae ad eschatalogiam spectant atque animarum immortalitatem patefaciunt. Dialogos graece vertit Zacharias papa († 752) sat libere tamen et barbare; eaque versio haud incorrupte ad posteros pervenit. Eam habes apud Migne l. c. In deliciis erat hoc opus medio aevo, sed piae credulitati nimium indulget sanctus vir. — Pretiosissimum vero thesaurum pro jure canonico, theologia morali et pastorali, pro historia ecclesiastica reliquit in quamplurimis *epistolis* (c. 880) in XIV distinctis ll. pro numero annorum sui pontificatus (LXXVII, 441—1468). Eae »vivam et admirandam episcopi omnibus numeris absoluti formam exprimunt, in qua simul resplendent summa pietas et ardens Dei zelus, profunda humilitas et continua reddendae rationis conscientia, vigilantia pastoris et caritas patris[2]).« Aperte in iis cernitur sollicitudo omnium ecclesiarum et custodia universae vineae dominicae, qua gravatum se sensit Gregorius. Accuratissimam earum editionem coepit Ewald, continuavit post ejus mortem L. M. Hartmann, Berolini 1891—1899 t. 2 ll. 14 (Mon. Germ. hist. ep. t. 1. 2.). — S. Liturgia plurimum quoque debet pontifici nostro. Tribuitur ei *Sacramentarium* vel ut in codd. etiam inscribitur *Liber sacramentorum de circulo anni* optime editum a Muratori in liturgia rom. vet. t. II. Venetiis 1748, complectens orationes ad missam, ab aliis aliud. Quod communiter ejus prae se fert nomen (LXXVIII, 9—637), Duchesne Orig. du culte Chrétien 1889 tribuit Hadriano I, Propst Die ältesten röm. Sakramentarien und Ordines erklärt, Münster 1892, Gregorio nostro. Tribuuntur ipsi et l. *Responsialis* (725—785) et *Antiphonarius* (641—724) rom. Ecclesiae, liber *gradualis* etc., qui forte ll. quoad rei substantiam ipsius excedant aetatem, tamen ab ipso fuere emendati et in meliorem digesti ordinem. Liturgia enim in sacrificio missae prout nunc servatur in Ecclesia romana et in universo fere Occidente fixam suam formam et ritum ultimamque veluti redactionem ipsi debet. Non tamen propterea negamus temporis lapsu alia quaedam ejusmodi ll. fuisse addita, ut Grisar in accurata diss. in Zeitschr. für k. Theol. 1885 X, 561—594 quoad Sacramentarium docte ostendit, ubi bene distinguit inter partes genuinas s. Gregorio tribuendas et additamenta postea adjecta. Cf. et alteram ejusdem diss. ib. IX, 385—423, ubi ostendit etiam primum *Ordinem romanum* a Mabillonio repertum et in suo Museo italico t. II editum (a Migne LXXVIII, 937—968 recusum) s. Gregorio esse tribuendum. Porro in eo describuntur ritus celebrandi missam pontificalem. Pars tamen II. et appendix (ib. 959 ss.) posterioris videntur esse aetatis. Hymni vero, qui sub ejus nomine circumferuntur et quorum aliqui in Breviarium sunt recepti, non videntur genuini (849—852). Plurimum demum meruit de cantu ecclesiastico, qui ab eo gregorianus appellari

---

tur apud Migne LXXII, 689—700, quarum una est in laudem regulae pastoralis ad Gregorium; in alia tuetur angelorum incorporeitatem. Cf. Gams Kirchengesch. von Spanien II, 2, 40—55.

[1]) A P. Cozza-Luzzi primum edita fuit e codd. sec. VIII *Historia S. P. N. Benedicti* a ss. pontificibus rom. Gregorio I. descripta et a Zacharia graece reddita, notisque illustrata, Tusculani 1880. Ceterum vita s. Benedicti ex Dialogorum l. 2 extracta saepe prodiit. Cf. Potthast p. 1199.

[2]) Fessler-Jungmann § 269, quem de iis accuratius, praeeuntibus editoribus maurinis, agentem consulas. Cf. etiam accuratam diss. Ewald N. A. für ä. d. Geschichtskunde III (1878), 433—625.

videtur[1]). — Saepius prodierunt s. pontificis opera collecta; praecipuae editiones sunt Petri Tossianensis ep. venusini sub auspiciis Sixti V. Romae 1588—1593 t. 6 in 4 vol. in f.; recusa 1613 t. 5 in 8, Parisiis 1605. 1640; Petri Gussanvillaei, Parisiis 1675 t. 3 in f.; PP. Maurinorum (praesertim cura D. Sammarthani) ib. 1705 t. 4 in f.; Venetiis 1744 ed. praestans, non vero ejus pretii literarii ac editiones opp. aliorum PP., quas curarunt editores maurini; in melius mutata et aucta cur. J. B. Galliccioli, ib. 1768—1776 t. 17 in 4; Migne P. L. t. LXXV—LXXIX.

314. Alter scriptor hujus epochae meritissimus est s. Isidorus[2]) hispalensis, laboriosus polyhistor, qui canalis instar transfudit ad posteras aetates scientiae ecclesiasticae seculorum priorum thesauros: »quem Deus, teste Braulio[1]), post tot defectus Hispaniae novissimis temporibus suscitans, credo ad restauranda antiquorum monumenta, ne usquequaque rusticitate veterasceremus quasi quandam apposuit destinam. Cui non immerito illud philosophicum (Cicero 1. Acad. qq.) a nobis aptatur: Nos, inquit, in nostra urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites, tui libri quasi domum reduxerunt; ut possimus aliquando, qui et ubi essemus, agnoscere! Tu aetatem patriae, tu descriptiones temporum, tu sacrorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam publicamque disciplinam, tu sedium, regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti etc.« Hinc a synodo tolet. VIII a. 653 ita celebratur: »Nostri seculi doctor egregius, Ecclesiae catholicae novissimum decus, praecedentibus aetate postremus, doctrinae comparatione non infimus, et, quod

[1]) Cf. Fessler-Jungmann § 265, ubi reperies uberem literaturam de pontificis nostri sollicitudine circa cantum ecclesiasticum. De ejus ll. liturgicis cf. ed. opp. s. Gregorii venetam 1768—76 ubi plura alia, quae ad liturgiam veterem cognoscendam facere videbantur, habes, necnon et Isagogen liturgicam eruditissimam et aliorum, qui optime de re liturgica meruere, ut V. C. Thomasii, A. F. Vezzosi, Mabillonii et Muratorii praefationes, disquisitiones et notas, ita ut t. IX—XII vere promptuarium antiquae liturgiae occidentalis dici possint. Cf. Hohaus die Bedeutung Gregorius des Gr. als liturgischer Schriftsteller, Glatz 1889. — Ejus merita de reformatione cantus liturgici in dubium revocantur a F. A. Gevaert Les origines du chant liturgiques de l'église latine Gand 1890, qui eam potius tribuit Gregorio II. vel III., unde orta est controversia literaria inter viros eruditos. Cf. Zeitschr. für k. Th. 1890 p. 574 s.

[2]) Tres Isidoros in Hispania floruisse nonnulli contendunt cordubensem scil., quem Trithemius vixisse ait sub Honorio a. circiter 420, et scripsisse dicitur *in ll. regum* aliaque: verum G. Morin in Revue des questions hist. 1885 II, 546—547 ostendit Isidorum cordubensem sec. V nullum exstitisse, illumque commentarium esse s. Isidori hisp. — Alter Isidorus est hispalensis, de quo hic agimus, et tertius pacensis, qui quo tempore vixerit, non liquet. Hic continuasse dicitur *Chronicon* Isidori hispalensis ab a. 610 ad a. 754 stilo satis rudi, qui aliquoties vix intelligi potest. Inscribitur haec continuatio *Epitome imperatorum* vel Arabum Ephemerides atque Hispaniae chronographia. Eam habes Migne XCVI, 1253—1280; etiam in Florez Espanna sagrada t. VII.

[1]) In praenot. ll. d. Isid. Migne LXXXI, 16 s; cujus testimonii genuinitatem Arevalus in Isidorianis p. I. c. 4 tuetur (ib. p. 22 ss.). Ad rem scribit Bardenhewer § 119 n. 4: Aehnlich wie Boëthius und Cassiodor ist Isidor berufen gewesen, die noch vorhandenen Schätze römischen Wissens zu sammeln uud gesammelt der neuen germanischen Welt zu übergeben. Seine Schriften haben das ganze Mittelalter hindurch auf die wissenschaftliche und literarische Thätigkeit des Abendlandes einen unberechenbaren grossen Einfluss geübt . . . Nicht die Forschung ist es, in deren Dienst Isidor seine reichen Talente stellt, sondern die möglichst umfassende Aneignung des überlieferten Wissensstoffes. Cf. Baumgartner IV, 241—246.

majus est, in saeculorum fine doctissimus (Mansi coll. conc. X, 1215).« Ortus est Isidorus ex nova Carthagine patre Severiano provinciae duce. Egregie institutus adhuc adolescens haeresim arianam, quae gentem Gothorum Hispaniae latissime dominantem jam pridem invaserat, tanta constantia palam oppugnavit, ut parum abfuerit, quin ab haereticis necaretur. Leandro fratre[1]) (de quo egimus p. 550), qui praesul ecclesiam hispalensem rexerat, vita functo (a. c. 600 aut 601) episcopus eligitur invitus. Virtutum splendore suam illustravit ecclesiam deque restauranda christiana et ecclesiastica disciplina exemplo, verbo et scriptis quam plurimum fuit sollicitus. Monastici instituti per Hispaniam erat promotor et amplificator eximius; collegia itidem aedificavit, ubi studiis sacris et lectionibus vacans plurimos discipulos, qui ad eum confluebant, erudivit. Praefuit conc. toletano IV. (a. 633) omnium Hispaniae celeberrimo, suoque indefesso studio et zelo arianam a sua patria eliminavit haeresim. Plenus meritis postquam c. a. 36 gregem sibi commissum rexerat, publicam agens poenitentiam piissime decessit[2]) a. 636; atque ab Ecclesia inter sanctos et doctores colitur 4. Apr. Miraculis claruit, cum adhuc inter vivos degeret, et disserendi eloquentia insignes retulit fructus.

315. Multa reliquit opera[1]), quae collecta saepius prodierunt: cur. Marg. de la Bigne, Parisiis 1580; J. Grial Matriti 1599 t. 2 in f.; ed. correcta et aucta, ib. 1778; Jac. du Breul, Parisiis 1601. ed. auctior et correctior Coloniae Agr. 1617. Editionem vero omnium optimam magna diligentia et eruditione adornavit Faust. Arevalo Romae 1797—1803 t. 7 praemissis doctissimis prolegomenis, quae inscripsit Isidoriana (Migne LXXXI, 9—972); eamque recudit Migne t. LXXXI—LXXXIII. Omnium copiosissimum opus sunt ejus Originum sive *Etymologiarum ll. XX,* cui Braulio ultimam adjecit manum illudque in libros digessit (ed. a Vulcanio Basileae 1577; F. W. Otto in Lindemann Corpus Gram. lat. III, Lipsiae 1833; Migne LXXXII, 73—729). Exhibet Lexicon quoddam reale seu compendiosam omnium disciplinarum encyclopaediam[2]), quam ex optimis et non paucis scriptoribus, quorum scripta jam perierunt, collegit breviterque exposuit de omni ferme argumento pleraque digna scitu et multa bonae notae, quae vix alibi reperiuntur: scil. 1. de grammatica; 2. de rhetorica et dialectica; 3. de quatuor disciplinis mathematicis; 4. de medicina 5. de legibus et temporibus, ubi adjecit breve *chronicon* desinens in a. 10. Heraclii (a. 627), epitomen majoris sui chronici 6. de libris et officiis ecclesiasticis; 7. de Deo, angelis et fidelium ordini-

[1]) Praeter hunc habuit et alium fratrem, Fulgentium, qui post a 619 fuit astigitanus in Baetica episcopus, de quo cf. Bollandus Act. SS. Jan. I, 971 ss. Huic tribuuntur a nonnullis varia scripta, quorum tamen nullum reperitur vestigium. Cf. Fabricius I, 620, s.

[2]) Obitus s. Isidori describitur a Redempto, ejus discipulo et familiari, archidiacono, ad quem exstat s. Isidori ep. *de eucharistia* (7., quae tamen pluribus videtur suspecta, sed absque sufficienti ratione). Exstat illa relatio in ed. opp. s. Isidori, in actis SS. Aprilis I, 349; Migne LXXXI, 30—32 etc.

[1]) Cf. de s. Isidoro prae ceteris Arevalo in doctissimis Isidorianis; Bardenhewer § 119; Gams die Kirchengesch. von Spanien, Regensburg II, 2, 102—113; Fabricius bibl. lat. II, 464—70; Potthast p. 687-689; Ebert t. 1 l. 3 c. 31, a quo dicitur: der grösste Excerpist und Compendiator, den es vielleicht gegeben hat; Kaulen KL. VI., 969—976.

[2]) Eine encyclopädische Zusammenfassung des Realinhaltes des gesammten säcularen Wissens seines Zeitalters. Werner Beda der Ehrw. S. 34.

bus; 8. de Ecclesia et sectis diversis; 9. de linguis, societatibus et cognatione; 10. de variis vocabulis ordine alphabetico eorumque ethymologia; 11. de homine et portentis; 12. de animalibus; 13. de mundo et partibus; 14. de terra et partibus; 15. de aedificiis et agris eorumque mensuris; 16. de lapidibus et metallis; 17. de rebus rusticis; 18. de bello et ludis; 19. de navibus, aedificiis et vestibus; 20. de penu, instrumentis rusticis et domesticis. Fatendum quidem est, in declaranda vocabulorum ethymologia Isidorum non semper rem acu tangere, sed iniquius quidam agunt censores, qui propterea de toto opere cum contemptu loquuntur. Medio aevo thesauri instar erat, unde quam plurimi, glossatores praesertim suam hauserunt eruditionem. — Alia Isidori opera de geminis tractant argumentis, quae hoc opere encyclopaedico attigerat, cujusmodi sunt *differentiarum* sive de proprietate verborum ll. 2 (LXXXIII, 9—98), qui sunt Lexicon synonymorum et definitionum terminorum; et liber *de natura rerum* ad Sisebutum regem (963—1018), in quo praesertim de temporum mensuris, de stellis, de meteorologia, de mari et fluminibus disserit. Utitur in eo multum s. Ambrosio, Recognitionibus s. Pseudo-Clementis, Augustino, sed et Suetonio. Prodiit hoc opus seorsim cur. G. Becker, Berolini 1857.

316. Ad s. Scripturam spectant: *Allegoriae* quaedam Scripturae (ib. LXXXIII, 97—130) scil. allegorica significatio praecipuarum personarum (250), quae in V. et N. occurrunt T.; *de ortu et obitu patrum* (86), qui in Scriptura (V. et N. T.) laudibus efferuntur (129—156); *in ll. V. ac N. T. prooemia* seu brevis introductio; *liber numerorum,* qui in ss. Scripturis occurrunt scil. de eorum (1—60) significatione mystica (179—200), quo l. sunt libenter usi scriptores aevi medii; *de N. et V. T. quaestiones* (41, ib. 201-208); *Mysticorum expositiones sacramentorum* seu quaestiones in V. T. (ib. 207—424), quas auctor se sumpsisse fatetur praef. n. 5 ab „Origine, Victorino, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Fulgentio, Cassiano, ac nostri temporis insigniter eloquenti Gregorio.“ Exhibet autem ejusmodi mysticas expositiones in aliquot tantum ll. (Heptateuchum et ll. Regum) V. T. — Sequuntur jam aliquot opera, quae ad theologiam referri possunt dogmaticam. *De ordine creaturarum* (913—954), quo in l. agit de Deo trino omnium Creatore deque creatura tam spirituali quam materiali, etiam de paradiso, lapsu protoparentum, de peccatis eorumque poenis, de purgatorio et futura vita. *De fide catholica* ex V. et N. T. ll. 2 (insignes) contra Judaeos ad Florentinam sororem suam (LXXXIII, 449—538). — Sententiarum ll. III, qui in antiquioribus ed. inscribuntur *de summo bono,* quia incipiunt a verbis „Summum bonum“. Derivatae autem sunt hae sententiae magnam partem ex s. Gregorii M. ll. Moralium atque redactae in Manuale quoddam dogmaticum, morale et asceticum (537-738). — Ad s. liturgiam spectant *de ecclesiasticis officiis* ll. II (737-826), in quorum 1. agit de officiorum, rituum, festorum etc. origine, quae in communi ab Ecclesia celebrantur; in 2. de exordiis eorum, qui cultui divino ministeria religionis impendunt: i. e. de clericis eorumque variis ordinibus, de variis fidelium conditionibus et statibus, de baptismate et chrismate etc., opus pro disciplina ecclesiastica magni momenti. — Ascesi inservit opusculum *De lamentatione animae peccatricis* ll. 2, quod nuncupatur a s. Isidoro *Synonyma* i. e. multa verba in unam significationem coëuntia. In eo inducit s. praesul personam hominis lamentantis in aerumnis praesentis seculi seque deflentis pene usque ad desperationis defluxum, cui mirabili concursu ratio obvians

leni hunc moderamine consolatur, atque a lapsu desperationis ad spem veniae reformat, et quemadmodum tergiversantis mundi lapsum evitet formulamque vitae spiritualis arripiat, mirabiliter docet. Deinde ad contemplationis ascensum summopere eum provehens usque in arcem perfectionis adducit (825—867). Hoc opusculum excipit *Regula monachorum* (867-894). — Historica sunt: *Chronicon* distributum juxta sex mundi aetates seu brevis epitome praecedentium Chronicorum Julii africani, Eusebii, Hieronymi, Victoris tunnensis ab exordio mundi usque ad Augusti Heraclii principatum (615) in duplici recensione longiori (1017—1058) et breviori (LXXXII, 224—229). *Historia de regibus Gothorum, Wandalorum et Suevorum* (LXXXIII, 1057—1082), compilata ex scriptoribus antiquioribus ab a. 176—628. Haec prodierunt cur. Mommsen in Monum. Germ. hist. auct. ant., Berolini 1894. XI, 241 ss. — Sed praecipue ad nos spectat l. *de viris illustribus* (46) saepissime editus tum inter opp. omnia, tum cum veterum ll. ejusdem argumenti a Suffr. Petro Coloniae 1580; 1583; a Miraeo, Antverpiae 1639, et Fabricio in bibl. eccl. Hamburgi 1718; tum in aliis collectionibus conciliorum vel monumentorum Hispaniae, tum nostra aetate a Dzialowski Isidor und Ildefons als Literarhistoriker cum commentario admodum erudito, Münster 1898. Licet desit huic scriptorum catalogo diligentia, accuratio: non caret tamen pretio literario pro Isidori aetate[1]). — Paucae (11) eaeque breves supersunt *epistolae.* — Alia quaedam opuscula ei tribuuntur, quae non sunt genuina, ut etiam *hymni,* qui sub ejus nomine circumferuntur[1]); vel segmenta sunt operum genuinorum, ut l. *de haeresibus,* qui est Etymol. l. VIII c. 4 et 5, vel sunt nonnisi aliae genuinorum opp. inscriptiones.

317. Paucos admodum reperimus theologos polemicos. Severum malacitanae sedis antistitem cognoscimus tantum ex s. Isidoro de vir. ill. c. 43; nam ejus libellus adversus Vincentium caesaraugustanae urbis episcopum, qui ex catholico ad arianam pravitatem fuerat devolutus, periit, sicut et alius ejusdem *de virginitate* ad sororem († ineunte hoc sec.). — Eusebium thessalonicensem episcopum cognoscimus[2]) ex quibusdam epistolis s. Gregorii M. ad ipsum et ex Photii cod. 162, qui testimonia quaedam ejusdem affert ex ll. X adversus Andream monachum. Propugnaverat siquidem hic monachus indoctus aphthartodoketarum ineptias. Opus ejusdem stilo claro, simplici et puro compositum intercidit. Floruit ineunte hoc vel exeunte sexto seculo. — S. Eulogius ecclesiae antiochenae presbyter et monasterii ss. Deiparae moderator, factus est alexandrinae ecclesiae episcopus, quam rexit a. 27 († 13. Febr. 607). Gregorio I. fuit carus, ut liquet ex pluribus ejusdem ad eum epistolis, in quibus pontifex ipsius laudat zelum sive in oppugnandis, sive in convertendis haereticis, ipsiusque precibus Anglorum conversionem adscribit: eumque praeterea Dei organum, veritatis ministrum et Petri sequacem appellat[3]). Impugnavit strenue Nova-

[1]) Der Mangel an Selbständigkeit, ita Dzialowski p. 120, suae ed., und der Mangel an Gründlichkeit bleiben die charakteristischen Hauptmerkmale, welche vielfach dem aufmerksamen Leser des Kataloges in die Augen fallen, und denselben zu einem unzuverlässigen Führer in literarischen Fragen machen.

[1]) *Versus* tamen *in bibliotheca* a Manitio Gesch. der christl. lat. Poesie p. 414 genuini habentur; Arevalo eorum genuinitatem certam non censet Isidor. p. III c. 81 (Migne LXXXI, 575). Germanice redditos habes apud Baumgartner IV, 245 s.

[2]) Cf. Kaulen KL. IV, 1012.

[3]) Cf. Gallandi bibl. PP. XII p. XIV; Fabricius-Harless X, 743 s.; Fehr KL. IV, 984: Nirschl III, § 340.

tum (potius Novatianum) ll. VI, quorum cum laude meminit Photius codd. 182. 208 et praesertim 280, ubi aliquot fragmenta inde adducit (Migne CIV, 326—354). — Duobus ll. aggressus est Severum antioch. et Timotheum Aelurum alex. monophysitas, ex quibus Photius cod. 225 (Migne CIII, 939—350) aliqua affert, sicut et cod. 226 (ib. 949—954) ex l. contra Theodosium et Severum. Porro in utroque op. tuetur s. Leonis ep. ad Flavianum. — In seq. cod. 227 meminit ejusdem *orationis invectivae* contra unitatem subito exortam inter Theodosianos et Gajanitas sectas monophysiticas. „Hi enim cum primum inter se dissedissent, postmodum ea, quae ad necem defendebant dogmata, invicem tradentes, in unam, sed brevem quandam conspirarunt impietatem.“ Scripsit praeterea *orationes XI*, e quibus copiosa Excerpta exhibet Photius cod. 230 (Migne CIII, 1023—1090). In earum quinta disputat s. praesul de incarnatione et contra illos, qui christianam fidem ingenio comprehendi posse humano autumant. Haec vero opera praeter ejusmodi fragmenta perierunt Ex op. Septem capita *de duabus naturis Domini* Deique ac Salvatoris N. J. Christi olim Maximo M. tributo pariter exstat tantum fragmentum. Supersunt Sermo *in ramos palmarum* et in pullum asini; hunc et fragmenta ex variis opp. dogmaticis habes in Migne LXXXVI, 2913—2964; et fragmenta ex op. *de s. Trinitate et de divina oeconomia* cur. Bardenhewer theol. Qtlschr. Tübingen 1896, LXXVIII p. 354—401. Ejus *epistolae* ad Gregorium M. perierunt. Ejus memoria recolitur in Ecclesia occidentali 13. Sept.

318. Timotheus presbyter CP. et skeuophylax templi s. Mariae in Chalcopratis libellum admodum utilem pro haereseologia priorum seculorum concinnavit ineunte sec. VII de iis, qui ad Ecclesiam accedunt seu *de receptione haereticorum*. Tria autem haereticorum distinguit genera: unum eorum, qui rebaptizandi sunt; alterum eorum, qui non sunt rebaptizandi, sed tantum unguntur, cum ad Ecclesiam accedunt; tertium denique illorum, quos sufficit errores pristinos ejurare et anathemate detestari. Plura deinde schismaticorum de naturarum in Christo distinctione haesitantium genera statuit[1]). Meursius primo illum graece vulgavit in Variis divinis, Lugduni Bat. 1619 in 4; inter ejus op. VIII, 738; Cotelerius in Monum. eccl. gr. III, 420 ss. etc.; exstat in Migne P. G. LXXXVI p. 1 pag. 11—74. — Theodorus in monasterio rhaituensi in Arabia prope Sinai montem monachum et presbyterum agebat. Scripsit commentationem praeparatoriam sive exercitationem ad eum, qui doceri cupit, *quis fuerit modus carnis a Deo assumptae atque dispensationis,* quove pacto peracta sit; quae item ab alumnis Ecclesiae adstruantur adversus minus recte de ea sentientes. Hoc autem scripto opinionem Manetis, Pauli samosateni, Apollinaris, Theodori mopsuesteni, Nestorii, Eutychetis et aliorum evertit. Prodiit hic libellus post alias ed. in Migne P. G. XCI, 1483—1504. Alia auctoris nostri scripta periere, inter quae et illud, ex quo Joannes Beccus egregium adducit testimonium pro processione Spiritus ex Filio (Migne CXLI, 681): „Dominus ex semetipso Spiritum s. exsistere ostendens, insufflans discipulis dicebat: *Accipite Spiritum s.*“[2]).

319. Praeter Gregorium M. et s. Isidorum hispalensem inter s. Scripturae interpretes[3]) referri forte

---

[1]) Cf. Fabricius-Harless VIII, 489; Bardenhewer § 107 n. 2.

[2]) Cf. Zeck KL. XI, 1522.

[3]) Paulus Tellae (Constantinae Syriae) episcopus rogante Athanasio I. antiocheno patriarcha a. 616-617 *versionem syriacam* hexaplarem scil. ad amussim

debet Oecumenius, qui dicitur fuisse Triccae in Thessalia episcopus, exegeta fere aenigmaticus, cum viri critici ad nostram usque aetatem nihil certi de eo invenerint, cumque esse sec. X conjecerint, donec F. Diekamp recentissime repererit in cod. bibliothecae messinensis genuinum ejusdem *in Apocalypsin* commentarium, e quo liquet eum circa a. 600 scripsisse. Cum vero sit affinitas inter ipsius commentarium et commentarium Andreae caesariensis (cf. p. 489), nondum audet statuere, uter eorum prior fuerit atque altero sit usus. Ex ipso vero commentario colligit, Oecumenium favisse erroribus Monophysitarum factionis Severi, necnon sensu saltem molliori Apocatastasi Origenistarum. Considerat Apocalypsim ut librum propheticum, in quo a c. 4 agitur de iis, quae contingent ultimis mundi temporibus. Excurrit vero in interpretando in disputationes dogmatico-polemicas. Hinc dirempta est controversia de commentariis in forma potius catenae in Actus Ap., in epistolas s. Pauli et catholicas, quae sub ejus nomine (sine sufficienti ratione) ediderat Donatus Veronae 1532, dein Morelli Parisiis 1631, Migne P. G. CXVIII et CXIX, quae viris criticis suspecta erant, cum Photius, imo ipse Oecumenius saepius citetur[1]). Quam vero Cramer sub ejus nomine in Catenis in N. T. Oxonii 1840 VIII, 479-582 exhibet, epitomen (σχολιχην), ea est epitome commentarii Andreae caes. — Occurrit praeterea Gregorius II. episcopus agrigentinus, qui in Sicilia circa a. 559 n. juvenis in Africam, dein Hierosolymam se recepit, ubi a. 20. agens ab episcopo hierosolymitano ordinatus est diaconus. Lustratis Palaestinae monasteriis Antiochiam et Constantinopolim petiit, Romae dein substitit a. 589, ibique electus est episcopus agregentinus (590). Sed mox ab adversariis accusatur, imo et in custodiam traditur: verum a Gregorio M. causa retractata absolvitur multisque ab eo beneficiis cumulatur. Obiisse legitur[1]) circa a. 630. Superest tantum prolixa Explanatio *super Ecclesiasten ll. X*, quam primus edidit Morelli Venetiis 1791; inde Migne P. G. XCVIII, 741—1182. Opus autem ipsum, judice Morelli, „quod attinet, sive scribendi vim spectes, sive doctrinae copiam consideres, dignum jure dixeris, ut non ultimis veterum scriptis annumeretur.“ Hujus episcopi *vitam* prolixam concinnavit Leontius presbyter monachus et praefectus monasterii s. Sabae urbis Romae, quam edidit Cajetanus S. J. inter vitas SS. Siculorum, Panormi 1657; non tamen omnino integram; accurate vero Morelli in ed. cit. commentarii cum docto literario apparatu, et Migne l. c. 549—716. Floruit autem Leontius[1]) noster c. a. 680.

320. Nullum alicujus famae historiographum hac aetate invenimus. Fertur tantum *Chronicon* Maximi caesaraugustani episcopi († c. 619), qui teste Isidoro c. 46 brevi stilo et composito sermone *historiam* de his,

juxta Origenis Hexapla adornavit. Quamvis ea a Barhebraeo († 1286) magni aestimetur, versionem Peschito eliminare non potuit. Non exstat amplius integra; ejusdem partes ediderunt Norberg 1787, Middeldorpf 1835, Ceriani, qui in suis Monum. sacris et profanis t. 1. et 2. coepit editionem criticam hujus versionis; Skat Roerdam Kopenhagen 1859—1861, et Lagarde in bibl. syriaca, Göttingen 1892. Cf. Duval La Littér. syr. sect. V. Porro Paulus monophysita dicitur.

[1]) F. Diekamp Mittheilungen über den neu aufgefundenen Kommentar des Oecumenius zu Apoc. Berlin 1901 (Sitzbr. der preuss. Ak. phil. hist. Kl. v. 31. Oct. 1901); Ehrhard bei Krumbacher p. 1313; Bardenhewer KL. IX, 708-711.

[1]) Cf. Bardenhewer KL. VII, 1824. Cf. de aetate b. Gregorii arg. ep. diss. Joann. Lanceae panormitani inter opusc. auct. sicul. IV, 5 Panormi 1760; Migne l. c. p. 1181—1228.

quae temporibus Gothorum in Hispaniis acta sunt, praeter alia multa versu et prosa composuisse dicitur[1]). Sed ea historia periisse videtur; illud vero *chronicon* ab a. 430—606, cum continuatione Eutrandi (lege Luitprandi) ad a. 630, confictum censetur (habes illud in Nic. Antonii bibl. hisp. vet. II, 415-421; Migne LXXX, 617—636); vestigia quaedam chronici forte genuini supersunt in notis marginalibus ad Victoris tunnonensis chronicon, quas edidit Mommsen in Mon. Germ. hist. auct. a. XI, 522 s.

320. Hagiologi plures occurrunt. Ita praeter Georgium alexandrinum († 630, de quo f. supra p. 252 a.) Marcus poëta s. Benedicti familiaris et sodalis c. a. 601 teste Sigeberto c. 33 *vitam s. Benedicti* a Gregorio M. descriptam defloravit heroico breviloquio et pauca (scil. de miraculis) superaddidit. Prodiit hoc carmen pulchrum inter Prosperi Martinengi brixinensis poemata vetera, Romae 1590 t. 3; in Mabillonii Sec. 1. Bened. p. 28; Migne P. L. LXXX, 183—186. Scripsisse etiam dicitur[2]) *de situ loci* et constructione coenobii cassinensis, quod Angelus de Nuce subjecit ad calcem chronici Leonis Ostiensis et inseruit Muratori Thes. It. IV, 605. — Faustus s. Benedicti in monasterio cassinensi 7. aetatis anno discipulus, dein s. Maurum secutus in Galliam (543) in abbatia ad Ligerim glannafoliensi, cum illo a. amplius 40 exactis, post eundem a. 584 exstinctum rediit[3]) Cassinum ibique diem obiit c. a. 620. Scripsit c. 606 rogatu fratrum cassinensium *vitam s. Mauri*, quam per Galliam primis seculis fere incognitam (ad a. 863) Odo abbas glannafoliensis retractavit et publicavit. Haec tamen vita controversiae literariae occasionem praebuit ob anachronismos: hinc contra ejus fidem disputarunt Basnage et Baillet, quibus occurrit Ruinart in l. Apologie de la Mission de s. Maur, Apôtre des Bénédictins en France, avec une addition touchant s. Placide, premier Martyr de l'Ordre de s. Bénédict. Ea tamen censeri debet plane apocrypha[1]). Prodiit vita illa in Act. SS. Jan. I, 1039—50; in Mabillonii Actis SS. O. S. Ben. I, 274—298. Tribuitur ipsi et *vita s. Severini*, cujus dicitur discipulus: quam habes apud Mabillon in Actis SS. I app. 568-70; interpolatum ab anonymo sec. IX in Actis SS. 11. Febr. 447—57. — Warnaharius (Warnacharius) presbyter ecclesiae lingonensis initio sec. VII. a Ceraunio episcopo parisiensi rogatus *Acta martyrum* descripsit, ex quibus adhuc exstare dicuntur *Acta SS. Tergeminorum* Speusippi, Eleusippi et Meleusippi (qui passi sunt c. a. 177) in Actis SS. Jan. II, 76; *Acta s. Desiderii* ep. lingonensis (qui a Wandalis occisus est a. 411), quae ib. Maj. V, 244—246 exstant, utraque apud Migne LXXX, 185—200. Num revera sit horum actorum auctor, non liquet[2]). — Florentius tricastinus (Trois-Chateaux) presbyter ad Celsam abbatissam scripsit *vitam Rusticulae* sive Marciae abbatissae arelatensis († 632), quam exhibent Mabillon in Actis SS. Bened. Sec. II p. 139—147; Acta SS. ad d. 11. Aug. II, 657—664. Ea excellit inter hujus temporis biographias: scripta enim est accurate, servato or-

[1]) Cf. Nic. Antonius in bibl. hisp. vet. l l. 5 c. 2, apud Migne LXXX, 609—618; José Godoy Alcantara Historia critica de los falsos cronicones, Madrid 1868: Hertzberg die Historien und die Chroniken des Isidorus von S., Göttingen 1874 p. 66 etc.

[2]) Cf. Fabricius III, 24.

[3]) Cf. Fabricius I, 553. Hist. lit. de la Fr. III, 497 s.

[1]) Cf. Potthast p. 1470.

[2]) Hist. lit. III, 524 s.; Fabricius III, 605. De Cerauni seu Cerani collectione nullum superest vestigium, si acta mox laudata excipias. Cf. Hist. lit. III, 526.

dine, stilo simplici et nobili, non sine unctione[1]).

321. In Oriente nobis occurrit Leontius[2]) episcopus Neapoleos (Hagiopoleos, Nicopoleos, Constantiae seu Salamis) in Cypri insula, qui floruit ineunte sec. VII (intra 590—668). Praeter duos *sermones* (quorum genuinitas tamen non est satis certa) et fragmentum *sermonis contra Judaeos* habetur *Vita s. Joannis Eleemosynarii,* patriarchae alex. († 616) seu additiones ad illius vitam, quam elaboraverant jam Jo. Moschus et Sophronius. Cum autem niteretur testimonio testium oculatorum et familiarium, magnae auctoritatis est ea vita lectuque dignissima. Anastasius bibliothecarius eam latine reddidit. Egregie edita est ab H. Gelzer in Krüger Samml. ausgewählter . . . Quellenschr. fascic. 5; eodem etiam interprete germanice Leontios v. N. Leben des hl. Johannes des Barmherzigen Erzb. von Alexandrien, Freiburg 1893, opus accuratum cum erudita introductione. Pretiosa pariter est[3]) *vita s. Symeonis Sali* (τοῦ σαλοῦ fatui amore Christi) in Act. SS. Jul. I, 136—169). Haec omnia habes Migne P. G. XCIII, 1559—1748. — Tribuitur ipsi et *vita s. Vitalii* seu Vitalis monachi gazaei (sec. VII), quae legitur in Actis SS. 11. Jan. I, 702 s. In actis synodi VII. mentio fit multorum *encomiorum* et *sermonum* panegyricorum, quae reliquerit. — *Passionem s. Demetrii M.* Thessalonicae in Macedonia (c. a. 306) narrat Plotinus archiep. thess., qui floruisse legitur sub Phoca imp. (602—610). Eam habes in Theoph. Joannu Μνημεῖα ἁγιολ. p. 40—53.

322. Nominatissimus vero in hagiographia est Joannes Moschus, cognomento Εὐκρατᾶς (unde corruptum nomen Everatae vel Evirati aliqui formavere). Monasticam vitam in coenobio s. Theodosii Hierosolymis et in deserto ad Jordanem et in nova s. Sabae laura coluit praecentorisque officio est etiam functus[1]). Visitatis Tiberii et Mauritii imp. tempore longa peregrinatione quam plurimis Syriae et Aegypti atque Occidentis etiam monasteriis animum ad scribendum notissimum multumque lectitatum illum librum *de vitis monachorum* illius aetatis ex iis, quae ipse viderat vel ab aliis audierat, applicuit atque Sophronio discipulo itinerumque comiti (postea patriarchae hierosolymitano) dedicavit. Inscribitur *Pratum spirituale, viridarium, novus paradisus.* Agit in eo de vita, virtutum exemplis atque miraculis ascetarum sui temporis cc. 219 (in aliis codd. 304, vel 342): qua tamen in narratione se nimis credulum exhibet († 619). Cum vero saepius describeretur, ab aliis retractaretur, augeretur etc., codices msc. satis inter se variant: hinc difficile est textum pure originalem et primigenium determinare. Edidit illud graece et latine Fronto du Duc in Biblioth. graeco lat., Parisiis 1624 p. 1057—1159; auctum

[1]) Hist. lit. III, 553; Fabricius I 578.

[2]) Hic distingui debet a duplici Leontio, cujus supra p. 471 et 576 mentionem fecimus. Occurrit alius adhuc Leontius, scriptor plane ignotus, qui cum quodam Joanne concinnavit *Florilegium theologicum,* cujus l. 2. edidit Mai apud Migne P. G. LXXXVI, 2, 2017—2100; et Leontius Arabissi episcopus sec. VI vel VII, ex cujus sermone *de creatione et Lazaro redivivo* aliqua affert Photius cod. 272 (Migne CIV, 223—230.

[3]) Cf. Bardenhewer § 85 n. 3. KL. VII, 1823; Gelzer Ein griechischer Volksschriftsteller des 7. Jahrh. in hist. Ztschr. N. F. XXV, 1889, 1—88, qui de eo scribit: In den zwei erhaltenen Lebensbildern bewährt er sich als vortrefflicher Volksschriftsteller, der den naiven kindlichen Volkston aufs glücklichste zu treffen wusste. Cf. Potthast p. 1397.

[1]) Prostat antiqua vita ipsius in bibl. PP. Parisiis 1664 1053—55; Migne PL. LXXIV, 119—122. Cf. Bardenhewer § 104 n. 2; Nirschl III § 342; Ehrhard apud Krumbacher n. 84.

et emendatum Cotelier in Mon. Eccl. gr., ib. 1681 t. II, inde Migne LXXXVII, p. 3 pag. 2843—3116. Partem habuisse in scribenda *vita s. Joannis Eleemosynarii* (cujus pars in recensione Simeonis Metaphrastis adhuc legitur), jam supra diximus.

323. Praetermittimus Joannem caesaraugustanum episcopum (619—631), qui teste s. Ildephonso de vir. ill. scriptis c. 6, »in ecclesiasticis officiis quaedam eleganter et sono et oratione composuit,« i. e., ut interpretatur Nic. Antonius bibl. vet. Hisp. I, 275, non solum scripsit, sed et musicam modulationem superaddidit, et »annotavit inter haec inquirendae paschalis solemnitatis tam subtile atque utile argumentum, ut lectori et brevitas contracta et veritas placeat patefacta.« Horum nihil amplius superest. — Sonnacius (Sonnatius, Somachius) archidiaconus, dein episcopus remensis († 20. Oct. 631), in concilio in sua metropoli habito a. 625 edidit *statuta* 21, quae prudentiam spirant. Ea primum edidit Colvenerius cum Flodoardo remensi, Duaci 1617; Migne P. L. LXXX, 441—446: eorum tamen genuinitas non est super omne dubium posita[1]). — Veri rutensis in Gallia (Rhodez) episcopi, qui interfuit a. 625 concilio remensi, supersunt duae tantum *epistolae* ad Desiderium (Didier) ep. Cadorcensem (apud Canisium lect. ant. 1, 648 s.). — Justus episcopus toletanus (633—636) »scripsit, teste s. Ildefonso de vir. ill. scriptis c. 8, ad Richilanem agaliensis monasterii patrem *epistolam* debita et sufficienti prosecutione constructam, in qua patenter adstruit, susceptum gregem relinquere penitus non debere«. Obiit inter a. 631—636.

324. Inter ascetas nominis fama et operum praestantia eminet s. Joannes Climacus, etiam Scholasticus ob multiplicem eruditionem, vel abbas sinaita dictus. Natus est c. 525, sed ubi ignoratur. Annum agens 16. mundo valedixit vitamque monasticam in monte Sinai magno coepit colere fervore[1]). Post quadriennium ex coenobio se recepit in solitudinem ibique a. 40 in virtutum omnium exercitio transegit. Sanctitatis ejus miraculorumque fama monachi in monte Sinai exciti eum in abbatem elegerunt. Quo vero anno decesserit non satis liquet: plures tuentur eum obiisse exeunte sec. VI; juxta aliquos usque ad 30. Mart. 606 protraxit vitam. Celeberrimum eum reddidit opus inscriptum *Scala* (Κλίμαξ, hinc ejus cognomen Climacus) *paradisi* 30 gradibus distincta, quibus ad religiosae perfectionis culmen ascenditur. Hujus op. velut appendix est liber seu *epistola* ad pastorem seu Coenobii praefectum, quem in munere suo gerendo instruit. Summo in pretio tam penes graecos quam latinos habita est haec manuductio ad praecipuas virtutes christiano homine dignas et veluti praecipuum religiosae vitae commonitorium. Hinc etiam ob suam praestantiam non raro commentariis fuit illustratum[2]). Ejusmodi commentarios seu scholia scripserunt primum Joannes raithuensis abbas, cujus hortatu Joannes noster hoc opus est aggressus (ejus scholia in bibl. PP. parisiensi Parisiis 1589; 1654 t. V; coloniensi 1618 t. VI; lugdunensi 1677 t. X, 507—520; Migne P. G. LXXXVIII, 1211—1249); Elias cretensis (sec. VIII), Hierotheus monachus, et scholiastes quidam anonymus recen-

[1]) Cf. Hist. lit. III, 538—41.

[1]) Ejus *vitam* descripsit Daniel monachus coaevus coenobii raithuensis, quam habes in Actis SS. Mart. III, 835-37; in Raderi edit., et in Migne P. G. LXXXVIII, 595—607.

[2]) Cf. Fessler-Jungmann § 243; Bardenhewer § 106 n. 3 et KL. VI, 1640; Ehrhard apud Krumbacher n. 56.

tior (in ed. Raderi). Prodierunt Climaci *opera* (cum aliorum commentariis) cura Matth. Raderi S. J. graece et latine cum docta Isagoge, Parisiis 1633 in f., rec. a. Migne P. G. LXXXVIII, 623—1211; graece ea edidit et Sophronios Eremites, Constantinopoli 1883 in 4.

325. Antiochus gente Galata ex vico Medosaga vicesimo ab Ancyra civitate lapide, monachus Laurae sive monasterii s. Sabae, quod stadiis 80 ab Hierosolymis distabat, concinnavit non diu post diram urbi sanctae a Persis illatam calamitatem (614) opus lectione dignum et refertum monitis salubribus. Inscribitur illud *Pandectes s. Scripturae* distinctus in 130 capita sive, ut latinus interpres contra auctoris mentem appellat, homilias. Capita singula materiam aliquam moralem pertractant, ita ut totum opus pulchrum systema theologiae moralis absolvat, contextum ex dictis sacrarum scripturarum et vetustorum Ecclesiae doctorum, Hermae, ss. Ignatii, Irenaei, Clementis rom. aliorumque, licet hi de nomine vix usquam laudentur. Prodiit[1]) primum cum subjuncta exomologesi lamentabili et supplici oratione latine ex Gofridi Tilmanni O. Carth. interpretatione, Parisiis 1543; in bibliothecis patrum; graece primus edidit Fronto Ducaeus in Auctar. bibl. PP. I, 1019 ss.; rec. in bibliothecam PP. Morellianam, Parisiis 1644; 1654 t. XII; in Migne P. G. LXXXIX, 1415-1856. — Eodem fere tempore floruit in Palaestina Dorotheus archimandrita, cujus exstant διδασκαλίαι ψυχωφελεῖς διάφοροι *doctrinae diversae animabus perutiles* XXIV, opus egregium lectuque dignissimum summopere probatum s. Theodoro Studitae. Prodiit in Auctario bibl. PP. cur. Fronto Ducaeo, Parisiis 1624 aliisque ed. ommissis in Migne P. G. LXXXVIII, 1611—1838. Subjiciuntur (1837—1842) *epistolae* perbreves (8) asceticae[1]). — Zacharias antea presbyter et custos ss. vasorum ecclesiae CP. electus est patriarcha hierosolymitanus (609): a Cosroe Persarum rege capta urbe captivus in Persidem fuit asportatus. Inde scripsit epistolam gregi hierosolymitano et reliquis omnibus in Christo ecclesiis suam aliorumque captivorum calamitatem commemorans suosque hortans ad poenitentiam, emendationem morum, misericordiam erga captivos fratres. Postquam 14 a. in captivitate degerat demum libertate donatus Hierosolymam rediit († 631). Prodiit illius ep. in bibl. PP. lugdunensi 1677 t. XII; Migne P. G. LXXXVI p. 2 pag. 3227—3235. Tribuitur ei a nonnullis *de persica captivitate* opusculum (ib. 3235—3268). — Ejus in sede successor fuit Modestus, quondam abbas monasterii s. Theodosii in deserto Judae, qui ipso captivo eam ecclesiam egregie administraverat. Non diu tamen post Zachariae mortem retinuit illam sedem, cum jam a. 633 Sophronius fuerit patriarcha hierosolymitanus[2]). Praeter *homiliarum* fragmenta (cf. Photius cod. 275, Migne CIV, 244 s.) exstat Encomium verbosum *in dormitionem ss. Dominae nostrae Deiparae* semperque virginis Mariae apud Migne l. cit. p. 3267—3312.

326. In Occidente plurimum inclaruit non tam scriptis quam gestis

[1]) Cf. Fabricius-Harless X, 499-504; Ehrhard apud Krumbacher n. 59; Bardenhewer § 106 n. 3.

[1]) Cf. Gallandi XII p. XXVII, qui p. 371 Dorothei scripta pariter edidit; Fabricius-Harless XI, 103—108; Oudin de script. eccl. I, 1623—36, qui recensitis pluribus Dorotheis ostendit, hunc librum tribuendum esse Dorotheo, qui floruerit in Palaestina sec. ineunte VII; Ehrhard l. c. n. 58.

[2]) Cf. de utroque Lequien Or. christ. III, 249. 258 s.; Ehrhard apud Krumbacher n. 72.

pro fide propaganda s. Columbanus[1]) etiam Columba junior dictus, O. S. Ben. patria Hibernus n. c. a. 545, splendor celeberrimi monasterii bangorensis. Postquam hoc diu virtutum exemplo illustraverat, zelo fidei propagandae coepit »peregrinari pro Christo« et cum sodalibus duodecim primum in Britanniam (min.) et Gallias est profectus c. 583, juxta alios nonnisi c. 590, ubi plura condidit monasteria, inter quae celeberrimum fuit luxoviense, quod seminarium fuit insignium pro Galliis pastorum aliorumque monasteriorum. Post eremi incolatum 20 annorum vexationibus impiae Brunechildis reginae et insectationibus aemulorum coactus est inde emigrare (c. 610). Per ambages venit cum aliquot sociis, inter quos erat s. Gallus, auctor celeberrimi monasterii sangallensis[1]), in Helvetiam, atque aliquandiu haesit prope lacum brigantinum convertendis gentilibus intentus. Iterum expulsus se recepit in Italiam (612) condiditque monasterium bobiense, ubi sancto fine quievit 23 (juxta

[1]) Se ipsum scripsit Columbam. Alius tamen ab eo est s. Columba, olim Crimthan nominatus, sed propter innocentiam et sanctitatem hoc nomine honoratus. Natus est 17. Dec. 521 natione Hibernus condiditque plura monasteria, inter quae (563) celeberrimum hyense in insula Jona seu Hy, unde plurima prodierunt monasteria et cujus abbates in ejus honorem principatum quendam gesserunt spiritualem in universam regionem illam. Transierat etiam in Scotiam, ut ibi gentilibus Evangelium annunciaret (563). In monasterio suo praedilecto plenus meritis de pauperibus, peregrinis, peccatoribus, infirmis patriaque universa obiit 597. Circa tercenta exemplaria Evangelii manu sua transcripsisse traditur. — *Vitam* ejus scripserunt Cumineus (Cummeneus, Cummeanus, Cummianus etc.) cognomento Albus, egregia stirpe natus († 662), quam habes apud Mabillon Act. SS. I, 361—366, ed. ven. I, 342; in Act SS. 9. Juni II, 185—189 etc.; et Adamnanus scotohibernus ab., de quo infra, cujus *vita* magni aestimatur atque reperitur apud Colgan Act. SS. Hib. II, 336—372; in Act. SS. l. c. 197—236; Migne in P. L. LXXXVIII, 725—776; Reeves († 1892) Life of St. Columba cum notis et diss. Dublin 1857, ed. optima, Fowler Oxford 1894. Cf. Potthast p. 1250; in primis Bellesheim Gesch. der kath. Kirche in Irland I, 101—112. Juxta Alfred Anscombe The Obit of St. Columba and the Chronology of the early Kings of Alban in The english historical Review 1892 VII, 310—331 chronologia s. Columbae est prorsus mutanda. Censet enim eum natum esse a. 504, in Jonae insulam venisse 546, et obiisse a. 580. — Ceterum quod Cummeanum attinet, notandum est sub hoc nomine circumferri *Excarpsum*, *Poenitentiale* vulgo dictum remense et *capitula Judiciorum* (cf. Schmitz Bussbücher I, 602—677 coll. II, 580-644) compilationes sec. VIII. vel IX. ex variis poenitentialibus: sed cui Cummeano sint tribuendae incertum, cum monachi 21 hoc nomine insigniantur et forte alicui fuerunt suppositae.

[1]) Hujus celeberrimi discipuli s. Columbani superest tantum *sermo*, quem habuit, cum Joannes ejus discipulus ordinatus fuit in episcopum constantiensem, quam dignitatem ipse recusaverat. Habes hoc praeclarum et eximium ecclesiasticae antiquitatis monumentum in Gallandi bibl. XII; Migne LXXXVII, 13—26 etc. Natione fuit s. Gallus hibernus, a parentibus disciplinae s. Columbani traditus. Magistrum in suis peregrinationibus apostolicis assidue est assectatus. Obiit senex 95 a. 16. Oct., quo die ejus memoria in martyrologio celebratur, 645 vel 646 juxta alios a. 650, vel 640, vel intra 625—27. Vitam ejus descripserunt plures. Prima vita stilo barbaro est conscripta post a. 771, quam retractarunt Wettinus O. S. Ben. celeber monachus augiensis († 824), et Walafridus Strabo (de quo infra); Gozbertus adjecit *miracula*, cujus scriptum Walafridus pariter retractavit. Habes Vitam a Wettino elaboratam in Mon. G. scr. II, 5—21, in Act. SS. VII, 2, 884—895; cur. G. Meyer von Knonau in Mittheil. zur vaterl. Gesch. St. Gallen 1870 XII, 1—61; Gozberti vero *vita* ll. 2 ed. ab Arx edita est in Mon. Germ. scr. II, 22—31; in Act. SS. 16. Oct. VII, 2, 895—909; W. Strabonis in Migne P. L. CXIV, 975—1030. Cf. Hist. Lit. III, 651—653; Hefele KL. V, 79-84; Greith, der hl. Gallus, St. Gallen 1864; Acta SS. Oct. VII, 859 ss.; Potthast p. 1325 s.; Bellesheim I, 160.

alios 21) Nov. 615. »Tanto sapientiae thesauro est ditatus, scribit de eo Sigebertus gemblacensis de script. eccl. c. 60, ut adhuc adolescens librum psalmorum elimato sermone scriberet et alia multa ederet vel ad canendum digna vel ad docendum utilia[1]).« Praeter commentarium *in psalmos,* qui forte prodiit Mediolani 1886 cur. Ascoli in Archivio glottologico t. V: genuinitas enim nondum est satis eliquata. Ipsius est *regula coenobialis* (saltem quoad substantiam) seu monastica (apud Holstenium in cod. reg. II, 88 ss.), valde rigida, cui subjici solet ut c. X. *liber poenitentialis* de quotidianis poenitentiis monachorum, qui tamen juxta plures non est ipsius; sicut nec *De poenitentiarum mensura taxanda* liber[2]); *de fide et officiis christiani hominis* instructiones seu sermones (eloquentes et fortes) XVI. In msc. addita est XVII, sed quae post ll. 2 *de libero arbitrio* sub Fausti rejensis nomine legitur t. XVIII bibl. PP. lugd.; *Epistolae* VI vehementes, libertatis et fortitudinis apostolicae testes, quas edidit Gundlach in MG. hist. ep. III, 156—186; et aliquot *carmina.* Opera collecta exhibent Flemming Collectanea sacra. *Opera Columbani,* Lovanii 1667; bibl. maxima PP. lugd. XII, 21 ss.; bibl. vet. PP. Gallandi t. XII; Migne P. L. LXXX, 201—342. Nostra aetate P. Meyer O. S. Ben. edidit ejus opusculum *de saltu lunae,* Einsiedeln 1887; dubitat tamen Seebass Realenc., ubi IV[3], 241—247 accurate de s. abbate disserit, num ipsius sit.

327. Supersunt poetae duo clariores. Venantius Honorius Clementianus Fortunatus Cenedae in agro Tarvisino superioris Italiae a. 530 natus, Ravennae liberalium artium ac jurisprudentiae studio incubuit. Intercessione s. Martini ab oculorum aegritudine sanatus ad ejusdem sancti sepulchrum peregrinari decrevit (565). In itinere multorum, quibus suis poematibus placuit, amicitiam iniit et familiaritatem; diu haesit in aula Sigiberti Austrasiae regis, cujus gratiam carmine promeruit. Postquam votum suum Turonis exsolverat, in itinere nihil de clericali vita cogitans, poesi indulgens Pictavum tandem pervenit, ubi s. Radegundis regina, uxor quondam Clotarii regis († 561) monasticam vitam cum Agnete alumna agebat. Hujus precibus sanctaque conversatione motus ibidem substitit, presbyter ordinatus est, et exinde illi sanctae viduae, quam ut matrem coluit, a sacris, consiliis et secretis fuit ejusque negotia curans multas peragravit regiones ac celebres suae aetatis antistites, inter quos maxime s. Gregorium turonensem, caritatis vinculo sibi obstrinxit. Exeunte sec. VI. electus est in episcopum pictaviensem: haud multo post tamen vel ineunte sec. VII. (p. 14. Dec. 600) decessit. Praecipuus est hujus seculi poeta, qui magnae pangendi facilitate et ubertate formaeque perfectione excellit, non tamen sine vitiis suae aetatis[1]). Ejus carmina (c. 250),

---

[1]) Cf. Jonas (de quo infra) in vita pretiosa quamvis tumide conscripta s. Columbani apud Mabillonium in Actis SS. O. S. Ben. sec. II, 5—29; Migne LXXXVII, 1011—1046; Hist. lit. de Fr. III, 505—24; Hefele KL. III, 677—83; Potthast p. 1251; Baumgartner IV, 280—283; prae primis Bellesheim Gesch. der kath. Kirche in Irland, Mainz 1890, I, 137—160.

[2]) Cf. de hac controversia, quae nostra agitata fuit aetate, Schmitz, qui eam iteratis vicibus docte tractat, praesertim adversus Wasserschleben et Seebass, Archiv für kath. Kirchenrecht 1883, XLIX, 3—21; 1884 LI, 3-47; 1888 LIX, 209—224 et in op. Die Bussbücher und die Bussdisciplin der Kirche. Mainz 1883. I, 588 ss., ubi p. 594—602 l. *poenitentialem* Columbano suppositum exhibet (distinctum ab illo c. X, quod est pro monachis); II, 146—159, ubi iterum hanc controversiam tractat.

[1]) Er hat sich über den entarteten Geschmack seiner Zeit nicht zu erheben

Miscellanea etiam inscripta, collecta sunt ll. 11, resque sacras vel profanas tractant. Inter sacra eminent notissimi hymni ‚Pange lingua gloriosi (II, 2)' et ‚Vexilla regis prodeunt (II, 6)'. ‚Quem terra, pondus, sidera'; .... etiam, ‚Ave maris stella'. Inseruntur illis subinde prosae, stilum si spectas turgidae, affectatae, contortae, ut prolixa expositio orationis dominicae (X, 1), expositio symboli (XI, 1), epitome expositionis Rufini (cf. p. 314), epistolae etc. Composuit ex scriptis Sulpicii Severi (cf. p. 315) et Paulini de Petricordia (p. 440a.) carmen heroicum *de vita s. Martini* ll. IV; libelli III itidem poëtici graves sed pulchri ex persona s. Radegundis compositi *de excidio Thoringiae.* Prosaico dicendi genere, stilo magis simplici et naturali, exaravit *vitas* ss. Hilarii pictaviensis ll. 2, Germani ep. parisiensis († 576), Albini ep. andegavensis († c. 560), Paterni ep. abrincensis († 563), s. Radegundis reginae († 587), cujus vita praeprimis laudatur[1]). Probabiliter genuina est *Vita s. Marcelli* parisiensis († 436). Male attributae sunt: *Passio ss. MM. Dionysii ep. Rustici et Eleutherii,* et *vitae* s. Leobini ep. carnotensis († c. 556), Amantii ep. rutenensis († c. 487), Medardi ep. noviomensis († c. 577), Remedii remensis ep. († 522|23); Maurilii ep. andegavensis († t. 430), *expositio fidei catholicae* a Muratori edita Anecd. II, 212—217. Scripta quaedam etiam perierunt. Saepius prodierunt Fortunati opera collecta: ed. meliores sunt Chr. Broweri Moguntiae 1603; 1617; Mich. Aug. Luchi O. S. Ben. Romae 1786-1787 pp. 2, ed. egregia recusa a Migne LXXXVIII, 9—596; Leo et Krusch pp. 2 Berolini 1881—1885 in Mon. G. hist. auct. ant. t. IV, editio optima et critica.

328. In Oriente claruit Georgius, Pisida (Pisides) a patria ut videtur dictus, diaconus, skeuophylax, forte et archivarius ecclesiae s. Sophiae CP., qui temporibus floruit Heraclii imp. (610—641). Inter poetas non liturgicos primum forte occupat locum. Euripidi fuit comparatus atque haud paucos nactus est imitatores. Heraclii contra Persas bella triplici prolixo carmine celebrat. Praeterea ipsius sunt: Hymnus *in sanctam resurrectionem D. N. J. Chr.;* Ἑξήμερον ἢ κοσμουργία, carmen prolixum de opificio mundi emendate editum ab Hercher in Cl. Aeliani de natura animalium ll. XVII etc., Lipsiae 1864—1866 II, 601—662; *de vanitate vitae; contra impium Severum* Antiochiae episcopum monophysitam. Supersunt et alia carmina vel epigrammata atque fragmenta. *In templum Deiparae* CP. in Blachernis situm, ipsi subinde tributum est forte Georgii nicomediensis archiepiscopi

---

vermocht. Deutliche Spuren desselben sind die Geschraubtheit und Schwülstigkeit des Ausdruckes im allgemeinen und im Besonderen die krankhafte Freude an unwürdigen Uebertreibungen in den zahlreichen panegyrischen Liedern. Bardenhewer § 117 n. 3, qui copiosam de eo exhibet literaturam; Fessler-Jungmann § 249; Nirschl III, 331; Nisard le poète Fortunat, Parisiis 1890; Hist. lit. de la Fr. III, 664—91, quae p. 298-303 alterius Fortunati meminit, patria Vercellensis, incertae sedis episcopi († 569), cui vindicat *vitam s. Marcelli* parisiensis et forte *l. 1. vitae s. Hilarii* pict., de quibus in textu egimus; Hamelin de vita et operibus V. H. Cl. Fortunati, Redonibus 1873; Prolegomena ed. Luchi, Kaulen KL. IV, 1628—33; Ebert I l. 3 c. 2 5; Potthast p. 457[2]; W. Meyer der Gelegenheitsdichter V. Fortunatus, Berlin 1901; Baumgartner IV, 252-264; Grisar Gesch. Roms I n. 458.

[1]) Huic solet adjici supplementum, quod concinnavit Baudonivia pia femina religiosa a s. Radegunda instituta eo in monasterio, in quo ipsa degerat. Cf. Hist. lit. III, 491—93; Potthast p. 1540.

et Photii asseclae[1]). Ejus opera prodierunt cum docta praefatione Jos. Mariae Quercii Romae 1777; recusa a Migne P. G. XCII, 1161—1755. *Carmina inedita* publicavit L. Sternbach Wiener Studien 1891 XIII, 1—63; 1892 XIV, 51—68. — Encomium habitum c. 634 *de vita*, instituto et certamine Anastasii M. in Perside dicitur esse s. Sophronii hieros., de quo infra.

[1]) Cf. prater Quercii praefationem Knöpfler KL. V. 337; Bardenhewer § 86 n. 4; Fabricius-Harless VII, 693 ss: Krumbacher, Geschichte der byz. Literatur § 293, Nirschl III, § 341; Baumgartner IV, 532—536.

XI.

Scriptores ecclesiastici seculi VII.

Pars altera (637—700).

329. Hac seculi parte Ecclesiam in primis turbavit Monotheletarum haeresis, surculus Monophysitismi, cujus occasione inter romanos pontifices plurimum innotuit Honorius I. Natione Campanus fuit, viri consularis filius, s. Gregorii M. discipulus, et electus in romanum pontificem sedem apostolicam rexit ab a. 626—638. Vir erat sagax ingenio, vigens consilio, doctrina clarens, dulcedine et humilitate pollens[1]). Inclaruit erga divinum cultum reverentia multumque fuit sollicitus in aedificandis, ornandis dotandisque ecclesiis. Populos christianae religionis expertes missis operariis ad Christi fidem adduxit. Magnis laudibus effertur in epitaphio ei posito et ab aequalibus[2]). Sed incautus deceptus est a Sergio episcopo CP., ut ejus probaret consilium, silentio premendi formulam unius vel duplicis voluntatis in Christo, quod episcopos graecos in conc. oecumenicum VI. contra Monotheletas congregatos adeo offendit, ut in eum cum haeresiarchis Theodoro, Cyro, Sergio etc. anathema dixerint. Verum quam plurimi viri docti solidissime probarunt Honorii orthodoxiam[1]). Quod si aliqua est ejus culpa, eam Leo II. authentice interpretans illius concilii condemnationem ita bene expressit in ep. ad episcopos Hispaniae: „Flammam haeretici dogmatis, non ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem extinxit, sed negligendo

[1]) Ita Jonas bob. in vita s. Bertulphi c. 6 (Migne P. L. LXXXVII, 1093).

[2]) Cf. Molkenbuhr in diss. crit. de eo n. 5 apud Migne LXXX, 1000 s. Epitaphii auctor a Papebrochio creditur Donus I rom. pontifex († 11. Apr. 678). Habes illud in Migne P. L. LXXXVII, 1153.

[1]) Cf. quae de hac controversia, qua frustra abutuntur adversarii infallibilitatis pontificiae, statuimus in nostro Compendio theol. dogm. t. I. n. 435, ubi ex ordine affirmamus et comprobamus: 1. Honorium in hac causa nullam edidisse definitionem ex cathedra; 2. ejus literas nullum continere errorem contra fidem; 3. eum non propter errorem, sed propter consilium in illis adjunctis minus prudens esse damnatum; 4. hanc condemnationem non una de causam similem videri reprehensioni, qua Paulus in causa legalium Cephae in faciem restitit Gal. 2, 11. Cf. Grisar egregie de Honorio disserentem KL. VI, 230—257.

confovit.« Ejus epistolas (18) et alia quae ad ipsum spectant cf. apud Migne LXXX, 409—495.

330. Joannes IV. Jadarensis, Dalmata, pontificatum gessit a 24. Dec. 640—11. Oct. 642. Constans et imperterritus orthodoxae fidei erat propugnator, qui minis exarcharum nihil cedens in concilio episcoporum damnavit Monotheletarum haeresim et Honorium praedecessorem scripta *apologia* ad Constantinum imp. ab adversariorum calumniis vindicavit. Habes illam cum ep. aliis tribus apud Migne LXXX, 601—609. Hujus apologiae testimonio feliciter usus est s. Maximus in disputatione paulo post cum Pyrrho monotheleta et Sergii successore habita. — Joannis successor (642) Theodorus I., patria Hierosolymitanus non minori constantia pro fide catholica contra Monotheletas stetit, Paulum Pyrrhi sede constantinopolitana pulsi successorem, monotheletismum profitentem deposuit. Hinc Paulus astute Constanti imp. suasit, ut edictum, typus appellatum, promulgaret, quo silentium imponeretur de ea altercatione, quae de una seu de duabus voluntatibus in Christo vertebatur: ita futurum pollicens imperatori, ut omnes christiani orbis fideles in unam eandemque unirentur Ecclesiam. Typo edito moritur Theodorus 13. Maj. 649, forte antequam illum viderit. Exstant hujus pontificis *epistolae* tantum duae in causa Pauli CP., et *epistolae* ecclesiarum Africanorum, necnon et Victoris carthaginensis episcopi ad eum, quae praeclara continent testimonia pro primatu romani episcopi (cf. Migne LXXXVII, 71—102).

331. Theodorum 5. Juli 649 excepit Martinus I patria Tudertinus, prius presbyter romanae Ecclesiae et apocrisiarius pontificius CP., vir decore, virtute et scientia praestans, qui mox accepto typo urgentibus undique orthodoxis celebrem synodum convocavit lateranensem, in qua patres congregati Monotheletarum coryphaeos et eundem typum condemnarunt, atque luculenter doctrinam exposuerunt catholicam. Hinc orta gravis in orthodoxos persecutio missusque est in Italiam Olympius imperatoris cubicularius et exarcha, qui omnes cogeret ad acceptandum typum. Ipse pontifex mira Dei providentia evasit mortis periculum. Olympio defuncto missus est Theodorus cognomento Calliopa exarcha, qui s. Martinum etsi aegrotum de ecclesia Salvatoris vi abreptum Constantinopolim captivum misit. Postquam ibi deterrimos carceres, omnis generis injurias, contumelias, vexationes est perpessus, pulsus est in exsilium Chersonam, ubi aerumnis confectus 16. Sept. 655 cessit e vita miraculis clarus[1]). Tam ab Ecclesia latina quam a graeca inter sanctos colitur. Supersunt ejusdem *epistolae* XVII egregiae, pleraeque has controversias monotheleticas spectantes apud Mansi coll. conc. t. X; Hardouin t. III, et in Migne P. L. LXXXVII, 119—211. — Post aliquot successores intermedios electus est in romanum pontificem (27. Juni 678) s. Agatho natione Siculus, sub quo habita est CP. concilium oecumenicum VI. (680—681), in quo peremptorie damnati sunt Monotheletarum coryphaei eorumque errores, atque ita demum pax composita inter Orientem et Occidentem, quam antea turbaverat illorum haeresis. Exstat hujus ponti-

[1]) Cf. de dira in sanctissimum praesulem excitata persecutione et passione antiquissimam et fide dignam *Commemorationem* eorum, quae saeviter et sine Dei respectu acta sunt . . . in sanctum et apostolicum novum revera confessorem et martyrem Martinum papam, apud Mansi X, 855; Hardouin II, 680; Migne LXXXVII, 111—120. De chronologia circa fata hujus sancti praesulis cf. Michael Zeitschr. f. k. Theol. 1892 XVI, 374—380.

ficis eximia plane *epistola* dogmatica, in qua limpide sanam de duplici in Christo voluntate tradit doctrinam, romanae Ecclesiae infallibilitatem inculcat praedecessoresque suos vindicat ab adversariorum calumniis. Ea magna cum reverentia a synodo fuit suscepta. Exstat et altera non minus praestans *ep. synodica* 125 episcoporum, quibuscum Romae hac de causa concilium habuerat, quae fuit veluti instructio legatorum, quos rogatu Constantini imp. CP. miserat ad pacificationis negotium tractandum, quas cf. cum aliis in coll. conc. et Migne LXXXVII, 1153—1260. Obiit s. praesul jam 10. Jan. 681. — Synodum s. Leo II, (682—683) patria Siculus confirmavit literis egregiis ad imp. datis, ejusque acceptationem apud occidentales promovit authentice simul declarando, quo sensu anathema in Honorium dictum sit accipiendum[1]). Cf. has epistolas in Migne P. L. XCVI, 383—420. Dicitur etiam de graeco in latinum transtulisse acta synodi VI, quae versio videtur exstare apud Mansi XI, 739 ss.

332. Sequuntur jam impugnatores sectae monotheleticae, inter quos eminent praesertim tres: quorum primus est s. Sophronius, patria Damascenus, qui adhuc cum domi degeret, virtutem eorum, qui deserta incolebant, aemulabatur. Ex sophista et philosopho factus est monachus in asceterio s. Theodosii ibique familiariter vixit cum Joanne Moscho (f. p. 580), atque inde conscendit sedem patriarchalem hierosolymitanam, sed quo a. dissentiunt viri eruditi, probabilius a. 634 († 11. Mart. 638). Plurima reliquit scripta, inter quae eminet ejus *epistola synodica*[1]), in qua prolixe disputat de praecipuis fidei christianae mysteriis, speciatim de ss. Trinitate et incarnatione deque duplici Christi operatione et voluntate: unde ea praecipuum forte est monumentum in controversia cum Monotheletis praelectum et approbatum in conc. oecumenico VI[2]). Eam habes in Mansi coll. conc. XI, 461—510; Migne LXXXVII, 3147—3200. Majoris operis, quod contra Monotheletas scripserit, meminit Stephanus dorensis (apud Mansi X, 895). In eo ipso teste »sexcenta dedit testimonia ad evictionem impietatis eorum et veritatis ostensionem.« Sequuntur plures ejusdem *sermones* seu orationes graves dogmaticae (ib. 3201—3364) scil. *in Christi Servatoris natalitia; in ss. Dei genitricis annunciationem,* qui sermo primum a doctissimo Ant. Ballerini repertus atque sagacibus annotationibus illustratus prodiit in sylloge monumentorum ad myst. concept. immac. V. Deiparae illustr., Romae 1854—1856, Parisiis 1855—1857, II, 33 ss. Post ep. synodicam praecipuum est hujus ill. praesulis monumentum, in quo mysteria ss. Trinitatis et incarnationis egregie illustrat atque adversus omnigenos tuetur errores, deque praerogativis b. Mariae V. pie sapienterque disserit. Recepimus illud inter opuscula selecta ss. PP. XXXIV, 234—320.

---

[1]) Cf. de his pontificibus deque controversiis monotheleticis Hefele Conciliengesch. III² § 291 ss. De s. Leone cf. Grisar KL. VII, 1767—1771.

[1]) Ejusmodi epistolam synodicam cum expositione fidei misit s. Mansuetus archiepiscopus mediolanensis († 19. Febr. 681) ad Constantinum Pogonatum imp. eaque lecta fuit in conc. oecumenico VI. et approbata. Cf. de eo plura in Act. SS. Febr. III, 135. Epistolam illam scripsisse dicitur Mansueti nomine s. Damianus episcopus ticinensis (680—12. Apr. 708). Ea reperitur in actis conc. VI. ante actionem 1 et Migne LXXXXII, 1261—1268. De s. Damiano cf. Act. SS. Apr. II, 91.

[2]) Cf. de ea Hefele op. cit. § 297; Nirschl III § 345 ss.

Oratio *de Hypopante* sive occursu Domini; *in exaltationem venerandae crucis* et in s. resurrectionem; *in adorationem venerandae ac vivificae crucis* media s. quadragesimae hebdomade, et quod mente per jejunium sincerum purificata eucharistiae et divinorum mysteriorum possimus compotes fieri; *Sanctorum archangelorum* et angelorum ceterarumque coelestium virtutum *encomion;* Encomium *in s. Joannem Praecursorem; Laudes* bb. apostolorum Petri et Pauli; *de peccatorum confessione; de baptismate apostolorum* fragmentum dogmaticum; Laus copiosa, sed tumida, *ss. martyrum Cyri et Joannis* (sub Diocletiano) et miraculorum (70), quae ab eis gesta sunt, ex parte narratio, interpretibus Bonifacio consiliario (apud clerum romanum et pontificem exeunte sec. VII) et Anastasio bibliothecario: quae tamen versio est impedita admodum, subobscura et interdum semibarbara locutione fluit. Laudem cum versione habes apud Migne p. 3379—3676 ex Mai Spicilegii III, 1—670, qui edidit alias duas (apud Migne p. 3677—3696), quas reperit, narrationes breves de vita et conversatione et martyrio necnon et miraculis ss. ill. Anargyrorum Cyri et Joannis, ib. IV, 230—241; 242—247; et utriusque vel certe alterutrius auctorem esse s. Sophronium (refragrante Bardenhewer) censet. Passio ss. Cyri et Joannis ab Anastasio latine translata legitur ib. IV, 253—266 et apud Migne P. L. CXXIX, 705—712. *Vita Mariae Aegyptiae* (3697—3726), quae ex meretrice facta est asceta in solitudine Jordanis, quam Paulus neapolitanae ecclesiae diaconus latine vertit (fl. c. a. 640, Migne P. L. LXXIII, 671—690). De parte, quam habuit cum Jo. Moscho in scribenda vita s. Joannis Eleemosynarii alibi diximus (p. 579). Juxta Usener *Acta ss. Anastasii Persae* et LXX sociorum martyrum in Assyria ab ipso edita Bonn 1894, alias Georgio Pisidae tributa, sunt nostri Sophronii. Succedunt *carmina* anacreontica (23, ib. 3731—3838), *Triodion* (forte Josephi hymnographi sec. IX, apud Migne p. 3839—3982): sed in pangendis carminibus minus erat felix; commentarius complectens totam *historiam ecclesiasticam* et subtilem et pulchram *expositionem* rerum omnium, quae in divina liturgia peraguntur, qui tamen non est integer (3981-4004), ejusque etiam genuinitas jam negatur a Krasnoseljcev; *Troparium* horarum etc.. Horum plura reperit edidit que variis in collectionibus card. Mai, collecta primum Migne LXXXVII p. 3 pag. 3147—4014. Sermonem hactenus ineditum *in baptisma* publicavit Papadopulos Kerameus in Ἀνάλεκτα Petersburg 1898 V, 151-168. Notat tamen Bardenhewer § 106 n. 3 opera hujus sancti critico omnino indigere adhuc examine[1]). Alia ejusdem scripta sunt inedita.

333. Magis adhuc emicuit s. Maximus, unus ex praecipuis posterioris Ecclesiae graecae theologis, qui fidem catholicam adversus monotheletas non solum viva voce et scriptis, sed et effuso sanguine asseruit: theologus ac confessor propterea a graecis dictus. Natus is est c. a. 580 Constantinopoli parentibus nobilibus. Primum erat Heraclio imp. protosecretarius. Aula relicta c. a. 630 monasticam egit vitam factusque est abbas Chrysopolitani prope urbem regiam monasterii. Ob

[1]) Plura de ipso cf. in ejus vita ex variis collecta a Bollandistis in actis SS. Mart. II, 65—72 (apud Migne l. c. p. 3125—3146); L. de Saint-Aignan Vie de St. Sophrone, Académie de ste-Croix d'Orleans. Lectures et mémoires (1886) V, 229—44. Operum ejus elenchum, quorum plura perierunt, magna sedulitate collegit Fabricius Harless IX, 162—169 apud Migne LXXXVII, 3, 3115—3123; Bardenhewer § 104 n. 2; 106 n. 3; et KL. XI, 516—519; Ehrhard apud Krumbacher p. 188—190.

pericula propter bella persica transiit in Africam, ubi celebrem a. 645 habuit cum Pyrrho monotheleta, quondam episcopo CP., de fide disputationem praesente provinciae praeside Gregorio cum plurimis episcopis, qua gloriose Pyrrhum refutavit adeo, ut hic cogeretur suum errorem et duas in Christo agnoscere voluntates. Hujus disputationis acta admodum pretiosa per notarium excepta adhuc habemus (Migne XCI, 287—354, apud Baronium ad a. 645 etc.). Interfuit synodo lateranensi sub Martino I. atque intrepide semper pro fide catholica contra Monotheletas stetit. Hinc Constantis II. imp. iram quam maxime in se commovit. Romae captus 653 cum Anastasio monacho et Anastasio Apocrisario pontificio apud aulam imp. discipulis suis CP. fuit deportatus ibique ei dicta causa, cujus acta ad nos pervenerunt (Migne XC, 109—130; latine in P. L. CXXIX, 603—622), et lata in eum sententia exsilii. Divulsi fuere ab eo discipuli et ipse Bizyam in Thracia relegatus (655): sed iterum (656) ibidem in quaestionem fuit adductus, cujus examinis pariter acta supersunt (Migne P. G. XC, 135—172; P. L. CXXIX, 625—656), frustraque tentatus, ut Typum admitteret. Post aliquot annos (662) cum discipulis suis CP. revocatus synodo sistitur: cum vero fortiter orthodoxam propugnarent fidem, lingua radicitus eis fuit evulsa manusque dextera amputata atque ita mutilati, per universam fuere circumducti urbem atque demum Lazicam in extremis pontus euxini partibus deportati, ubi aerumnis et passionibus crudelibus oppressi obiere Anastasius monachus[1]) 24. Jul. 662; s. Maximus 13. Aug. ejusdem a., et Anastasius apocrisarius[1]) 11. Oct. 666.

334. Multa reliquit Maximus scripta[2]) non adeo facilia intellectu tum propter argumenti quod tractat subtilitatem, tum propter stilum nonnihil tumidum[3]). Ad s. Scripturam spec-

[1]) Hujus Anastasii abbatis in monasterio s. Euthymii exstat brevis contra Monotheletas *epistola* ad monachorum apud Calarim constitutorum collegium in ed. Combefisiana opp. s. Maximi t. I, in Actis SS. ad 13. Aug.; Migne XC, 133-36 et in P. L. CXXIX, 623—626. Hujus forte etiam est l. *adversus Judaeos*, quem latine ex Turriani versione (initio mutila) edidit Canisius ant. lect. III, 123-183; ed. 2 XI, 12 ss. Mai textum graecum reperit ediditque Script. vet. coll. VII, 207, inde Migne inter opera Anastasii Sin. LXXXIX, 1203-1282.

[1]) Hujus Anastasii exstat *epistola* ad Theodosium presbyterum gangrensem, in qua vexationes narrat, quas passi sunt, et patrum testimonia contra Monotheletarum errores adducit, in actis SS. ad 13. Aug.; in ed. opp. s. Maximi Combefisiana t. I, p. LXVII, et Migne XC, 173—194. Versio est Anastasii bibliothecarii.

[2]) Edita, inedita et deperdita magna diligentia recenset Fabricius-Harless IX, 635—677 et apud Migne XC, 9—50.

[3]) Cf. plura de s. Martyre in vita et certamine ejusdem auctore anonymo ei devoto apud Migne XC, 67—110, cum Combefisii notis et additionibus etc., ib. p. 193—241; Bardenhewer § 107 n. 3, qui de eo scribit: Maximus ist ohne Zweifel einer der scharfsinnigsten Dogmatiker und tiefsinnigsten Mystiker, welche die griechische Kirche hervorgebracht. Auch seinen Lehrer, den sogen. Areopagiten, hat er an spekulativer Tiefe sowohl wie an dialektischer Schärfe überragt. Leider ist er indessen zu einer systematischen und methodischen Darstellung seiner Lehranschauungen nicht gekommen, bald kleidet er dieselben in Form aphoristischer Sentenzen, bald entwickelt er sie im Anschluss an fremde Texte. Im Mittelpunkte seiner dogmatischen Anschauungen steht stets der Gottmensch. Der Logos ist ihm alles Geschaffenen Urgrund und Endzweck etc. Ehrhard apud Krumbacher p. 61-64; Nirschl III, § 348 ss.; Knöpfler KL. VIII, 1096—1103; Wagenmann in Real-Encyclop. für prot. Theol. und Kirche 1881, IX², 430-43. De ejus partibus quas habuit in controversiis cum monotheletis cf. Hefele Conciliengesch. III², 189—247; de ejus

tant: Ad Thalassium *de variis Scripturae s. quaestionibus ac dubiis* (65) ex V. et N. T., praesertim ex Evangelio s. Joannis, opus prolixum (Migne XC, 243—786) allegoriis et anagogiis indulgens, de quo ita censet Photius: »Est ejus oratio longe producta periodis ac gaudens hyperbatis, invalescensque circumductionibus nec proprietatis verborum admodum tenax. Ex quibus per totam passim lucubrationem et obscuritas decurrit et assequendi difficultas . . . Idem praeterea sui studiosos propemodum obtundit: adeo procul a litera et nota historia sive potius ab eo ipso, quod erat quaesitum, ipsius solutiones recedunt. Tantum si cui forte gratum anagogicis et contemplationibus (i. e. spiritualibus sensis ac mysticis) mentem implicare, nusquam is sane reperiat his aut magis varia aut diligentius elaborata. Etenim et aliorum colligit in quasdam quaestiones dicta, tum adjicit, quae ipsius diligentiae nihilo his minorem, si non majorem, praeferunt venustatem et solertiam. Ubique autem viri pietas purusque ac sincerus in Christum amor elucet.« — Similis indolis sunt *Quaestiones,* interrogationes et responsiones diversorumque difficiliorum capitum electa (79), ib. p. 785—856; responsio ad qq. 3 Theopempti scholastici (ib. 1393—1401); *Expositio in Ps. LIX,* in qua parum literae studet, consectatus sensus mysticos ac allegoricos (855—871); *orationis dominicae brevis expositio* (871—910), qua dominicos in ea sensus et mysteria, ut vocat, seu sacramenta reliquis pleniora et universaliora, quibus nostra paratur salus, septena numero, exposuit. Praeterea fragmenta aliorum scriptorum in s. Scripturam leguntur in catenis sub ejus nomine.

335. Sequuntur opuscula theologica[1]) et polemica (28), quorum pleraque sunt adversus monophysitarum et monotheletarum errores (Migne XCI, 9—286), inter quae *Spiritualis tomus* ac dogmaticus, quo ostenditur, ecthesin, quam novando Heraclius imp. ex Sergii CP. antistitis suggestione subdiditiam edidit, sacris oraculis atque patribus longe dissonam esse profanisque haereticis, tum qui confusionem, tum qui divisionem in Christi Dei nostri mysterio monstrose nugantur, consentire (ib. 155—183). Opusculum *de anima* (ib. 353—362). — *Epistolae* (45), inter quas plures dogmaticae et polemicae, aliae philosophicae, asceticae, etiam familiares, stilo nobili conscriptae, aliquae admodum prolixae, ut ad praefectum Africae dominum Georgium (ib. 363—391); ad Joannem cubicularium *de rectis Ecclesiae decretis* et adversus Severum haereticum (459—510); ad Petrum illustrem seu l. adversus dogmata Severi (510-534) etc. — Ad theologiam magis practicam et ascesim spectant *Liber asceticus* (merito celebratus) per interrogationem et responsionem, in quo caritatem mirifice laudat liquideque absque allegoriarum aut stili productioris anfractu (XC, 911—956). Lectu est admodum utilis, qui omnium virtuti studiosorum manibus assidue esset terendus. Idem dicatur de ejus (400) capitibus *de caritate* (959—1080). — Capita ducenta *ad theologiam Deique Filii in carne dispensationem* spectantia (1083-1176), quorum plura e Marco asceta (cf. p. 330) accepit. Affinitatem hoc opus habet cum opere ad Thalassium[2]) supra lau-

doctrina Werner Gesch. der apol. und pol. Lit. passim t. II, praesertim p. 404-425; Bach die Dogmengesch. des Mittelalters, Wien 1873 p. 15—49.

[1]) Dialogi V *de Trinitate* (ed. inter opera s. Athanasii Migne XXVIII, 1115—1286, etiam Theodoreto adscripti) non sunt ipsius.

[2]) Hic Thalassius presbyter erat et (fl. c. 650) abbas cujusdam in Lybia monasterii, qui collegit centurias IV sententiarum *de caritate, continentia et mentis*

dato, cum in eo pariter consectetur allegoriam. Diversa capita (500) seu breves sententiae *ad theologiam et oeconomiam spectantia deque virtute ac vitio* (1177—1392), quibus accedunt *Capita* alia (243) perspicua, quae pietatem redolent et auctorem magnum morum magistrum christianaeque ascesis et perfectionis praeceptorem produnt. — Denique exstat alia adhuc collectio inscripta: *Capita theologica* i. e. scite dicta atque electa ex diversis tum Christianorum tum profanorum libris, etiam sermones (71) seu Loci communes dicta (XCI, 721—1024), eaque est tantum florilegium quoddam seu silva rerum pro adornandis concionibus[1]). — *Mystagogia,* qua explicatur, quorum signa sint, quae in sancta Ecclesia peraguntur in divina synaxi seu collecta. — Disseruit quoque *de variis difficilibus locis* ss. Dionysii et Gregorii naz. primum ab Oehler edita Halis 1857; Migne XCI, 1031—1418; et reliquit *Scholia*[2]) in opera s. Dionysii Areopagitae (quae scholia habes inter Dionysii opp. ed. Migne P. G. IV, 15—432; 527—546), in quibus hunc scriptorem magnis effert encomiis. Tribuuntur ipsi nonnulli *hymni* (1417—1424), *computus ecclesiasticus* (inter opera Eusebii caesariensis apud Migne P. G. XIX, 1217—1280), necnon *Chronologia* succincta vitae Christi, epitome operis majoris ed. Bratke Zeitschr. für K. G. XIII, 382—384 (quae apud Migne deest). Opera collegit ediditque Combefisius Parisiis 1675 t. 2 in f.; t. 3. qui Areopagiticis fuit destinatus non prodiit[1]); rec. Migne P. G. XC et XCI.

336. Tertium his addimus pariter celebrem, qui magnam in controversiis cum haereticis habuit partem, etsi forte ineunte adhuc sec. VIII. vixerit. Est is Anastasius a monte, quem monachus et abbas diu incoluit, Sinaita dictus[2]), ob sanctitatis splendorem ‚novus Moyses' salutatus. Fidei causa et salutis animarum zelo subinde reliquit eremum, atque cum Judaeis et haereticis disputavit. Fatendum tamen est, vitae ejus fata et gesta obscuritatibus involvi, et circa ejus scripta non deesse quaestiones criticas, cum ipse cum aliis ejusdem nominis confundatur, praesertim cum utroque antiocheno. Quae ipsi solent adscribi[2]), collecta reperies apud Migne LXXXIX, 35—1289. Potiora sunt: *Viae dux* adversus Acephalos, quo docet, qua via impugnandi sint etiam scholastico modo haeretici, praesertim variae Monophysitarum sectae (p. 35—310). —

regimine, quas edidit Gallandi in PP. bibl. t. XIII, ultimum opusculum, quod ejus labores tulerunt: Migne P. G. XCI, 1427—1441. Confundi non debet cum Thalassio, cujus supra mentionem fecimus p. 390 a.

[1]) Cf. Dressler Quaestiones criticae ad Maximi et Antonii gnomologias spectantes diss. inaugur., Lipsiae 1869; Holl Texte und Unters. XVI (1896) I, 342 ss.; XX, 2, XVIII ss.

[2]) Ehrhard apud Krumbacher p. 141: M. Confessor gebürt das Verdienst, die Mystik des Pseudoareopagiten von ihrem neuplatonischen Hintergrund losgelöst und innerlich mit der orthodoxen Lehre in harmonischen Einklang gebracht zu haben. M. ist daher auch der eigentliche Schöpfer der byzantinischen Mystik

[1]) Distingui hic debet a tot aliis hujus nominis viris, quorum jam mentionem fecimus, ut ab Anastasio Apocrisario et A. monacho, de quibus mox p. 601 egimus; ab Anastasio I et II rom. pontificibus, Anastasio antiocheno, qui etiam Sinaita dictus est († 599 cf. p. 522); ab Anastasio antiocheno juniore († 609 cf. ib.); ab Anastasio III. nicaeno (fl. c. 700), cujus commentarius *in psalmos* nondum prodiit; ab Anastasio palaestino (qui floruit medio sec. VIII.) et Anastasio bibliothecario, de quibus infra, etc.

[2]) Cf. eorum elenchum apud Fabricium-Harless X, 571—595; Migne LXXXIX, 9—27.

Quaestiones (154) et responsiones de diversis capitibus a diversis propositae (311—824): quae tamen saltem ex parte non sunt genuinae. Eae primum editae fuere a Gretser Ingolstadii 1617 in 4. — Oratio *de sacra synaxi,* et de non judicando deque injuriarum oblivione (825—850). — *Anagogicarum contemplationum* in Hexaemeron ll. XII, quorum tantum l. XII. exstat graece (851—1078). Illud interpretatur in Christum et in Ecclesiam, multumque in iis utitur Pseudoareopagitae auctoritate. — Oratio duplex in Psalmum VI (1077—1144); ex tribus sermonibus *de homine* secundum imaginem Dei condito unum cum fragmento alterius exhibet Migne p. 1143—1180. Agit in iis contra Monotholetas eorumque historiam persequitur ad a. usque 700. — *Relationes impiarum impurarumque Arii sententiarum,* quae consubstantialem Filii Dei deitatem negant et creaturam creatorem omnium dicunt (1179—1190). — Aliquot *sermones* vel eorum fragmenta, quorum ille *in defunctos* (1191-1202) saltem dubius est. *Disputatio adversus Judaeos* (1203—1282), quam ei tribuit A. Mai Script. vet. coll. XII 207 non videtur sec. IX antiquior: opus ejusdem genuinum *contra Judaeos* libros duos saltem complectens nondum fuit repertum. — Tria alia scripta, scil. *de variis haeresibus deque synodis* contra eas habitis; *expositionem brevis fidei,* et *celebrationem fer. IV, et VI.* ei asserit[1]) Pitra in juris eccl. graec. hist. et mon., Romae 1868 II, 257—275. — Tribuitur ei in nonnullis codd. disputatio *de rebus fidei* in Persarum aula habita, quae tamen exeuntis sec. VI esse censetur. Prodiit cur. A. Vassiliev in Anecd. graeco-byz., Moskau 1893 I, 73—125; et A. Wirth Aus orient. Chroniken, Frankfurt 1894 p. 143—210, utraque ed. mendosa judice Ehrhard.

337. In Occidente haud inceleber theologus fuit Julianus toletanus antistes, alius a Juliano Pomerio, de quo supra p. 437 egimus. Christianis parentibus natus est, sed ex traduce Judaeorum, atque educatus Toleti mire profecit tam literarum quam verae sapientiae studiis sub Eugenio II., Ildephonsi decessore, una cum Gudila diacono, quocum strictissimae amicitiae vinculo mansit semper devinctus. Optabant ambo sese addicere monasticae vitae, sed frustrata fuit eorum devotio. Levita fuit, presbyter ac demum post Quiricum († 679) electus antistes, atque episcopatum suum virtutum splendore illustravit. Interfuit et ante alios subscripsit quatuor conciliis toletanis 681. 683. 684 et 685. Decessit 6. Mart. 690 atque inter sanctos colitur 8. Mart.[1]). Spiritus s. ubertate repletus et irrigui fontis affluentia praeditus, plura reliquit doctrinae suae monumenta, sermone pro illa aetate eleganti, ingenioque facili, copioso atque suavi conscripta. Haec sunt potiora: *Prognosticon futuri seculi* ll. III (Migne XCVI, 453—525), quorum 1. est de origine mortis humanae; 2. de animabus defunctorum, quomodo se habeant ante suorum corporum resurrectionem, et 3. de suprema corporum resurrectione, Lipsiae 1536 in 4; Parisiis 1554; Duaci 1564; et in bibliothecis PP. — *Apologeticum fidei,* Benedicto II. romanae urbis papae oblatum, confirmatorium est fidei de duabus Christi vo-

[1]) Plura de eo habent J. B. Kumpfmüller de Anastasio Sinaita, diss. inaug., Wirceburgi 1865; Bardenhewer § 107 n. 4; Nirschl III § 351; Ehrhard apud Krumbacher p. 64—66.

[1]) Ejus vitam descripsit Felix post Sisbertum in sede toletana successor († c. 700) testis fide dignus utpote coaetanus, qui fere omnia, quae narrat, ipse vidit. Ea habes in Actis SS. 8. Mart. I, 785 ss.; Migne P. L. XCVI, 445—52.

luntatibus in synodo VI editae: quod tamen periit. Cum vero illud non omnino placuerit pontifici isque nonnulla in eo notaverit tamquam rectae fidei minus congrua, scripsit Apologeticum *de tribus capitulis,* de quibus romanae urbis praesul frustra visus est dubitasse, quod patres conc. toletani XV. hujus inseruerunt actis (525—536). *De comprobatione* (al. demonstratione) *aetatis sextae* ll. III ad exagitandam perfidiam et coecitatem Judaeorum (537—586), in quibus ostendit Messiam jam esse natum, Hagenoae 1532; in bibliothecis PP. etc. — Ἀντικειμένων[1]) h. e. contra positorum sive contrariorum in speciem utriusque Testamenti locorum ll. II (587—704), Basileae 1530; Parisiis 1530; 1556; Coloniae 1533; 1540 absque auctoris nomine, dein in PP. bibliothecis etc. Commentarius *in Nahum prophetam* (705—758), qui quamvis imperfectus et mutilus (exponit enim tantum versus quatuor priores c. l.), auctorem prodit in Scriptura versatum atque in ejus sensibus rimandis acutum, quos in unaquaque sententia persequitur omnes. Non desunt tamen qui de ejus dubitent genuinitate. Edidit illum Canisius in ant. lect. t. I, Ingolstadii 1602; prodiit et in bibl. PP. lugd. XII, 630—647; in coll. PP. tolet. II, 268 etc. — *S. Ildephonsi encomium* (p. 43. 44); *Historia rebellionis Pauli* adversus Wambam Gothorum regem (759—808), ed. a Duchesne Scr. rer. Franc. I, 821—831; Florez Esp. sagr. VI, 542 etc. — Alia opera sunt supposita, multa perierunt[1]), ut ejus carmina. Quae supersunt collecta reperies in Migne P. L. XCVI, 427—816. — His subjicimus Samuelem Tajum episcopum caesaraugustanum (fl. 651), qui collegit in primis ex operibus S. Gregorii M. ll. V. *Sententiarum* pauca supplens ex S. Augustino; in eorum 1. agit de Deo; in 2. de incarnatione Christi, de praedicatione Evangelii, deque pastoribus et subditis; in 3. de diversis Ecclesiae ordinibus et de virtutibus; in 4. de divinis judiciis, tentationibus et peccatis, in 5. de reprobis, de judicio ac resurrectione: atque ita Petro Lombardo in hoc genere laboris praeluxit. Praemittit autem praefationem (pretiosam) ad Quiricum[2]) Antistitem barcinonensem. Edidit opus illud Florez in Hispania sacra XXXI, 171; Migne P. L. LXXX, 727—992.

338. Inter paucos, qui in illustrandis s. Scripturis versati sunt[3]), praeter Maximum, Anastasium et Julianum, de quibus mox egimus, referri debet Petrus laodicensis episcopus,

[1]) Ab aliis asseritur hoc opus vel Salviano vel Richardo cluniacensi vel saltem opus gemino titulo inscriptum Bertario abbati cassinensi, viro genere et literis nobili, martyrii corona illustri. Juxta altare enim a Saracenis Italiam invadentibus obtruncatus est 22. oct. 883. Multa ante suam conversionem scripserat de medicina, quae tamen interciderunt. Pauca alia supersunt ut carmen *de vita et obitu s. Benedicti*, forte et vita s. Scholasticae, olim immerito v. Bedae tributa, quae cf. in Migne P. L. CXXVI, 975-989. Cf. Hist. lit. de la Fr. V, 606—611, et vitam scriptam ab Ignatio Squarcialupo, de quo egimus IV, 1129.

[1]) Cf. Nic. Antonius, bibl. hisp. vet. I, 413—424 Fabr. II, 477 ss.; Potthast p. 691; Schroedl KL. VI. 1986.

[2]) Hujus Quirici (fl. 662) exstant *epistolae* 3, una ad Tajum responsoria apud Mabillon Anal. 11, 76; ed. 2 pag. 64; et duae ad s. Ildephonsum, quarum prima gratias agit pro l. de Virginitate b. M. V., altera suasoria de similibus opp. edendis inter opp. Ildephonsi Migne XCVI, 193 s.

[3]) Huc forte referri potest auctor ll. 3 *de Mirabilibus s. Scripturae*, qui olim s. Augustino tribuebantur et exstant in append. ed. Maur. apud Migne XXXV. 2149—2201. Conjiciunt ed. maurini illum esse scriptorem britannum vel hibernum sec. VII, qui forte et ipse Augustinus revera nominabatur, unde ortus error, ut confunderetur cum s. Augustino.

qui forte est sec. VII. Hujus hactenus exstabat tantum expositio *in orationem dominicam* inter opp. Origenis editionis maurinae t. I et in bibl. lugd. PP. XII, 322; Migne P. G. LXXXVI, 2, 3330—3336 etc. cum aliquibus aliis fragmentis commentarii *in quatuor evangelia*. Hunc integrum demum reperit Aug. Mai ex eoque dedit specimina in Bibl. PP. nova VI, 543; Migne ib. 3321—3330, illa scil. quae in quatuor evangeliis ad ss. eucharistiae mysterium pertinent. Cogitavit quidem de totius commentarii editione, sed morte praeventus consilium exsequi non potuit. — De Caedmone (Kaedmon) monacho O. S. B. fratre laico[1]) miro modo talento pangendi carmina donato († c. 680), magna cum laude loquitur v. Beda in hist. Angl. IV 24, ubi de eo inter alia dicit: „Et quidem alii post illum in gente Anglorum religiosa poëmata facere tentabant, sed nullus ei aequiparari potuit[2])". Tribuitur Paraphrasis poetica factorum, quae in Genesi, Exodo aliisque V. et N. T. libris narrantur. Edidit quidem Franciscus Junius Amstelodami 1655 Caedmonis monachi paraphrasin poëticam Genesos ac praecipuarum s. paginae historiarum; et aliis omissis Bouterwek Elberfeld 1849—1854 t. 2 cum glossario et introductione, Göttingen 1858 etc. Verum praeter hymnum in Deum ea, quae Junii editione exhibentur, Caëdmonis esse non censentur a recentioribus viris eruditis.

339. De historia meruit Fredegarius (num hoc nomen sit originarium, non satis est certum) patria probabiliter Burgundus, scholasticus, auctor alioquin plane ignotus, post s. Gregorium turonensem praecipuus, impolitus licet[1]), historiae francicae scriptor, clarus c. a. 660. Scripsit stilo prorsus barbaro *Chronicon* ab a. c. usque ad a. 642 ll. 5, seu op. titulus potius est *Chronicarum*, quae dicuntur Fredegarii Scholastici, ll. IV, quorum l. est liber generationis Hippolyti (Labbe bibl. nova msc. 1, 298-309); l. 2. epitome ex chronicis Hieronymi et Idatii (ex Canisio apud Schott Hisp. illustrata, Francofurti 1608 p. 160—207); l. 3. est epitome historiae Gregorii turonensis et prodiit inscriptus *Historia francorum epitomata* (Migne LXXI, 573—605; cum l. 1. et 2. in Canisii lect. ant. 1602. II, 578—729; ed. 2. cur. Basnage 1725. II, 147—164); l. 4. est continuatio Historiae ejusdem Gregorii (Migne ib. 605—665; cum 3 prioribus ll. Abbeville 1880; Parisiis 1885). Duplex distinguitur collectionis auctor: unus ll. 1. 2. et 4. ad a. 613; alter, qui censetur Fredegarius, auctor est l. 3. et 4. a c. 40. usque ad sua tempora (642). Opus continuatum fuit usque ad a. 768 (Migne ib. 665—698). Saepius prodierunt l. 3. et 4.

[1]) Cf. Bone KL. II 1648—50. R. Wülker Realenencyclop. III[3], 619.

[2]) De Cynewulfo poëta pariter anglo-saxone, qui seculo forte junior fuit nostro Caedmone, cf. Ebert III, 40 ss. et R. Wülker Realenc. IV[3], 364. Provectiore aetate monachum vel eremitam agens condidit carmina majora de Christo, ejus gestis deque apostolis, de Juliana et Helena etc.

[1]) Cf. Fabricius Bibl. lat. m. ae. I. 606; sed prae ceteris Potthast p. 468, qui copiosam litteraturam exhibet; Schnürer die Verfasser der sogenannten Fredegar Chronik, Freiburg in der Schweiz 1900 in Collect. Friburg. fasc. 9; Krusch N. Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtsk. 1881 VII, 3. 249—351; 421—516; Hist. lit. de Fr. III. 586—595. Ebert t. 1. l. 3 c. 33; Wattenbach I § 9, qui de eo inter alia scribit: Sich selbst legte er nur einen bäurischen und ganz beschränkten Sinn (rusticitas et extremitas sensus mei) bei, und diese rührende Bescheidenheit sollte wohl den Spott über den ehrlichen Mann entwaffnen, welcher mit aller Anstrengung geleistet hat, was er vermochte, und der sich dadurch um die Nachwelt ein unsterbliches Verdienst erworben hat. De ejus continuatoribus cf. I sect. II § 1.

cum continuatoribus, ut apud Ruinart in ed. opp. Gregorii tur.; Bouquet Recueil II, 391—464 etc.; l. 4 cum continuatoribus in bibl. PP. col. t. VI; lugd. XI, 815—30 etc.; accurate ed. Krusch in Mon. Germ. hist. script. rer. merov. II, 1—193. Hadrianus Valois rerum franc. Parisiis 1658 l. 20 pag. 179 ita de eo censet: „Fredegarius scholasticus . . . historicus pro captu illorum temporum diligens, ut aetate, sic auctoritate Gregorio proximus, et in magna bonorum auctorum inopia[1]) utilis ac necessarius, nec usquequaque contemnendus, cujus brevitas et cetera omnia vitia temporibus imputari debent.“ Opus est compilatio forma satis inculta, in quo chronologiae ratio habetur: res politicae fere memorantur: narrationes de sanctis eorumque miraculis desunt.

340. Inter hagiographos plurimi referri debent[2]): ita ut saltem aliquos nominemus, Braulio fratris sui Joannis in sede caesaraugustana successor (631—651 c.) scripsit *s. Aemiliani presbyteri* († 574) *vitam* in Tamaji Martyrologio VI, 111, Lugduni 1659; in Mabillonii sec. I. Bened. 205—215; Acta *de martyribus caesar-augustanis* sive passio sanctorum innumerabilium caesaraugustanorum MM., qui passi sunt sub Diocletiano et Maximiano imp. 30. Oct. a. 303; *Elogium* seu praenotatio librorum *d. Isidori* hisp. (cum opp. hujus sancti, Migne LXXXI, 16 s.); *epistolae 46,* quae repertae seculo praeterito primum editae fuere a Florez in España sagr. t. XXX: inter has praecipua forte est (21) ad Honorium I. nomine conc. VI toletani conscripta, qua purgat se hispanosque et Galliae narbonensis patres de nonnullis, quae in eos calumniose sparsa ipsisque ab Honorio objecta fuerant, et ut videtur adeo feliciter, ut Isidorus pacensis de eo affirmet in Epitome imp. vel Arabum sub Sisenando, ejus „eloquentia Roma urbium mater et domina postmodum per epistolare alloquium satis mirata est.“ Haec collecta habentur[1]) Migne LXXX, 649—720. — Paulus diaconus emeritensis (Merida) a Paulo episcopo emeritensi, quem ipse c. 4. celebrat, diversus († 672), scripsit l. *de vita et miraculis patrum emeritensium,* editum a Barnaba Moreno de Vargas, Matriti 1633 in 4., et cum notis Thomae de Tamayo de Vargas Antverpiae 1638; a Migne LXXX, 115—164.

341. Plurium SS. vitas reliquit Jonas Segusii (Susa) ad montium pedes (Piemont) natus, O. S. B., s. Co-

[1]) Ad illustrandas francicas et germanicas antiquitates utiles censentur *Formularum ll. 2,* quas collegit intra 650—660 Marculfus monachus, forte lector et abbas Biturici. Saepius prodierunt, ut cura Hier. Bignonii cum notis eruditis Parisiis 1613; 1666 ed. melior et auctior; in bibl. PP., apud Baluze capitular. II, 369-434; Bouquet Recueil IV, 465—504; Migne LXXXVII, 693—757; Zeumer in Mon. Germ. hist. leg. V, 32-106 cum supplemento et additamentis 107-112. Sunt autem hae formulae exempla diplomatum aliorumque documentorum publicorum (stilo rudi), „ut cui libuerit, is exinde aliqua exemplando faciat.“ Cf. Hist. lit. de Fr., 565—70.

[2]) Praetermittimus S. Magnobaudum (Maimboeuf) episcopum andegavensem († c. a. 654) scriptorem *vitae s. Maurilli* ep. andegavensis (ex. sec. IV), quae vita a Rainone ep. andegavensi interpolata (sec. X.) reperitur apud Vinc. Bellovacensem, Mombritium et Surium. Cf. Hist. lit. III, 573—575. — Theodorum discipulum ss. Columbani et Galli abbatem Campiduni (Kempten), nam *vita s. Magni* ipsi tributa (apud Canisium lect. ant. t. V. ed. 2. t. I) est supposita, neque luce digna. Cf. Hist. lit. III, 635.

[1]) Cf. Nic. Antonius in bibl. hisp. V. t. I l. 5 c. 5 pag. 374 ss. apud. Migne LXXX, 639—649; Gams KL. 2², 1207; Kirchengeschichte Spaniens 1, 320—329: II, 2, 145 ss.; 224—27; Acta SS. 18. Mart. II, 635—38.

lumbani discipulus et comes, qui Hibernus, Scotus, Italus, Bobiensis, Lirinensis, Luxoviensis ab aliis cognominatur, demum abbas monasterii non satis noti (fl. c. 659). Ejus sunt *vitae s. Columbani* emendata apud Mabillon sec. II SS. O. S. B. p. 5—29, una ex melioribus biographiis medii aevi[1]), etsi stilo turgido conscripta; *s. Attalae* ab. successoris S. Columbani, ib. p. 123—127, et in Actis SS. ad 10. Mart. II, 43—45; *s. Eustasii* ab. luxoviensis apud Mabillon ib. p. 115—123; in Actis SS. ad 3. Mart. I, 786—790; *s. Bertulfi* ab. bobiensis, apud Mabillon ib. p. 160—166; in Actis SS. 19. Aug. III, 752—754; *s. Burgundofarae* seu Farae abbatissae primae ebroicensis († 657), apud Mabillon[2]) l. c. p. 439—449. Ejus *Vitam s. Joannis* ab. reomaensis († 540) a junioribus scriptoribus retractatam (apud Mabillon Act. SS. I app. 633—636 et in Act. SS. 28. Jan. II, 863—865), juxta formam originalem Fr. Stoeber se reperisse censet in cod. paris. lat. 11748. Qua de re cf. ejus diss. in Sitzungsberichte der k. Akademie zu Wien. Phil.-hist. Kl. 1885 t. 109 p. 319-398. Plenius eam reperit Krusch ediditque in Mittheil. des Institutes für österr. Geschichtsforschung, XIV, 385—427 cum docta introductione. Hinc duae illae retractationes omne amiserunt pretium. Usus quidem est Jonas in hisce vitis conscribendis, quas collectas habes in Migne P.L.LXXXVII, 1011—1087, diligentia: hinc olim in pretio erant: sed non desunt menda historica, chronologica, topographica, et stilus caret simplicitate naturali et nitore.

342. Raimbertus (Ragimbertus, Ragimbaldus) leuconaensis abbas in diocesi ambianensi s. Walarici (S. Valery) († 622) fundatoris et primi abbatis summo quidem studio, sed nimis prolixe et simplici sermone elaboraverat c. a. 660 *vitam:* hinc anonymus quidam seculi sequentis succincto et compto sermone eam ad breviorem formam redegit[4]), quam ediderunt Mabillon in Act. SS. O. S. B. sec. II p. 76—90 et Acta SS. Jun. 1, 14—23. — S. Audoenus (Ouen), cui primum nomen Dado, ex illustrissima familia natus c. a. 600, sub Dagoberto I et sub Clotario II. regibus referendarii munus gessit. Dum adhuc in aula versaretur, haeresim Monotheletarum, quae jam in Gallias etiam prorepserat, fortiter refutasse dicitur, et pietati admodum deditus monasterium resbacense a. 634 condidit[2]). Ob virtutum splendorem ab aula vocatus est a. 649 ad sedem rothomagensem, sed nonnisi a sequenti in episcopum voluit consecrari († 24. Aug. 683). Scripsit ll. 2 *vitam s. Eligii*[3]) episcopi noviomensis

---

[1]) Meyer v. Knonau Allg. d. Biogr. IV, 425: Für Columban ist die Hauptquelle die von Jona ... verfasste Lebensbeschreibung, ohne allen Zweifel eine der aufschlussreichsten und bestgeschriebenen Heiligenleben des Mittelalters. Eam laudat et Wattembach I § 11.

[2]) Cf. Hist. lit. de Fr. III, 603—608; Potthast p. 1393.

[1]) Cf. Hist. lit. III, 600 s.

[2]) Hist. lit. III, 603—608; Vacandard S. Ouen avant son épiscopat in Revue des qq. historiques 1898 LXIII, 5—50.

[3]) Hic Eligius (n. c. 588) „aurifex peritissimus, teste Audoeno in vita ejus 1, 5, invenit gratiam in oculis regis et coram cunctis optimatibus ejus“; et „fabricabat in usum regis utensilia quam plurima ex auro et gemmis“, sed „pollebat magis ac magis in vigiliis, in jejuniis atque in caritate (ib. c. 10)“. Hinc „fragrabat ejus ubique fama in tantum, ut si qui ex romana vel italica aut gothica vel qualicunque provincia legationis foedere aut alia quacunque ex causa palatium regis Francorum adire pararent, non prius regi occurrerent, quam Eligium aggrederentur“. „Exinde igitur (ib. II, 2) elegerunt ex merito sanctitatis cunctis bonis operibus praeditum ad sacerdotale officium s. Eligium jam lu-

amicissimi sui collegae, quocum simul eodem die in episcopum est ordinatus (640; † 30. Nov. 659), quam ediderunt Dacherius Spicilegii V, 147 (ed. 2. II, 76) Migne LXXXVII, 479-594, quae tamen in quibusdam locis fuit interpolata et depravata, ut probat Cointius Annal. eccl. franc. III, 175, Parisiis 1665—68. — Siviardo abbati anisolensi dioecesis cenomanensis, s. Sigirani in abbatia praecessoris filio († 687 vel 681) tribuitur *vita s. Carilefi* (S. Calais) presbyteri et conditoris monasterii Anisolae († 536), quam edidit primum Mabillon in Actis SS. O. S. Ben. I, 642—650; et Jo. B. Solerius, qui de ejusdem genuinitate dubitat, in Actis SS. 1. Jul. I, 90 ss. cum prolixis annotationibus[1]); Migne LXXIV, 1247—1262. — Bobolenus presbyter et monachus narrat juxta testes oculatos *vitam s. Germani* ab. primi grandivallensis et M. († c. 666), quam habes in Act. SS. 21. Febr. III, 163—166 et in Actis SS. Mabillonii II, 511—515 annotationibus illustratam. Vix reperitur hac periodo vita, quae melius atque nitidius sit conscripta. — Audelaeus presbyter italus (fl. c. 700) auctor dicitur vitae s. Fortunati presbyteri spoletani (fl. c. a. 400), quae exstat in Act. SS. Jun. I, 755. — Aigradus (Angradus, Ansgradus, Ansgardus etc.) O. S. Ben. monachus in Normannia fontanellensis pie concinnavit *vitam s. Ansberti* rothomagensis episcopi († 695), quam junior quidam retractavit et interpolavit. Exhibent eam Acta SS. 9. Febr. II, 342—356; Mabillon II, 1046—1062 annotationibus illustratam; ab interpolationibus puram primum exhibent Anal. Boll. I, 179—191. *Vita Landberti* (Lamberti) episcopi lugdunensis († 667), quam pariter adornaverat, legitur in Actis SS. 14. Apr. II, 216—218; in Actis Mabilonii III, 2, append. 462-465. — Baudemondus ex elnonensi monacho abbas blandiniensis O. S. Ben. scripsit *vitam s. Amandi* († 684), cujus erat discipulus et scriba († 692). Invenies eam in Act. SS. 6. Febr. I, 848 et apud Mabillonium II, 710. — Ursinus monachus, forte et abbas, jussu Ansoaldi pictaviensis episcopi necnon Andulfi ab. scripsit a. 684 *vitam s. Leodegarii* (Leger) episcopi augustodunensis et Majoris Domus in Francia[1]), sed nequissime 2. Oct. 678 interfecti (cui tribuuntur *canones* XVI in synodo augustodunensi 676 habiti, cf. Migne XCVI, 377—384 cum *epistola* consolatoria admodum pulchra ad matrem ob fratris sui Gaireni, obitum; cf. ib. 373—376), quam reperies apud Mabillon II, 698—705 ed. optima; Migne l. c. p. 335-346 cum alia vita anonymi synchroni ib. 345—374. Duchesne utramque inseruit Hist. Franc. script. Parisiis 1636 I, 600—625.

343. Bonifatius quidam (alius a Germanicae apostolo) auctor est *vitae*

---

mine radiatum, ut praeesset ecclesiae noviomagensi." Decessit 30. Nov. 659. Supersunt *homiliae* XVI (XVII), quas habes apud Migne LXXXVII, 593-654 cum *sermone* ad regem, qui forte est etiam ipsius ib. 654—658. Sed illarum homiliarum genuinitas est dubia: nam neque argumenta contra eam, neque pro ea sunt convincentia. Tribuitur ei praeter egregiam epistolam ad s. Desiderium *sermo* de rectitudine catholicae conversationis in app. t. VI, 746 opp. s. Augustini. Cf. Alberdingk Thijm KL. IV, 375; Hist. lit. III, 596—600; Potthast p. 1283.

[1]) In iisdem Actis Mart. I, 65—67 et apud Mabillon ib. III, 485—87 reperitur *Elogium s. Siviardi* ab aequali sed anonymo compositum.

[1]) Cf. Kaulen KL. VII, 1811—1815; Potthast p. 1421.

[1]) Cf. B. Krusch in docta diss. die älteste Vita Leudegarii in N. A. für ä. d. Geschichtsk. 1890 XVI, 565—596, qui reperit vitam originalem ab anonymo conscriptam, quam retractavit monachus qui se Ursinum appellat c. a. 751 et nitidiori stilo donavit; postea alius anonymus stilo simplici ex utraque novam concinnavit, quae legitur apud Migne l. c. Cf. tamen quae notant Anal. Boll. 1892 XI, 104—110.

s. Livini ep. et M. Flandriae apostoli sec. VII., quam exhibent Mabillon in Actis SS. O. S. B. II, 448; Migne P. L. LXXXVII, 327—345. — Ultano Mac Concubar episcopo ardbraccano vel ardbracanensi in Hibernia († 656) tribuitur[1]) *Vita s. Brigidae* a s. Patricio conversae († c. 521 vel 523), quam Jo. Colganus edidit in Triade thaumaturga Hiberniae p. 527—546 et Bollandus in Actis SS. Febr. I, 118—129, qui tamen de ejus genuinitate dubitat. Auctor forte est *vitae s. Patricii* ineditae, vel saltem ex ore Tirechan ea excepit, quae ipse de s. Patricio narrat, ut mox dicemus. — Muirchu (Maccu Machtheni) hibernus Aido episcopo slebtensi († c. 698) dictante vel jubente *vitam s. Patricii* scripsit, cui addenda sunt Collectanea seu annotationes de s. Patricio Tirechani[2]) ejusdem fere aetatis vel paulo antiquioris, quas ex ore vel libro Ultani episcopi sui magistri († c. 656), de quo supra, scripsit. »Facile constat inter eruditos, inquit Hogan in praef. suae edit., post confessionem Patricii, utrumque monumentum . . . antiquissimum esse omnium, quae de s. Hiberniae apostoli historia ad nos pervenerint. Imo non dubitat Petri (Antiquities of Tara p. 107), omnes vitas Patricii, quas edidit Colgan, ex hoc solo fonte prodiisse.« Et antea jam monuerat, »ea documenta summi momenti inter omnia, quae de s. Patricii historia conscripta habemus, ab omnibus eruditis facile aestimari.« Cum vero quae ex iis protulit Guil. Betham tali incuria vel inscitia edita sint (in suis Irish Antiquarian Researches p. II, Dublin 1827) novam accuratissimam editionem operam conferentibus patribus Bollandianis adornavit Ed. Hogan S. J. in Analectis bollandianis, Bruxellis 1882 I, 545—585; II, 35—68, cum additamentis ib. 213-239; ea pariter reperies in Withley Stokes The Tripartite Life of St. Patrick, London 1887 t. 2, quae est nova et accuratissima ed. op. Colgan Trias Thaumaturga.

344. In Oriente scripsit *de vita et exsilio et afflictionibus s. Joannis Chrysostomi* Theodorus Trimithuntis in insula Cypri episcopus, qui interfuit synodo VI. a. 680, quod scriptum primum edidit card. Mai in bibl. nova PP. VI, 263; inde Migne P. G. XLVII, LI—XC. Ea non caret pretio, quamvis subinde parum credibilia contineat. — Alterius forte Theodori episcopi urbis Paphos est *vita Spiridionis* ep. trimithuntis lecta in die anniversaria mortis 12. Dec. 655 in Trimuthi ecclesia: cujus fragmenta edidit H. Usener Jahrb. für prot. Theol. 1887 XIII, 222—232. — Antonius quidam magistri sui s. Georgii Chozebitae conf. et monachi (sec. VII) *vitam* descripsit, quae juxta Joan. Pinium plane singulares sinceritatis characteres prae se fert, magnique momenti est pro historia ordinum Orientis. Eam habes cum miraculis in Analectis bolland. 1888 VII, 97—144; 336—359 cum miraculis p. 360-370. — Joannes archiepiscopus thessalonicensis (fl. 680) collegit *miracula s. Demetrii M.* Thessalonicae in Macedonia (c. a. 306) et hujus urbis patroni, quae habes in Act. SS. Oct. IV, 104—160. Cf. Ehrhard apud Krumbacher p. 192 de aliis ineditis, quae hujus Joannis esse videntur.

[1]) Cf. Potthast p. 1222; Bellesheim Gesch. der k. K. i. Irl. I, 15. 33. 70. Idem Colgan ed. et *vitam s. Brigidae*, quae tribuitur Cogitoso abbati hiberno estque stilo barbaro conscripta. Habes eam in Migne P. L. LXXII, 775—791. Porro Cogitosi nomen videtur esse nomen latinum pro nomine Mactheni, quod nomen est patris Muirchu, qui sec. exeunte VII. scripsit vitam s. Patricii. Juxta alios tamen ea vita videtur esse recentior.

[2]) Cf. J. B. Bury Tirecháns Memoir of St. Patrick in The English Hist. Rev. 1902 Ap. p. 235—268.

345. Quosdam praeter jam laudatos adhuc nominemus, quorum scripta ad theologiam practicam et asceticam referri possunt. Sub nomine Joannis Karpathii ab insula intermedia inter Cretam et Rhodum dicti, qui floruit medio sec. VII., exstat duplex collectio *regularum* pro monachis, scil.: Ad monachos in India, quorum rogatu *capita hortatoria* sive documenta spiritualia (Migne P. G. LXXXV, 791-812); et alia capita collegit (ib. p. 811-826). — *Regulam sancte vivendi* pro virginibus condidit s. Donatus Wendelini Transjurani filius a s. Columbano baptizatus et in sanctissimum virum institutus, ad vesontinam sedem a clero et populo vocatus[1]). Episcopus ordinatus (624) inter clericos arctissimam monasticam vitam excoluit secundum regulas s. Benedicti et s. Columbani: condiditque in urbe monasterium, et ejus mater piissima aliud pro virginibus († 651). Habes passim eam regulam, ut in Holstenii cod. reg., Romae 1661 p. III; Brokie cod. reg.; Migne LXXXVII, 273—298. — Duplicem regulam seu *regulam* cum supplemento condidit s. Fructuosus regio sanguine ortus, ducis exercitus hispani proles, qui spreto mundi fastu monachi amplexus est vitam. Factus est ex dumiensi episcopo archiepiscopus bracarensis (a. 656)[2]). Floruit magnis virtutibus et miraculis, plura condidit monasteria pro viris et feminis decessitque c. a. 670. Colitur ejus memoria 16. Apr. Habes illam regulam apud Holstenium in cod. reg. II, 137 ss.; Migne LXXXVII, 1099—1130. — Theodoro archiepiscopo cantuarensi tribuitur *Poenitentiale*. Patria erat tarsensis, n. 602, studiis operam dedit Athenis, inde in Italiam migravit et a Vitaliano romano pontifice electus est in archiepiscopum cantuariensem missusque in Angliam (668). Summa sollicitudine suam rexit ecclesiam, abusus, qui jam irrepserant, abrogavit, disciplinam restauravit, quem in finem plures coëgit synodos[1]) nationales (673. 680. 684), novas condidit dioeceses, scholas erexit: quamobrem s. Beda ejus in Angliae ecclesiam merita effert et a Bellarmino dicitur ‚magnus ecclesiasticae rei in Anglia promotor († 19. Sept. 690).' *Poenitentiale* ei tributum omnibus, quae reperiri potuerunt, ejusdem capitulis adauctum, per canones selectos ex antiquissima canonum collectione msc., nec non per plura ex variis poenitentialibus hactenus ineditis excerpta expositum, praeclaris ecclesiasticae disciplinae monumentis, quae ex optimis codd. msc. selecta sunt, confirmatum Jac. Petit primus in lucem edidit, cum pluribus conciliorum canonibus contulit, dissertationibus et notis illustravit, Parisiis 1677 t. 2 in 4; reperitur etiam in coll. conc. Labbe t. VI; Hardouin t. III; Mansi t. XII; in Migne P. L. XCIX, 901—1231. Alia vero capitula *de poenitentia* (168) sub Theodori nomine vulgavit D'Achery

[1]) Cf. Hist. lit. III, 570—73.

[2]) Cf. Nic. Antonius in Hisp. vet. V c. 5 n. 261 ss., apud Migne l. c. p. 1087-1098; Gams KG. Spaniens II, 2, 152-158; Fritz KL. IV, 2067. *Vitam* ejus scripsit s. Valerius monasterii s. Petri de Montibus Compluti abbas († 25. Febr. 695) in op. inscripto: *Memoratio mirabilium*, quae Deus per boni obsequii famulatum s. Fructuosi ep. ad corroborandam fidem credentium statuit ad salutem, quam habes in Tamaji Martyrol. hisp. t. II ad 16. Apr.; Mabillonii sec. II. annal. OSB. p. 581—590; in Actis SS. ad 16. Apr. II, 431—436; Migne P. L. LXXXVII, 459—470, ubi p. 417—459 alia opp. ejusdem fragmenta ex Florez Hisp. s. t. XV reperies. Cf. de eo Nic. Antonius op. cit. l. V c. 7 p. 411—413.

[1]) Habuit et synodum 680, in qua quinque amplectitur conc. oecumenica, orthodoxam tuetur fidem et monotheletismum damnat. Forte de hac intelligi debent, quae refert Anonymus mellic. de script. eccl. c. 27: „Audiens CP. ecclesiam haeresi Euticetis (i. e. Eutychis) valde turbatam synodum collegit, et ubi omnium in fide catholica consensum audivit: hunc ad instructionem memoriamque sequentium synodalibus literis commendavit."

in Scipil. IX, 52 ss.; ed. 2. 1, 486. Neutra tamen collectio genuina censeri potest, quamvis forte aliqua ejusdem capitula Theodori sint. Sed en a. 1840 inter Ancient laws and instituts of England sub regiminis auspiciis editis prodiit *liber poenitentialis* Theodori archiep. cantuarensis ecclesiae, quem Kunstmann die lat. Pönitentialbücher der Angelsachsen, Mainz 1844 p. 43 ss. recepit et genuinum tandem censet Theodori opus, quam opinionem reprobat Hildenbrand Untersuchungen über die germanischen Poenitentialbücher, Würzburg 1851 p. 8—38, juxta quem liber hic est sex. IX. et forte Alcuini. Demum reperta fuit collectio quaedam constans ll. 2 compilata a quodam discipulo Umbrensium ex diversis responsis Theodori ad diversas interrogationes, quam habes apud Schmitz die Bussbücher I, 525—550. Ea forte plura continet, quae Theodoro nostro debentur, atque fons est trium harum compilationum. Cf. de hac controversia recentiori nostra aetate agitata Schmitz op. cit. Mainz 1883 I, 510—524 et longe fusius et accuratius II (Düsseldorf 1898) p. 510-580; Bright Early English Church History, London 1897 p. 406, qui partes saltem quasdam censet certo non esse genuinas, alias vero tribui posse Theodoro[1]). — Aliud exstat *Poenitentiale* seu l. *de mensura poenitentium* Migne LXXXVII, 978—998; Wasserschleben die Bussordnungen der abendländ. Kirche, Halle 1851 p. 460-493; Schmitz Bussbücher und Bussdisciplin, Mainz 1883 p. 602—676, sub nomine Cumeani (Comean, Cumian, Cumin, Comin), sed difficilis est quaestio, quisnam hic fuerit, cum salten 21 clerici occurrant in historia ecclesiastica Hiberniae hoc nomine praediti. Non desunt qui opinentur eundem illum esse cum Cumeneo cognomento Albo biographo s. Columbae (cf. supra p. 585 a.): hic tamen videtur antiquior esse auctore Poenitentialis, quem conjiciunt floruisse ineunte sec. VIII, et forte fuisse illum episcopum hibernum, qui sub Luitprando rege (711—744) in monasterio bobiensi a. aetatis 95 decessit atque 19. Aug. in Ecclesia hiberna inter sanctos colitur. Aliis est ille Colmanus episcopus lindisfarnensis, qui 661 († 676) scripsit epistolam *de controversia paschali* ad Segienum ab. huensem (Migne LXXXVII, 969—978), quae ab aliis tribuitur[1]) Cumeneo, vel Cumeano cognomento Longo episcopo cluenfeartensi († 661). Alii singulis horum trium scriptorum suum statuunt auctorem, alii omnium trium unum esse putant. — Casus pastoralis dirimitur in judicio Chrodoberti (Ruotberti) archiepiscopi turonensis (fl. c. 670) de muliere, quae, postquam Deo consecrata castitatem voverat, adulterium perpetravit, quod primum protulit Quesnellus in notis ad. ep. 83 s. Leonis (Migne LIV, 1424—1426). — Casum moralem solvit Evantus (Evantius) juxta d'Aguirre archidiaconus toletanus, juxta Mabillon, probabilius abbas troclarensis in dioecesi albiensi[2]), qui floruit exeunte sec. VII., in *epistola* contra eos, qui Caesaraugustae in Hispania sanguinem animalium immundum esse judicant, et carnem mundam esse dicunt, quam edidit Canisius Lect. antiq. V, 2, 553; ed. novae 1, 522; et praeter alios Migne LXXXVIII, 717—722.

346. Jam ad liturgiam sensu saltem laxiori veniamus. Praetermissis Conantio episcopo palentino († 639) ecclesiasticorum officiorum, juxta Ildephonsum de vir. ill. scriptis c. 11,

[1]) Cf. Zimmermann KL. XI, 1511.

[1]) Cf. Funk KL. III. 1239. Bellesheim Gesch. der k. K. in Irl. I, 181. 183. hanc ep. tribuit Cumeano abbati monasterii durowiensis, postea forte huensis, qui eam scripserit a. 633.

[2]) Cf. Hist. lit. III, 652.

ordinibus intento et provido: „nam melodias soni multas noviter edidit, orationum quoque libellum de omnium decenter conscripsit proprietate psalmorum“: quae omnia perierunt, et Joanne episcopo Bassorae c. 650, cujus *Anaphoram* exhibet Renaudot in coll. liturg. Parisiis 1716 t. II, memorandus hic est s. Hildephonsus (Ildephonsus) natus Toleti ex nobilissimis parentibus, ut fama fert, c. a. 607, et a s. Isidoro Hispali omnibus in disciplinis egregie institutus[1]). „Divino tactus spiritu vita delectatus est monachorum, contemptisque parentum rerumque mundanarum affectibus agaliense monasterium petiit, cujus fugam rabido furore insequens pater, uno tantum maceriae impeditus est obice, quo et furentis delusa est quaesitio et fugientis salvata devotio[2]). . . . Rector deinde effectus agaliensis coenobii monachorum mores exercuit.“ E monachorum praefectura, Eugenio II. (vulgo III.) ejus avunculo diem suum obeunte, ad toletanae ecclesiae regimen invitus principalique, ut ipse dicit, violentiae cedens, transfertur (657). In pontificio toletano veluti ‚facula ardens‘ ut Cixila loquitur, omnem Hispaniam castimoniae, prudentiae christianaeque doctrinae, heroicarumque virtutum radiis perlustravit. Ad superos abiit 23. Jan. 667, quo die ejus memoria celebratur in martyrologio romano. Scripsit quam plurimos libros, quorum tamen plures perierunt. Supersunt adhuc *de Virginitate s. Mariae* contra tres infideles, scil. Helvidium, Jovinianum et Judaeum (Migne XCVI, 53—110), quorum virus scil. errores contra bb. Virginem tunc forte per Hispaniam diffundebantur. Liber praeclarus, in quo amore ergo b. Virginem totus succensus aestu quodam corripitur in blasphemas adversariorum opiniones singularique stilo, qui in aliis ejusdem ll. non occurrit, utitur coacervando expressiones synonymas, quamobrem a nonnullis dictus est liber synonymorum. Prodiit primum Valentiae 1556; Basileae 1557; Parisiis cura Feuardentii[1]) 1577; in bibl. PP. paris. 1589 t. IX etc. — Annotationum *de cognitione baptismi l.* unus, seu l. adnotationum de ordine baptismi[2]), et de progressu spiritualis deserti seu l. *de itinere deserti*, quo pergitur post baptismum (p. 171—206): quae duo opuscula non tam de suo composuit quam ex variis ss. patrum sententiis collegit. Utrumque reperies in PP. toletanorum editione I, 163; et 232 ss.; in Baluzii Miscell. II, 15, Lucae 1761. — *Epistolae*, si duas excipias, perierunt, sicut et plura ad liturgiam spectantia, ut missae, hymni et sermones. *Sermones* enim, qui sub ejus nomine circumferuntur ut (9) *de assumptione b. M. V., de* ejus *purificatione, nativitate*, dubii sunt. — Libellus *de virorum illustrium (14) scriptis* est velut quaedam additio ad ejusdem argumenti l. s.

---

[1]) Alius ab eo est Ildefonsus (Eldefonsus) hispanus, ut ajunt, episcopus (cujus tamen nulla mentio apud Nic. Antonium), qui c. a. 845 (hinc junior dictus) narrat *revelationem* sibi factam, in cujus enarratione exponit mystice, quae sit hostiarum in s. eucharistia inscriptio, quantitas, numerus, pondus, rotunda figura, azymi qualitas et coctio intra ferrum. Editione dignum habuit nec citra rationem, inquit Fabricius II, 242, Mabillonius ad calcem diss. de azymo et fermentato Parisiis 1674 in 8; recusum ad calcem novae ed. veterum anal. ib. 1723 p. 549—51.

[2]) In elogio s. Juliani in append. ad l. de vir. ill. ipsius Hildephonsi Migne XCVI, 43. Cf. de eo Nic. Antonius bibl. hisp. V. l. V c. 6 apud Migne ib. 9—42: Peters KL. VI, 600—603. — Vita a Cixilano seu Cixila episcopo toletano († c. 783) concinnata (ib. p. 43-48) est legendae instar.

[1]) Hic subjecit tamquam Ildephonsi opusculum *de partu Virginis*, qui tamen est Paschasii Radberti (865).

[2]) Hujus l. pars altera censetur a nonnullis l. Justiniani ep. valentini, de quo supra p. 483 egimus.

Isidori, cujus scopus non tam est literarius quam potius quaedam exaltatio sedis toletanae, hinc fere episcopos recenset toletanos, etiamsi scriptis non innotuerint, ideoque est valde incompletus minorisque pretii[1]). Spuria sunt l. *de corona b. M. V.; continuatio chronicorum* b. Isidori, *Epigrammata* a Pseudo-Juliano in collectione variorum carminum ei attributa. Habes haec omnia collecta in ss. PP. toletanorum ed. Matriti 1782 t. I et Migne XCVI, 53—330. De ejus *historia* de eo, quod Wambae principis tempore in Galliis exstitit gestum cf. Ebert Gesch. der christl. lat. Literatur I l. 3 c. 33.

347. Hisce addantur s. Desiderius (Didier) Obrege (Albige) e nobili genere, qui adhuc adolescens thesaurarius erat Clotarii II., quo in munere magnam prudentiae, aequitatis ac integritatis laudem est consecutus. Piam illibatamque in aula duxit vitam. Mortuo Rustico episcopo cadurcensi ejus fratre, ob »angelicos mores et sacerdotalem conversationem«, ut inquit rex in literis ad episcopos, duces cunctumque populum, etsi laicus promotus est ad illam cathedram (8. Apr. 630). Inter illustriores censetur illius temporis praesules ecclesiae gallicanae, imo ejusdem Oraculum dicitur ab auctore anonymo vitae ipsius accuratae et commendatione dignae (apud Labbe in bibl. novae msc. I, 699 coll. appendice, Migne P. L. LXXXVII, 219—246). Decessit 15. Nov. 655; alii tamen alium mortis assignant annum[2]). Supersunt tantum *epistolae* XVI perbreves stilo minus eleganti compositae (et viginti una ad ipsum), quas habes apud Canisium, qui sibi permisit correctiones, Ant. lect. V, 526—537; ed. 2. I, 636-642, Migne P. L. LXXXVII, 247—268; Bouquet Rec. IV, 36—49, Arndt 1892 etc. — Eugenius antistes toletanus, qui cum adhuc clericus esset »vita monachi delectatus est, ut scribit[1]) s. Ildephonsus, ejus successor. Qui sagaci fuga urbem Caesaraugustanum petens, illic martyrum sepulcris inhaesit ibique studia sapientiae et propositum monachi decenter incoluit: unde principali violentia reductus atque in pontificatum adscitus (toletanum a. 646) vitam plus virtutum meritis quam viribus egit. Fuit namque corpore tenuis, parvus robore, sed valide fervescens spiritus virtute, studiorum bonorum vim persequens, cantus pessimis usibus vitiatos melodiae cognitione correxit, officiorum omissos ordines curamque discrevit[2]). Scripsit *de s. Trinitate* libellum et eloquio nitidum et rei veritate perspicuum«, qui tamen periit. De ejus laboribus, quibus reformavit Dracontii de creatione libellos, jam supra diximus p. 445 Plura reliquit epigrammata etc. Haec omnia prodierunt collecta cura Sirmondi Parisiis 1619; in PP. tolet. ed., Matriti 1782; in Gallandi bibl. t. XII; in Migne P. L. LXXXVII, 358—418 in tres distincta pp., in quarum l. continentur *carmina*[3]) 31;

[1]) Cf. Dzialowski, qui illum post multas editiones accurate cum l. s. Isidori de viris ill. edidit, notis illustravit et sat rigido examini critico subjecit, Münster 1898.

[2]) Hist. lit. III, 580—84; René Poupardin La Vie de s. Didier Ev. de Cahors (630—755) publ. d'après les manuscrits de Paris et Copenhagen Paris 1900, in qua exhibet vitam antiquam sec. VIII exeuntis vel ineuntis IX.

[1]) De vir. ill. scriptis c. 14. Cf. vita ex Coll. PP. tolet. a Lorenzana ed. Migne LXXXVII, 553—58; Nic. Antonius in bibl. hisp. vet. V, 5 n. 251 ss., ib. 347-352; Schroedl KL. IV, 975.

[2]) Cf. Hier. Romeri explanatio cantus Eugenii seu Melodici apud Migne LXXXVI, 33 s.

[3]) Cf. Baumgartner IV, 241: Er ist ein warmfühlender, liebenswürdiger Mensch, mit dichterischem Formgefühl begabt, der aber der Ueberlieferung und Uebung der altklassischen Muster schon zu fern steht, um ihrer Formschönheit nacheifern zu können, für seine Zeit aber noch einen achtenswerten Rest davon besitzt.

in 2. Dracontii *Hexaemeron* ab ipso reformatum; carmina, epitaphia etc. (89) miscellanea brevissima; in 3. duae ipsius *epistolae* et duae ad ipsum. Interfuit conc. toletanis VII. et VIII; praefuit IX. et X. Tandem aegra valetudine confectus, qua omni pene vita usus fuerat, diem supremum obiit 13. Nov. 657, quo die ejus inter sanctos memoria colitur.

XII.

Scriptores ecclesiastici seculi VIII.

Pars prior (701—750).

348. Tota hac priori sec. VIII parte unus prae ceteris theologis speciali attentione dignus est v. Beda[1]) (Baeda), ecclesiae anglicanae lumen, natus in vico Scotiae propinquo Girvum (vernacule Gyrwy seu Jarrow) dicto a. 674 (juxta alios auctores etiam graves 672). Cum esset a. septem cura propinquorum datus est educandus abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido, cunctumque ex eo tempus in ejusdem monasterii girwensis habitatione peregit. Ibidem omnem meditandis Scripturis operam dedit, atque inter observantias disciplinae regularis et quotidianam cantandi in ecclesia curam, semper aut discere aut docere aut scribere dulce habuit. Nullum fuit artis aut disciplinae genus, in quo vir discendi avidus non fuerit diligentissime versatus: in cujus rei subsidium etiam graecam linguam sibi comparaverat. Decimo nono vitae a. diaconatum, tricesimo gradum presbyteratus suscepit et ex eo tempore usque ad a. aetatis suae 59 varia coepit in Scripturam s. suae suorumque necessitati opuscula componere: sed et patribus addictissimus fuit, ita ut non tam nova cuderit opera, quam ex ipsorum monumentis collectanea excerpsisse videatur atque ita transfudit thesauros eruditionis ecclesiasticae antiquae canalis instar uberis in Angliae gentes totumque medium aevum, cujus magister dici potest[1]). Morum sancti-

[1]) Fuerunt haud longo tempore ab invicem summoti duo alii viri Bedae nomine appellati: Major Beda presbyter et monachus lindisfarnensis a Beda in Vita s. Cuthberti c. 37 laudatus. Alter Beda Caroli M. aequalis ut monachus sanctus laudatur.

[1]) Ad rem Werner Beda der Ehrwürdige und seine Zeit. Wien 1875 pag. 35: Für ihn handelte es sich nicht mehr (wie für Isidor) das Alte und Überlieferte zu sammeln um es zu retten und zu erhalten, oder wenigstens die Kunde davon den nachfolgenden Geschlechtern zu übermitteln, sondern die aus dem Zusammenbruche der alten Culturwelt geretteten und erhalten gebliebenen Bildungsschätze und Bildungsmittel für die Zwecke des christlichen Unterrichtes zu verwenden, welches die Unterlage des Bildungslebens der jungen germanischen Welt zu werden bestimmt war. Die Anfänge dieses neuen Bildungslebens nehmen sich, wie sie uns in den Leistungen Beda's repräsentirt vorliegen, schlicht

moniam, quam in seipso exprimere toto animo studuit, etiam in aliis, quoad potuit tum languentem excitare tum violatam resarcire curavit. Quamplurimos habuit discipulos, cumque viris insignioribus suae patriae familiaritatem iniit. Laboribus confectus »illa Ecclesiae catholicae lucerna, scribit Turgotus l. 2 de eccl. dunelm. c. 14, ad eam, quae se illuminaverat lucem, illa vena aquae salientis in vitam aeternam ad fontem vivum Deum pervenit a. aetatis suae 59 (26. Maj. 735).« Multis elogiis celebratur Beda ab auctoribus tum subparibus tum posterioribus, ab Alcuino ut ‚nobilissimus nostri temporis magister', »quem naturarum dispositor Deus, inquit Notker Balbulus de interpret. div. Script. c. 2 (Migne CXXXI, 996), qui quarta die mundanae creationis solem ab Oriente produxit, in sexta aetate seculi novum solem ab Occidente ad illuminationem totius orbis direxit.« ‚Candela Ecclesiae' a Bonifatio salutatur. Magno quoque consensu jam ab antiquis ‚Venerabilis' nomine honoratur[1]).

349. Quam plurima reliquit opera, quae passim collecta prodierunt Parisiis 1521; 1544; Basileae 1563; Coloniae 1612; 1688 t. 8; Londini 1843. 1844 t. 12 in 8; Migne P. L. t. XC—XCV, quae tamen ed. omnes carent accuratione. In Migne t. 1 continentur didascalica: *De orthographia; de arte metrica; de schematis* et tropis s. Scripturae (ed. Halm Rhetores lat. min. p. 607), *de natura rerum* (cum glossis incerti auctoris Migne XC, 187—278), quo l. exhibet ducibus Isidoro hisp. et Plinio quandam cosmographiam; *de temporum ratione* (ib. 277—578), in quo l. temporum partes, species et discrimina cursim exponit, in fine breve chronicon seu de sex hujus seculi aetatibus exhibet[1]), deque temporibus antichristi, de die judicii deque septima et octava aetate seculi futuri disserit. Hisce in ll. Isidori hisp. scripta prae oculis habet. Prodiit de sex mundi aetatibus ad a. 726 apud Jo. Smith inter opera historica Bedae Cantabrige 1722 in f.; cura Jo. Stevenson Londini 1841; in Mon. hist. Brit. 1848. I, 83—102; in Mon. Germ. auct. ant. XIII p. 2 p. 223 cur. Mommsen. *De ratione computi* per interrogationes et responsiones; *de paschae celebratione* l. sive de aequinoctio vernali juxta Anatolium (cf. supra pag. 102). et de ordinatione feriarum paschalium; *de tonitruis* libellus. Subjiciuntur dubia vel spuria, quorum plura Bedae sunt plane indigna: Cunabula grammaticae artis Donati a Beda restituta; de octo pp. orationis libellus; de arithmeticis numeris; de computo dialogus; de divisionibus temporum; de arithmeticis propositionibus; de ratione calculi libellus; de numerorum divisione; de loquela per gestum digitorum, et ratione unciarum; de argumentis lunae;

---

und bescheiden genug aus, bekunden aber zugleich auch einen solchen Fond von tüchtiger gesunder Kraft und Leistungsfähigkeit und unermüdlich ernstem Streben, dass der unmittelbare Eindruck desselben von vorneherein uns ein freudenerweckender, hoffnungsreicher ist. Cf. Wattenbach t. 1 s. II § 2: Einen Mann wie diesen Beda hat die gesammte irische Kirche nicht hervorgebracht; er war der Lehrer des ganzen Mittelalters.

[1]) Plura cf. in ejus vita scripta partim a Cuthberto, ejus discipulo (cf. Act. SS. 29. Maj. VI, 721; Migne 90, 35-42) et Turgoto priore dunelmensi (de quo egimus Nomen l. IV, 34) in Actis SS. 27. Maj. VI, 720-723; Migne l. c. 59-68. Cf. alias vitas ib. et elogium auctore Mabillonio ib. p. 9—36; Werner Beda der Ehrw. und s. Zeit Wien 1881 et KL. II, 169—74.

[1]) Dieses Werk, inquit Ebert l. infra cit., ist aus einem Felde streng wissenschaftlicher Studien hervorgegangen, auf welchem Beda's Gelehrsamkeit für jene Zeit wahrhaft bewundernswerth erscheint... dessen Einfluss im Mittelalter sich selbst noch weiter als der seiner Kirchengeschichte erstreckt hat.

Computus vulgaris, qui dicitur Ephemeris, de feria, de luna et his quae ad lunam pertinent i. e. epactis, mensibus, signis, terminis, annis cycli decemnovennalis (auctoris forte sec. XIII.); de embolismorum ratione; decemnovennales circuli; canones lunarium decemnovennalium circulorum; de mundi coelestis terrestrisque constitutione; Musica theorica, quadrata seu mensurata; de circulis sphaerae et polo; de planetarum et signorum ratione; pronostica temporum; de mensura horologii; de astrolabio; de nativitate infantium; de minutione sanguinis, de septem mundi miraculis; sententiae sive axiomata ex Aristotele et aliis praestantibus ordine alphabetico collecta una cum brevibus, quibusdam explicationibus l. sec. XIV. forte non antiquior (Parisiis 1604); Proverbia; de substantiis seu bonis monasteriorum non alienandis neque donandis, neque dissipandis, qui l. est alicujus monachi benedictini sec. XII. vel XI. non antiquioris; elementorum philosophiae ll. 4, qui videntur spectare ad Guil. de Conchis; Similitudo arcae Noe; Sibyllinorum verborum interpretatio, uterque libellus Beda indignus.

350. T. 2. 3. et 4. continentur *exegetica: Hexaemeron* sive ll. 4 in principium Geneseos[1]) usque ad nativitatem Isaac et ejectionem Ismaelis, quos defloravit ex Basilii, Eustathii, Ambrosii, Hieronymi et Augustini operibus (Migne XCI, 9—189); *in Pentateuchum* (189—394); *de tabernaculo* et vasis ejus ac vestibus sacerdotum ll. III (393—499); *in Samuelem* prophetam allegorica expositio ll. IV (499-715); *in ll. Regum* qq. XXX (715—735); *de templo Salomonis* (735-807); *In Esdram et Nehemiam* ll. III (807—923); in *l. b. Patris Tobiae* (923—937) allegorica interpretatio „qua simplicem historiam vertere conatus est in allegoriam (Notkerus Balb. l. c. c. 3)“; *super Parabolas Salomonis* allegorica expositio ll. III (937—1039); eadem tamen reperitur inter opera Rhabani Mauri (Migne CXIV, 679); *de muliere forti* (1039-1051); *in proverbia Salomonis* allegoricae interpretationis fragmenta (1051—1066); *in Cantica canticorum* allegorica expositio ll. VII (1065—1236), quorum VII. collectus est ex operibus s. Gregorii M.; *super canticum Habacuc* (1235—1254). — *In quatuor Evangelia* expositio (prolixa in Migne t. XCII), in qua utitur libenter patrum commentariis; ea vero quae est in Matthaeum pluribus videtur dubia; ea vero, quae est in Ev. s. Joannis, saltem ea forma, qua nunc habetur, ab aliquo retractata fuit, cum respiciatur in ea controversia contra adoptianos. — *Super acta apostolorum* expositio (ib. 937—996); cui subjicit libellum *retractationis* (995—1032) „studio maxime vel addendi quae minus dicta, vel emendandi quae secus quam placuit dicta videbantur“; necnon qq. V in Acta ap. et *expositionem* de nominibus locorum vel civitatum, quae leguntur in l. Actuum ap. Utitur autem libenter in sua expositione carmine Aratoris (p. 529) in eosdem actus. — Expositio *super epistolas catholicas* (XCIII, 9—129); *explanatio Apocalypsis* juxta Tychonii (cf. supra p. 302 a.) regulas (129-206). — Hisce subjiciuntur dubia et spuria: *De sex dierum creatione* l. sententiarum ex PP. collectarum (207—234); *quaestiones* super Pentateuchum, ll. Josue, Judicum, Ruth, ll. Regum, quae omnia sunt auctoris sec. forte X (233—456); aliquot qq. l. (456—478); *de l. Psalmo-*

[1]) Inscripsit illos s. Accae episcopo hagustaldensi in Anglia ipsi carissimo († 740), ad quem exstant etiam sex v. Bedae *epistolae*. Acca vero epistola Bedam incitavit ad illustrandas sacras literas. Exstat ea inter opera Bedae praemissa commentario in s. Lucam. Ex Bedae vero literis ad Accam colligitur, eum insignem plane fuisse praesulem.

rum exegesis (477—1098—1128). Continuam in Pauli ep. expositionem ex solis s. Augustini operibus composuit, sed ea, quae sub ejus circumfertur nomine ed. a Gaufrido Boussard, ad Florum lugdunensem spectare videtur et est retractatio quaedam operis Bedae (Migne CXIX, 279-419): hujus vero compilationem Mabillonius reperit, sed non edidit. Plures ex ejus *commentariis,* ut in Esdram et Nehemiam, Isaiam et distinctiones capitulorum in Is. ex Hieronymo excerptae, commentaria in partem Jeremiae, in Danielem, prophetas minores, capitula lectionum in Pentateuchum, Josuae et Judicum perierunt. Evangelia in linguam anglosaxonicam vertit et ultimo versu Ev. s. Joannis dictato vitae quoque terminum attigit. De ejus laboribus in s. Scripturam ita Cornely Introd. gen. n. 244 ed. 2 censet: »V. Beda maximum ecclesiae anglicanae lumen non tantum omnes suae aetatis interpretes multum superat, sed etiam inter omnium aetatum meliores interpretes non ultimo loco est nominandus. Quamquam enim antiquorum patrum sententias collegit, suis tamen multis et egregiis annotationibus illas auxit et illustravit . . . Quatuor illos sensus, quos postea interpretes scholastici excoluerunt, v. Beda agnovit, ita tamen ut typicum inter et allegoricas applicationes non clare distingueret; typicum autem maximi fecit latiusque quam par est, extendisse videtur, et vix non figuristis praelusit.«

351. T. 5 continentur opera paraenetica, scil. *homiliae* ll. III, quorum l. et 2 complectitur XLIX, quae dicuntur genuinae, quibus l. 3. subjiciuntur[1]) homiliae subdiditiae, plerumque segmenta ex ejus commentariis (109 XLIV, 9—515). Homiliae stilo quidem simplici, sed unctione plane sunt concinnatae. — *Libellus precum,* quae versibus sunt expressae; opera ascetica dubia: *de officiis* l. ex quorundam patrum dictis excerptus (531—540); excerptiones patrum, meditationes de remediis peccatorum (540—576) etc. — *Carmina*[1]), inter quae haud ultimum est (575—596) *vita Cuthberti* sancti nationalis virtutibus et miraculis celeberrimi († 687), quam etiam prosa narrat, in qua miracula praesertim refert, dum in carmine reliquam sancti vitam respicit (ib. 729—790); in Mabillon Act. SS. II, 877—937; in Act. SS. 20. Mart. III, (97—116); passio *s. Justini M.* galli e tempore Diocletiani (metrica, sed dubia); *martyrologium* metricum (603—606), cujus genuinitas tamen est dubia. Sequuntur *hymni* XIII seu XIV (605—638). — Subduntur *carmina* dubia. *Liber hymnorum* diverso metro sive rythmo et l. *epigrammatum* heroico metro interciderunt. — Haec excipiunt *epistolae* (16, ib. 655—710), quas ediderunt cum opp. historicis Smith Contabrige 1722; Stevenson Londini 1841; inter eas magni momenti est ep. ad Egbertum[2]) archiep. eborac. (II). — Magni moment. sunt ejusdem opera historica, scil. *Vita ss. abbatum* monasterii in Wiramutha (Wearmouth, Weremouth) et Girvum Benedicti[3]), Ceolfridi, Eosterwini, Sigfridi atque Hwaetberhti ll. II (ib. 711—730), etiam

[1]) Non fuit facile ex tot homiliis Bedae tributis genuinas discernere. Instituit jam Mabillon examen criticum, illud continuavit et perfecit Morin Revue bénédictine 1892. IX, 316—376.

[1]) Cf. Baumgartner IV. l. 2 c. 4.

[2]) Cf. de ea Werner op. cit. p. 88-91.

[3]) Hujus abbatis praecipue vitam describit, de quo Ebert l. c. p. 640 refert: Die unermüdliche Thätigkeit desselben, der allein fünfmal nach Rom reist, der aus Gallien selbst die Maurer zum Kirchenbau holt, ist wahrhaft bewundernswerth. Benedict hat sich um die Kultur Englands die grössten Verdienste erworben und auch erst die Werke Beda's möglich gemacht. Von jeder seiner Romfahrten nämlich brachte er massenhaft Bücher mit etc.

in ed. Smith et Stevenson cit. (cf. Potthast p. 1202); *vita s. Felicis.* Concinnavit et *Martyrologium* addito martyrum nominibus brevi elogio: ita enim in Hist. eccl. V, 24 (Migne XCV, 289 s.) ipsum describit: »Martyrologium de natalitiis ss. martyrum diebus; in quo omnes, quos invenire potui, non solum quo die, verum etiam quo genere certaminis, vel sub quo judice mundum vicerint, diligenter adnotare studui[1].« Illud, quod olim sub ejus nomine prodiit, genuinum non est; genuinum se reconstruisse censet Papebrochius (sed immerito) ediditque in Act. SS. Mart. II p. VIII—XLII cum Flori lugdunensis diaconi aliorumque auctariis. Martyrologium tamen Bedae fundamentum fuit subsequentium martyrologiorum.

352. Praecipuum denique Bedae opus continetur *Historia* scil. *ecclesiastica* (et politica) gentis anglorum ll. V, a Caesare ad a. 731. Historia quasi praeliminaris ad a. 596 compilatio est ex Orosio, Prospero aquit., Gilda. Accuratius dein agit innixus copiosis fontibus, quos fideliter excerpit, de conversione suae gentis deque ejusdem historia. Saepissime ea seorsim prodiit. Editionibus antiquioribus omissis cura Jo. Smith Cantabrigae 1722; J. Stevenson Londini 1838, editiones optimae; Oxonii 1846 (cum quibusdam opusculis); Londini 1843. 1844 t. 2 in 8 ed. J. A. Giles. Ed. Smith recusa est a Migne XCV, 21—412; cur. Moberly Londini 1869; A. Holder, Friburgi 1890; denuo rec. Car. Plummer cum historia abbatum, Oxonii 1896 t. 2. In alias quoque linguas ea fuit versa, ab anonymo continuata ab a. 731—766. Ea sane est copiosa et admodum pretiosa, quia unica de primis ecclesiae anglicanae originibus, sed ex defectu fontium sincerorum non satis in omnibus fida[1]). Alia quaedam opera perierunt, multa ut jam vidimus fuere ei supposita[2]). Paulus Geyer inter Itinera hierosolymitana (Corpus script. eccl. lat. t.

Cf. de hoc abbate Zellinger Jarrow und Rom im 7. Jahrh. Katholik 1901 II, 193—210.

[1]) Cf. de Bedae martyrologio Solier in praef. ad suam ed. martyrologii Usuardi in Act. SS. Jun. VI. (Migne CXXIII, 482—489), Ild. Veith hist.-pol. Bl. 1895 CXVI, 816.

[1]) Cf. de variis ed. hujus et aliorum opp. historicorum Bedae Potthast p. 137[2] ss.; cf. et G. Wetzel Die Chroniken des Bedae ven. Halle 1878. Ita de eo censet Schoell-Sebass Realencyclop. II[2], 513: Beda vereinigte in sich fast alle Eigenschaften eines Geschichtsschreibers. Er ist der Vater der englischen Geschichtschreibung, der Lehrer und Meister seiner Zeit und der folgenden Jahrhunderte. Die Mit- und Nachwelt hat ihm die gebührende Achtung und Anerkennung gezollt. Seine Kirchengeschichte wurde in zahllosen Abschriften über den Kontinent verbreitet und schon im 9. Jahrh., nach Erzbischof Aelfrids Zeugnis (c. 1000) vom König Aelfred ins Angelsächsische übersetzt. Eam anglice vertit celeberrimus Stapleton praemisso ad Elisabeth reginam praefationis instar *Propugnaculo fidei primitivae Anglorum*, quo fides illa, quae Anglis ante 1000 annos per s. Augustinum tradita fuit, et quae tunc temporis et deinceps per universam Christi Ecclesiam semper viguit, quam nunc protestantes papisticam vocant, orthodoxam esse vereque christianam asseritur (anglice), Antverpiae 1565; quod latine versum a Guil. Rainerio inter opp. Stapletonii reperitur Parisiis 1620 p. 719—816. Cf. de ejus opp. Ebert I[2] l. 3. c. 37, qui inter alia de historia encomia scribit: Ueberhaupt trägt dieselbe das Gepräge einer seltenen Unbefangenheit und Objectivität, die sich selbst in kirchlicher Beziehung, den Scoten gegenüber, bewährt. Hiezu stimmt der gleichmässige ruhige Ton der Erzählung, die in ihren klaren ungesuchten und doch für jene Zeiten so reinen Ausdruck das beste Zeugniss von der durch das Studium der Alten und der besten der älteren Kirchenschriftsteller gewonnenen Geistesbildung des Verfassers ist.

[2]) Cf. Oudin diss. de scriptis s. Bedae de script. eccl. I, 1681—1712, apud Migne XC, 71—101.

XXXIX, Viennae 1898) edidit Bedae l. *de locis sanctis* (p. 301—327) de quibus, »prout potui, ut ipse s. auctor fatetur in fine l., fidem historiarum secutus exposui et maxime dictatus Arculfi Galliarum episcopi, quos eruditissimus in Scripturis presbyter Adamnanus (cf. p. 649) lacinioso sermone describens tribus libellis comprehendit.« — Sub Bedae nomine circumfertur et *poenitentiale,* alia atque alia forma. Forma sat jejuna et manca ejusmodi *Poenitentiale* exhibet Wasserschleben in Bussord. der abendländ. Kirche p. 220—230, illiusque genuinitatem tuetur ib. p. 27—39; exhibet et Schmitz Die Bussbücher I, 556—564; II, 654—659, qui illud suppositum et recentioris originis censet; reperit et Albers atque emendatius edidit in Archiv f. k. KR. 1901 p. 399—418, illudque Bedae tempore compositum fuisse conjicit et probabiliter Bedae esse opus statuit. — *Epistola* Sergii I Papae ad Ceolfridum . . . de Beda ven. Romam transmittendo (Migne P. L. LXXXIX, 33) plus quam dubia censenda est.

353. Nova orta est haeresis hac aetate in Oriente tot aliis turbis jam agitato, auctore Leone III Isaurico imp., qui ignobilis conditionis et moribus rudis sibi imperium usurpavit (717). Circa a. 726 coepit ss. imaginibus bellum indicere easque confringere. Restitit fortitudine apostolica Gregorius II., qui Romae natus, sub Sergio subdiaconus et sacellarius, Constantini pontificis, dum Constantinopolim proficisceretur, comes, demum post pontifices septem originis graecae vel syriacae primus iterum Romanus, cathedram s. Petri conscenderat 19. Maj. 715. Rejecit edicta imperialia de confringendis per Italiam ss. imaginibus, et gravissimas ad imperatorem dedit epistolas (2), in quarum prima c. a. 729 eum fortiter increpat, quod cum de praeceptis patrum servandis saepius scripto promisisset, novissimis literis imaginum cultum vocaverit idololatriam ad easque evertendas sese converterit: et quod neglecto Germano patriarcha CP. improbum Ephesium Apsinari filium audierit. »Scis, inquit, s. Ecclesiae dogmata non imperatorum esse, sed pontificum; idcirco ecclesiis praepositi sunt pontifices a reipublicae negotiis abstinentes, et imperatores ergo similiter abstineant ab ecclesiasticis et quae sibi commissa sunt capessant.« Egregie dein ss. imaginum usum et cultum tuetur. Cum imperator non resipuisset, alteram post a. 729 misit epistolam, in qua iterum inculcat, imperatori non licere immiscere se negotiis ecclesiasticis. Has epistolas[1]) reperit Fronto le Duc primusque edidit Baronius in Annal. ad a. 726, atque inde transierunt in collect. conc. Pontifex quoque concilium forte circa a. 727 habuit, in qua doctrinam catholicam adversus ss. imaginum adversarios asseruit atque vindicavit. Qua de re Hadrianus papa ad Carolum M.: »Dominus Gregorius papa junior una cum 79 ss. episcopis ante confessionem b. Petri apostolorum principis praesidens una simul multorum ss. patrum testimonia roborantes venerari ac adorare ss. imagines censuerunt.« Hinc imperator ira in pontificem excanduit, bisque ejus exarchae ravennates ad mortem ei inferendam insidias, irrito tamen conatu, struxerunt. Magna hujus pontificis merita sunt etiam in Germaniam: nam accepto nuntio de laetis praedicationis s. Bonifatii per eas regiones fructibus eum Romam vocavit, episcopum consecravit iterumque in

[1]) Eas non esse genuinas contendunt L. Guérard, in Melanges d'archéelogie et d'histoire 1890 X, 44—60; et Duchesne lib. lib. pont. I, 413 n. 75, qui tamen non dubitat, genuinas olim exstitisse. Labbe illas tribuit Gregorio III. Cf. Hefele Conciliengesch. III § 332, qui argumenta contra earundem literarum genuinitatem non magni momenti esse censet.

Germaniam remisit ad promovendum stabiliendumque opus evangelicum, omnibus episcopis, presbyteris, magnatibus atque laicis eum commendans et ut ei obediant exhortans. Decessit vir vere apostolicus 10 vel 11 Febr. 731. *Literas* ejus collectas, inter eas aliquas doctissimas, exhibet[1]) Migne LXXXIX, 495—535 coll. Jaffé I, 249—257. Ab Ecclesia inter sanctos colitur 13. Febr., de eoque scribit Baronius ad a. 731 n. 1: „Ejus si scripta exstarent resque ab eo gestae diligentius scriptis mandatae essent, Gregorio Magno haud minorem existimares."

354. Ejus vestigiis institit Gregorius III, „quem viri romani, cum ejus antecessor (Gregorius II.) de hoc seculo migrasset, dum ante feretrum in obsequio sui antecessoris esset inventus, subito eum vi abstrahentes, in pontificatus ordinem elegerunt[2])". Hic postremus romanorum pontificum fuit, qui confirmationem ab imperatore byzantino expetiit. Consecratus est 18 Mart. Iteratis literis nisus est imperatorem a suo revocare errore, sed frustra: synodum quoque habuit episcoporum presbyterorumque 93 circa a. 731, in qua decretum fuit: „Ut si quis deinceps ss. imaginum depositor atque destructor et profanator vel blasphemus exstiterit, sit extorris a corpore et sanguine J. Christi vel totius Ecclesiae unitate atque compage". Pro tanto zelo iniquissime ultus est imperator pontificem pluribus sibi usurpatis patrimoniis sedis apostolicae in Sicilia et Calabria et subtractis Orientis provinciis patriarchatui romano, quas subjecit sedi constantinopolitanae. S. Bonifacium dixit archiepiscopum, pallio honoravit atque potestate auxit, ut ubicunque res postularet, episcopos constitueret, literisque in Germaniam missis ad universos optimates et populum, ad episcopos et presbyteros eum commendavit hortans, ut ei redeunti obsequerentur atque in suo opere apostolico prosequendo juvarent. Sanctitate, fortitudine et prudentia praestans, obiit 28. Nov., qua die ejus memoria recolitur in martyrologio romano, a. 741. *Epistolae,* quae supersunt[1]), leguntur in Migne P. L. LXXXIX 557-587. *Excerptum* ex patrum dictis canonumque sententiis de diversis criminibus et remediis eorum sive judicia congrua pro poenitentibus (Migne ib. p. 587—593) ipsi tributum auctoris junioris esse videtur.

355. Utrique Gregorio merito subjicimus s. Germanum[2]), quem Baronius ad a. 730 n. 6 appellat „propugnaculum ecclesiae CP., lucernam ardentem et lucentem orientalis Ecclesiae, utpote qui non solum sanctis operibus et fidei catholicae defensione universum illustravit Orientem, sed et scriptis ipsam Ecclesiam catholicam luce perfudit". Natus est sub imperio Heraclii († 641) patre Justiniano patricio, viro conspicuo atque celebri, qui plurimas obivit gubernationes publicas, sed ex aemulatione et invidia ab Heraclii nepote interemptus et ipse

---

[1]) Cf. de eo plura Hefele l. c.; Brischar KL. V, 1092—95; Act. SS. Febr. II, 692 ss. etc.

[2]) Cf. vita Gregorii III. in Vignolii lib. pontif. II, 41.

[1]) Cf. de aliis Jaffé op. cit. p. 257—262; KL. V, 1095.

[2]) Hujus praedecessor in sede CP. fuit Joannes, prius diaconus et chartularius (712—715), quem Philippicus imperator induxit, ut anathema synodo diceret oecumenicae VI. Verum Philippico detruso et excaecato ejusque in locum inaugurato Artemio seu Anastasio emendare curavit Joannes, quod male gesserat scripta ad Constantinum papam *epistola*, in qua factum excusat, conceptum de facinore dolorem effert, veniam obnixe postulat atque apostolicae sedis expetit communionem (a. 713; † 715). Eam edidit Combefisius Auctar. bibl. PP. graec. II, 211, inde Migne P. G. XCVI, 1415—1434.

Germanus eunuchus factus est. Totum se hic Scripturarum divinarum studio addixit, contemplationique et ceteris virtutibus acquirendis impendit. Inhaesisse quidem legitur aliquandiu Monotheletarum erroribus, quibus tamen renunciavit. Postea episcopus initiatus ecclesiam cyzicenam suscepit regendam: inde ad constantinopolitanae ecclesiae regimen evectus est. Super candelabrum positus omnibus sua doctrina illuxit ovesque sibi commissas frequentibus concionibus egregie pavit. Cum vero Leonem imp. a ss. imaginum cultu aversum videret eumque neque rationibus neque hortamentis ab haeresi avocare posset, episcopatu se abdicare est coactus (a. 730), seque recepit in domum paternam, ubi pene centenarius decessit 12. Maj. 740. In synodo quidem sub Constantino Copronymo contra ss. imagines habito a. 751 anathema ei fuit dictum, sed ab orthodoxis magnis encomiis semper celebratur. Ita legimus in actis conc. nicaeni II act. 6 (Mansi XIII, 355): »Germanus, qui in sacris literis enutritus et ut Samuel ab infantia Deo deputatus atque ss. patribus est consimilis comprobatus. Cujus sequi disputationes necessarium esse conscripta ejus affirmant per universum orbem. Exaltationes enim Dei in faucibus ejus et gladii ancipites in manibus ejus jaculati contra diffidentes ecclesiasticae traditioni«. Pariter et s. Gregorius II. literis ad eum datis (Migne LXXXIX, 507) ipsum multum laudat atque in bono coepto confirmat. Ab Ecclesia inter sanctos colitur 12. Maj.

356. Egregia reliquit s. Germanus scripta, e quibus tamen plura perierunt, cum a Leone Is. imp. immani in eum rabie igni fuerint tradita. Quae supersunt collecta habes in Migne P. G. XCVIII, 39—454, scil. Narratio *de sanctis synodis* et de subortis jam inde ab origine apostolicae praedicationis haeresibus (ib. 39—88): quae est concinnum controversiarum ecclesiasticarum usque ad sua tempora compendium, quod reperit edidit que Mai in Spicilegii rom. t. VIII, atque aliud est a libello (non genuino) *de sex synodis*, a Justello edito in bibl. can. II, 1161 ss.; quod Le Moyne inter Varia sacra, Lugduni Bat. 1685 I, 68—80 sub Germani nomine edidit, et inde Gallandi XIII, 230 ss. — *De vitae termino* in forma dialogi (89—132), ed. a Mai in Vet. script. bibl. II, 682 ss., quem l. Photius suis Amphilochianis dissimulato auctoris nomine inseruit (q. 169). In eo s. Germanus in biblicis explanandis auctoritatibus fere totus versatur: hinc intelligitur, quare in synaxario graeco (apud Henschenium in s. Germani vita c. 1. n. 3 in Act. SS. Maj. III, 155 ss.) commemorentur ejus profundiorum et obscuriorum s. Scripturae locorum interpretationes. — Pro decretis conc. chalcedonensis *epistola graecorum* ad armenios contra Eutychianorum errorem (135—146), quam ex cod. armeno ab Odoardo Hurmutio archiepiscopo siracensi latine redditam primus edidit Mai bibl. nova II, 585 ss. — Sequuntur *epistolae III* magni momenti pro historia haeresis iconoclastarum (147-222); *orationes IX* (221—384), inter quas septem de b. Maria V. Hae quidem a non paucis asseruntur Germano CP. juniori († 1240), nostri tamen esse videntur[1]). Harum unam scil. sermo-

[1]) Cf. Ant. Ballerini in disquis. crit. de auctore homiliarum in V. Deiparam, quae sub Germani nomine circumferuntur, in sylloge monum. ad myst. conc. immac. V. Deiparae illustrandum, Parisiis 1855 I, 249—86, qui Germano nostro asserit hom. (2) *in adorationem Zonae* et in *Encaenia* aedis Deip., duas *in praesentationem Deiparae* et tres *in dormitionem Deiparae* et II, 285—96 unam *in annunciationem Deiparae;* alteram vero, quam et edidit (ib. II, 296—383), Germano juniori adjudicat. De Germani homiliis ita censet Ehrhard apud Krumbacher ed. 2 p. 67: Die byzantinische Rhetorik zeigt hier ihre charakteristischen Merk-

nem *in ingressum ss. Deiparae* edidit Ballerini op. cit. I, 287-328, et ex ipso nos inter opusc. SS. PP. XXXIV, 202-234. — Dubia est *Historia ecclesiastica* et mystica contemplatio (Migne 383—454; Gallandi P. P. bibl. XIII, 203 ss.), in qua ritus et mysteria missae Graecorum explicantur, quam quidam Germano II. attribuunt. Pro Germano I. militat inter ceteros Rich. Simon: cujus conjectura admissa concedendum erit, ab aliis alia inserta fuisse, ut vix quis distinguere valeat, quae sint Germani nostri. Plura scripta auctoris nostri, ut jam diximus, perierunt[1]), ut l. *de futurae vitae retributione,* quem a stilo et recto dogmate generatimque ab optimo scribendi genere Photius laudat cod. 233. In ea eodem teste Gregorium nyss. tuetur adversus eos, qui illum erroribus Origenistarum inhaesisse censeant, illius opera fuisse hunc in finem corrupta. Labbeus vero, Konigius aliique bibliographi scripta Germani II, quae teste Mai, levioris profecto frugis sunt, nostro incaute adscripserunt. — Hieronymi hierosolymitani, qui hac aetate vixisse conjicitur[2]), exstat Dialogus *de s. Trinitate* inter judaeum et christianum, quem primus edidit Frid. Lindenbrogius Parisiis 1612, et post alios Gallandi vet. PP. bibl. t. VII; Migne XL, 847—860. Eidem tribuitur commentatio cuilibet christiano utilis scil. *de effectu baptismi* et notis christiani, ib. p. 859—866 (jam antea passim, ut Parisiis 1598; Cygneae 1680 etc.).

358. Interpretem s. Scripturae clarum[1]) hac aetate non reperimus. Plura *comentaria,* ut in Job, Ezechielem, Danielem, in Evangelia reliquisse traditur Stephanus de Sünikh, insignis ecclesiae armenae theologus, qui diu CP. studiis incubuit. Redux in patriam factus est archiepiscopus sünikhiensis, sed mox obiit morte violenta ob suum zelum circa medium sec. VIII. Vertisse etiam dicitur plura opera graeca. Ejus opera vel perierunt vel latent msc. Supersunt tantum aliquot ejusdem *hymni* in libris Armenorum liturgicis[2]). — S. Aileranus (Aeleranus, Aereranus, Eleranus) Scotohibernus cognomento ‚Sapiens' presbyter et scholasticus seu magister scholae cluainerardensis in Hibernia, reliquit *interpretationem mysticam progenitorum Christi,* quae cum scriptis Columbanis edita est a P. Flemmingo O. Min., Lovanii 1667 et recusa in

male: Ueberschwenglichkeit der Lobsprüche, Ueberhäufung mit rhetorischen Figuren, Mangel an historischem Sinn.

[1]) Cf Fabricius-Harless XI, 155 (Mignel. c. pag. 9—18); Fechttrup KL. V, 449-452. Bardenhewer § 107 n. 5; Hefele Konziliengesch. III², 363 ss.

[2]) Cf. Battifol Jérome de Jérusalem d'après un document inédit in Revue des qq. historiques 1886. XXXIX, 240—55; Nirschl II, 126.

[1]) Jacobus monachus, postea episcopus edessenus, *commentaria* et *scholia* reliquit in s. Scripturam, quorum passim meminit Duval in op. La Littérature syriaque: sed scriptor fuit sectae monophysiticae scil. Jacobita isque feracissimus († Jun. 708 vel 710). Ejus de fide adversus Nestorium carmen, populare quidem, sed acre, edidit et latinitate donavit Marianus Ugolini: Al sommo Pont. Leone XIII Omaggio Giubilare Romae 1888. Prolixum fragmentum *de pronunciatione Jehova* edidit Nestle Zeitschr. der d. morgenl. Gesellsch. 1878 p. 465—508 col. 735—737. Cf. Kaulen KL. VI, 1156—1158. — De Georgio Arabum episcopo (686—724) pariter Jacobita, cujus supra meminimus (p. 201 a.), cf. Duval passim, praesertim p. 378. Vertit et annotationibus illustravit Organon Aristotelis syriace, absolvit Jacobi edesseni († 708) *Hexaemeron*, reliquit et epistolas dogmaticas aliaque scripta: vir enim erat admodum eruditus et in omni literatura versatus. Cf. de utroque Baumgartner S. J. in KL. XI, 1150; de Georgio praesertim Ryssel Realenc. VI, 522—529, et Ein Brief Georgs ... mit einer Einleit. über sein Leben und seine Schriften, Gotha 1883.

[2]) Vetter KL. XI, 768—770.

bibl. PP. lugd. XII, 37 ss.; in Migne P. L. LXXX, 327—342. *Gesta s. Patricii* ab eo collecta exhibet Colgan in op. *Trias thaumaturga Hiberniae,* Lovanii 1647 p. 35—50. Obiit juxta Chevalier 29. Dec. 664/65; juxta Bellesheim a. 703. — S. Adamnanus (Adamanus, corrupte Adamandus) abbas in monasterio hiensi (679—704), vir bonus et sapiens[1]) et scientia Scripturarum teste Beda hist. Angl. V, 16, nobilissime instructus († prope octogenarius 23. Sept. 704) praeter egregiam *vitam s. Columbae* monasterii fundatoris (cf. supra p. 585 a.), ex relatione praesertim s. Arculfi episcopi gente galli, qui diu versatus Hierosolymis redux vi tempestatis in occidentalia litora Britanniae delatus fuerat, et aliorum (Eucherii, Hegesippi) scriptis composuit ll. 3 *de locis sanctis* vel de situ terrae sanctae, quos edidit Gretser Ingolstadii 1619; Mabillon Sec. III Act. SS. p. 2. pag. 502; et Geyer inter itinera hierosol. pag. 220—297 (in corp. Script. eccl. lat. t. XXXIX) Viennae 1898; Migne P. L. LXXXVIII, 779—814. Hujus compendium exhibet[2]) Beda opp. III, 363—371 Coloniae 1688, atque in aliis opp. ejusdem editionibus; in Migne XCIV, 1179—1190; Geyer Itinera hieros. in corp. Scr. eccl. lat., Viennae 1898 XXXIX, 300—323 etc. — Sub Adomnani nomine edidit Wasserschleben Die Bussordnungen der abendländischen Kirche, Halle 1851 p. 120 ss. *Canones,* in quibus agitur de cibis licitis et prohibitis. Porro hic Adomnanus non est alius a nostro Adamnano.

[1]) Cf. Geyer Adamnanus Abt von Jona. Sein Leben. Seine Werke. Sein Verhältnis zu Pseudo-Eucherius *de locis sanctis.* Seine Sprache, in programmate gymnasii Annaei augustani 1895; Hahn Realenc. I³, 166.

[2]) Cf. Potthast p. 10 et 139; Roehricht Bibliotheca geogr. Palaestinae, Berlin 1890.

359. Neque historicos insignoris auctoritatis hac periodo reperimus. Ad hanc spectare videtur Hippolytus Thebanus natione Graecus, qui diu torsit viros eruditos. Nam fragmenta ejus *chronici* sparsa passim reperiebant, sed quaenam essent genuina, qua vixerit aetate auctor, plane incertum erat. Demum nostra aetate Franc. Diekamp in l. Hyppolitos von Theben. Texte und Untersuchungen, Münster 1898 incredibili sedulitate et sagacitate critica ex innumeris codd. mscr. quantum fieri potuit, illius chronicon restituit ediditque, et eruditis annotationibus illustravit ex antiquitate ea praesertim, quae ille habet de vita Christi et Maria. De auctore vero id unum expiscari potuit, eum scripsisse inter a. 650—750, probabilius posteriori hujus periodi parte. Hippolytus suo chronico, quod non est tanti pretii, videtur historiam voluisse universalem exhibere. Fragmenta jam antea ediderant Gretser Ingolstadii 1603 in 4; Canisius in lect. ant. III p. 1; Schelstrate in op. Antiq. eccl. illustratae Romae 1692; Gallandi bibl. I. XIV etc.

360. Hagiographi sunt Stephanus Heddius (Eddius) O. S. Ben. monachus et presbyter cantuariensis, Bedae carus, qui scripsit saepe panegyristae in modum *vitam s. Wilfridi*[1]) archiepiscopi eboracensis († 12. Oct. 709), cui erat familiaris, apud Mabillon in Actis SS. IV p. I pag. 671 ss. cum supplemento p. 2 pag. 550. — Felix Croylandensis sive Gerwensis O. S. Ben. scripsit ad Ethelbaldum anglorum orientalium regem (720—749) *vitam s. Gunthlaci* anachoretae in Croylandia († 714), quam habes in Act. SS. Mabillonii III, 263 et in Act. SS. 11. Apr. II, 38 ss. cum Henschenii notis. —

[1]) Non satis aeque de hac vita censet M. B. W. Wells Eddi's Life of Wilfrid in The English Historical Revieu 1891 VI, 535—550.

Chilienus (Kilienus, Coelenus, Coelanus) O. S. Ben. coenobii kildariensis c. a. 740 vel 750 carmine partim hexametro, partim elegiaco celebrat *vitam s. Brigittae* scoticae († 523), quod habes in Act. SS. Febr. I, 141. — Godescalcus, diaconus et canonicus leodiensis narrat (c. a. 770) stilo diffuso, rudi et subinde obscuro *vitam s. Lamberti* episcopi Trajecti ad Mosam et martyris († 708) ex relatione Theodoeni ejus comitis, quam nonnihil emendat. Narratio videtur fidelis, sed abundat pro more hagiographorum illorum temporum miris eventibus et reflexionibus [1]), mortisque cruentae causam subticet. Prodiit ea passim ut in Canisii ant. lect. I, 2, 172—190; ed. nova II, p. I pag. 135—146; in Mabillon Act. SS. O. Ben. III, 66—84; in Act. SS. ad 17. Sept. V, 574—581 etc. — Jonae O. S. Ben. monasterii fontanellensis in dioecesi rotomagensi saltem quoad substantiam est *vita s. Wulframni* episcopi senonensis et frisonum apostoli († 720), quae admodum interpolata et deformata exstat apud Mabillon Act. SS. O. S. Ben. III, 355—365; accuratius in Duru Bibl. hist. de l'Yonne, Auxerre 1850 p. 171-183; forte et *vita* [2]) brevis *s. Condedi* anachoretae († c. 685) ib. apud Mabillon sec. II, 286, quam bollandistae malunt tribuere Aigrado (in act. SS. 9. Febr.). — *Vitae s. Vincentiani* confessoris arvernensis († 710) fragmenta exhibet Le Cointe Annal. Franc. III, 600. Ea scripta fuit a Vincentiani magistro, Herimberto diacono c. a. 712—715. — *Vitam s. Silvini* Alciaci (Auxy aux-Moines) seu Morinorum in Gallia episcopi († c. 720) stilo rudi et absque ordine scripsit Antenor episcopus, ut dicunt, regionarius sancto praesuli familiaris, quam medio sec. IX. scriptor anonymus retractavit et interpolavit, atque ita interpolata legitur in G. Catel Histoire des comtes de Tolose, Toulouse 1623; in Act. SS. 17. Febr. II, 24—34 cum commentario praevio; in Mabillon Actis SS. III, 1, 295—299. — Leoni Centuripino (Centorbi), qui etiam Leo Siculus dicitur, tribuitur ab Eberhard apud Krumbacher p. 199 *vita s. Leonis Thaumaturgi,* quae latine tantum absque auctoris nomine legitur in Act. SS. Febr. III, 223—225. Eidem tribuuntur alia quaedam encomia inedita. Eum floruisse ineunte sec. VIII. conjicit Mongitore bibl. sic. II, 11.

361. Ceolfridus (Geolfridus) O. S. Ben., abbas coenobii Wiremuthensis et Girovicensis (Wearmouth et Jarrow) per a. 35 († 25. Sept. 716 a. aetatis 74) dignis laudibus a Beda, ejus discipulo, celebratus consulenti Naitroni regi Pictonum *de legitima observatione paschae* (contra errorem quartodecimanorum) et de tonsura clericorum scripsit utilem epistolam, qua regi satis fecit adeo, ut suam gentem ad Ecclesiae concordiam reduceret. Hanc ep. inseruit Beda suae hist. l. 5 c. 22; inde transiit in collectiones conc., et in Migne P. L. LXXXIX, 349-358. Innotuit hic abbas etiam nobilissimo et nunc pretiosissimo dono codicis s. Scripturae, quem ad s. Petri sepulcrum Romae obtulerat, de quo diss. habuit celeberrimus archaeologus de Rossi: La Biblia offerta da Ceolfrido ab. al sepolcro di s. Pietro, codice antichissimo tra i superstiti delle biblioteche della sede apostolica in op. Al sommo Pont. Leone XIII omaggio giubilare della Biblioteca Vaticana, Romae 1888 n. VI. Constat autem inter eruditos, codicem hunc esse illum celeberrimum, qui sub Amiatini (a coenobio Amiata) no-

[1]) Cf. Hist. lit. IV, 57—60, sed longe accuratius Kurth. Etude critique sur S. Lambert et son premier biographe. Mém. couronnée, Anvers 1876, qui vitam a Mabillonio editam III, 1, 69—76 olim Godeschalco tributam omnium antiquiorem censet.

[2]) Hist. lit. IV, 55—57.

mine celebratur, qui est expressus ad versionem vulgatam juxta Cassiodorii recensionem[1]), et omnium codicum, qui integram Vulgatae editionem continent, est vetustissimus. — Daniel Wentanus[2]) sive wintoniensis (Winchester) in Anglia ab a. 704—744 († 745) episcopus, s. Bonifatium Romam proficiscentem Gregorio II aliisque literis commendavit, deinde singulari *epistola* catechetica de ratione instituendi infideles monuit, quam habes inter Bonifacii ep. et apud Baronium ad a. 724 n. 5; nec non et alia salutaria monita dedit. Habes has tres ep. in Migne P. L. LXXXIX, 687; 703—710. — S. Aldhelmus (Adelmus, Adelhelmus, Anthelmus, Adelinus etc.) Inae regis Saxonum ex fratre Kentwine nepos n. intra 639—645 ab Maildulpho et Hadriano abbate cantuarensi egregie institutus Galliam atque Italiam peragravit ad invisendas varias scholas, ut magis in literis proficeret. Post Maildulphi mortem factus est monasterii malmesburiensis ab hoc instituti abbas (675), et post longum regimen primus (705—25. Maj. 709) apud Saxones occidentales episcopus Shirburni (Sherburn, Sherborne postea Salisbury dictum). „Cum adhuc esset presbyter et abbas scripsit jubente synodo suae gentis librum egregium adversus errorem Britonum, quod vel pascha non suo tempore celebrant vel alia perplura ecclesiasticae castitati et paci contraria gerunt, multos eorum, qui occidentalibus Saxonibus subditi erant, Britones ad catholicam dominici paschae celebrationem hujus lectione perduxit (qui l. tamen intercidit). Scripsit et *de virginitate* librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere et versibus hexametris et prosa composuit. Vulgatissimus fuit apud Anglo-saxones, in eoque provocat ad plurima castitatis exempla tam V. quam N. Testamenti. Scripsit et alia nonnulla, utpote vir undecunque doctissimus: nam et sermone nitidus et scripturarum tam liberalium quam ecclesiasticarum erat eruditione mirandus.“ Ita de eo Beda H. E. V, 18. Praeter duplex scriptum *de virginitate* seu de virginitate sanctorum et de laudibus virginum supersunt[1]) aliquot epistolae, l. *de septenario* (scil. numero sacro, quem ubique reperit) et *de metris,* aenigmatibus et pedum regulis, poëmata, ut *de octo principalibus vitiis* etc., et *diplomata,* quae collecta habes in ed. Giles Oxonii 1844; Migne P. L. LXXXIX, 87—315.

362. Sermonem seu orationem habuit insignem *in conceptionem Deiparae* Joannes monachus et presbyter, dein euboeensis ut videtur episcopus (fl. c. 744), in qua luculentissimum exhibet testimonium pro immaculata Mariae V. conceptione. Eam primus integram vulgavit Ballerini in sylloge monumentorum etc. 1, 36 ss., exinde Migne P. G. XCVI, 1459—1501 (1501—8 habes alium ejusdem sermonem *in ss. Innocentes* in Bethleen interfectos et in Rachel); eamque et nos recepimus inter ss. PP. opuscula selecta XXXIV, 157—202. — Longe plures orationes habuit Andreas, patria forte Damascenus, qui fere puer jam vitam monasticam Hierosolymis est professus, unde dictus est Hierosolymites.

---

[1]) Fabricius I, 340; S. Berger Hist. de la Vulgate, Paris 1893 p. 37 s.; Katholik 1901. II, 207 ss.

[2]) Cf. Fabricium bibl. lat. I, 429.

[1]) Cf. ejus vitam auctore Faricio (fl. ineunte sec. XII.) in ed. Giles et Migne P. L. LXXXIX, 63-84; Montalambert Die Mönche des Abendl., Regensburg 1868. V, 28-51; Leo Bönhoff Aldhelm von Malmesburg, ein Beitrag zur angelsächsischen Kirchengesch.; Dresden 1895; H. Hahn Realencycl. I, 325-328: Baumgartner IV, 269—273; Ebert I², 622-634, qui eum patrem dicit poëtarum Anglo-latinorum.

A Theodoro ejusdem urbis patriarcha, cui erat a secretis, missus est ad synodum oecumenicam VI. 680 contra monotheletas. Fertur tamen eum in sana fide titubasse, cum postea illorum faverit errori, resipuerit vero praevalente iterum sana doctrina. Sub Leone Isaurico stetit pro sacris imaginibus. Factus est c. a. 711 archiepiscopus cretensis († 4. Jul. 720; juxta alios 14. Jun. 723 vel 724; imo juxta Krumbacher non ante a. 726). In ecclesia graeca inter sanctos celebratur. Reliquit plures (22) *orationes* prolixas, quarum octo sunt in varia festa b. Mariae V. Totidem vere sunt adhuc ineditae: num omnes sint genuinae nondum satis liquet. Magis adhuc innotuit ecclesiasticis *cantibus*, canonibus ex odis compositis, scil. triodiis et tropariis, in quibus se exhibet Mariae studiosissimum in ejusque laudes effusum. Inter eos eminet nimis prolixus *canon poenitentialis* cordis humilitatem et compunctionem spirans[1]), sed et lectorem nimis fatigans. Habes haec cum aliquibus scriptis minoris momenti in Migne P. G. XCVII, 505-1444; aliquot (11) selectas orationes in Gallandi Bibl. XIII. Orationem *de vita et morte Jacobi ap.* et fratris Domini primum edidit Papadopulos-Kerameus in Ἀνάλεκτα ἱεροσολυμῖκης σταχυολογίας, Petersburg 1891. I, 1—14.

363. Longe celebrior est alius hymnographus Romanus nomine, quem Pindarum vocant rythmicae poeseos: sed quo celebrior, eo magis ignota vitae ejus fata, adeo ut vix conjici possit, qua vixerit aetate[1]). Krumbacher, qui ejus hymnis specialem impendit curam et studium, ex internis colligit indiciis floruisse eum ineunte seculo VIII. sub Anastasio II. (713—716). Natione erat Syrus, Beryti diaconi munere fungebatur miroque modo eum pangendi talento divinitus donatum fuisse tradunt. Circa mille hymnos composuisse legitur, e quibus octoginta innotuerunt, quorum tamen minor pars (c. 32) typis prodiit. Accuratam magnaque diligentia atque sagacitate concinnatam editionem expectant viri eruditi a Krumbacher. Interim edidit Pitra 29 carmina in Analectis sacris Spicilegio solesmensi paratis, Parisiis 1876 I, 1—241; alia tria in l. *S. Romanus veterum melodorum princeps*, Romae 1888. Quaedam minoris momenti in aliis collectionibus; aliquot *carmina* recenter edidit Krumbacher Studien zu Romanos München 1898 cum prolixis criticis commentariis. Omnes vero in hoc literaturae genere periti summis encomiis Romanum nostrum efferunt[2]).

---

[1]) Magni eum faciunt graeci et summis efferunt laudibus, imo licet sit admodum prolixus modo adhuc recitatur fer. V. hebdomadis quintae. Cf. plura de eo in Nilles Kalendario manuali utriusque eccl. or. et occid. II², 147-153. Ejus opera edita et inedita recenset Fabricius-Harless bibl. gr. XI, 62 ss. apud Migne t. cit. p. 791—805; Ehrhard apud Krumbacher p. 165², qui eum optimum aetatis byzantinae oratorem sacrum censet; Bardenhewer § 105 n. 5. Alius autem est ab Andrea monacho pariter cretensi, qui CP. venit, ut Constantino Kopronymo iconomacho resisteret, quamobrem crudelissime ab illo fuit necatus (17. Oct. 767). A graecis inter SS. colitur 20. Oct., et quia honorifice in loco Crisis dicto fuit sepultus A. in Crisi dicitur. Cf. Act. SS. Oct. VIII, 124 ss., ubi accurata de eo exstat diss.

[1]) Alii graves viri critici censent eum jam vixisse sub Anastasio I. imp. (491—518). Ita Pitra, Stevenson, Grimme, ipse etiam Krumbacher olim, qui tamen sententiam suam mutavit. Pro sec. VIII. stant etiam Funk, Jacobi, Gelzer etc. De Boor Die Lebenszeit des Dichters Romanos Byz. Ztschr. 1900 IX, 633—640 putat, quaestionem hanc nondum peremptorie esse solutam.

[1]) Ita ex. gr. scribit Bardenhewer § 105 n. 1: Die neueren Forscher begegnen sich in dem Urtheile, dass Romanus an poetischer Begabung, an Feuer der Begeisterung, an Tiefe der Empfindung und

Graeci eum inter sanctos 1. Oct. celebrant.

Erhabenheit der Sprache alle andern Meloden weit übertrifft. Als Schattenseite wird fast nur die allgemeine Krankheit byzantinischer Geisteserzeugnisse, die rhetorische Breite gerügt. Krumbacher glaubt, die Literaturgeschichte der Zukunft werde vielleicht Romanos als den grössten Kirchendichter aller Zeiten feiern. Cf. Bouvy, Poètes et Mélodes. Études sur les origines du rhythme tonique dans l'hymnographie de l'église grecque, Nîmes 1886; F. Cabrol L'hymnographie de l'église grecque, Angers 1893; Krumbacher 663—671²; Umarbeitungen bei Romanos, mit einem Anhang über das Zeitalter des R.; München 1899; Romanos und Kyriakos, ib. 1901; Ehrhard KL. X, 1262—1264; Baumgartner IV, 516—525.

XIII.

Scriptores ecclesiastici seculi VIII.

Pars altera (751—800).

364. Inter romanos pontifices hac periodo duo prae ceteris illustres fuere: Zacharias et Hadrianus I. Ille erat »natione Graecus, vir mitissimus atque suavis, omnique bonitate ornatus, amator cleri et omnis populi romani, tardus ad irascendum et velox ad miserandum, nulli malum pro malo reddens, neque vindictam secundum meritum tribuens, sed pius ac misericors a tempore ordinationis suae omnibus factus, etiam et his, qui ante sui fuerant persecutores, bona pro malis reddidit eosque honoribus promovens simul et facultate ditavit[1].« Electus est post quatuor dierum interpontificium et consecratus in pontificem 3. Dec. 741, tenuitque sedem apostolicam a. 10, m. 3, d. 13 († 752), sed inter tristissimas Italiae, nominatim dominationis pontificiae, conditiones. Hinc ejus sollicitudo studio fere absorbebatur recuperandi praedia et ditiones sedis apostolicae ab usurpatoribus injuste occupatas componendaeque pacis tot inter turbas[1]). Constantinum imp. ad restituendum imaginum cultum est adhortatus, quae tamen literae perie-

[1]) Ita de eo legimus in libro pontificali. Cf. Gams-Zeck KL. XII, 1859; Bartolini di S. Zaccaria papa.

[1]) Neque laetior erat conditio sedis apostolicae sub Stephano II (III) Zachariae successore (752—757), qui propterea coactus est in Galliam proficisci Pipini auxilium imploraturus adversus Longobardorum invasiones, usurpationes et vexationes. Supersunt aliquot ejusdem epistolae. (Cf. Migne LXXXIX, 993—1030), inter quas et responsa XIX, quae dedit cum in Francia esset a. 754 monachis coenobii Brittaniaci *de matrimoniis, baptismo* etc. Cf. de eo librum pontificalem (Migne ib. p. 959—994); Jaffé Reg. Pont. rom. I, 271—77. Hujus Stephani II. exstat *vita* conscripta (in l. pontificali) ut sat bonis argumentis conjicit Schnürer hist. Jahrb. 1890 XI, 425—439 a Christophoro vestiario et notario regionario, qui Stephanum II. in Galliam proficiscentem comitatus est, postea consiliarius et primicerius Pauli I, cui gratus et acceptus fuit. Scripsisse autem infertur intra 764—767. Ea vita est admodum accurata et pretiosa. Der Vita des Papstes Stephan II. im l. pontificalis, inquit Schnürer l. c. p. 425, kommt ein hervorragender Wert zu, weil sie eine Hauptquelle für die Geschichte der Entstehung des Kirchenstaates ist. Cf. eundem Die Entstehung des Kirchenstaates, Cöln 1894; v. Funk KL. XI, 760—762.

runt: supersunt tantum ejusdem *epistolae* 17 (Migne LXXXIX, 917-958), inter quas aliquae majoris momenti[1]), in quibus quaestionibus sibi a s. Bonifatio archiepiscopo moguntino vel a Pipino rege propositis respondet (2. 8. 13. 19), controversias dirimit, plura constituit de baptismo et matrimonio (11. 20), quorundam errores damnat (ep. 20). Eum graece vertisse s. Gregorii M. dialogorum ll. 4, unde a Graecis ὁ διάλογος cognominabatur, jam supra diximus p. 563. — In Oriente interim continuabatur et recrudescebat adversus sacras imagines bellum sub Constantino Kopronymo Leonis Isauri († 18. Jun. 741) filio, magis de harum impugnatione sollicito quam de frenandis Longobardis, qui provincias Graecorum dominio per Italiam adhuc subjectas invadebant. Non destiterunt romani pontifices licet tot calamitatibus et curis pressi doctrinam tueri catholicam. Praeter Zachariam et Stephanum II., de quibus jam egimus, etiam Paulus I. (757—767) ad Constantinum et Leonem imp. „saepius suos missos cum apostolicis obsecratoriis atque admonitoriis literis dirigit pro restituendis confirmandisque in pristinum venerationis statum sacratissimis imaginibus[2])", et Stephanus III (768—772) a Constantino imp. ss. imaginum restitutionem postulat[3]).

365. Hos excepit 1. Febr. 772 Hadrianus I. „vir valde praeclarus et nobilissimi generis prosapia ortus . . . elegans et nimis persona decorabilis, constans etiam atque fortissimus orthodoxae fidei ac patriae suae et plebis sibi commissae defensor. Viriliter cum Dei virtute sancte Dei Ecclesiae ac reipublicae impugnatoribus resistens, pauperum etiam omniumque indigentium misericordissimus ac copiosus consolator, ecclesiasticae quoque traditionis et ss. patrum institutionum observator[1])." A juventute die noctuque erat addictus Dei laudibus, indutusque cilicio jejuniis corpus suum macerabat. Ob tam piae vitae conversationem et praestantes mores a Paulo I. factus est regionarius notarius et subdiaconus, a Stephano III. in diaconorum ordinem provectus, et eo defuncto utpote ferventissimo affectu a populo romano dilectus ad sacrum pontificatus culmen electus, quem tenuit ultra a. 23 († 25. Dec. 795). Laetissimus ejus pontificatus eventus fuit damnatio haeresis iconoclastarum et pacis compositio in Oriente. Mortuo enim Leone IV. imp. (8. Sept. 780) Irene ejus uxor, quae interim pro filio imperii moderabatur gubernacula, de comprimenda haeresi erat sollicita ideoque ad pontificem recurrit pro cogenda synodo. Habita ea fuit Nicaeae praesentibus legatis pontificiis[2]). Damnata haeresi en novae imminebant turbae in Occidente. Ob indiligentem, imo falsam actorum synodi nicaenae interpretationem noluerunt patres in conc. francofordiense congregati 794 illam ejusque decreta acceptare[3]). Verum haec discordia

---

[1]) Cf. Jaffé I, 262—270; Hefele Conciliengesch. III, § 369 ss.

[2]) Ita legimus in libro pontif. Migne LXXXIX, 1130 s., ubi habes ejus epistolas sane multas fere omnes ad Pipinum regem p. 1135—1198. Cf. et Jaffé I, 277—83.

[3]) Hujus pontificis epistolas fere Carolo et Carolomanno regibus inscriptas habes in Migne P. L. LXXXIX, 1248—1258. Cf. Jaffé I, 285—289. Habuit et synodum lateranensem (a. 769), in cujus sess. IV. actum est de cultu ss. imaginum, et anathema dictum in conciliabulum CP. a. 754 habitum sub Const. Kopronymo contra easdem. Cf. Mansi XII, 703—21; Hefele Conciliengesch. III § 343.

[1]) Ita liber pontif. apud Migne LXXXIX, 1167 ss.

[2]) Exstat Basilii episcopi ancyrani aliorumque duorum episcoporum *confessio fidei* oblata huic concilio in ejusdem actis sess. I., qua errorem suum retractant, cum antea fuerint ss. imaginum adversarii.

[3]) Ceterum aliae quoque videntur fuisse causae oppositionis inter episcopos in

dogmatis substantiam non attingens neque ex mala procedens voluntate gradatim sopita fuit atque demum in concordiam circa doctrinam de usu cultuque ss. imaginum catholicam desiit. Ad quem felicem tempestatis exitum haud parum contulit pontificis prudentia et amor pacificus. Ejus tempore ortus est in Hispania alius error, ultimus veluti haeresis nestorianae surculus, Adoptianorum[1]) scil. ducibus Elipando archiepiscopo toletano († c. 808) et Felice urgellitano episcopo (fl. 799), juxta quos Christus secundum naturam divinam Filius est Dei naturalis, adoptivus juxta naturam humanam seu qua homo. Quem in errorem insurrexit Hadrianus ep. data ad episcopos Hispaniae; episcopos quoque Galliae monuit, ut Narbone concilium contra hunc errorem celebrarent, qui dein peremptorie damnatus fuit in conc. francofordiensi. Obiit[2]) summus pontifex 25. Dec. 795 relictis quam plurimis *epistolis* (Migne XCVI, 1203—1242; Muratori Scr. rer. It. III, 2, 194—282; Jaffé p. 289—306), quarum pleraeque sunt ad Pipinum regem et Carolum M., aliquae tamen ep. sunt dogmaticae magni momenti, ut *literae* ad Constantinum et Irenen imp. et ad Tarasium patriarcham CP. in causa ss. imaginum, in quibus consilium restituendi ss. imaginum cultum miris laudibus exornat, harum usum cultumque tuetur, primatus auctoritatem et jura inculcat, Tarasium episcopum ‚universalem' dici miratur et, ne in posterum fiat, orat. Eundem dolet ex laico factum esse patriarcham. Eae lectae fuere in synodi nicenae sess. II. (cf. Mansi XII, 1073 ss.). Prolixa exstat ejus *responsio* ad capitula Caroli (85), quae opposuit imperator decretis synodi nicaenae transmisitque per Angilramnum[1]) pontifici, apud Mansi XIII, 759—810; Hardouin IV, 774-820; Migne XCVIII, 1247-1292. In *epistola* ad Hispaniae episcopos sedis romanae auctoritatem urget, variosque errores, adoptianorum praesertim, refellit et damnat (Migne XCVIII, 373—386). Sigbertus gembl. de script. eccl. refert c. 79 eum „ll. epistolarum primi Gregorii papae abbreviasse et utiliora quaeque decerpentem XIII ll. ad II redegisse." Ipse quoque tradidisse dicitur Angilramo (Ingilramo) Mediomatricae[2]) seu metensis urbis episcopo († 26. Oct. 791) *capitula LXXII* (juxta alios LXXX), quae ex graecis et latinis canonibus et synodis romanis atque decretis praesulum et principum romanorum sparsim collecta sunt (Migne XCVI, 1055-1068): quae per errorem a nonnullis ipsi Angilramno tribuebantur. Quanti haec olim habita fuerint in Gallia, ex eo intelligi licet, quod omnia in ll. Capitularium regum transfusa sint. Edi-

conc. francofordiensi congregatos et graecos, quas recenset Lüdtke KL. II, 829 ss.

[1]) Cf. de hac haeresi, de conciliis contra eam habitis deque impugnatoribus Hefele III, l. 20. c. 1. 882—888; Werner II, 433—456.

[2]) Cf. de eo Knoepfler KL. V, 1418-1421; Hefele Conciliengesch. III passim; Hampe Hadrians I. Vertheidigung der zweiten nicänischen Synode gegen die Angriffe Karls d. Gr. in Neues Arch. der Gesellsch. für ältere deutsche Geschichtskunde XXI, 113.

[1]) Cf. de his capitulis deque eorum ad libros ejusdem argumenti Carolinos relatione Hefele III § 401.

[2]) Alii tribunt hanc collectionem ipsi Ingelramno seu Angilramo, qui illustri sanguine natus ex abbate senonensi factus est archiepiscopus metensis (768) et archicapellanus Caroli M., cui adeo erat gratus ut eum vellet semper secum habere. Quamobrem Hadrianus I eum apocrisarii seu nuncii munere honoravit. Ad ejus preces Paulus diaconus *Gesta episcoporum mentensium* concinnavit († 26. Oct. 791). Sub ejus nomine exstat quoque *Collectio canonum*, quam ipse adunaverit et Hadriano I. obtulerit; eam ex Mansi collect. conc. habes in Migne XCVI, 1033—1056. Cf. Hist. lit. IV, 173—75; Scherer KL. I, 851; P. Hinschius in Realenc. I³, 523—525.

derunt ea Antonius Augustinus annotationibus illustrata, et inde Sirmondus in conc. Gallia II, 99, et aliis omissis Hinschius inter Decretales Pseudo-Isidorianas, Lipsiae 1863 p. 757—769. Sed de auctore seu collectore, tempore et loco collectionis disputant viri eruditi: Hadriano vel Angilramo supposita a criticis recentioribus censentur: et forte ejusdem esse compilatoris, cujus sunt decretales Pseudoisidori. Agitur in iis praeprimis de modo procedendi adversus clericos, nominatim episcopos.

366. Inter propugnatores ss. imaginum post romanos pontifices et Germanum CP. episcopum prae primis nominandus est s. Joannes patria Damascenus n. c. 700, nobili genere natus cognomento Mansur (hinc contumeliae causa a Const. Kopronymo Μάνξηρος dictus) humanis divinisque literis a Cosma monacho CP. fuit excultus[1]). Propter suum pro ss. imaginibus zelum Leonis Isaurii adversus se iram ita concitavit, ut, teste Joanne patriarcha hierosolymitano ejus biographo c. 15 ss., hic confictis literis ipsum tamquam proditorem accusarit apud Damasci Calipham, qui Joanne consiliario et administro utebatur. Credulus fraudi princeps ei dexteram praecidi jussit, quam tamen ss. Virgo innocentiae vindex eidem benigne restituit. Quo maxime miraculo permotus Joannes, quod pridem animo conceperat, exsequi statuit. Itaque aegre a Calipha impetrato secessu, suas omnes facultates in egenos distribuit atque cum Cosma institutore suo Lauram s. Sabae prope Hierosolymam est ingressus ibique ordinatus presbyter. In religiosae vitae palaestra praeclariora virtutum exempla praebuit demissionis potissimum et obedientiae. Quando obierit non satis liquet, sicut pleraque, quae ad ejus spectant vitam, ignota sunt: juxta aliquos a. 760, juxta alios c. 754 vel jam antea, quae sententia est praeferenda. Magnis encomiis a graecis celebratur et a latinis, atque ab universa Ecclesia inter sanctos colitur, a Leone XIII. inter doctores Ecclesiae est relatus, ob aureum orationis flumen Chrysorroas a posteris salutatus. In act. VII synodi VII contra anathematismos pseudosynodi CP. a. 754 ita Epiphanius eum collaudat: „Joannes, qui ab eis (iconoclastis) probro loco Mansur appellatus est, quique dimissis omnibus, Matthaeum evangelistam aemulatus, Christum secutus est, majores divitias arbitratus thesauro omni Arabum, opprobrium Christi, et elegit potius affligi cum plebe Dei, quam temporalem habere jucunditatem peccati. Ipse itaque crucem suam et Christi portans eumque secutus, pro Christo ab Oriente per Christum tuba cecinit; non tolerabilem ducens vocum novitatem, quae in aliena regione facta erat, seu praevaricatricem passionem rabidamque insaniam, quae adversus sanctam Dei catholicam Ecclesiam erat armata“ etc.

367. Mirum autem est „quam multa tum ad fidem tutandam tum ad pietatem fovendam et soluta et adstricta numeris oratione Joannes elucubraverit . . . Neque enim solum contra iconomachos orthodoxam fidem defendit,

[1]) Bardenhewer § 108 n. 1: In Johannes v. D. steht noch einmal ein gewaltiger Wortführer der Kirche auf, während ringsumher im griechischen Reiche ein tiefer Verfall geistiger Thätigkeit sich kund gibt. Bald nach ihm beginnt mit Photius das Schisma. Johannes ist in erster Linie Sammler, mag er sich nun auf dogmatischem, oder auf ascetischem, auf exegetischem oder auf historischem Boden bewegen. Das Bewusstsein, dass die Blüthezeit theologischer Productivität ein Ende genommen, muss damals durch den ganzen Orient gegangen sein. Johannes setzt sich selbst die Aufgabe, das, was die Konzilien bis dahin festgestellt und die grossen Meister der Vorzeit als Kirchenlehre bezeugt haben, zu einem abgerundeten Ganzen zusammenzufassen.

sed omnes ferme haereticos, praesertim Acephalos, Monotheletas, Theopaschitas strenue impugnavit: Ecclesiae jura potestatemque egregie vindicavit, primatum principis apostolorum asseruit . . . Universa autem ejus scripta non modo eruditione et doctrina praestant, sed etiam quendam ingenuae pietatis sensum praeferunt, praecipue cum Genitricis Dei laudes praedicat, quam singulari cultu et amore prosequebatur.« Ita legimus in lect. V. Noct. II. Breviarii romani. Saepe prodierunt ejus opera collecta[1]), Basileae 1548; 1559; 1575 in f.; cura Billii, Parisius 1577; 1619 ed. jam auctior; cur. Le Quien Parisiis 1712 t. 2 ed. praestantissima; Venetiis 1748; recusa a Migne P. G. t. 94—96, juxta quam operum elenchum exhibebimus: *Fons scientiae* (πηγὴ γνώσεως), cujus pars prior ac velut introductio *Dialectica* est, (Migne XCIV, 521—676) de qua Le Quien in praef. censet: »Ipsa nostri Auctoris dialectica tanti momenti esse videtur, ut affirmare non dubitem, eum, qui illam legere contempserit, nedum in Damasceni, sed in aliorum quoque orientalis Ecclesiae magistrorum theologia hospitem prorsus fore. In ea quippe, tametsi vel plusculum fortassis prolixa videatur, expositionem collegit vocum omnium, quas ss. patres graeci sive disputando adversus haereticos, sive apud catholicos fidei doctrinam enucleando adhibuerunt: atque eas insuper, quibus haeretici gentilium philosophorum placitis imbuti, in suam simpliciorumque perniciem abutebantur.« Altera veluti pars est l. *de haeresibus* (Migne XCIV, 677—781), qui magna ex parte epitome est majoris op. s. Epiphanii de haeresibus, additis recentioribus haeresibus Mohammedanorum, iconomachorum, Aposchitarum. Tertia pars complectitur celeberrimum auctoris nostri opus *de fide orthodoxa* ll. 4 (Migne XCIV, 783—1228). In eo »eundem, quem Theodoretus in divinorum dogmatum epitome instituerat, ordinem tenuit Damascenus, at non item methodum[1]). Ille enim ex proprii ingenii molimine adductis sacrae paginae testimoniis adversus haereticos varia componens argumentorum genera compendiariam theologiae digessit tractationem: noster vero non ex Scriptura solum, verum etiam ex conglobatis ss. patrum sententiis, ea qua par erat tum perspicuitate, tum brevitate inexhaustum traditionis promptuarium protulit, in quo nihil reperire sit, quod vel ab oecumenicis synodis sancitum non fuerit vel a probatis Ecclesiae magistris acceptum. In primis vero secutus est Gregorium nazianzenum.« Et aliorum patrum nominibus recensitis, quibus usus est auctor noster, ita prosequitur Le Quien: »Horum omnium lectis hinc inde sententiarum floribus saluberrimae doctrinae suavissima mella confecit. Id enim proposuerat sibi, ut sua nequaquam aut nova cuderet, sed veterum potius placita variis in voluminibus sparsa in unum opus theologicum congereret.« Opus in antiquis graecis codd. non comparet divisum in ll. 4, sed tantum in cap. c; excogitata videtur ea divisio a latinis ad normam ll. 4 sententiarum Petri Lombardi, cui Damascenus praeivit exemplo, unde dictus est a non nemine ‚Graecorum Lombardus'. Aliquoties prodiit hoc opus seorsum, primum graece (solum) Veronae 1531; graece et latine 1548; 1575; versio sine textu graeco Parisiis 1577; 1603 et 1617; versionem et nos edidimus

[1]) De ejus operibus editis, ineditis et suppositis cf. Fabricius-Harless IX, 682 ss. (Migne XCIV, 9-65). Brevem s. Joannis vitam composuit Joannes VI. patriarcha hierosolymitanus († 969), quae exstat Migne PG. XCIV, 429-490; Romae 1553; in Act. SS. 6. Maj. II, 111-119 col. 843 et VII, 613.

[1]) Ita Le Quien in prologo.

inter opuscula ss. PP. Oeniponte 1880 t. XLI.

368. Sequuntur celebres *pro ss. imaginibus orationes* (XCIV, 1231-1421), in quibus sincera proponitur doctrina catholica et praesidium habes firmissimum adversus eorum impugnatores, quo universa haereticorum tela nullo negotio elidas[1]). Primum prodierunt graece Romae 1553; latine interprete Tilmano O. Carth. Parisiis 1555; Antverpiae 1556. — *De recta sententia* (περὶ ὀρθοῦ φρονήματος) seu fide confessio, quam composuit cum adhuc Damasci commorabatur pro Elia episcopo, antea ut videtur monotheleta (ib. 1421—1432); tr. *contra Jacobitas* ex persona Petri ep. damasceni, quo alius adversus monophysitas accuratior aut urgentior vix reperitur, nec apud Leontium (XCV, 1435-1503). Scriptus autem est ad quendam episcopum jacobitam revocandum ad Ecclesiam catholicam (qui forte fuit ille Elias, de quo mox locuti sumus). — Dialogus *contra Manichaeos* (XCIV, 1505—1585), qui prodiit[1]) primum Basileae 1575; 1578 cum aliis ejusdam opusculis. — *Disceptatio christiani et saraceni* (XCIV, 1585—98), et in alia recensione (XCVI, 1335—48). — *De draconibus et de strygibus*, fragmenta forte majoris operis. — T. XCV continentur opuscula minora, quorum tamen aliqua sunt dubia, imo et supposita: *de s. Trinitate* (9—18); ep. *de hymno trisagio* (22-62), in qua ostendit illud referri ad totam ss. Trinitatem, ideoque additamentum Petri Fullonis »qui pro nobis crucifixus es«, admitti non posse; *de sacris jejuniis* (63—78), in quo agit de jejunii quadragesimalis duratione; *de octo spiritibus nequitiae* (79—84), quo opusculo vitiorum capitalium genera docet modosque ea tum vitandi tum superandi; *de virtute et vitio* (86—98); *institutio* elementaris ad dogmata (99-112); *de natura composita* (περὶ συνθέτου φύσεως) contra Acephalos (111—126); *de duabus in Christo voluntatibus* et operationibus, deque naturalibus reliquis proprietatibus, ubi obiter de duabus naturis et una hypostasi (127—186); *adversus Nestorianorum haeresim* diss. accuratissima (187—225); *Canon paschalis* seu laterculus ad inveniendum diem Paschae (239—246); oratio *de iis, qui in fide dormierunt,* quomodo missis et eleemosynis et beneficentiis, quae pro illis fiunt, adjuventur (247—278): quam tamen non esse Damasceni Le Quien cum L. Allatio censet in diss. damascenica V. (Migne XCIV, 349—367). — De confessione necnon potestate ligandi et solvendi (XCV, 283—305): qua in ep. respondetur cuidam, qui quaesierat, quo jure monachi, qui presbyteri seu sacerdotes non sint, confessiones fidelium excipe-

[1]) Legitur Migne XCV, 309—344 Oratio demonstrativa *de sacris et venerandis imaginibus* adversus Christianos omnes adversusque imp. Constantinum Cabalinum ac haereticos universos, cui non alio jure praefixum est Jo. Damasceni nomen, quam quod damascenicis argumentis tota fere constat, ut notat Le Quien in praevia admonitione. Quo jure ei tributa fuit etiam Epistola ad Theophilum imp. *de sanctis ac venerandis imaginibus* (ib. p. 346—386), quae est trium patriarcharum Job alexandrini, Christophori antiocheni et Basilii hierosolymitani (a. c. 846) ad Theophilum imp. et opusculum *adversus iconoclastas* a. 771, quod prodiit in vet. PP. bibl. Gallandi XIII, 352; Migne XCVI, 1347—1362. In suis orationibus citat Damascenus (Migne XCIV, 1376) fragmenta ex scripto Stephani ep. bostrensis (fl. ex conjectura Lequienii ineunte sec. VIII) contra Judaeos: plura fragmenta addit Mercati in Theol. Qtlschr. Tübingen 1895 p. 63—69.

[1]) Card. Mai in bibl. nova PP. IV p. 2 p. 104 ss. primum edidit Joannis Orthodoxi *disputationem cum Manichaeis*, quae brevior quidem non multum differt ab hoc dialogo. Eam reperies in suppl. Damasceni Migne XCVI, 1319—1336.

rent, eosque pronunciata absolutione reconciliarent[1]). Auctor epistolae, qui hunc morem non omnino improbat, non est noster s. Joannes, sed Symeon quidam junior (de quo infra), sicut etiam non est auctor duplicis opusculi *de azymis*[2]), quorum prius est alterius compendium (p. 387—397), neque *epistolae* ad Zachariam et *capitis de immaculato corpore*, cujus participes sumus (401—412), quod utrumque tribuitur in codd. cuidam Petro Mansur. Ipsius forte est *expositio* et declaratio fidei, cujus superest versio arabica (417—438).

369. Ad illustrandam s. Scripturam spectant: Ex universa interpretatione s. Chrysostomi *loci selecti in ep.* s. Pauli ap. (XVI, 442—1034) seu epitome, ita tamen, ut etiam Theodoreti et Cyrilli alex. rationem habeat. — *Sacra Parallela* (1041—1588; XCVI, 9—442), quae contexta sunt de variis argumentis fidei et morum secundum alphabeti literas ex locis s. Scripturae et patrum selectis, atque digesta in locos communes: quod florilegium opulentum magni est pretii, nam multa ex sanctorum scriptis sunt relata, quae vel temporis injuria prorsus interciderunt vel certe nondum typis sunt mandata. Hujus tamen operis variae exstant recensiones (alterius ibidem specimen exhibetur XCVI, 441—544). Recensio originalis videtur fuisse divisa in pp. seu ll. 3, quorum 1. agebat de Deo rebusque divinis, alter de homine, materia in titulos divisa et alphabetice disposita, cujus epitome exhibetur a Mai apud Migne LXXXVI, 2017—2100 atque nomen prae se fert Leontii (forte byzantini) et Joannis; 3. de virtutibus et vitiis oppositis. Postea hae tres pp. videntur in unum redactae librum, qui multiplicem subiit retractationem. Opus esse Joannis Damasceni solide probavit Holl[1]). — Paucae sed sane egregiae sunt ejus *homiliae* (13. XCVI, 545—816), inter quas eminent ejus de b. V. sermones, scil. in ejus annunciationem (2), nativitatem (2), in ejus dormitionem (3), in quibus clare traditionem testatur de ejus gloriosa secundum corpus in coelum assumptione. Has septem homilias recepimus inter opuscula ss. PP. XXXIV, 4—157: sed teste Bardenhewer homiliae in annunciationem et nativitatem M. V. non sunt supra omne dubium, imo hom. duae in ejus nativitatem sequioris sunt aetatis. — Supersunt *precationes* et *carmina* quaedam (816—856). Erat enim cum Cosma (de quo infra) insignis hymnographus: hinc Suidas sub voc. Joan. Damasceni scribit: „Inter Joannis scripta numerantur *canticorum canones* tum jambis, tum etiam soluta oratione scripti. Hi canticorum canones tam Joannis quam Cosmae nullam cum aliorum paris generis scriptis comparationem unquam admiserunt, neque admittent quamdiu hominum vita durabit[2])". *Hymni* vero 6, quos Mai sub ejus nomine edidit Spicil. Rom. IX, 713—739 (Migne XCVI in suppl. 1369—1408), videntur esse Joannis junioris. — Celeberrima lectuque jucunda hinc plurimum lectitata *vita Barlaam et Josaphat*, quae fabula est romanensis (Roman) ex fontibus budhisticis, si substantiam spec-

[1]) Cf. de hac ep. K. Holl Enthusiasmus und Bussgewalt beim griechischen Mönchthum, Leipzig 1898.

[2]) Cf. Le Quien diss. VI damasc. Migne XCIV, 367—416.

[1]) Die sacra Parallela des Joh. Damascenus, Leipzig 1897. in Texte und Unters. XVI, N. F. I, fasc. 1. (cf. ib. XX N. F. V, 2) contra exceptiones Loofs Studien über die dem Johannes v. D. zugeschriebenen Parallelen, Halle a. S. 1892.

[2]) Bardenhewer § 108 n. 1: Auch als Dichter hat Johannes, wie früher schon ausgeführt wurde (§ 105 n. 6), unsterblichen Ruhm erlangt. Vor seinen Liedern mussten selbst die Gesänge eines Romanus (cf. p. 656) aus den liturgischen Büchern weichen. Cf. de Jo. Damasceni et Cosmae poematibus Krumbacher p. 674—676.

tes, derivata (XCVI, 859—1240) non est nostri Joannis, sed alterius Joannis ex monasterio s. Sabae, qui forte floruit ineunte hoc seculo[1]). — Commentarius historicus *de sancto* et inclyto magno martyre et prodigioso *Artemio* collectus ex ecclesiastica historia Philostorgii et nonnullorum aliorum a Joanne monacho graece primum a Mai editus in Spicil. rom. IV, 340 ss. (Migne XCVI, 1251—1320), tribuitur Joanni Rhodio monacho, qui floruit sec. IX. Neque mirum auctori nostro plura fuisse supposita. Eo enim tempore haud pauci erant monachi Joannis nomine insigniti, qui non tanta inclaruerunt fama sicut noster: quare eorum opera sive ex oscitantia sive ut eis conciliaretur pretium, tributa sunt nostro, qui in omnium fuit ore[2]).

370. Cum de adversariis iconomachorum modo agamus, praetermitti non debet Epiphanius catanensis diaconus, qui Thomae Sardorum insulae archiepiscopi vice nicaenae synodo interfuit atque sermonem gratulatorium de haeresi victa et restituta orthodoxia sat prolixum habuit. Ex versione Anastasii bibliothecarii legitur in actis conc. Labbei VII, 617; Hardouin IV, 502—508 et Migne P. L. XCVIII, 1311—1331. — Contra adoptianos[1]) pugnarunt praeter Hadrianum pontificem Beatus[2]) atque Etherius (Heterius). Cum enim Elipandus toletanus (cf. supra p. 663) epistola ad Fidelem c. 785 data gravissime in Beatum libaniensem O. S. Ben. et forte abbatem († 798) inveheretur eique exprobraret errores Bonosi haeretici, ideoque contemptim loqueretur de Beatiana haeresi, eaque epistola diffunderetur per totam Asturiam, Beatus occurrendum censuit Elipando, atque opus in 2 ll. distinctum cum Etherio ejus discipulo, postea oxumensi episcopo conscripsit, in quo solide ejus refellit errores. Opus non integrum pervenit ad nos. Primum editum est a Petro Stevartio in collect. insignium auctorum de rebus eccl., Ingolstadii 1616; recusum in bibl. PP. paris. IV. p. 2; colon. VIII, lugdunensi XIII etc., in Migne XCVI, 893—1030. Tribuitur Beato etiam commentarius seu catena patrum *in Apocalypsin,* quae tamen nunquam in lucem prodiit: in ea Apringio (cf. p. 488) plurimum utitur.

371. Exeunte hoc seculo floruit Theodorus Abukara h. e. pater seu episcopus Karae, incertum an Karae (Karra) in Peraea, an vero Carrhae in Mesopotamia, Jo. Damasceni discipulus, theologiae ac philosophiae arabicaeque linguae peritus, et scriptis (43) adversus Judaeos, Mahummedanos, Nestorianos et Jacobitas, Severianos et Origenistas clarus. Distingui debet a Theodoro Cariae et postea Laodiceae antistite, qui primum Photii partes est

[1]) Cf. Zotenberg Notice sur le livre de Barlaam et Josaphat Parisii 1886; Revue de questions hist. 1880. XXVIII, 579—600. Textum graecum dedit J. Fr. Boissonade in Anecdotis graecis, Parisiis 1832. IV, 1—365. Is inde factus est pretiosus, quod Robinson in eo invenerit apologiam diu desideratam Aristidis (sf. supra p. 26). Cf. praeterea E. Kuhn Barlaam und Joasaph. Eine bibliographisch-literaturgeschichtliche Studie, München 1893; Krumbacher p. 886—891[2]; Baumgartner IV, 508—510.

[2]) Cf. de auctore nostro praeter scriptores jam citatos Nirschl § 352 ss. J. K. Lupton, St. John of Damascus, London 1884; Bardenhewer KL. VI, 1641—1649; Ehrhard apud Krumbacher p. 68—71.

[1]) De adoptianismo ejusque auctoribus, adversariis, damnatione etc. accurate pro more disserit Hefele Conciliengesch. III § 390 ss.

[2]) Cf. de Beato (vulgo San Biego) Vita ab anonymo recentiori conscripta in Mabillonii Actis SS. Ben. t. V p. 2 pag. 734 ss. et Migne t. cit. p. 890—894; Nic. Antonius in bibl. hisp. vet I, 433; Funk KL. II, 156; Hefele III § 391.

secutus, sed hujus agnitis fraudibus vela retrorsum vertit et veniam impetravit a synodo VIII, pro quo intercessit et s. Ignatius apud Hadrianum pontificem, ut pristino honori et muneri restitueretur. Cum hoc nostrum plures confundunt. Ediderunt nostri opuscula Gretser Ingolstadii 1604 et in opp. ipsius t. XV., Ratisbonae 1741; Ducaeus in Auctario t. I; in bibl. PP. parisiensi t. XI. etc.; Migne P. G. XCVII, 1461—1610. Inter haec opuscula parvae molis[1]), notanda ex. gr. sunt dialogus (1.) *de quinque inimicis* a quibus nos Christus homo factus liberavit; *Explanatio vocum,* quibus philosophi utuntur (2.); dialogus cum praefecto cursus publici emeseni, qui petierat, ut ratiocinatione demonstraret Deum esse (3.); *demonstratio,* panem mystica benedictione fieri corpus Christi (22.), in qua clare transubstantiationem tuetur; *de unione et incarnatione,* quodque persona sive subsistentia fuerit incarnata, divina autem natura humanae unita in persona Dei Verbi (apud Gallandi in vel. PP. bibl. XIII, 286).

372. In studiis biblicis praeter Jo. Damascenum versati sunt Wicboldus (Wigbaldus) sive ille Wigbaldus Caroli M. sub Itherio et Radone archicancellariis notarius, sive ille, quem idem princeps c. a. 778 praefecit Petragoricis, sive quispiam alius, qui ex dictis ss. patrum, maxime Augustini, Gregorii, Hieronymi, Ambrosii, Hilarii, Isidori, Eucherii, Junilii collegit *Quaestiones in Octoteuchum.* Eorum verba aliquando ipsa uno tenore transcribit, nonnunquam dispersa variis in locis colligit in unum, aliquoties vero non verba, sed mentem illorum exprimit. Reperit illud Martene cogitavitque de eo edendo: sed cum animadvertisset maximam Geneseos partem nonnisi purum Hieronymi atque Isidori textum fere exprimere, sequentes vero libros unum exhibere Isidorum, speciminis gratia typis dedit[1]) tantum qq. in tria priora Genesis capita in amplissima vet. Script. collectione IX, 298—366, inde Migne XCVI, 1105—1168. — Ambrosius Autpertus (minus recte aliis Ansbertus) patria Gallus, in ss. literis bene institutus in Italiam venit, Romam invisit atque Beneventum usque excurrit. Sanctitate vitae, quam florentem ibidem in monasterio s. Vincentii ad fontes fluvii Vulturni vidit, attractus constituit, in eodem vitam suam consecrare Deo. Anno 776 electus est abbas, sed cum alia pars monachorum adhaereret Pothoni, controversia delata est ad Hadrianum I., qui utrumque Romam vocavit, sed Autpertus in itinere 19. Jul. 778 obiit[2]). Haec ejusdem opera: Commentariorum *in Apocalypsin* ll. X, in quibus patrum insistens vestigiis stilo satis facili et nitido sensum praesertim assectatur moralem, omniaque exponere nititur accommodate ad populi captum, hinc opus voluit inscribere Speculum parvulorum. Graviores libri difficultates vitat, rebus minoris momenti nimis inhaeret nimisque est diffusus: opus tamen auctoris spirat pietatem. Prodiit Coloniae 1536; in variis patrum bibliothecis, coloniensi t. IX; lugdunensi t. XIII. Cum vulgasset hos ll., continuo passus est ob-

[1]) Fabricius-Harles X, 363 apud Migne t. cit. p. 1445—1454; Zeck KL. XI, 1588.

[1]) Cf. Martene in praevia observ.

[2]) Cf. ejus *Vita,* quam exhibet chronographus monasterii s. Vincentii sec. XI. apud Mabillon in act. SS. Bened. III p. 2. pag. 256; Act. SS. 19. Jul. IV, 646 ss.; Migne LXXXIX, 1269—1278; Hist. lit. de la Fr. IV, 141—161. Distingui debet ab Autperto O. S. Ben. abbate XVII. cassinensi (834—20. Febr. 837) viro diserto et valde erudito, qui *homilias* pulchras composuisse legitur, quae tamen fere ineditae sunt. Cf Petrus diac. de vir. ill. Casin. c. 13; Fabricius bibl. lat. I, 78. Ejus sermonem in s. Matthiam cf. Migne CXXIX, 1023—1034.

trectatores: verum ipse Stephani III papae auctoritate se munire conatus est. Exstat ea de re ejus *epistola* ad Stephanum, in qua defendit totius Ecclesiae libertatem, ut scil. unusquisque prout desuper accepit sine alterius controversia volumina condat: eumque affirmat damnandum censeri, »quisquis hanc libertatem spiritus abolere conatur.« — Scripsit in modum Prudentii Psychomachiae l. *de conflictu virtutum et vitiorum,* qui passim tributus fuit s. Ambrosio mediol. vel s. Augustino, hinc inter eorum opera fuit editus, imo et inter opera s. Leonis M. vel s. Isidori hisp. Habes eum Migne P. L. XVII, 1057—1074 et iterum XL, 1094—1106. — *Vita* s. Paldonis, Tatonis et Tasonis († 739) primorum fundatorum et abbatum monasterii s. Vincentii, in qua, missis eorum miraculis, earum virtutes diligentius enarrat. Commendat se ea vita sinceritate, accuratione, ordine, utilitate, ut ea aetate vix vita melius conscripta reperiatur. Eam primus edidit Ughelli Italiae sacrae VI, 458-470; ed. 2. VI, 369—377; dein Mabillon sec. III SS. Ben. 423—433; Migne LXXXIX, 1319—1332; in M. G. SS. langob. p. 546—555 etc. Ipsius quoque sunt aliquot (3) *sermones,* quos repererunt Martene et Durand atque in sua exhibent coll. t. IX, 219 ss; inde Migne LXXXIX, 1277—1320; forte et hom. 208 in festo assumpt. b. M. in app. serm. s. Augustini ed. maur. (Migne XXXIX, 2129-2134) et quaedam inedita vel deperdita, ut commentaria *in psalterium* et *Cantica cant.* — Inter Ascaricum episcopum in Asturia, Elipandi asseclam, et quendum Tusaredum datae sunt et redditae *literae* de corporibus eorum, qui cum Christo resurrexisse leguntur Matth. 27, 52 (Migne XICX, 1231—1240).

373. Historiographum celebris nominis hac periodo florentem laudare jam licet[1]), Paulum scil., quem vulgo Diaconum eruditi appellant, patria Forojuliensem n. c. 720 patre illustris generis Warnefrido, hinc etiam Warnefridi cognomento donatum. Adolescens Ticinum profectus et in regali aula educatus se literarum studio totum dedit, carus propterea Ratchisio, Cuniberto et Desiderio Longobardorum regibus: quorum posterior ei filiam suam Adelpergam instituendam tradidit. Cum vero hanc in conjugem duxerit Arichis dux salernitanus et beneventanus, Paulus eam secutus est et in hujus ducis aula commoratus pro illa concinnavit *Historiam romanam* seu *miscellam* usus Eutropii (qui floruit sec. IV. sub Valente imp.) *breviario,* quod ampliavit et continuavit usque ad Justinianum I. (a. 553), addens ll. X Eutropii (usque ad Valentem a. 364) alios ll. VI (VII vel VIII juxta alias recensiones). Prodiit saepe, primum Romae 1471 sub inscriptione *De historiis italicae provinciae* ac Romanorum. In editionibus ab a. 1560 (Parisiis 1560) restituitur sincerus et genuinus Eutropii textus, non retractatus a Paulo, qui prodierat in prioribus editionibus. Optimam ed. curavit H. Droysen in Mon. Germ. hist. auct. ant. II, 4—224. Opus continuavit anonymus, quae continuatio ut l. XVII. subjicitur historiae Pauli: eaque potissimum derivata est ex Historia gentis langobardorum nostri Pauli. Quod vero Paulus sibi circa Eutropii permiserat textum, alius fecit cum illius Historia romana, quam additionibus interpolavit ac misere foedavit, ex variis auctoribus, nominatim ex Anastasio Bibliothecario, quem fere descripsit, et continuavit ad a. 813, atque ita prodiit ‚confusaneum opus' ut loquitur Labbe in diss. adjecta ad Bellarmini l. de script. eccl., ‚hinc in-

[1]) De Lamfredo abbate mozacensi (fl. 761) cf. Krusch in N. Archiv 1893 XIX, ubi exhibet *Aufzeichnung* des Abtes Lamfred von Mozac über König Pipins Beziehungen zu seinem Kloster.

de varia soloce crassoque filo consarcinans', quod praeeunte Pithoeo inscribi solet *Historia miscella* ll. XXIV vel XXVI (divisis scil. ll. VII. et XVI. Pauli in duos). Multum ea lectitata fuit medio aevo saepiusque (lacunose) edita, ut a Muratori Script. rer. Ital. I, 1, 1—178; Migne XCV, 743—1159; Cherii 1854; primum integra a Fr. Eyssenhardt, Berolini 1869. A quo fuerit consarcinata et continuata non satis constat: juxta plures a Landulpho cognomento Sagaci (fl. c. 1000), vel a Joanne diacono, qui floruit exeunte sec. IX, vel ab aliquo anonymo. Ceterum ea non tanti est pretii historici[1]). Diaconus ordinatus ingressus est Paulus ordinem s. Benedicti in monasterio Montis Cassini, sed mox a Carolo M., qui viros scientia illustres undique evocavit, invitatus ad ejus venit aulam (782—786) multumque contulit ad promovenda studia in schola palatina, etiam linguae graecae culturam. Jussu Caroli collegit *Homiliarium* prolixum[2]) ad totius anni festa accommodatum scil. pro lectionibus in choro et decerptum ex homiliis (209) ss. Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Leonis, Gregorii M., Bedae, Origenis etc. Spirae 1482; Basileae 1493; 1498; 1505; Coloniae 1689, saepius alibi auctum aliorum homiliis, demum in Migne XCV, 1159—1566. Postquam diu in aula regis degerat, Montem Cassinum rediit (787), ibique remotus ab aulae turbis Deo, sibi literisque tranquillus vixit omnibus gratus et acceptus. Carolus M. dum in Italiam veniret, eum ibidem invisit. Cogitans historiae romanae continuationem, quam in ejus fine promiserat, coepit magna industria et diligentia opus suum praecipuum concinnare, historiam scil. gentis langobardarum ll. VI seu *langobardicam historiam* seu de gestis langobardorum ab a. 568—744. Pretium seu momentum hujus operis inde colligitur, quod centum illius supersint codd. msc., decem scriptores[1]) illud continuarint, ut Andreas presbyter bergomas, stilo quidem barbaro ad a. 877 (Migne 641, 1267-1278; M. G. Scr. 1839 III, 231—238; et ib. Script. rer. langob. Hannoverae p. 220—230), Erchempertus, de quo infra etc., quindecim illius exstent epitomae, quam plurimae editiones et versiones. Prodiit primum (Parisiis) 1514 cura Guilelmi Parvi, ed. reprehensione digna, quia textus pro arbitrio mutatus; Augustae V. 1515 cur. Conr. Peutinger, ed. egregia; in Muratori Script. rer. It. I, 1, 405—511 cum lectionibus variantibus, recusa in Migne XCV, 433—672; in Mon. Germ. hist. script. rer. langob., 1878 p. 12—187—219 cur. Waitz cum duabus epitomis et quatuor continuationibus, etiam inter Script. rer. Germ. in usum schol. Hannoverae 1878. Haec historia stilo simplici et nitido conscripta ob veracitatem et notitiarum de sua gente, quas ipse suo opere ab oblivione solus nobis servavit, copiam plane est pre-

[1]) Cf. Potthast p. 612 et 902.

[2]) Cf. Keppler KL. VI, 221-224. Jam ante Warnefridum ejusmodi *Homiliarium* magna cum diligentia collegit Halanus (Halain, Alain, Alanis) O. S. Ben. Aquitanus, qui aliquandiu degit vitam eremiticam, sed a. 761 electus est abbas farvensis (in Italia). Obiit 2. Mart. 770. Ex argumentis utilioribus, quae ex s. Scripturis, patrum aliorumque scriptorum operibus collegerat, sermones concinnavit legendos diebus festis a vigiliis nativitatis Domini et deinceps. Pez in suo thesauro III, 630 solam edidit praefationem. Cf. Hist. lit. de la Fr. IV, 695; Wigand das Homiliarium Karls d. Gr. auf seine ursprüngliche Gestalt hin untersucht, Leipzig 1897; Ratti R. Istituto Lomb., Rendiconti II t. 33 (1900) 481-489.

[1]) Edidit Freherus in corp. hist. Franc. sinc. et vet. p. 178 hujus op. supplementum (falso) sub Pauli diaconi nomine (est enim Andreae Bergomatis) ab a. 744—74, et continuationem ab a. 774—825. Hujus continuationis auctorem neque peritum veracemque esse, neque antiquum Schüz in comment. crit. de scriptis et script. apposita diss. ostendit p. 352—371.

tiosa: chronologiae tamen non satis habet rationem. Utitur autem in eo libenter Secundo tridentino, servo Christi († 612) »qui usque ad sua tempora succinctam de Langobardorum gestis composuit historiolam (IV, 40, quae tamen intercidit).« Obiit laboriosissimus vir 13. Apr. 797.

374. Alia ejus opera sunt: Liber *de episcopis mettensibus,* seu l. de ordine et numero episcoporum in civitate mettensi, seu Gesta episcoporum mettensium (saepe sat jejune) usque ab a. 451 ad a. 766, in bibl. max. PP. lugdunensi XIII, 329; in Mon. Germ. SS. II, 260—268 cura Pertzii, Migne XCV, 699—710 et 709—722 secundum duplicem recensionem. — *Vita s. Gregorii M.* ll. IV, in Mabillonii Sec. I SS. O. S. Ben. p. 385; in edd. opp. s. Gregorii M. Migne LXXV, 42—62; ed. originalem juxta codd. msc. italos habes in Zeitschr. für k. Theol. 1887 XI, 162—173. — *S. Cypriani passio, s. Arnolfi ep.* († 640) *vita et miracula,* utraque ib. XCV, 725—740 (sed dubia); aliquot *homiliae, epistolae, carmina*[1]), inter quae hymnus in s. Joannem Bapt. in Breviarium receptum: »Ut queant laxis resonare fibris« etc., ib. p. 1565—1604. — Ex opusculo, cui titulus est: Incipiunt *Pauli problemata* de aenigmatibus ex tomis canonicis, reperto in cod. mutilo, et qui in patriarcharum benedictionibus desinit, exhibet Mai in Spicil. rom. t. V. saltem specimen (ib. 1603—1606). — Ex *epitome* op. Sexti Pompeji Festi de verborum significatione ll. XX habes fragmenta, ib. 1605—1712. — Tribuuntur ipsi et *vitae* s. Benedicti, s. Mauri et s. Scholasticae V., Romae 1590 in 4; in Mabillonii sec. I. SS. O. S. Ben.

375. Hagiologi fuere Aribo (Arbeo, germ. Erbe, latine Heres, graece Cirinus) patria Tirolensis, natus in oppido Mais, qui puer patrocinio s. Corbiniani ex aquis est ereptus: hinc gratitudinis ergo servitio Dei se mancipavit, primusque abbas fuit monasterii O. S. Ben. in Scharnitz, dein a. 764 episcopus frisinganus[1]). Sub eo ecclesia sua aucta est pluribus donationibus, varia fundata fuere monasteria: valuit etiam gratia apud Thassilonem Bavariae ducem († 4. Maj. 784). Descripsit nonnihil prolixe, sed minori judicio critico, *vitam s. Corbiniani* primi episcopi frisingani († 730), cujus reliquias ex oppido patrio Frisingam transferri curavit[2]), quam habes in Act. SS. 8. Sept. III, 281—296; in Mabillonii Actis SS. Ben. sec. III, 500-517; Riezler *Vita Corbiniani* 1888 juxta formam originalem. — Scripsit et *vitam s. Emmerammi* ep. ratisbonensis († 652) in Act. SS. 22. Sept. VI, 474—486; Sepp Arbeos *Vita s. Emmerammi* in ihrer ursprünglichen Fassung, Bruxellis 1889, et in Analectis boll. 1889 VIII, 211-240. Num vero haec revera sit forma originalis, an forte hujus retractatio expolita, dubitant nonnulli[3]). — *Vitam ss. Marini*

[1]) Cf. de ejus opp. eorumque edit. accuratissime disserentem cum copiosa literatura Potthast p. 898—905, qui et ejus epitaphia accurate recenset. Fuse quoque de nostro auctore disserit Civiltà catt. serie articulorum ab a. 1899 VIII, 257 ss. etc.; Bethmann Pauli diac. hist. long. in Pezii Archiv VII, 274-358; P. diac. Leben und Schriften ib. X, 247—334; 335-414; Ebert Allg. Gesch. der Literatur des M. A. II, 36—56; Neher KL. IX, 1714–1716; Brosadola Vita ed opere di Paolo Diacono, Cividale 1899; Wattenbach I. 2. § 6.

[1]) Cf. Rausch KL. I, 1293; Braunmiller Namhafte Bayern im Gewande des hl. Benedict. Reihe I n. 2. Jahresber. der Studienanstalt in Metten 1880 in 8; Winter Ueber Emmerans Biogr. v. Aribo als Quelle für die älteste Profan- und Kirchengesch. Bayerns, in Vorarbeiten zur Beleucht. der öst.-bayerischen Kirchengesch. München 1810 II, 3, 153.

[2]) Cf. Potthast p. 1254; cf. p. 1289.

[3]) Cf. Ratzinger in diss. infra cit. p. 567.

et Anniani apostolorum Bavariae (c. 740—750) authenticam jussu Tolusii episcopi Priamus presbyter c. 751 collegit, quam edidit Holder-Egger in N. Archiv d. Ges. für ältere d. Geschichte 1888 XIII, 23. 24. — S. Virgilius (f. Feargil vel Feargal) patria Hibernus, cum adhuc esset presbyter, apud Zachariam rom. pontificem fuit accusatus de opinione »quod alius mundus et alii homines sub terra sint, seu sol et luna.« Quidnam revera docuerit non satis liquet. Ejus tamen doctrinam non fuisse erroneam inde conjicitur, quod sacerdotio non fuerit privatus, ut Zacharias minatus est in hypothesi erroris literis ad s. Bonifacium a. 747 datis (Migne LXXXIX, 943), imo postea (767) sit factus episcopus salisburgensis et a Gregorio IX (1233) inter sanctos relatus[1]). Ab Alcuino poem. 130 (Migne CI, 759) dicitur ‚Egregius praesul meritis et moribus almus ... nulli pietate secundus.' Collegisse dicitur *gesta s. Hrodberti* (Ruperti) confessoris, quae primum edidit F. M. Mayer in Archiv für österr. Geschichte LXIII, 606—608. Ea censet Bern. Sepp vitam primigeniam et authenticam ediditque cum introductione, annotationibus et declarationibus, in programmate lycei ratisb. 1890/91; et Ratzinger in diss. zur älteren Kirchengeschichte Baierns in hist. pol. Blättern 1892 CIX, 565-584; 660—675, qui eam probabiliter adjudicat s. Virgilio, quamvis praesertim n. 7 quaedam postmodum fuerint addita. Scripsit quoque *epistolam* ad Zachariam pontificem contra s. Bonifacium, quam habes inter hujus ep. († 27. Nov. 784). — Donatus diaconus ecclesiae metensis Angelramni discipulus, hujus hortatu scripsit c. a. 795 *vitam s. Trudonis* confessoris († 698), quam habes in Mabillonii Act. SS. O. S. Ben. II, 1069—1086. — Hecelinus O. S. Ben. auctor dicitur *vitae s. Aquilini* ebroicensis († c. 690) in actis SS. 19. Oct. VIII, 505—510. Eam hist. literaria Galliae (IV, 198) a gravitate et unctione commendat. — Anso (Ansus) O. S. Ben. vir bonus et sanctus, mediocris tamen ingenii, lobiensis in Belgio abbas (776—800) monachus adhuc scripsit stilo simplici *vitam s. Ursmari* primi hujus monasterii abbatis († 713) in Actis SS. 18. Apr. II, 558—562; in Mabillonii Act. Sec. t. III p. 246 ss., quam dein Ratherius veronensis et Fulcuinus abbas lobiensis sec. X retractarunt: *vitam s. Ermini* Ursmari successoris († 737), quam habes ib. sec. III p. 564—568; et in Act. SS. 25. Apr. III, 374—376. Utraque vita est admodum brevis.

376. Jam transeamus ad theologiam pastoralem[1]). Primus hic nominandus est is, cui Germania tantum debet, ut ejus meruerit Apostolus salutari, s. Bonifatius[2]). »Quidquid enim, scribit Herm. Conringius opp. II, 701, ante eum alii praestiterint, maxima propugnatae et instauratae per Germaniam christianae religio-

[1]) Cf. Bellesheim Gesch. der kath. Kirche in Irl. I, 252—257.

[1]) Scriptorem, qui de re liturgica meruerit non reperimus. De quodam Moelcaich Hiberno, qui probabiliter episcopus fuit atque circa sec. VIII. medium floruit, refertur, eum non parum immutasse missale: qua de re cf. Suitb. Baeumer in accurata diss. Das Stowe-Missale aufs neue untersucht Zeitschr. f. k. Theol. 1892 XVI, 446 ss.

[2]) Alius ab eo est Bonifatius scriptor *vitae s. Livini* Flandriae sec. VII. apostoli, quam nostro quidam fide incerta tribuunt, et cum ejus epistolis Serrarius Moguntiae 1605 edidit p. 233-252. Eam Mabillonius Act. SS. O. S. B. II, 448—461 pro lubitu breviavit et seniori asserit Bonifatio, qui floruerit c. 680. Subjicitur scriptis s. Bonifatii Migne LXXXIX, 871—888. Sed juxta Holder-Egger in hist. Aufsätze dem Andenken an G. Waltz gewidmet, Hannover 1886 p. 622—665 Livinus ille ne exstitit quidem.

nis gloria penes Carolum M. imp. et Bonifatium manet. Bonifatius sane quiquid erat inter Rhenum et Visurgim populorum in primis Frisios, christianam fidem docuit: qui vero sacra jam ante receperant, hos confirmavit iisque disciplinam ac leges ecclesiasticas sanxit.« Natione erat anglo-saxo (parentibus juxta card. Moran hibernis) natus c. 680 Credianti (modo Kirton) in comitatu devoniensi, ante Winfridus (Wynfrid, Wynfrethus) appellatus. Ab ipsa infantia mundum aversatus vitam monasticam in votis habuit atque reluctante patre, aegre demum consentiente, ingressus est monasterium Adescancastre, quod dein cum nhutscellensi commutavit et sub C. Wolphardi (juxta alios Wynberchti abbatis) disciplina omnium virtutum atque disciplinarum genere imbuitur. Diu rexit scholas magno discipulorum fructu, pro quibus varios utilesque composuit libros, qui primum recentiori reperti sunt aetate[1]). Magna gratitudine et veneratione discipuli eum sunt prosecuti, ut colligitur ex eorum literis, quas cum jam in Germania degeret post multos annos consilii petendi gratia ad eum dederunt. Annum agens 30 sacerdotio insignitur ac verbi divini praedicator assiduus magno animarum lucro in hoc munere versabatur. Animarum zelo incensus majora anhelabat: hinc a monasterii praeposito facultatem impetravit Evangelii praedicandi causa in Germaniam proficisci. Ex Anglia cum duobus sociis in Frisiam venit (a. 716). Cum autem bellum gravissimum inter Frisonum regem et Carolum Martellum exarsisset, sine fructu Evangelium praedicavit: quapropter in Angliam reversus ad suum rediit monasterium, cui invitus praeficitur: sed post elapsum biennium munus abdicavit atque Romam profectus est (718), ut apostolica auctoritate ad gentilium conversionem delegaretur.

377. Probato a Gregorio II. ejus consilio missus est ab eo in Germaniam magnoque fructu in Thuringia, Saxonia et apud Frisones Christi praedicavit Evangelium. A pontifice Romam evocatus factus est episcopus (722). In Germaniam redux literis pontificiis omnibus commendatus Hassiam et Thuringiam ab idololatriae reliquiis expurgavit innumerosque ad fidem convertit. Quapropter a Gregorio III. archiepiscopus est dictus. Tertio Romam profectus (738) a pontifice constitutus est sedis apostolicae legatus, qua insignitus auctoritate quatuor instituit episcopatus et varias celebravit synodos[1]), inter quas concilium leptinense (743 vel 745) memorabile est apud Belgas (Migne LXXXIX, 809—824), episcopos et clericos indignos deposuit. A Zacharia papa constitutus est Germaniae primas. Post mortem s. Willibrordi episcopi ultrajectensis († 738) Frisonibus ad idololatriam relapsis illuc se contulit ad Evangelium rursus praedicandum, sed incidens impiorum manus cum multis sociis (51) cruenta morte peremtus[2]) martyrii

[1]) Horum aliqua ediderunt Mai classic. auct. codd. Vat. VII, 475 ss.; Wilmanns Rhein. Museum N. F. 1868 p. 403 ss.

[1]) De his variis conciliis et eorum decretis accurate et diligenter agit Hefele Conciliengesch. III l. 19 c. 1, qui § 362 exhibet indiculum (30) superstitionum paganicarum, forte a s. Bonifatio collectum, qui tamen vix intelligi potest: constat enim tantum inscriptionibus capitum, quae periisse videntur. Concilia tunc habita reperies etiam in Migne P. L. LXXXIX, 805—843 cum diss. Mansi de eisdem ib. Cf. H. Hahn Die Briefe und Synoden des B. in Forschungen zur deutschen Gesch. 1875. XV. 43—124.

[2]) De martyrii a. contra Sickel et Oelsner opinionem (qui stant pro a. 554) disputat Will theol. Qtlschr., Tübingen 1873 p. 510—533. Multi scripserunt ejus vitam: ita Willibaldus ejus discipulus, presbyter in ecclesia s. Victoris Moguntiae, qui jussu Lulli successoris s. Bonifatii et Migingaudi (Megingo Zus)

palma fuit condecoratus 5. Jun. 755. Ad stabiliendum opus suum viros doctos atque feminas pias ex Anglia accivit, literarum studium promovit, atque plura condidit monasteria, inter quae celeberrimum fuit monasterium fuldense, virorum illustrium seminarium. — Inter ejus scripta eminent *epistolae* magni momenti pro historia illius temporis, quas ediderunt[1]) inter alios Gilles Oxonii 1846 t. 2, ed. commendatione non digna; Jaffé in bibl. rerum Germ., Berolini 1866 III, 42—315; Migne LXXXIX, 669—804, ed. magna negligentia facta; in Mon. Germ. hist. epist. 1890. III, 231-431, ed. critica et nobilis cur. Dümmler. — *Sermones* XV publici juris fecit[2]) Martene in collect. ampliss. IX,

---

jam a. 786 *vitam s. Bonifatii* pro suo tempore in multis satis bene narrat: prodiit ea primum in Canisii ant. lect. t. IV, 2, 341—389 col. 742—745. longe melius in ed. altera cur. Basnage II p. 1 p. 227-49; Mabillon in act. SS. O. S. B. III, 2, 1—27 (mutato stilo); in Act. SS. 5. Jun. I, 460—73; Pertz Mon. Germ. II, 331-353 (nova recensio) Arndt 1863; Jaffé novis adhibitis subsidiis bibl. rer. Germ. III, 429—71; Migne LXXXIX, 603—634; Nürnberger cum apparatu critico, ed. optima et praeprimis exacta, Breslau 1895; cujus cf. etiam Disquisitiones criticas in Willibaldi vitam etc. ib. 1892; secundum priorem, ut videtur, hactenus incognitam conscriptionem in Anal. boll. 1882 I, 51—72 (quae tamen juxta Waitz N. A. 1883 VIII, 169—171, est retractatio compendiata vitae Willibaldi, nullatenus antiquior). — Porro ab hoc Willibaldo s. Bonifacii biographo distingui debet alius Willibaldus ejus aequalis, nobili stirpe in Anglia ortus a. 700. Post iter in terram sanctam aliasque Orientis regiones (724—728) ingressus est O. S. Ben. in Monte Cassino (729-740), inde a Gregorio III in Germaniam socius laborum s. Bonifacii est missus factusque episcopus eichstettensis († 7. Jul. 781, juxta alios 786). Hujus *Hodoeporicon* seu Itinerarium edidit Brückl Eichstaett 1882; jam antea prodierat saepissime, ut in Actis SS. Mabillonii III, 2, 367—383; ed. ven. 330—346; in Act. SS. 7. Jul. II, 500—512; in Tobler Descript. terrae sanctae, Lipsiae 1874 p. 1—55 cum notis p. 282—347; sed ed. Holder-Egger in Mon. G. ser. XV, I, 86—106 sub inscriptione Vita Willibaldi auct. moniali heidemheimensi prae primis ab accuratione laudatur. Cf. Potthast p. 1638, qui quam plurimas ed. recenset; Hirschmann KL. XII, 1667—1669. Laudatur hoc Hodoeporicon ex ejus relationibus a moniali heidenheimensi literis consignatum ab accurata descriptione traditionum variis in locis vigentium et usuum ecclesiasticorum, et a copia notitiarum topographicarum. Willibaldi vita usi sunt biographi posteriores ut Othlo O. S. Ben. (fl. c. 1062), cujus vita exstat in Act. SS. O. S. Ben. Mabillonii III, 2, 28; Migne c. 633-65; duo anonymi, alter ultrajectinus (in Act. SS. Jun. 1, 477) et alter moguntinus (ib. p. 473). Cf. Wölbing die mittelalt. Lebensbeschreibungen des B. ihrem Inhalte nach untersucht, verglichen und erläutert, Leipzig 1892, l. non magni momenti; et innumeris omissis, quos diligenter recensent Will in ed. op. F. Böhmer Regesta archiep. mogunt., Oeniponte 1877. I, XI—XIV; Potthast p. 1217—20, biographias quas concinnaverunt Seiters Moguntiae 1845; Reinerding Würzburg 1855; Pfahler Regensburg 1879, Buss Graz 1880 opus posthumum ed. a Scherer; Kessel KL. II, 1067—1082; Gams hist.-pol. Bl. LXXXVII, 764—782 et Braunmüller ib. 1881 LXXXVIII, 721—736; 822—834.

[1]) Cf. Potthast p. 164, qui ed. recenset et scriptores, qui de illis scripserint; Hist. lit. de la Fr. IV, 92-115, quae earum argumentum indicat; H. Hahn Bonifaz und Lul. Ihre angelsächsischen Correspondenten. Erzb. Luls Leben, Leipzig 1883. S. Lullus erat natione Anglus, ven. Bedae discipulus, qui in Germaniam veniens strenue s. Bonifacium in opere apostolico adjuvit. Cum hic in fine vitae missionem cogitaret apud Frisones, eum sibi in coadjutorem a. 753 selegit pro sede moguntina, in qua dein Bonifatio successit († 14. Oct. 786). A multis fuit consultus ob scientiae et virtutis famam: paucae tamen ejusdem supersunt *epistolae*. Cf. praeter Hahn Migne XCVI, 819—848.

[2]) Sermonum s. Bonifatii genuinitatem negat Hahn in Forschungen zur deutschen Gesch. 1884. XXIV, 582-625; contra quem eam tuetur Nürnberger in Neues Archiv der Gesellsch. für ältere deutsche Geschichtskunde 1888. XIV, 109—134. Cf. et hujus diss. zur hand-

186 ss. Migne p. 843—872. *Poenitentiale* primo integrum apud Binterim Denkwürdigkeiten V, 3, 480. — Ex l. *de unitate fidei* c. a. 746 vel 747 composito, cujus scopus erat arctius conjungere Germaniae clerum cum sede apostolica, fragmenta quaedam exhibet Nürnberger Katholik 1881. VII (LXI) 15—28; 1882. I, 63. — Aliis omissis *Aenigmata,* scil. carmen constans hexametris 385, quo principales virtutes et vitia ad vivum depinguntur, repertum a Mai et C. P. Bock in Freiburger Diöcesan-Archiv 1868. III, 221—272; in MG. poetae lat. aevi Carol. I, 1, 3—15; ex parte in Migne LXXXIX, 887—892; cf. Ph. H. Külb Sämmtliche Schriften des h. B. übersetzt und erläutert, Regensburg 1857; Ebert I l. 3 c. 38.

378. S. Bonifatio addimus fidum ejus discipulum et laborum apostolicorum socium s. Sturmium (Sturm, Sturmio, Sturmi) noricum, quem primum constituit monasterii fuldensis institutorem et abbatem. Hinc in Italia ad invisenda O. S. Ben. monasteria, in primis Cassinum profectus est, ut regulam s. Benedicti observationesque monasticas veluti in fonte addisceret. Florentissimum reddidit illud monasterium et scholam, quam in eo aperuit, adeo ut brevi numeraret circa 400 monachos. Obiit Sturmius 17. Dec. 776 et ab Innocentio II. in conc. lateranensi 1139 inter sanctos fuit relatus[1]). Reliquit *Consuetudines antiquas* monasteriorum O. S. Ben., ed. a Mabillon inter Analecta IV, 454 ss., et in op. Vetus disciplina monastica p. 4—9; Migne LXXXIX; 1259 ss. — S. Egbertus (Ecgbertus, Eckebertus, Ecbertus) regia stirpe ortus, Eadberti regis Northumbriae frater, archiepiscopus eboracensis (a. 732), a Gregorio III pallio decoratus († 19. Nov. 766), condidit Eboraci celebrem scholam et bibliothecam. Scriptis celebre sibi nomen apud Anglos effecit, apud quos habebatur, ut ‚armarium omnium liberalium artium'. Supersunt tamen pauca, et plura, quae sub ejus circumferuntur nomine, sunt vel dubia vel supposita. Concinnavit summam magnam *de jure sacerdotali,* cujus fragmenta supersunt in collectionibus conciliorum, epitomen vero alienis additamentis auctam confecit Hukar diaconus a. 1040 inscriptam *Excerptiones* (153) e dictis et canonibus ss. PP. apud Wilkins Conc. I, 101—112; Mansi XII, 411-431; Migne LXXXIX, 379—401, quae sub Egberti nomine prodierunt. — *Poenitentiale* ll. 4 constans (ib. 401-431) suppositum censetur, nam ll. 1—3 derivati sunt ex Halitgarii († 831) op. de vitiis et virtutibus. Ita et l. *de remediis peccatorum* (ib. 443-454) suppositus judicatur. Aliud *Poenitentiale,* quod a Wasserschleben Die Bussordnungen etc. genuinum censetur, compilatio dicitur indigesta, Egberto indigna sec. nonnisi IX. juxta Schmitz, qui illud exhibet Buss-

---

schriftl. Ueberlieferung der Werke des H. B. in Neues Arch. der Gesellsch. für ältere deutsche Geschichtskunde 1888. VIII. 2. 299—325; 1889 XIV, 111—134 et alius ejusdem diss.

[1]) *Vitam* ejus bene et amoene descripsit Eigilius, de quo infra. Cf. Hist. lit. de la Fr. IV, 161 s.; Kuhlmann, Der hl. Sturmi Gründer Fuldas und Apostel Westphalens, Paderborn 1890 et KL. XI, 919; Kayser Der h. Sturmi, Paderborn 1866; Potthast 1585.

[1]) Abedoc clericus hibernus vel potius Haelhuca ejus abbas hoc seculo, ut videtur, *canones* collegit, quos ss. patres et synodi in diversis gentibus vel linguis sanxerunt. Ex hac collectione sec. VIII. in ll. LXV digesta capitula selecta vulgavit Dacherius Spicil. PP. IX, 232 (ed II. I, 492); nonnulla ab eo omissa supplevit in thes. anecd. IV: ea habes Migne XCVI, 1281—1326. In iis tamen obscura multa occurrunt vel quod ab homine ignaro descripta sint, vel quod maxime Hibernensibus obscuritas sit velut innata, uti opuscula et canones s. Patricii aliosque inter conc. Britanniae legenti patebit.

bücher I, 563—587 et iterum accuratius II, 661—674. Alium *l. poenitentialem* seu Egberti excerptum habes ib. II, 679—702, qui op. cit. diligenter et fuse in harum compilationum fontes, tempus, auctores inquirit. — Joannes Waraeus eques edidit quoque sub Egberti nomine *de institutione catholicae* dialogum, in quo quaestiones seu casus (XVI) pastorales solvuntur, Dublinii 1664; apud Migne LXXXIX, 435—442, et jam antea in pluribus conc. collectionibus[1]). — S. Pirminius natione, ut videtur, Gallus, abbas O. S. Ben. factus est episcopus, sed cujus sedis non liquet. Monasterium Augiae divitis condidit. Cum praedicando Evangelio per Galliam et Germaniam superiorem instaret et alia conderet vel saltem reformaret diversis in locis monasteria, conjiciunt plures eum tantum episcopum fuisse regionarium seu chorepiscopum. Obiit 3. Nov. 758 (juxta alios 753), qua die ejus memoria recolitur. Reliquit de singulis libris canonicis *Scarapsum* h. e. libellum paraeneticum de s. codice collectum, in quo praemissa historia creationis mundi et lapsus angelorum atque primorum hominum stilo admodum simplici et claro vitia cavenda et virtutes induendas ab homine christiano proponit, ut vitam ducat vocatione sua dignam[2]). Libellus non caret pretio ad cognoscendam suae aetatis disciplinam, in eoque inculcatur usus et necessitas confessionis et poenitentiae ante communionem. Conjicit Gallandi eum fuisse ex iis, qui ab esu sanguinis vel morticini abstinendum censerent innixi decreto apostolorum Act. XV, 20, contra quos scripserit Evantius (cf. supra p. 624). Prodiit Pirminii libellus in Mabillonii Anal. IV, 569—601; in bibl. PP. Gallandi XIII, 277—285; Migne LXXXIX, 1029-1050; Caspari Kirchenhist. Anekdota 1883. 1, 151-193.

379. Praetermissis Kerone (Gero) O. S. Ben. in monasterio s. Galli (fl. 760), cujus *confessionem fidei* edidit Goldastus in Script. rer. alem. Francofurti 1606 II, 134 (ed 2. a. 1661 p. 145) et expositionem *in orationem dominicam* Ge. Eccardus, Hannover 1713. — Theodemar O. S. Ben. abbate casinensi, qui a. 790 literis ad Carolum M. restaurationem disciplinae monasticae in monasteriis sui regni cupientem describit *usus casinenses* (quos Hergott edidit in op. Vetus disciplina monastica, Parisiis 1726) — Turpin (Joanne T., Tulpin, recte Tilpin) ex monacho s. Dionysii archiepiscopo remensi (753—2. Sept. 800, juxta alios † 794) ab Hadriano I. pallio decorato, cui falso fuit supposita fabulosa historia *de vita Caroli M.* et Rolando ejus nepote[1]), medio aevo admodum popularis, etsi seminarium infinitarum naeniarum, confictum ineunte sec. XII. — Simperto (Sintberto, Sindperto, Siguperto) abbate murbacensi, episcopo forte augustano († 809), probabilius ratisbonensi († 791), cujus *regularia statuta* monasterii murbacensis habes in Migne XCIX, 737—744. — S. Chrodegangus (Chrodogangus, Chrotgangus etc.), Pipini regis ex sorore nepos, ut scriptores veteres, sed sine sufficienti probatione, tradunt,

[1]) Cf. Fabricius bibl. lat. I, 489; Schroedl KL. IV, 139—141 etc.

[2]) Cf. plura ex hoc Scarapso (a verbo *scaro* barbarae latinitatis, quod sonat milites cogere) in Kirchenzeitung Salzburg 1889 Nr. 88 ss.; Hist. lit. de la Fr. IV, 124—128; G. Mayer KL. X, 18 s. De s. Pirminii vitis antiquis (sec. IX. XI et XIII) cf. Potthast p. 1529 cum literatura de eodem. Eas invenies in Act. SS. 3. Nov. II, 1, 33—50.

[1]) Cf. Potthast 1075. qui ejus editiones saepe repetitas, versiones, copiosam de ea literaturam recenset. Ea nullatenus a Callixto II. declarata fuit authentica, nam bulla, cui innitur haec assertio, et ipsa est spuria. Cf. Zeck KL. XII, 150; Histoire lit. de la Fr. IV, 205—217, Fabricius bibl. med. lat. II, 442.

vel saltem ex nobilissima stirpe prognatus, in aula Caroli Martelli enutritus, ejus referendarius, propter insignes animi corporisque dotes electus est, etsi adhuc laicus, in episcopum metensem a. 742. Nobilitatem generis nobilitans fervore sanctae religionis, scripsit *regulam,* quam specialiter metensis ecclesiae clericis observandam dedit. A Pipino et regni comitiis Romam missus est, qui Stephanum II. in Galliam invitaret et adduceret, cui legationi felix respondit effectus. A pontifice decoratus est pallio dictusque archiepiscopus († 6. Mart. 766). Regulam illam edidit Labbe Coll. conc. VII, 1444—1464 cc. 34 constantem, inde Migne LXXXIX, 1097—1120; W. Schmitz Hannover 1896 ex cod. Vossiano latino 94 bibliothecae lugd. Anonymus vero, ut eam adaptaret canonicis omnibus per orbem christianum diffusis, eam retractavit omissis iis omnibus, quae ad solos metenses spectare videbantur atque adscitis undecunque mututationibus, praesertim ex conc. aquisgranensi a. 816. In hac forma eam edidit Dachery Spicilegii I, 205—267; ed. 2. p. 565 ss. et inde Migne ib. p. 1057—1096 in cc. 86 divisam[1]).

380. Mentione demum dignus est Kosmas, Hierosolymis natus, quem parentibus orbum pater s. Joannis Damasceni in filium adoptavit, et cum Joanne instituendum tradidit Kosmae (seniori) monacho ex Italia oriundo, a Saracenis capto et morte damnato, quem tamen ipse a morte et captivitate eruit. Uterque autem puer sub hoc magistro mire profecerunt in grammatica, dialecticae, rhetoricae, ethicae aliarumque disciplinarum studiis, sed tamen in scientia harmonica praecipue excelluerunt. Ingressi sunt ambo Hierosolymis monasterium s. Sabae, unde Kosmas noster dictus est Hierosolymitanus vel Hagiopolites, Hieropolites. Factus est postea a. 743 episcopus majumensis († 781). Maxime suis carminibus (saepe nimis artificiosis) inclaruit, ut inter praecipuos numeretur hymnographos et praeconio ‚Melodi' honoretur[1]). De ejus scholiis in carmina s. Gregorii naz., quae inscribuntur: *Collectio* et *interpretatio historiarum,* quarum meminit d. Gregorius in carminibus suis tum ex s. Scriptura tum ex profanis poëtis atque scriptoribus (Migne P. G. XXXVIII, 341—681) jam locuti sumus supra p. 171. Ex ejus *hymnis* non multi prodierunt, neque hi omnes sunt certi, cum et Kosmas senior in poësi egregie fuerit versatus et hymnos reliquerit. Eos habes in Gallandi vet. patr. bibliotheca XIII, 234 ss.; Migne P. G. XCVIII, 459—524; aliqua in Nilles Kalendario manuali utriusque Ecclesiae II², 260—269. Illos commentariis illustrarunt Jo. Zonaras, Marcus Eugenius, Georgius Corinthius et Theodorus Prodromus, cujus commentarios in carmina sacra melodorum Cosmae hierosol. et Jo. Damasceni ad fidem codd. mss. primum edidit H. M. Stevenson, Romae 1888.

[1]) Cf. accuratam disquisitionem Hefele Conciliengesch. IV § 418 de relatione inter synodum aquisgranensem et Chrodegangi regulam; Hist. littér. de Fr. IV, 128—134.

[1]) Cf. encomium Suidae supra p. 672; Krumbacher 674 ss.; Bardenhewer KL. III, 1153 et Patrologie § 105 n. 6.

XIV.

Scriptores ecclesiastici seculi IX.

Pars prior (801—850).

381. Jam feliciora incipiunt tam pro literis in genere, quam pro studio theologico in specie tempora. Studia enim quam maxime promovit Carolus M. non tantum armis felix, sed et de administrandis suis regnis in subditorum commodum studiosus. Undique accivit viros doctissimos, scholas condidit, literarum studia liberaliter fovit, imo vel inter arma quaestiones theologicas et de fide controversias non neglexit[1]). Contra emergentes errores et pro restauranda disciplina ecclesiastica passim episcopos in synodos coëgit et theologos ad componendos in tutelam fidei catholicae libros excitavit. Quare multos hac epocha nominare licebit scriptores ecclesiasticos, inter quos aliquot insignes. Et quidem inter pontifices priori hujus seculi dimidio occurrit nobis s. Leo III. antea presbyter cardinalis et vestiarius palatii lateranensis, qui die sequenti post Hadriani mortem 26. Dec. (795) electus est „a cunctis sacerdotibus seu proceribus et omni clero nec non et optimatibus vel cuncto populo romano (Lib. pont.).“ Dum 25. Apr. 799 in ecclesiam b. Laurentii, quae Lucinae appellatur, egrederetur litaniam et missae solemnia celebraturus, invaditur a Paschali primicerio et Campulo sacellario Hadriani I. nepotibus eorumque sociis, qui „papam in terram projecerunt et absque ulla misericordia scindendo et spoliando eum crudeliter oculos ei evellere et ipsum penitus coecare conati sunt, nam lingua ejus praecisa est, et ut ipsi omnino tunc arbitrati sunt, coecum eum et mutum in media platea dimiserunt (in ejus vita in l. pontificali)“, dein eum monasterio ss. Silvestri et Stephani incluserunt: unde feliciter ereptus ab asseclis fidis in Germaniam confugit ad Carolum M. Miraculi instar visum est, ei non penitus excisam esse linguam exstinctumque lumen oculorum, vel haec ei divinitus fuere restituta. Ex longiori ejus

[1]) Ita de eo scribit Walafridus in praef. ad Einhardi vitam Caroli (Jaffé Bibl.IV,507): „Quippe qui omnium regum avidissimus erat sapientes diligenter inquirere, et ut cum omni delectatione philosopharentur excolere. Ideo regni a Deo sibi commissi nebulosam et, ut ita dicam, paene caecam latitudinem totius scientiae nova irradiatione et huic barbariei ante partim incognita luminosam reddidit Deo illustrante“.

pontificatu ultra a. 20 († 12. Jun. 816) memoria dignissima est coronatio Caroli M. in imperatorem romanum 25. Dec. 800, qua imperium occidentale restauravit. Ex paucis ejusdem *epistolis*, quae supersunt (Migne CII, 1023—1072, ubi habes ex Mansi coll. conc. XIII notitiam historicam in s. Leonem p. 993—1024; longe melius in Jaffé bibl. rer. germ. IV, Berolini 1873; cf. et ejus Regesta I, 307—316) vix una est dogmatica. In ep. X ad Carolum M. (Migne XCVIII, 538—540) breviter ad tres quaestiones ex s. Scriptura respondet. Concilium habuit a. 798, ut Caroli M. votis satisfaceret, cui intervenerunt episcopi 57. Postquam retulit de Adoptianorum haeresi jam a suo praedecessore Hadriano I. damnata, deque Felice urgelitano jam ter contra sua promissa in haeresim relapso pronunciatum est iterum in eum anathema, nisi haeresim deponat. Monachis (francis) in sancto monte Oliveti prope Hierosolymam degentibus, qui haereseos accusabantur, quod inter alia symbolo quaedam adderent de processione Spiritus s., hinc pro sua defensione ad Leonem III recurrerant (cf. Jaffé l. c. p. 382), sicut et Thomas patriarcha hierosolymitanus, misit *symbolum* orthodoxae fidei, in quo clare profitetur: „Credimus Spiritum a Patre et a Filio aequaliter procedentem“. Cum vero synodus aquisgranensis a Carolo M. congregata a. 809 non solum staret pro dogmate de processione Spiritus s. etiam a Filio, sed hanc additionem decerneret in symbolum esse recipiendam et illud cum hoc additamento cantandum, habita Romae synodo a. 810, fidem quidem concilii probavit, non vero illam additionem, quae neque Romae symbolo addebatur, non tamen vetuit. Hinc Franci illam non omiserunt, cum jam esset in usu, qui demum in Italiam, imo et Romae inductus fuit[1]). Noluit autem additionem illam admittere, ne offenderet Graecos, quem in finem appenderat etiam ad confessionem s. Petri tabulas duas argenteas quibus insculptum erat symbolum nicaeno-constantinopolitanum lingua graeca et latina absque illo additamento.

382. Cum attigerimus controversiam de processione Spiritus s. etiam a Filio, quae mox occasionem praebuit schismati tristissimo Orientem inter et Occidentem, praetermittere nolumus scriptorem hac periodo plane insignem, qui hortante Carolo M. de hoc argumento disseruerit. Est is Theodulfus, cujus patria nondum certo est cognita (Cisalpinum plures opinantur, alii Gallum), quem Carolus M. in Galliam accivit, magni fecit, primum constituit abbatem floriacensem, postea episcopum aurelianensem exeunte sec. VIII. Ecclesiam sibi commissam sollicite rexit: hinc scholas per eam instituit, monasteriorum gessit curam, pro clero suo egregiam composuit instructionem seu *capitula* (45) cum *capitulari* ad presbyteros parochiae suae, quam et alii episcopi probarunt[1]). Eam primum edidit Baronius in annalibus suis ad a. 835 n. 5, dein Busaeus cum ep. Hincmari rhemensis, Moguntiae 1602; eaque passim recepta fuit in collect. conc. et est utilis ad cognoscendam disciplinam sui temporis. Regem Carolum Romam est comitatus et a Leone III. pallio fuit decoratus. Interfuit juxta plures concilio francofordiensi 794 contra Felicem urgellitanum, cujus errores hortante Carolo M. impugnavit (scriptum tamen intercidisse videtur); ab eoque missus dominicus delegatus est in Provinciam et Septimaniam; a 811. cum aliis episcopis testis subscripsit testamento imperatoris, cui

[1]) Cf. Hefele Conciliengesch. III § 411. 412; Mansi XIV, 18 ss.; Baronius ad a. 809 n. 54 ss. De s. Leone III Grisar KL. VII, 1771-1781; Potthast p. 119; Jaffé I, 307—316; II, 743.

[1]) Ita Rodulphus ep. biturricensis plura ex illis recepit in sua capitula (Migne CXIX, 703—726).

post Alcuini mortem fuit a consiliis. Apud Ludovicum Pium initio quidem fuit in gratia, sed cum Bernardo Italiae regi magis favere videretur, accusatus de conspiratione cum eodem adversus imperatorem sede privatus et in monasterium detrusus est (818, † 18. Sept. 821). Haec alia ejusdem opera: *De ordine baptismi* Magno senonensi archiepiscopo dicatus, cujus nomine illum scripserat l., ut satisfaceret inquisitioni Caroli M. de baptismo, quam metropolitis suorum regnorum proposuerat; *de Spiritu s.* veterum sententiae, quod a Patre Filioque procedat, quem l. jussu Caroli M. in defensionem doctrinae conc. aquisgranensis a. 809 de hoc dogmate sat levi manu compilavit adductis patrum XVII testimoniis, etiam graecorum; fragmentum *sermonum,* unius de fuga mali et de faciendo bono; alterius qui est exhortatio ad personas variae conditionis, cui assutum est fragmentum ex sermone CXVII. Augustino supposito; *Carmina* a Sirmondo in ll. VI distributa: fuit enim praecipuus forte hujus aetatis poëta[1]), ab elegantia, arte, inventione laudatus. Inter ea vero eminent: *Versus* seu Exhortatio (prolixa) *contra judices* vel carmen contra judices, fructus suae missionis, de qua supra diximus; in eo egregia proponit judicibus monita; *paraenesis ad episcopos* (l. V. carm. 3), cujus tantum exstat p. 4; *de vitiis capitalibus* (l. V. carm. 2) pariter non integrum, pars fors prioris carminis; *versus* in fronte bibliorum, quae ipse describi (fecit), quorum exemplar adhuc extat Parisiis in bibliotheca nationali, in quibus singulos canonis libros cum eorum recenset argumentis; hymnus *pro die palmarum,* cujus versus duodecim priores etiam nunc in processione illius diei canuntur; carmen quo describit Caroli M. aulam (apud Dümmler op. mox cit. I, 483—489) etc. Alia X *carmina* reperit ediditque Mabillon. Optimam eorum editionem curavit Dümmler in M. Germ. poet. lat. med. aevi I, 437—576; II, 694—697. Habes haec omnia collecta in Migne P. L. CV, 191—381 post editionem minus completam Sirmondi, Parisiis 1646 (et inter ejus opera II, 917—1128). Praeterea ei a nonnullis tribuuntur *Speculum locorum biblicorum,* quod inter opera s. Augustini edi solebat (apud Migne P. L. XXXIV, 887 ss.); *expositio symboli athanasiani,* quam edidit Cuissard in op. Théodulfe evêque d'Orleans, sa vie et ses oeuvres, in Mem. de la Soc. archéol. et hist. de l'Orleannais 1892; *explicatio mystica missae; annales* quoque Caroli M. et Ludovici Pii scripsisse fertur[1]). Cogitavit de emendando Vulgatae textu: ejusque exemplar multorum juniorum codd. factum est archetypus, »sed theodulfianae recensioni alcuiniana jure merito praefertur«, inquit Cornely Introd. p. 451 ed. 2. Ejus textus multis glossis insertis est deturpatus.

383. Contra Adoptianos[2]) etsi jam damnatos a concilio francofordiensi et Hadriano I, nondum tamen ad silentium redactos calamum strinxit Alcuinus[3]) (Alchuine, Alhwin, Albinus) il-

[1]) Cf. praeter Cuissard Hist. lit. de la Fr. IV, 459-75; Fabricius bibl. lat. med. aet. III, 526; Zeck KL. XI, 1548—1553; Potthast p. 1058, qui exhibet literaturam; Baumgartner IV, 298 s.; Werner Alcuin und sein Jahrhundert p. 80—87.

[2]) Cf. de hac controversia praeter Hefele Conciliengesch. t. III passim Frobenius in diss. suae ed. adjecta, Migne CI, 303-336 et Enhueber in diss. hist. docta de haeresi Elipandi tol. et Felicis urg. Migne CI, 337—438.

[3]) Alius ab eo est Albinus O. S. Ben. abbas s. Petri cantuariensis († 732), qui Bedae auctor fuit et adjutor scribendae Anglorum historiae, ut Beda testatur in ep. nuncupatoria ad Ceolwulfum regem. Extat etiam ad eum Bedae ep. Cf. Fabricius bibl. lat. med. aet. I, 50.

[1]) Cf. Ebert II l. 4 c. 5, qui de praecipuis carminibus accurata et cum eorum laude disserit. De ejus cum Alcuino conflictu cf. Werner p. 81—87.

lustrissimus hujus aetatis theologus, princeps literarum in regno Francorum restaurator, ‚fax seculi', ut dicitur a Baronio ad a. 802, multiplici titulo a nobis commemorandus et laudandus. Natus est Alcuinus (cognominatus inter familiares aulae et scholae regiae Flaccus), nobili stirpe Eboraci in Anglia c. a. 735. A pueritia in monasterio educatus scholam frequentavit Egberti postea archiepiscopi eboracensis († 766). Discipulus erat in primis Aelberti, quem Romam proficiscentem comitatus est. Is cum Egberto in illa successisset sede, Alcuinum in regenda schola et bibliotheca sibi substituit. Vestem induerat s. Benedicti, sed ordinem diaconatu altiorem nunquam accepit. Ab Eanbaldo Aelberti successore Romam est missus pro obtinendo pallio (780). In reditu Parmae occurrit Carolo M., qui eum ad suam invitavit aulam pro restaurandis ubique per suam ditionem studiis literariis. Venia a suo archiepiscopo obtenta cum quatuor suis discipulis Wizo, Fridugiso, qui factus est cancellarius imperii (819—832), Sigulfo, qui successit Alcuino in regimine monasterii ferrariensis (Ferrières), et Osulfo, qui exspectationi magistri sui non respondit, in obsequium transiit Caroli M. (842), qui eum praefecit scholae palatinae, in qua instituerentur principes juventutisque flos. Primarii discipuli et Alcuini familiares constituebant coronam vel academiam literariam, cui intererant ipsi aulae regiae principes: imo ipse rex, qui eum suspexit quasi magistrum et ab eo voluit in artibus omnibus liberalibus initiari, hinc eum suum magistrum ‚deliciosum' compellavit, eidem adesse non est dedignatus[1]). In negotiis gravissimis ejus utebatur consilio necnon et calamo. Praecipuus merito dici potest Caroli M. administer in promovendo bono publico in tot provinciis illius imperio subjectis tam in ordine religioso quam literario. Rediit aliquamdiu in Angliam (789 vel 790), qua occasione nomine Caroli regis tractavit cum Offa Merciorum rege negotia politica. Revocatus Caroli iterum se totum addixit obsequio (793), praesertim in negotiis ecclesiasticis, controversiis fidei, reformatione cleri, christiana populi institutione. Jam senescens petiit ab aula missionem, quam rex aegre demum concessit. Eum constituit abbatem monasterii s. Martini (796) Turone, ubi aperuit scholam, quae mox inclaruit[1]) et monasterium reformavit. Pro monasterio, quod aedificaverat et cui est nomen Cormarici (Cormarine) obnixe postulavit a s. Benedicto abbate ananiensi sibi monachos dari, cui cum ven. pater protinus assensum praebuisset, viginti cum praelato sibi magistro misit: ad quorum bonum conversationis exemplum magna est aggregata multitudo monachorum[2]).

---

[1]) In ea se mutuo veterum nominibus compellabant. Ipse rex dictus est David, Alcuin Flaccus, Einhard Beseleel, Riculfus Damoetas, Beorurad senonensis Samuel, Angilbertus Homerus, Andulfus Menalcas, Meginfridus Thyrsis, Wizo Candidus, Richohodus episcopus trevirensis (792—804) Macarius; Fridugisus Nathanael, Arno archiepiscopus salisburgensis († 821) Aquila, Sigulfus Vetulus, Gisela, Caroli M. soror, Lucia, Rotruda, ejus filia, Columba, Gundrad, ejus cognata, Eulalia etc. Cf. Oebeke de academia Caroli M., Progr. gymnasii aquisgr. 1847.

[1]) Quantum etiam Turone degens de literarum studio ubique promovendo laboraverit, colligimus ex ejus ad Carolum M. ep. (78): „Ego vero Flaccus vester secundum exhortationem et bonam voluntatem vestram aliis per tecta s. Martini sanctarum mella Scripturarum ministrare satago, alios vetere antiquarum disciplinarum mero inebriare studeo, alios grammaticae subtilitatis enutrire pomis incipiam, quosdam stellarum ordine — ceu pictor cuilibet magnificare domus culmina — illuminare gestio, plurima plurimis factus, ut plurimos ad profectum sanctae Dei Ecclesiae et ad decorem imperialis regni vestri erudiam.

[2]) Ita narrat Ardo seu Smaragdus in vita s. Benedicti ab. anan. n. 36.

Ita juventuti instituendae, restaurandae disciplinae, pietati colendae totum se impendens plenus meritis laboribusque consumptis pie obiit in Domino 19. Maji die Pentecostes 804.

384. Quam plurima reliquit scripta, quae seorsim prodierunt et collecta cura Andreae du Chesne, Parisiis 1617, longe plenius cura Frobenii Forster, Ratisbonae 1777 t. 2. in f., ed. egregia et accurata, recusa a Migne P. L. C. CI. Juxta hanc editionem Alcuini opera distribuuntur septem in classes, quarum prima complectitur *epistolas* 232 sane pretiosas[1]) pro cognitione historiae status literarii, disciplinae et rituum illius temporis (Migne C, 139-514). Optima earum editio habetur in Jaffé bibl. rer. Germ. VI, 144—897; 903; coll. pp. 132-143 curis Dümmler et Wattenbach, Berlin 1873, qui exhibent ep. 306. — Altera p. continentur opuscula exegetica, inter quae sunt: *Interrogationes* (281) a Singulfo ei propositae et responsiones breves et concisae (p. 515—566). Responsio ultima de benedictionibus patriarcharum aliquantulum prolixior seorsim quoque comparet ut singulare opusculum, atque suppositum fuit Eucherio vel Augustino, hinc reperitur in appendice t. III opp. ejusdem, et etiam inter Hieronymi opera Migne XXIII, 1307—1318. Expositio historica est derivata ex s. Hieronymo, cui nonnulla ex Augustino admiscentur; expositio vero allegorica hausta est ex ll. Moralium s. Gregorii M. Prodierunt hae responsiones Hagenoae 1525; 1529; in bibl. pp. parisiensi t. IX etc. — *Enchiridion* seu expositio pia in psalmos poenitentiales, in quo ex patrum tractatibus, qui copiose de singulis psalmorum versiculis disseruerunt ‚flores dulcissimos' collegit; seorsim Parisiis 1547; Basileae 1555 inter orthodoxographos theologos p. 1085—1125 etc.; Migne p. 569-639. — Compendium *in Canticum canticorum,* ex v. Bedae expositione excerptum, in quo luculenta sub brevitate illud exposuit (prodiit cum commentariis Gilb. Folio cura Patr. Junii Londini 1638) cum ep. ad Daphnin de Cant. 6, 7 (Migne p. 641—666). — Commentaria *super Ecclesiasten,* Argentorati vel Basileae 1531; Migne p. 665—723, qua in expositione Hieronymum praesertim sequitur ducem. — Commentaria *in s. Joannis Evangelium* ll. 7 derivata ex ss. patribus Gregorio M., Beda V., Ambrosio, nominatim ex s. Augustino: „magis horum omnium sensibus ac verbis utens, quam suae quidquam praesumptioni committens . . . cautissimo plane stilo praevidens, ne quid contrarium sanctorum patrum sensibus ponerem", ut ipse testatur in praef. (Migne C, 744). Inscripta sunt Gislae Caroli M. sorori et Retrudae originis illustris, quae videntur professione fuisse sanctimoniales; olim vero Bedae fuere supposita, Argentorati 1527; Migne p. 737—1008. — Tr. super tres s. Pauli *ad Titum, ad Philomenem* et *ad Hebraeos epistolas,* Migne p. 1009—1084. In commentariis ad duas priores epistolas utitur expositione Hieronymi, in commentario in ep. ad Hebraeos homiliis s. Jo. Chrysostomi in hanc ep. — Commentariorum *in Apocalypsis* c. 12 priora ll. 5 a card. Mai reperti fuere (Migne p. 1087—1156), derivati praesertim ex Beda Ambrosio Autperto (cf. p. 676) etc.; ii tamen potius videntur esse cujusdam discipuli Alcuini. Ratio autem operis est pia, moralis, mystica et ad Christum et ad Ecclesiam cuncta referens: methodus vero seu regulae, quas in interpretando sequitur minus idoneae ad

[1]) Wattenbach Deutschlands Geschichtsquellen I[5], 153: Als unschätzbares Denkmal ist uns seine Briefsammlung erhalten, welche zu den wichtigsten Quellen für die Geschichte dieser Zeit gehört, wenn gleich der stoffliche Inhalt geringer ist, als wir wünschen möchten.

sensum genuinum eruendum: minus forte etiam placebit quibusdam nimis minuta, quam interdum persequitur, etymologia nominum propriorum et explicatio. In suis scriptis exegeticis generatim pro more illius temporis delectatur sensu mystico et allegorico.

385. Sequitur jam tertia operum pars complectens opuscula dogmatica scil. *de fide sanctae et individuae Trinitatis* ll. 3 ad imp. Carolum M., epitome quasi theologiae (si sacramenta excipias), ex Augustini praesertim operibus deducta, edita 1509 in monasterio Ottenburano; Argentorati 1530; Francofurti 1555 etc., Migne CI, 11-58; quaestiones XXVIII *de Trinitate* ad Fredegisum, ib. 57—64; *de processione Spiritus s.*, ib. 64—82; l. *adversus Felicis* (urgellitani) *haeresin* ad abbates et monachos Gothiae a P. Franc. Foggini in bibliotheca vaticana primum repertus, ib. p. 87—120; ad ipsum autem Felicem scripsit caritatis calamo, non contentionis stimulo *epistolam* (793), qua eum hortatur, ut novitatem doctrinae deserat et universalis Ecclesiae sanctorumque patrum doctrinam sequatur (ib. p. 119—126): cui ille non epistolari brevitate, sed libelli prolixitate respondere nisus est. Hinc opposuit opus *septem ll.* omnes ejus pravitatis evacuans doctrinas, qui olim Paulino aquilejensi suppositi fuere, Migne p. 119—231. — Ad Elipandum ep. toletanum scripsit pariter *epistolam* cohortatoriam: cui ille literis felle et injuriis plenis respondit. Responsionem enervat Alcuinus prioribus ll. 2. sui operis adversus Elipandum, quibus alios duos subjicit, in quibus plano sermone catholicae de Christo fidei veritatem confirmat p. 231—300; hisce adde Felicis confessionem (Migne XCII, 882-88), quam demum convictus post disputationem septem dierum cum eo habitam in concilio aquisgranensi a. 799 edidit[1]): unde Alcuinus merito gloriari potuit: „Ego Felicem Deo miserante catholicum feci (l. 1 adv. Elipandum n. 78).“ — Parte quarta continentur opuscula liturgica et moralia, cujusmodi sunt *liber sacramentorum*, qui componitur ex orationibus missalibus per dies hebdomae distributis, collectis, secretis, praefationibus ac postcommunionibus, cum initio epistolarum et evangeliorum convenientium, qui prodiit inter opera liturgica a Pamelio collecta t. II., Coloniae 1561; 1571; 1609; Migne CI, 445—466; *de psalmorum usu* cum variis formulis ad res quotidianas accommodatas, ib. 465—509; *officia* per ferias seu psalmi secundum dies hebdomadae singulos, quibus in ecclesia cantantur, dispositi cum orationibus, hymnis, confessionibus et litaniis p. 509—612, breviarium quasi quoddam in usum Caroli M. — *De virtutibus et vitiis* ad Widonem comitem, ut inter secularia negotia haberet libellum manualem, ad quem assidue suos actus examinare seque ad aeternae beatitudinis studium excitare posset, qui liber magna ex parte ex s. Augustini sermonibus haustus est, Migne p. 613—639. — *De animae ratione* l. ad Eulaliam virginem, specimen psychologiae moralis juxta principia s. Augustini et Cassiani, Migne p. 639—650; inter ep. ed. a Dümmler et Wattenbach 243. — *De confessione peccatorum* p. 649—656, quo in opusculo pro historia dogmatum pretioso utilitatem ac necessitatem docet poenitendi atque confitendi peccata sua sacerdotibus. — In p. quinta opera exhibentur ha-

[1]) Felix aliquoties suum retractavit errorem, sed in eum iteratis vicibus relapsus est. Post editam hanc retractationem traditus est in custodiam Leidrado archiepiscopo lugdunensi, ac c. 818 obiisse videtur prioribus suis erroribus addictus. Nam post ejus mortem reperta sunt ejus scripta, quibus suum errorem restaurat. Cf. Hist. lit. de la Fr. IV, 428—433; Werner Alcuin p. 54—62.

giographica, *vitae* scil. ss. virorum, quas in utilitatem fidelium vel de novo concinnavit, vel prolixiores ob usum faciliorem in compendium contraxit, vel demum in formam sermonis, qui populo ad aedificationem proponi posset, redegit, ut Martini turonensis, Vedasti attrebatensis ep. († 539), Richarii presbyteri († 645), Willibrordi ep. trajectensis († 739), Migne CI, 655—724. — P. sexta habes ejus *carmina* (283), quorum reliquit circa 383, inscriptiones scil., epigrammata, epitaphia, aenigmata, salutationes et his similia, quibus fere celebrat Dei gloriam, angelorum sanctorumque laudes, martyrum passiones, et virorum pietate illustrium facta atque virtutes[1]), Migne CI, 726—848; in Mon. Germ. poet. lat. aev. Car. cur. Dümmler I, 160—359; II, 690—693. Inter ea eminent: *De pontificibus et sanctis ecclesiae eboracensis,* seu potius de patribus, regibus et sanctis Euboricae; et de rerum humanarum vicissitudine et *clade lindisfarnensis monasterii,* quod a. 793 a Danis deletum fuit. — P. septima exhibentur ejus opera didascalica pro more illius temporis in forma dialogi concinnata: *Grammatica, Orthographia,* dialogus *de Rhetorica* et virtutibus, inter Carolum regem et ipsum; *Dialectica* etc., Migne p. 849—1001.

386. Hisce subjiciuntur p. octava opuscula dubia, inter quae est ejus *confessio* prolixa et ex variis opusculis etiam aliorum compilata in forma orationis, de cujus genuinitate magna quondam exstitit inter viros eruditos controversia, Migne CI, 1027-1098. Prior pars sub nomine *speculi* vel Manualis reperitur ad verbum in append. opp. s. Augustini t. VI (Migne XL, 967—983); altera reperta fuit in cod. cum isto Speculo sub inscriptione: *Confessio,* quantum Christus humano generi subvenisse dignatus est. De eo fusius disserit Werner Gerbert p. 145ss. — Alia opuscula ei fuere supposita, ut tr. de *caeremoniis baptismi,* qui est Amalarii trevirensis; *vita antichristi* ad Carolum M., quae reperitur etiam in app. t. VI. opp. s. Augustini, et inter opera Rab. Mauri, sed est Adsonis scriptoris sec. X. — *De divinis officiis* l. (p. 1175—1287) non est ipsius, partim quod ibi reperiantur Alcuino indigna, partim quod scripta quaedam inserta habeantur auctorum aevi posterioris. Est juxta Mabillonium farrago ex diversis ipsius Alcuini aliorumque auctorum ipso posteriorum scriptis collecta. Juxta Suitb. Baeumer Zeitschr. für k. Theol. 1889 p. 355 l. est Amalarii Fortunati archiep. trevirensis sed lacunose editus. Cf. Werner Alcuin p. 199 ss. — Non desunt qui conjiciant, *ll. IV Carolinos* sub nomine Caroli M. nomine contra decreta pro cultu ss. imaginum synodi nicaenae ed. primum a Joan. du Tillet (Tilio), Parisiis 1549; (cui ed. deest IV, 29), dein saepius, etiam inter opera Caroli M. in Migne P. L. XCVIII, 999—1350), ab Alcuino nutu imperatoris fuisse conscriptos: sed conjecturae pro hac assertione sunt sat leves[1]). — Collegit *Capitularia* in epistolas et evangelia totius anni, cum Lectionario, quod complectebatur meliores patrum homilias pro concionibus, quod tamen periisse videbatur; illud enim, quod sub ejus circumferebatur nomine (ex. gr. Coloniae 1539), est Pauli diaconi (cf. supra p. 679). Illud se iterum reperisse censet Morin O. S. Ben. in bibliotheca nationali paris. cod. 14302 (cf. Revue bénéd. 1892 IX,

[1]) Cf. Baumgartner IV, 289—296.

[1]) Cf. de horum librorum genuinitate, argumento etc. Hefele Conciliengesch. III § 399 et KL. VII, 189 ss. Cum in tot Alcuini libris et epistolis, quae adhuc supersunt, nulla compareat mentio controversiae de ss. imaginum usu cultuque, jam ob hoc silentium improbabilis videri debet opinio, quae Alcuinum censet librorum Carolinorum auctorem.

491—497), ubi ipsum describit. — *Librum Comitis* dictum, qui olim s. Hieronymo fuit tributus (cf. p. 267), directorium scil. quoddam indicans lectiones pro singulis anni festis satis turbatum correxit et ad pristinam revocavit formam (ed. inter opp. b. card. Tommasi V, 297 ed. Vezzosi). — Denique multum meruit in emendando textu *Vulgatae* amanuensium negligentia sat deformato. Textum ex antiquis codd. emendatum strenae instar Maecenati suo Carolo imp. obtulit in festis natalitiis Domini 801, qui auctoritate sua illum per imperium induxit. Usque ad sec. XIII saepissime librariis pro archetypo erat, ita ut non pauci codd. superstites adhuc sint. — Probabiliter meruit[1]) et de uniformitate *liturgiae* per omnem potentissimi illis regis ditionem adaptando hunc in finem sacramentarium gregorianum. Ejus merita in rem literariam ita paucis complectitur Cave Hist. lit. 1, 637: „Alcuino quidquid penitioris doctrinae, quidquid politioris literaturae isto et sequentibus seculis Gallia ostentat, totum acceptum referri debet. Ei academiae parisiensis, turonensis, fuldensis, suessionensis, aliaeque plures originem et incrementa debent; quibus ille si non praesens praefuit aut fundamenta posuit, saltem doctrina praeluxit, exemplo praeivit, et beneficiis a Carolo impetratis adauxit[2]).“

387. Alter plane illustris hujus aetatis scriptor fuit Paulinus, Italus natione, patria Forojuliensis, „lux Ausoniae, patriae decus et inclytus auctor,“ ab Alcuino dictus poëm. 212. Carolo M. erat ob doctrinae praestantiam et virtutum splendorem acceptissimus, quam ob rem eum in rebus gravioribus libenter consuluit. Antequam patriarcha aquilejensis est constitutus, grammaticae magistrum egit. Cordialissima exstitit inter eum et Alcuinum amicitia, qui eum ut patrem est veneratus, atque poem. 114 ita incipit:

„O Pauline pater, pastor, patriarcha, sacerdos,
Pars animae melior nostrae pars inclyta vitae;“

atque ita absolvit:

„Et nunc et semper mi, mi Pauline, valeto,
Carminis hic finem lacrymis faciemus amoris
Sed nunquam sacri finem faciemus amoris.“

Hinc frequens inter eos epistolarum commercium. Quomodo autem in vita se dilexerunt, ita et in morte non sunt separati. Nam eo ipso anno, quo Alcuinus decessit, Paulinus e vita migravit quatuor solummodo mensium spatio interposito. Obiit enim Paulinus 11. Jan. 804 juxta Madrisium in ejus vita c. 13; recentiores vero historici mortem ejus assignant a. jam 802. Ab Ecclesia inter sanctos colitur. Interfuit, imo et praefuit variis synodis

[1]) Cf. Baeumer Hist. Jahrb. 1893. XIV, 241—302 Ueber das sogenannte Gelasianum. In Inventario thesauri ecclesiae centulensis a. 831 notatur „Messalis Gregorianus et Gelasianus modernis temporibus ab Albino ordinatus“. Cf. etiam Werner Alcuin p. 195² ss.

[2]) Cf. de eo Vita ab anonymo antiquo conscripta, in Act. SS. 19. Maj. IV, 335—344; Migne C, 89—106; Jaffé bibl. rer. Germ. VI, 3—34; in MG. SS. XV, 1, 182—197 ed. W. Arndt etc.; Frobenii praefatio generalis et commentatio de ejus vita, et Andreae Quercetani praef. suae ed. praemissae (Migne C. 9—135); Rivet in Hist. lit. de la Fr. IV, 295—347; 701—705; Mabillon in Act. SS. O. S. Ben. (Migne CI, 1415—1442); Werner Alcuin und sein Jahrh. Wien 1881 ed. 2 et KL. 1, 462—467; Monnier Alcuin et Charlemagne avec des fragments d'un commentaire inedit d'Alcuin sur s. Matthieu et d'autres pièces publiées pour la prem. fois, Parisiis 1864 ed. 2; Potthast p. 33 s., et 1149, qui copiosam exh. bet literaturam; Sickel Alcuinstudien Wien 1875; Dümmler Allg. d. Biogr. 1, 343—348; Ebert t. 2 l. 4 c. 1.

contra adoptianos habitis, quos et strenue impugnavit. In concilio francofordiensi a. 794 nomine episcoporum italorum, qui ibi aderant, composuit *Sacrosyllabum* contra Elipandum, quem sacra synodus comprobavit misitque pro causa fidei ad provincias Galliciarum ac Hispaniarum ad noxios errores resecandos, specialiter ad Elipandum. Tuetur autem in eo doctrinam catholicam tantum ex s. Scriptura omisso traditionis suffragio[1]). Prodiit primum cura Jo. du Tillet s. l. 1549 (Migne XCIX, 151—182 cum annot.). Cum Felix literis ad Carolum M. datis suos renovaret errores, illas ex Alcuini consilio misit ad Leonem III. aliosque episcopos, inter quos et ad Paulinum, qui contra illum *tres* conscripsit *libros,* opus quidem nervosum, sed stilo implexo, difficili, hinc obscuro (Migne XCIX, 343—468). Libri VII, quos exaravit Alcuinus (cf. p. 705), falso aliquamdiu ipsi fuere suppositi. Habuit et ipse Forumjulii (Friaul) synodum a. 796, in qua habita longiori ad patres oratione ostendit, legitime addi symbolo nicaeno - constantinopolitano particulam ‚Filioque', neque propterea novum condi symbolum, sed illud tantum necessitate urgente uberius declarari; dein et adoptianorum errores reprobat[2]). Acta habentur apud Mansi XIII, 830 ss.; Hardouin IV, 847 ss.; Migne XCIX, 283—342. — Alia auctoris nostri[3]) scripta sunt: *Liber exhortationis* seu de salutaribus documentis ad Ericum comitem vel ducem forojuliensem, scriptus quidem stilo nitido, sed non tanta elaboratus diligentia c. a. 795, etiam in append. opp. s. Aug. t. VI; *hymni, carmina,* inter quae eminet carmen de *regula fidei,* de quo Alcuinus ep. 113 (juxta ed. Migne) ipsi congratulans illud plurimis profuturum dicit et Carolo regi suasit „ut symbolum catholicae fidei planissimis sensibus et sermonibus luculentissimis in unam congregaretur chartulam, et per singulas episcopalium regiminum parochias omnibus daretur presbyteris legenda memoriaeque commendanda, quatenus licet lingua diversa loqueretur, una tamen fides ubique resonaret." Habes ea in MG. Poet. lat. I, 123-136. — Supersunt sed perpaucae *epistolae.* Haec omnia junctim edidit Madrisius, Venetiis 1737 ed. egregia, praefatione, dissertationibus et annotationibus illustrata, quam recudit Migne XCIX, 9—683.

388. Tertius in certamine adversus adoptianos fuit s. Agobardus (Agobaud, Agobo), natione Gallus, juxta alios Hispanus n. circa a. 779, f. jam 769. In clerum lugdunensem receptus propter pietatem et eruditionem a Leidrado episcopo ordinatus est presbyter et in coadjutorem pro regenda ecclesia adscitus (804), cui et in sede successit (816), cum ille resignato munere episcopali in monasterium se receperit (p. a. 814). Exinde magnas habuit partes in omnibus gravioribus negotiis tam ecclesiasticis quam politicis. Dolendum est se hisce nimium immiscuisse, filiorum fovisse conspirationem adversus patrem suum Ludovicum imp., quem in finem praeter alia scripsit (a. 833) *Apologeticum* pro filiis Ludovici Pii imp. adversus patrem, seu ll. II pro filiis et contra Judith uxorem Ludovici Pii. Hinc praevalente hujus causa sede privatus est in conventu ad Theonis villam a. 834. Post biennium reconciliatus est Ludovico Pio, et hinc ei ad suam redire ecclesiam licuit. Reliquum vitae pacifice transegit decessitque 6. Jun. 840 (juxta aliquos 841). Ab ecclesia lugdunensi inter sanctos colitur (cf. Acta SS. 6. Jun.), cum alioquin laudatur ut pius. Doctrina sane eminuit, quam pluribus testatus est

[1]) Cf. Hefele § 398.
[2]) Cf. Hefele § 404.
[3]) Cf. de eo praeter Madrisium Hist. lit. de la Fr. IV, 284—295; Acta SS. ad 11. Jan. I, 713-718; Giannoni Paulinus II. Patriarch von A., Wien 1896; Esser KL. IX, 1651; Ebert II l. 4 c. 7; G. Ellero S. Paolino d'A., Cividale 1901.

scriptis, oratorio dicendi genere et in primis s. Scripturae memoria[1]).

389. Haec potiora ejusdem opuscula: Liber *adversus dogma Felicis* urgellensis ad Ludovicum Pium imp., in quo singula ejusdem asserta refellit. — Judaeos, quorum magnus fuit numerus Lugduni, quintuplici aggressus est libello[2]): Ad proceros palatii consultatio et supplicatio *de baptismo judaicorum mancipiorum* (a. 822, p. 99—107), et iterum ep. ad proceres palatii contra praeceptum impium (interim ab imperatore editum) *de baptismo judaicorum mancipiorum* (173—179), qui scil. prohibebatur domino non consentiente. Cum duplici hoc libello nihil obtinuerit, alium duplicem libellum immediate ipsi imperatori Ludovico obtulit, scil. *de insolentia Judaeorum* (Migne CIV, 69—77), de qua queritur praesul sollicitus de salute suarum ovium apud Caesarem et medelam petit; *de judaicis superstitionibus* (77—100), ut Christianos ab eorum conversatione retraheret; *de cavendo convictu et societate Judaeorum* (107—114). — *Adversus legem Gundobadi* et impia certamina (duellum), quae per eam geruntur (113—126) in quo bene ostendit: ab infensissimo Christi hoste legem esse inventam, ut non testibus aut veracium testimonio, sed ferro et igne lites discutiantur, eamque legem graviter damnat: cui affinis est liber *de divinis sententiis* (scil. Scriptura s. contentis) digestus cum brevissimis adnotationibus contra damnabilem opinionem putantium divini judicii veritatem igne vel aquis vel conflictu armorum patefieri (249-268). — Contra insulsam vulgi opinionem *de grandine et tonitruis* (147—159), ac si ea magorum in cantationibus cieri possent: quam superstitiosam vulgi opinionem multiplici ratione infirmat. Alias superstitiones impugnat in ep. ad Bartholomaeum ep. narbonensem de illusione quorundam signorum (179—187). — Fredegisus abbas[1]) plures ei opiniones non bene sonantes tribuit ac si eas docuisset, hinc l. opposuit *contra objectiones Fredegisi* (159—174), in quo inter alia inspirationem auctorum s. Scripturae, quae se ad ipsa ‚corporalia' extendat verba, excludit. — *De privilegio et jure sacerdotali* (127—148), libellus lectu dignus. Ad Malfredum procerem palatii deploratoria *de injustitiis* (185—190); ad clerum lugdunensem *de modo regiminis ecclesiastici,* opusculum utile scriptum occasione rixarum, quae ortae erant inter clericos lugdunenses de administranda Ecclesia (189—200), in quo disserit

[1]) Sickel Allg. d. Biogr. I, 140: Diese Schriften . . . zeichnen sich zumeist aus durch übersichtliche Anordnung des Stoffes, durch Klarheit des Gedankens und Ausdruckes, durch lebendigen, nöthigenfalls auch kräftigen und scharfen Ton, durch Correctheit des Lateins, wie es damals geschrieben wurde. Sie zeugen von Belesenheit in der Bibel, den Kirchenvätern (namentlich Augustin), den Concilacten und Canones, und erheben sich doch über die Compilation zu selbständiger Behandlung der Themen. Sie lassen uns endlich A. als einen vielseitig gebildeten, für seine Zeit recht aufgeklärten, von der Hoheit seines Berufes und seiner Stellung durchdrungenen, für seine Überzeugung und Sache mit Wärme, ja schliesslich mit Leidenschaft eintretenden Mann erkennen.

[2]) Cf. Hefele Conciliengesch. IV. § 429; Fr. Wiegand Agobard von Lyon und die Judenfrage, Erlangen 1901.

[1]) Fredegisus (Fredegis, Fridugisus), in academia palatina (cf. supra 702) Nathanael cognominatus, Alcuini jam in Anglia discipulus, hunc in Galliam est comitatus eique successit in abbatia s. Martini, sed infelici pro hoc monasterio omine. Apud Ludovicum Pium magna valuit gratia factusque est cancellarius (819—832; † 834). Singularium opinionum fuit patronus, ut colligitur ex ejus ep. *de nihilo et de tenebris* ad proceres palatii (in Baluzii Miscell. 1, 403—408; Migne CV, 751—756), quae revera aliquid esse contendit; et ex ep. *ad Agobardum*, quae intercidit, in qua aliquot ejusdem opinionum carpit. Cf. Hist. lit. IV, 512—515.

de unitate Ecclesiae; hortatur singulos ad ineundam pacem qualitatesque boni malique depingit pastoris. *De dispensatione ecclesiasticarum rerum* contra usurpationes laicorum praesertim sed et praelatorum (227—250). — *De comparatione regiminis ecclesiastici et politici,* et in quibus Ecclesiae dignitas praefulgeat (291—298). — Sermo exhortatorius ad plebem *de fidei veritate* et totius boni institutione (267-288), pro argumento quidem habet Christum, sed et in varias exspatiatur et se diffundit absque ordine materias. — *De divina psalmodia,* qui libellus (325—330) tamen juxta Mönchemeier Amalar von Metz, Münster 1893, Flori lugdunensis est. *De correctione antiphonarii,* contra Amalarium, qui quosdam usus ecclesiae lugdunensis in divino officio usurpatos reprehenderat. Hunc tecto nomine, sed nimis acriter et injuriose, aggreditur (329—340): scripsit praeterea aliquantulum pacatius librum *contra ejusdem ll. IV* de divinis officiis (339—350). Demum aliis omissis mentio facienda est ejus l. *contra eorum superstitionem,* qui picturis et imaginibus sanctorum adorationis obsequium deferendum putant (199—228). In eo nititur mediam inire viam inter iconomachos et sententiam conc. nicaeni II., cui occidentales per errorem tribuebant falsam opinionem ac si sacrae imagines colendae essent cultu latreutico: contra quos ita disputat, ut ss. imaginum usum utcunque admittat, sed cultum generatim carpat. Hinc liber iconomachis sec. XVI. arrisit, a Baronio et inquisitione hispana censura dignus videtur[1]). — Ipsius forte sunt etiam synodi parisiensis a. 825 hac in causa habitae acta, quae pariter spiritum aversum a cultu ss. imaginum produnt[1]). Hinc Bellarminus synodum illam impugnat in append. ad suum tr. de cultu imag. Opera auctoris nostri collecta prodierunt cura P. Masson, qui illa librorum tegumentis jam destinata ab interitu et aeternae oblivionis injuria felici fato servavit, Parisii 1605 ed. mendosa, quae decr. 26. Aug. 1605 »donec corrigatur« est prohibita; Baluze ib. 1666 t. 2 ed. auctior; Gallandi Bibl. vet. PP. XIII, 403 ss.; Migne CIV, 9—351.

390. Attigimus controversiam de cultu ss. imaginum[2]), quae recruduit sub Leone Armeno in Oriente, nonnihil et Occidentem turbavit. Putarunt enim Occidentales, minus fida actorum conc. nicaeni II. versione decepti, Orientales in illo conc. sanxisse, ss. imagines cultu latreutico esse colendas, hinc zelo pro Dei gloria et quodam oppositionis spiritu abrepti omnem fere cultum illis denegarunt, vix usum permiserunt. Haec sentiendi ratio se prodidit jam in concilio francofordiensi, in libris Carolinis et in capitulis a Carolo M. per Angilbertum Hadriano I. propositis, in conc. parisiensi a. 825, et in libris pluribus eo tempore hac in controversia scriptis. Praeter Agobardum huc spectat praesertim Claudius Taurinensis, qui prae reliquis ss. imaginum cultum, imo et usum impugnavit, adeo, ut a Nic. Antonio in bibl. hisp. vel L. VI c. 5

---

[1]) Cf. Hist. lit. de la Fr. IV, 567—583; Ebert Gesch. der Lit. des MA. II, 209 ss.; Chevalard de L'Eglise et l'Etat en France au IXe siècle. S. Agobard . . . sa vie et ses ecrits, Lyon 1868; Rozier Agobard de sa vie et ses ecrits, Montauban 1891; Pastor KL. 1, 346; Potthast p. 26 s., ubi reperies literaturam; Fosz Leben und Schriften Ag. Gütersloh 1897; Hauck Realencycl. I, 246—248.

[1]) Cf. Hefele Conciliengesch. IV § 425. Nat. Alexander genuinum Agobardi sensum atque sententiam a calumniis et cavillationibus haereticorum vindicare satagit Hist. Eccl. t. V. sec. VIII diss. VI § 13.

[2]) Cf. de hac controversia passim disserentes Werner Gesch. der apol. und pol. Lit. praesertim II, 524 ss.; Hefele Conciliengesch. t. II et III, 1 ss.

dicatur iconoclasta obstinatissimus[1]). Natione erat Hispanus (non Scotus), Felicis urgellitani ep., viri tristis memoriae, discipulus. Ex Hispania transiit in Galliam et a Ludovico Pio munus regendae scholae palatinae accepit, dein factus est episcopus taurinensis (intra a. 817—830): quo in munere ss. reliquiis et imaginibus, ipsi etiam cruci, verbis scriptisque bellum indixit, imo et vi adhibita, frustra reluctante populo. Fatendum vero est, eum laudabili assiduitate interpretandis ss. Scripturis incubuisse atque in plerosque ss. libros exarasse commentaria compilando undique patrum expositiones; silentio premens eorum nomina neque assignans opera, unde illorum verba hauserit. Libenter et presse sequitur praesertim ss. Augustinum et Bedam, necnon et Hilarium diaconum. Illis vero in locis, ubi patrum defuerunt sensus vel verba, hoc utcunque valuit explere studuisse, ut ipse profitetur in praef. in catenam *super s. Matthaeum* (Migne CIV, 835). Delectatur autem pro more illius aevi sensu allegorico. Horum tamen commentariorum exigua tantum pars typis prodiit; plura manserunt inedita[2]). Scripserat *in Genesim* ll. 3, *in Exodum* ll. 4 ineditos, ll. informationum literae et spiritus *super Leviticum* (quarum tantum praefatio et finis edita fuere a Mabillonio), in quibus suos prodit errores. Hinc Theodemirus abbas, qui eum primo ad scribendum hortatus fuerat, ep. ad eum data amice errores ejus redarguit: cui ille insolenter respondens Gallos omnes et Germaniae fideles idolatriae vanarumque superstitionum laqueis irretitos pronunciat. Libri prolixi titulus est *Apologeticum* atque rescriptum Claudii ep. adversus Theodemirum (Theutmirum) ab., cujus tantum exstant fragmenta (Migne CV, 459—464). Non tacuit abbas in scribendo alioquin modestus: cujus responsi partem alteram asservavit nobis Jona in suo adversus Claudium opere. Singulas Claudii assertiones gradatim expendit atque erudite refellit[1]). — Quaestiones XXX *super ll. Regum;* Catena *super Matthaeum,* cujus praefationem tantum habemus editam; ita et in commentarios *ad ep. s. Pauli.* Sola enarratio in ep. d. Pauli *ad Galatas* et *expositio ep. ad Philemonem* integra typis est expressa. Non desunt qui ei brevem Chronicam ab o. c. 816 tribuant: quae juxta Potthast p. 321 hujus quidem est temporis, sed supposita. Edita est a Labbeo in bibl. nova mscr. I, 309-315 inscripta: *Chronicon* secundum hebraicorum cod. veritatem, Migne p. 917—924. Habes haec collecta apud Migne CIV, 609—928.

391. Praeter Theodemirum adversus Claudii errores scripsit Dungalus Hibernus, forte in celebri monasterio bangorensi institutus, qui in Galliam venit, atque ut reclusus monasterio s. Dyonisii addictus erat. In astronomia bene versatus erat, ut testis est ejus ep. ad Carolum M. *de duplicis solis ecclipsi* a. 810; et a Ludovico Pio Patavium ad docendum missus fuit. Hic cum ex Claudii l. adversus Theodemirum didicisset ejus malesanas opiniones, scripsit[1]) stilo forti c. a. 828.

---

[1]) Distingui debet a Claudio Clemente scoto, Alcuini collega, viro admodum erudito, cui nonnunquam auctoris nostri opera tribuuntur et vicissim illius scripta nostro. Cf. de nostro praeter Nic. Antonium Hist. lit. de Fr. passim t. IV; Pohle KL. III, 434—37; Fabricius bibl. lat. med. act. 1, 358; Dümmler Sitzungsber. der Berliner Akad. der Wissensch. 1895 XXIII, 427—443; Comba Claudio di Torino 1895.

[1]) Fuse de his commentariis disserit Rich. Simon Hist. crit. du N. T. opp. V, 353—365, Rotterdam 1693.

[1]) Cf. de Theodemiro O. S. Ben., qui abbas fuit Psalmodi, Hist. lit. de la Fr. IV, 490—492. Obiisse videtur ante a. 827, f. circa a. 825.

[2]) Cf. Hist. lit. IV, 493—499; Fritz KL. IV, 11; Bellesheim Gesch. der kath. Kirche in Irl. I, 296.

Responsa contra perversas Claudii taurinensis ep. sententias ex auctoritate ac doctrina ss. patrum deflorata et excerpta. Edita sunt scripta Dungali a P. Masson, Parisiis 1608; in bibliothecis PP. ex. gr. lugdunensi XIV, 196 ss.; Migne CV, 447—532. Utitur autem in suo scripto libenter verbis poëtarum christianorum Prudentii, Paulini nol., Fortunati pictaviensis. Vixisse videtur adhuc a. 834. — Alter Claudii adversarius est Jonas Theodulfi in sede aurelianensi ab a. 821 successor († 844), patria Aquitanus. Interfuit pluribus synodis, nominatim synodo parisiensi a. 825 in causa ss. imaginum, et a Ludovico Pio imp. cum Jeremia archiepiscopo senonensi destinatus est, qui acta illius synodi recenseret, recensitaque Eugenio II. legenda exhiberet et pontificem pertraheret ad malesanas illius synodi opiniones approbandas. Quid Eugenius II. responderit, non constat. Scripsit contra Claudium, sed opus suum nonnisi post adversarii obitum publicae dedit luci. Inscribitur *de cultu imaginum* atque in 3 distinguitur ll., quorum primus est de imaginum cultu crucisque adoratione, alter specialiter iterum agit de cultu crucis; tertius de peregrinationibus ad loca sacra: ostendit autem Claudium perniciosissimum esse Ecclesiae hostem. A sententia synodi parisiensis gallorumque illius temporis cultui ss. imaginum sat aversa vix recedit, adeo ut Bellarminus de script. eccl. de eo scribat: „Hic auctor caute legendus est, quoniam laborat eodem errore, quo Agobardus et reliqui ejus aetatis episcopi, qui negabant ss. imaginibus ullum deberi cultum religiosum.“ Neque solidus est in refellendo Claudio. Prodiit opus Coloniae 1554; Antverpia 1565 etc. Sollicitus fuit de reformatione disciplinae religiosae et morum populi. Hinc scripsit *de institutione laicali* ll. 3, in quibus ex divinis literis et patrum scriptis praeclara morum praecepta omnis generis laicis proponit (in Spicilegio Dacherii I, 1—202; ed. 2. I, 258-323), sicut principibus in ep. *de institutione regia* ad Pipinum regem (ib. V, 57; ed. 2. 1, 324—335; Mansi XIV, 529—604 et 658). Utitur autem in utroque l. egregio decretis utilibus in synodo pro reformatione morum parisiensi 829 a. editis, in quibus conficiendis magnam ipse habuit partem. Utrumque opus admodum utile est pro cognitione illorum temporum. Reliquit[1]) et brevem *historiam translationis s. Huberti* ep. tungrensis († 727) in monasterium andaginense MG. SS. XV, 234—237; quae omnia habes in Migne P. L. CVI, 121—394. Ceterum his tribus melius et correctius doctrinam catholicam de ss. imaginum cultu vindicavit Warnefr. Strabo, de quo mox.

392. In Oriente pro ss. imaginum cultu stetit Tarasius, qui patrem habuit Georgium urbis praefectum. Etsi laicus muneribusque publicis implicatus factus est episcopus CP. a. 784. Fidei suae rationem reddidit literis ad Hadrianum ceterosque patriarchas datis deque renovanda unione cum ipsis deque restaurando ss. imaginum cultu fuit sollicitus. Reprehendit quidem summus pontifex tam praecipitem promotionem, quod esset contra canones, et quod in rescripto caesareo vocatus fuerit patriarcha oecumenicus, sed pacis studio et propter Tarasii de orthodoxa fide zelum noluit ejus obsistere electioni. Habita fuit ejus tempore de ss. imaginum cultu restaurando synodus nicaena II (a. 787), cui cum legatis pontificiis ipse praesedit. Prolixa *refutatio* tomi pseudo-synodi constantinopolitanae (a. 754) in sex distributa t. (Hardouin IV, 326-443) opus est

[1]) Cf. Kessel KL. VI, 1812—1816; Hist. lit. V, 20-31; K. Amelung Leben und Schriften des Bisch. Jonas von O., Programm des Vitzthumschen Gymn. in Dresden 1888. De synodo parisiensi cf. Hefele § 428.

Tarasii[1]). Praefuit suae sedi ad a. usque 806, et a graecis colitur 25. Febr. Nactus est vitae suae scriptorem Ignatium discipulum, diaconum et vasorum custodem (skeuophylax) magnae ecclesiae CP., qui factus dein est nicaenus metropolita (c. 813), et etiam Nicephori patriarchae vitam praeter alia conscripsit, ut infra dicemus p. 741 a. Cf. hanc Tarasii vitam in actis SS. III. Febr. 572—590; Migne XCVIII, 1485—1424; graece primum edita a Heikel Helsingforsiae 1889. Reliqua autem quae supersunt, Tarasii scil. *epistolas* et orationem *in ss. Deiparam* in templum deductam, ib. 1423-1500.

393. Prae ceteris tamen emicuit hac in causa sicut et in aliis Theodorus Studitas, vir potens sermone et opere, illustrissimum hoc tempore Ecclesiae orientalis lumen, sanctitate, scientia, zelo plane insignis. Natus ille est sub imperio Constantini Copronymi piis nobilibusque parentibus Photino et Theoktista a. 759. Virtuti a puero deditus, literarum studiis excolitur atque ad summum doctrinae gradum pervenit. Monasticam deinde vitam (781) cum fratribus Euthymio et Josepho amplexus, cum excelleret omni virtutum genere, a Tarasio sacerdotio fuit initiatus (a. 787). Post aliquot annos (794) Plato avunculus, qui hactenus monasterio Saccudionis praefuerat, transtulit praefecturam in eum, invitum quamvis ac reluctantem. Munere suo egregie fungens commissi gregis praeclarus rector et ad salutaria pascua ductor exstitit. Cum Constantinum Irenes imp. filium, qui dimissa uxore alteram duxerat, propterea reprehendisset, flagellis caesus atque Thessalonicam relegatus est (795): ipse vero communionem etiam abrupit cum Tarasio velut remissius in eo negotio agente[2]). Opposuerat se quidem Tarasius huic conjugio nefario, pellicem coronare renuit, imperatorem graviter reprehendit, communione tamen non privavit, ne juvenem exacerbaret et ad extrema incitaret mala. Constantino deposito et mox defuncto a. 797, Theodorus ab Irene revocatur: redeunti tota prope civitas ipsaque Augusta cum patriarcha obviam eunt. Ipse honores fugiens ab imperatrice impetrat, ut liceat sibi ad suum redire monasterium: sed cum hoc incursionibus Saracenorum esset expositum, se cum suis intra urbem recipere cogitur: quibus Augusta Studii monasterium[1]) attribuit a Constantino Copronymo quondam vastatum, unde et ipsi Studitas seu Studion nomen adhaesit. Interim Nicephorus Logotheta ejecta Irene imperium capessit et defuncto Tarasio Nicephorum laicum substituit, a cujus communione Theodorus cum fratre suo Josepho et Platone abstinet, quia mollius nimis cedens imperatori, Josephum oeconomum, qui adulterinas nuptias Constantini junxerat, ideoque fuerat depositus, in pristinum restituerat gradum. Hinc in synodo CP. a. 809 coacta, in qua nuptiae illae ex dispensatione legitimae fuere declaratae, anathemati sunt subjecti atque in insulam prope Byzantinum relegati, atque singuli suo seorsim carcere inclusi (809—811). Nicephoro in bello contra Bulgaros perempto succedit Michael Europalates, qui exsules revocat ea conditione, ut Nicephorus quidem patriarcha, quae perperam gesta erant, abroget, ipsi vero cum eo ad communionem redeant (a. 811): quam conditionem illi acceptant.

---

[1]) Cf. de hac synodo et s. Tarasio Hefele KL. XI, 237—248.

[2]) De hoc dissidio seu schismate, sicut et de dissidio postea cum Nicephoro Tarasii successore narrationem brevem reperit Mai in cod. vatic., quam edidit Spicilegii VII pag. XXIX, inde Migne ib. 1849—54.

[1]) De hoc in historia byzantina celebri monasterio fundato a. 463 a Joanne Studio cf. Mueller Studium coenobium CP., Lipsiae 1721.

394. Brevi post Leo Armenus imperator factus bellum adversus ss. imagines restaurat (814). Convocatis episcopis et archimandritis in palatium, Theodorus longa oratione prava imperatoris consilia retegit ipsumque admonet, res quidem bellicas atque civiles ejus muneri esse commissas: at judicium de rebus ecclesiasticis ad solos pertinere sacerdotes. Graviter commotus Leo omnibus vetat, ne ullum de fide habeant sermonem, quod plures abbatum promittunt. Contra Theodorus nefas esse affirmat in fidei causa silere atque hanc in rem epistolam velut encyclicam scribit ad monachos omnes. Tum patriarcham nutantem erigit eidemque postea, cum ob praeclaram confessionem sua sede et urbe pulsus esset, per epistolam gratulatur. Cruda jam orta est persecutio in orthodoxos, monachos praesertim: Theodorus ipse in exsilium mittitur, dirissime caeditur, carceri mancipatur fame necandus: sed cibum ipsi clam submittit pia quaedam virgo. Ea occasione quam maxime accensus est ejus zelus. „Credi vix potest, narrat Baronius ad an. 816 n. 25., quot hoc tempore literas scripserit, hortatorias ad martyrium, catecheticas ad instructionem, dogmaticas adversus haereticorum objectiones, consolatorias ad concaptivos, luctuosas ad lapsos, canonicas ad resipiscentes . . . Numerum excedit 200 ep. summa, quas Theodorus persecutionis tempore exsul et in carcere constitutus conscripsit.“ Scripsit et ad rom. pontificem Paschalem I. et ad reliquos patriarchas ad opem ferendam fidei periclitanti. Cum Theodori epistola quaedam incidisset in manus imperatoris, jussit hic ut dirissime ad extremum usque spiritum caederetur mense Februario a. 819. Post tres menses transfertur Smyrnam, arctiori custodia includitur ac ter verberatur centenis per singulas vices ictibus. Leone Armeno ipsa dominici natalis die 821 occiso, Michael Balbus potitus est imperio, qui mox catholicos vinculis et exsilio solvit: nondum tamen propterea propensus fuit in cultum ss. imaginum. Non destitit propterea sanctissimus abbas omni, quo poterat modo, tueri causam catholicam, et in omnem partem missis epistolis confortare debiles, nutantes firmare, tepidos succendere, praeliare praelia Domini, donec post certamina multa laboribus passionibusque confectus ad aeterna praemia transiit 11. Nov. 828. Ejus corpus post a. 18 sanum ac integrum et suavissimo fragrans odore CP. translatum fuit ingenti pompa et in monasterio Studiano sepultum. Summis encomiis celebratur ab aequalibus et posteris, orientalibus et occidentalibus[1]), et inter sanctos colitur, ab his 12. Nov., ab illis die praecedenti. Meruit autem etiam quam maxime de reformatione ordinis s. Basilii suumque monasterium Studianum ad laetissimum perduxit florem, ut circa 1000 numeraret monachos[2]).

395. Sancti Theodori *opera* praecipua collegit diligentissimus Sirmondus S. J. Ea inter hujus op. Parisiis 1696 t. 5. prodierunt; Venetiis 1728; recepta et aucta amplissimis accessio-

---

[1]) Cf. encomia collecta apud Migne XCIX, 95—112. De ejus vita cf. Michael monachus ac Theodori familiaris: *Vita et conversatio Theodori* ab. monasterii Studii a Mai edita Bibl. novae VI, 292—363, inde apud Migne p. 233-328; et alia ejusdem vita olim Michaeli tributa, sed monachi cujusdam anonymi vel cujusdam Joannis (ib. 113—232; et inter opp. Sirmondi V, 1—88); Naucratius Theodori discipulus et successor († 8. Jun. 848) in ep. encyclica *de obitu s. Theodori* ed. a Combefisio in Auct. bibl. PP. graec. II, 855; Migne ib. p. 1825—1850; synopsis chronica in ed. posthuma Sirmondi et Migne 79—92; Fabricius-Harless X, 434—474; Thomas K. Theodor v. St. und sein Zeitalter, Osnabrück 1892; Schneider G. A. Der hl. Theodor von Studion, Münster 1901.

[2]) Cf. Schiwietz de s. Theodoro Studita reformatore monachorum s. Basilii diss., Wratislaviae 1896 et KL. XI, 1523-1526.

nibus, quas publici juris fecit card. A. Mai a Migne XCIX. Potiora autem sunt: Antirrhetici tres *adversus Iconomachos* in forma dialogi p. 327—435; *Refutatio* et *subversio* impiorum poematum Joannis, Ignatii, Sergii et Stephani recentium Christomachorum, versibus et soluta oratione, p. 435—478; *quaestiones* aliquae propositae inconomachis, qui D. N. J. Christum secundum corpoream formam depingi nolunt, p. 477—498; ad discipulos *catechesis* quatuor et triginta supra centum sermones asceticos ad suos monachos complectens (brevissimos) p. 509-688 latine tantum, si pauca excipias fragmenta, antea ed. interprete Livinejo Antverpiae 1602 et in bibl. PP. lugd. XIV, 833 ss.; textum graecum catechesis parvae dedit Cozza-Luzi in nova bibl. PP. Romae 1888 IX, I, 1—318; e multis codd. nunc primum critice descriptum uti et latinam P. J. Harduini S. J. versionem nondum vulgatam edidit Auvray et annotatione historica instruxit, Parisiis 1892. Alios 77 sermones aliquantum prolixores seu partem *magnae catechesis* Cozza-Luzi op. cit. IX, 2, 1—217 edi coepit, alios t. X reservat; *orationes XIII* prolixae et eloquentes (Migne XCIX, 687—903), inter quas *laudatio Platonis*[1]), cujus jam meminimus et *laudatio s. Arsenii* anachoretae, quem suum compellat patrem p. 849—883 (etiam in actis SS. Jul. IV, 617-631). — Sequuntur jam ejus *epistolae* 221 p. 903—1670, quibus subjicitur elenchus aliarum 277 ineditarum. Cozza-Luzi alias (277) edidit op. cit. Romae 1871, VIII, I, 1—244. Pretiosissimum constituunt hae epistolae thesaurum pro historia ecclesiastica, re dogmatica, ascesi et disciplina ecclesiastica. „Si earum vim consideres, inquit Baronius, qui quavis occasione in tanti viri excurrit laudes, ad a. 825 n. 72, totidem esse fulmina coelitus missa dices, quibus omnes hagiomachi et iconomachi, stolidi novatores, faeces haereticorum percussi valide penitus conterantur.“ In iis etiam praeclara reperies testimonia pro romanae sedis primatu, pro quo asserendo impense stetit[1]). Supersunt aliqua ascetica, liturgica, *descriptio* constitutionis monasterii Studii (Migne XCIX, 1703—1721), de confessione et satisfactione pro peccatis *canones* (p. 1721—1730), *poenae* monasteriales (p. 1733—1758), *odae* et *carmina* (p. 1767—1813) et pulcherrimum *testamentum* (1813—1824). Ipsi (vel ali monacho coaevo) tribuitur et *Vita s. Theophanis* Magni agri in Sigriana prope Cyzicum hegumeni et conf. († 817) in Act. SS. 12. Mart. II, 218—224.

396. Strenuos habuit Theodorus in hoc certamine socios, Platonem, suum in vita ascetica magistrum, par nobilissimum fratrum Theophanem et

[1]) Decessit Plato post persecutiones propter justitiam toleratas senio ac laboribus confectus 19. Mart. 812 a. aetatis 97, cujus funus Nicephorus patriarcha peregit cum incredibili hominum concursu. Funebrem hanc laudationem conscripsit Theodorus, quam a Sirleto latine redditam Al. Lipomanus vulgavit, de vitis SS. PP. VII, 275 ss.; in Act. SS. Apr. I, 366 ss.; Migne XCIX, 803—850.

[1]) Cf. Joh. Richter Des h. Theodor Abtes von St. Lehre vom Primat des röm. Bischofes in Katholik 1874. II, 385 ss.; Ehrhard apud Krumbacher p. 147-151, qui de ejus epistolis censet: Mit feinstem psychologischem Takte weiss hier Theodor einem weiten Kreise Worte des Trostes, der Aufrichtung im Leid, der Mitfreude im Glück zu spenden. Unter diesen Trost-, Empfehlungs- und Freundschaftsbriefen finden sich wahre Perlen der byzantinischen Epistolographie; alle aber erweisen sich als der Niederschlag eines von Gottesliebe und wahrer Humanität beherrschten reichen Geistes- und Gemüthslebens. Zugleich offenbaren sie die zwei grossen Triebfedern seiner Thätigkeit: eine leidenschaftliche Liebe für die Freiheit der Kirche und einen selbstlosen Eifer für die Erhaltung der kirchlichen Einheit zwischen Morgen- und Abendland.

Theodorum[1]), qui uterque ὁ Γραπτός encomio insignitur, quia a Theophilo imp. inconoclasta propter constantiam in fide stigmate notatus est, Michaelem syncellum, Nicephorum et Methodium patriarchas et Theophanem Isaurum, de quibus redibit sermo, et Josephum fratrem suum secundum carnem et spiritum, postea episcopum thessalonicensem, qui pro orthodoxa fide saepe in vincula conjectus multaque est passus et demum in carcere vitam finiit, unde merito salutatur Confessor († 14. Jul. c. a. 844 vel 845). Graeci eum inter sanctos colunt 14. Jul. Ejus exstant praeter ep. *ad Simeonem* monachum (inter ep. fratris sui) Oratio *in venerandam crucem*, in op. Gretseri de cruce t. II et quaedam *cantica* sacra[2]). — Huc referri quoque possunt Sophronius patriarcha alexandrinus (836—859), cujus scriptum *de ss. imaginibus* periit, et Gregorius Decapolita, qui juxta martyrologium romanum ad d. 20. Nov. ob cultum ss. imaginum multa passus est. Is Irenopoli civitate Decapoleos Isauriae natus, magister s. Josephi hymnographi, quum per visum a Deo monitus terrarum orbem peragrare coepisset ac Syracusas, Romam, Thessalonicam aliosque locos visitasset, Byzantii confessor obiit (817). *Sermonem* habuit utilem et jucundum de visione, quam cum habuisset Sarracenus quidam, credidit, et propter J. Christum martyrio affectus fuit. (Migne C, 1199—1212). — Ex scriptis rom. pontificum hujus periodi contra inconomachos ac generatim de controversia circa ss. imaginum cultum nulla amplius supersunt, si excipias *epistolam* egregiam seu epistolae fragmentum Paschalis I (817—824) ad Leonem Armenum, in quo fusius doctrinam catholicam de eo exponit. Edidit illud primum graece versum Pitra in juris eccl. Graec. hist. et mon. II praef. p. XI. Emendatius et plenius eam epistolam edidit Mercati in Note di Letterat. biblica e cristiana antica, Romae 1901 p. 217—235.

397. Ut jam ss. Scripturarum studium attingamus, plures occurrunt hac aetate, qui in iisdem explicandis versati sunt. Inter praecipuos hujus periodi scriptores nominandus est Walahfridus Strabus vel Strabo[1]), a vitio oculorum ita dictus. Patria Suevus fuit, sed locus patrius adhuc latet n. c. 808. Instituendus traditus est monasterio divitis Augiae, ubi vestem induit s. Benedicti. Missus est inde Fuldam, ut sub Rab. Mauri magisterio uberius in

[1]) En encomium martyrologii romani: „Constantinopoli ss. confessorum Theodori et Theophanis fratrum, qui a pueritia in monasterio s. Sabae nutriti, quum postea pro ss. imaginum cultu adversus Leonem Armenum strenue decertarent, ejus jussu verberibus affecti exsilio relegantur; sed eo mortuo rursus Theophilo imp., qui eadem impietate detinebatur, constanter resistentes, verberibus iterum caesi in exsilium pulsi sunt, ubi Theodorus in carcere exspiravit (27. Dec. 833); Theophanes vero pace demum Ecclesiae reddita factus nicaenus episcopus (842), quievit in Domino (845).“ Theodori exstat ep. *ad Joannem cyzicenum* apud Surium de suis fratrisque passionibus ad 26. Dec. et in Combefisii Manipulo orig. et rer. CP., Parisiis 1664 p. 191—213; Theophanis vero *hymnus* in fratrem suum Theodorum et aliquot versus de persecutione Theophili imp. Acta composuit Metaphrastes (Migne P. G. CXVI. 653—684). Cf. Nilles in Kalendario Man. II², 841; Zeck KL. XI, 1514; Quirini Diatribe III. in op. Orthodoxa veteris Graeciae officia t. II p. 90—97; Sim. Vailhé in Revue de l'Orient chrét. 1901 fasc. 3 et 4: S. Michel le Syncelle et les deux Frères Grapti s. Théodore et s. Théophane. De eo ut poeta disserit Krumbacher p. 712—715.

[2]) Cf. Act. SS. Jul. III, s 680.

[1]) Non defuerunt inter veteres nomenclatores ut Trithemius, Bellarminus, Possevinus, qui duos distingerent monachos Strabonis nomine designatos, alium fuldensem et auctorem glossae, alterum Augiae divitis abbatem, sed immerito.

sacris excoleretur disciplinis (826—829), eique postea successit in scholae fuldensis regimine. Hujus vel Hilduini archicancellarii commendatione a Ludovico Pio imp. electus est in praeceptorem Caroli filii sui magnaque apud imperatorem fruebatur gratia. Finita principis institutione in meritorum praemium factus est abbas Divitis Augiae, cujus scholam ad magnum provexit florem, cultissimus enim erat sua aetate magister. Decessit vix a. natus 40 in itinere ad suum quondam discipulum Carolum Calvum 18. Aug. 849. Plurimum innotuit et in scholis per secula ejus resonuit nomen ob *Glossam ordinariam* seu brevem commentarium continuum in s. Scripturam compilatum ex patrum, praesertim Rabani scriptis: hinc a Notkero Balbulo Rabani dicitur opus: de suo tamen haud pauca adjecit illiusque labores subinde etiam complevit. Multae fuerunt hujus Glossae et in variis regionibus editiones, sed paulatim annis decurrentibus multa accesserunt addititia, quibus admodum aucta est, ut sex ingentibus in folio maximo, ut dicunt, voluminibus constans ad nos pervenerit, in quibus Walafridi opus vix agnoscas. Editio prima et princeps prodiit Romae 1472 t. 7 inf.; Norimbergae 1492; saepe cum postilla Lyrani; adhuc sec. XVII., ut Duaci 1617; Antverpiae 1634; recentiori aetate in Migne P. L. exonerata quantum fieri potuit aliorum additionibus t. CXIII, CXIV 9—752. Quae auctoritas fuit Aristotelis in philosophicis, Lombardi in theologicis, haec hujus glossae in quaestionibus exegeticis. Composuit praeterea expositionem succinctam et allegoricam *in psalmos LXXVI,* cujus cum nucleus et medulla reperiatur in glossa ordinaria, expositionem tantum *in XX psalmos* primos speciminis gratia edidit Pez in thes. anecd. nov. t. IV, et inde Migne CXIV, 752—794; epitome commentariorum Rabani *in Leviticum,* ib. p. 795—862; *Expositio quatuor Evangeliorum,* sed scatens barbarismis et soloecismis, oscitantia forte librarii p. 861—916; *de ecclesiasticarum rerum exordiis et incrementis* l. unus p. 919—966, in quo plura ad cultum spectantia explicat et illustrat. Edidit illud post plures ed. nostra aetate Knoepfler, Monachii 1890; 1899; cum appendice, in quo quatuor additamenta reperiuntur: *expositio* Flori diaconi formulae ‚Ite missa est'; *vita Strabonis* ab Egone priore Divitis Augiae (1626—1643) adumbrata (ex Pez thes. anecd. nov. t. I.) etc. Liber juxta Thalhofer[1]) pretiosus pro historia liturgiae, praesertim romanae. Retractavit et ad stilum magis latinum revocavit vitam s. Galli veterem, necnon et ejusdem continuationem (scil. miracula) a Gozberto diacono adornatam, apud Mabillon Act. SS. II, 227—250; Migne CXIV, 975-1030; ed. a Thuli in Mittheil. zur vaterländ. Gesch. 1890 XXIV, 1—75; l. *de miraculis* editus est etiam in MG. SS. II, 21—31. Retractavit pariter ejusdem Gozberti *vitam s. Othmari* ab. sangallensis († 759) in Migne ib. p. 1129-1043; ed. a Meyer v. Knonau St. Gallische Geschichtsquellen 1870 fasc. 1; MG. ib. p. 40—47. Vita Gozberto auctore i. e. originalis non amplius habetur[2]). — *Vita s. Baithmaici* ab. hyensis et martyris († 793), carmen plane egregium; *vita s. Mammae* monachi (sec. III), utraque metrice, ib. 1043—1062; *carmina* et *hymni*[3]) 1063—1152, inter quae forte

[1]) Handb. der kath. Lit. 1², 77, qui eum dicit Eine für die damalige Zeit mustergiltige und auch für uns noch äusserst werthvolle Leistung. Fusius de hoc l. disserit Werner Alcuin p. 221—231.

[2]) Cf. Meyer v. K. allg. d. Biogr. IX, 523; Potthast p. 1326. 1503.

[3]) Knöpfler KL. XII, 1178. Seine Gedichte verrathen einen edlen Geist, Feinheit der Sprache und wahrhaft ästhetisches Empfinden, das sich an hervorragenden heidnischen wie christlichen Mustern gebildet hatte. Cf. Werner Alcuin p. 382 ss.; Baumgartner IV,

praecipuum est illud *de visionibus Wettini* (p. 1063—1084), in quo juvenis a. 18 egregie pangit, quae Wettinus vidit de poenis alterius vitae, et monita harum visionum occasione dat monachis, clericis, nobilibus etc., adeo ut poetae celeberrimo, Dante, praelusisse videatur. Laudantur etiam Versus in Aquisgrani palatio editi a. Ludovici imp. XVI. *de imagine Tetrici* (Theodorici) seu carmen panegyricum in imperatorem. Ea optime edidit Dümmler Mon. Germ. hist. Poëtae lat. aev. Carolini II, Berolini 1884 p. 259-473. Tribuuntur ipsi et aliquot *homiliae.*

398. Joannes Drungarius compilavit ex praecipuis patribus graecis, quorum testimonia videtur hausisse ex prioribus quibusdam catenis, catenam *in prophetas majores:* prologum in Is. prophetam ex Montfaucon coll. n. patrum II, 350 habes in bibl. gr. Fabricii-Harless VIII, 663; catenam *in Jeremiam* in Mich. Ghisleri commentario in Jeremiam, Lugduni 1623, in qua Olympiodorii et Chrysostomi praesertim testimoniis utitur[2]). Floruisse videtur hic Joannes sec. VIII. vel IX. — Huic forte aequalis est Andreas presbyter, scriptor alioquin plane ignotus, cujus in codd. latent adhuc *catenae* in Proverbia, Isaiam, Actus ap. et epistolas catholicas, teste Ehrhard apud Krumbacher p. 211 et 215. — Fere nihil scimus de Smaragdo O. S. Ben. abbate monasterii s. Michaelis (Mihiel) ad Mosam, qui adjunctus est a Carolo M. legatis ad Leonem III. in causa additionis formulae Filioque[1]) in symbolo per Gallias factae (collationis acta habes Migne CII, 971—976), et interfuit concilio aquisgranensi a. 817 pro reformatione disciplinae. Reliquit tamen opera utilia, inter quae eminet commentarius *in evangelia* et *epistolas,* quae per circuitum anni leguntur, pia scil. et clara explicatio ex Origine, Hieronymo, Chrysostomo, Ambrosio, Augustino, Cypriano, Cyrillo, Gregorio, Victore, Fulgentio, Cassiodorio, Eucherio, Tychonio, Beda, Primasio derivata, quae ab ipso in prooemio *Liber comitis,* ab aliis *Postilla* appellatur, Argentorati 1536 in f.; Migne CII, 9—556, cui subjicitur (ibidem p. 553—594) totius *doctrinae pietatis medulla* et nucleus in usum ministrorum Ecclesiae conscriptus; *Via regia* in cc. XXXII distincta seu instructio pro regibus magno zelo, animi libertate et unctione conscripta in Dacherii Spicil. V, 1—56; I, 238 ed. 2; Migne ib. 931—971; *Diadema monachorum* seu utilis instructio (sagaciter) collecta de multorum dictis orthodoxorum patrum (praesertim Gregorii M.) ad perfectorum monachorum corda demulcenda, ut desiderium patriae coelestis avidius erigant, et ad infirmorum monachorum corda confirmanda, ut regularem procurent emendationem in cc. C distributa, Parisiis 1532; 1640; Antverpiae 1540; Tornaci 1610; 1620; Migne CII, 593—690; Commentaria *in regulam s. Benedicti,* ib. 689—932. Quaedam alia ei tribuuntur, quae manserunt inedita vel perierunt[2]). — Se-

304—307; J. Koenig Ueber W. Strabo von Reichenau im Freib. Diöcesan-Arch. 1860. III, 317; Ebert II l. 5 c. 2, a quo dicitur der Hauptvertreter der schönen Literatur; Hist. lit. V, 59; 77. De Wettino cf. supra p. 586 a, et de celebri ejus visione, quam praeter Walafridum Heito ep. basileensis († 836) descripsit prosa, quae medio aevo plurimum lectitata fuit. Prodiit primum in l. trium virorum et trium spirit. virg., Paris 1513; Migne CV, 769—780 mendose; in MG. Poetae II, 267—275. Cf. Potthast 1099; Hist. lit. de Fr. IV, 478-471.

[1]) Cf. Faulhaber Die Propheten-Catenen nach röm. Handschr. in bibl. Studien IV fasc. 2. 3. Freiburg 1899.

[1]) Ipsi tribuitur et epistola Caroli M. ad Leonem III. in hac controversia, quam habes Migne XCVIII, 923 ss.

[2]) Cf. Hist. lit. de la Fr. IV, 439—447; 708; Fabricius III, 493. Disputavit

dulius natione Hibernus, dictus Scotus (Scottus) seu Junior, scholae s. Lamberti Leodii magister, cujus vitae fata nos latent, neque enim satis constat de ejus aetate (floruisse dicitur c. 840—864), dignitate, num fuerit episcopus an presbyter, deque gestis, reliquit[1]) Collectaneum sive explanationem *in epistolas Pauli,* haustam ex patribus, praesertim ex s. Gregorii M. scriptis, Basileae 1528; 1534; Migne CIII, 9—70; subjiciuntur *expositiunculae* in Matthaeum, Marcum et Lucam, ib. p. 271—290; *Explanationes* in praefationes s. Hieronymi in Evangelia, ib. p. 331—352. — L. *de rectoribus christianis* et convenientibus regulis, quibus res publica est rite gubernanda, speculi instar pro principibus, ad Carolum Calvum vel Lotharium II. Lotharingiae ducem, cujus singula capita praeclaro concluduntur carmine, ed. a Mai Spicil. rom. VIII, 1—70; Migne 291—332; cur. L. Traube in Mon. G. poet. lat. aevi Car. III, 1, 154—166, cum aliis ejusdem carminibus (c. XC), quorum forte non omnia sunt genuina, ib. 166-240. Merito autem tuetur Rich. Simon Hist. crit. des princip. comment. du N. T. 1693 p. 379, Sedulium s. Scripturae interpretem et Sedulium poëtam (p. 339) non eandem fuisse personam. — Candidus (Bruun) O. S. Ben. monasterii fuldensis, praeter s. Eigilis vitam, de qua infra, scripsit[2]) opusculum *de passione Domini* juxta textum evangeliorum apte coordinatum, quod edidit Pez in thes. novissimo Anecd., et inde Migne CVI, 57—104, et *epistolam* praeclaram, num Christus oculis corporeis Deum videre potuerit, ib. 103—108: negative respondet. Hortatu Eigilis ab. scripsisse videtur *vitam* etiam *Baugulfi ab.;* sed ea nullibi comparet.

399. Multi occurrunt hac periodo historiographi. Georgii monachi, Tarasii ep. CP. († 806) syncelli, *chronographiam* satis accuratam (ab o. c. ad a. 285 post Christum) edidit cum Nicephori patriarchae CP. *breviario chronographico* J. Goar, Parisiis 1652; Venetiis 1729; Dindorf Bonnae 1829. Usus est in ea componenda Eusebio Dexippo, et chronicis nobis deperditis Panodori (fl. 395—408) et Anniani (qui idem est cum Anniano celedensi cf. supra p. 246 a.; fl. c. a. 412) chronistarum alexandrinorum[1]). De insigni auctore

---

quoque de processione Spiritus s. ejusque scriptum cum illo Alcuini Leoni III. fuit propositum, sed periisse videtur. Scripsit et utilem commentarium ad Donati grammaticam ll. XIV ineditum etc. Cf. Werner Alcuin pag. 25. 317; Ebert II l. 4 c. 10.

[1]) Cf. Potthast p. 1005; Ebert II, 191—202, qui non sine laude de ejus disserit carminibus; L. Traube in op. O Roma nobilis. Philolog. Untersuch. aus dem Mittelalter, München 1891; H. Pirenne Sedulius de Liège, Bruxellis 1882; Zeck KL. XI, 415; Bellesheim Gesch. der k. Kirche in Irl. I, 285—291.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 10—17, quae notat eum distinguendum esse a Candido, qui proprie dicebatur Wizo (Wizso) Alcuini discipulo, qui eum secutus est ex Anglia in Galliam atque in variis negotiis publicis fuit adhibitus. Post discessum Alcuini ex aula ipse ei in scholae palatinae regimine successit. Morin in Revue Bénéd. 1891 VIII, 176—183 ipsi asserit *sermonem* in s. Servatium in art. Un saint de Maestricht rendu à l'histoire.

[1]) Krumbacher p. 340: Die Chronik des Synkellos ist neben Eusebius für die Kenntniss der christlichen Chronographie das bedeutendste Werk ... Die Anordnung des Werkes ist echt chronikenartig d. h. die Erzählung der einzelnen Thatsachen ist ohne einen fortlaufenden Faden lose aneinandergereiht und zwar so, dass der Text fortwährend von langen trockenen Tabellen unterbrochen wird: es ist also mehr eine grossartige Geschichtstabelle mit eingestreuten Erläuterungen, als eine Universalgeschichte. Cf. Henr. Gelzer Sextus Jul. Africanus 1885. II, 1 p. 176—249; Fabricius-Harless, VII, 475; Potthast p. 500, qui et literaturam de eo indicat; Kerker KL. V, 345; Bredow in ep. de Georgii Sync. chronographia e codd. paris. supplenda et emendanda, inter suas ep. Lipsiae 1812 p. 153 et in ed. Dindorf II p. 3.

nostro ita Anastasius Bibliothecarius in praef. suae H. E. scribit: Georgius »electa monastica vita mundoque contempto, Christi se levi jugo et suavi sarcinae mancipavit. Praeterea contra haereticos incessanti agone desudans multis verberibus, mundi principibus contra Ecclesiae ritum saevientibus, diversisque poenis adfectus est. Sic ergo stigmata in corpore suo portans tam pro fidei suae constantia quam pro multarum virtutum insignibus s. m. Tarasii regiae praesulis syncellus effectus est. Sed ne multa prosequar, sufficere arbitror ad praeconium ejus, quod a sede approbatus sit apostolica, quando scil. vicarii ejus una cum 350 patribus in Nicaea urbe secundo convenientes universalem synodum celebrarunt: siquidem et laus ejus in eodem VII et sancto concilio reperitur.«

400. Georgii Syncelli († p. 810) chronicon ab a. 285—813 continuavit s. Theophanes[1]) Confessor, Isaurus, de quo Anastasius l. c. ita habet: »Porro de altero (scil. de Theophane) quid dicam? cum et ejus conscripta vita: qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis crucem suam tulerit, qualiterve secutus Christum abbatis in monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscaverit et confessor obierit, satis aperteque per Byzantium et circum quasque regiones his, qui prope et his qui longe sunt, clamet. Sed et studia ejus ad nos usque perlata quis vel quantus iste vir fuerit, sollertius manifestant.« Cognominatus quoque est Isaacius, quod cognomen ei haesit a patre. Natus est Theophanes a. 748. Adhuc puer matrimonio junctus est a parentibus, sed vel in matrimonio cum uxore virginitatem servavit. Post aliquot annos tam ipse quam ejus uxor Deo se consecrarunt, ipseque opibus abundans condidit monasterium Magnum Agrum in Sigriana prope Cyzicum eique praefuit. Confessoris autem nomine insignitur, quoniam propter cultum ss. imaginum strenue vindicatum a Leone Armeno in dirum carcerem est conjectus et post biennium in exsilium missus in Samothraciam, ubi 12. Mart. 817 (vel saltem ante a 820) diem obiit supremum[1]). Tam a graecis quam a latinis inter sanctos colitur 12. Martii. Rogatu tantum morientis Georgii Syncelli continuavit hujus opus, et haec continuatio duabus constat partibus, quarum ea, quae potior est, judice Papebrochii in diss. de chronogr. s. Theophanis c. 1 n. 4, vere aurea omnique acceptione dignissima historiam exhibet per annos digestam: altera vix plumbea dici meretur consistitque in tabulis chronologicis, quibus per loculos divisis primum annus mundi, tum Christi incarnati, dein imperatoris romani, proxime regis Persarum aut ducis Arabum rerum in Palaestina potientium, denique ex ordine quinque patriarcharum ordo et anni continentur. Hae enim tabulae mendosissime sunt conscriptae, plurimis

[1]) Alius est a Theophane Byzantino, qui *de rebus Justini II* imp. († 578) scripsit ll. X a Photio lectos; et a s. Theophane Grapto, de quo supra egimus p. 726. Cf. Goar in notitia ad Theophanis chronographiam in ed. infra cit. p. 543, qui plures scriptores sive sanctos Theophanis nomine insignitos recenset.

[1]) Cf. ejus vita, olim s. Theodoro Studitae tributa, cujus tamen auctor est Nicephorus Skeuophylax, ed. a Goar in sua ed., in Migne P. G. CVIII, 17-45; in ed. Boor II, 13—27; et alia vita in actis SS. p. 224—229; Kerker KL. XI, 1574; Potthast p. 1059, ubi habes literaturam; Schüz p. 467—471; Krumbacher Ein Dithyrambus auf den Chronisten Theophanes (cujusdam Theodori, nostri auctoris cognati (920—949), München 1897, qua in diss. de variis Theophanis disserit; Eine neue Vita des Theophanes Conf., München 1897 (Sitzungsber. der bayer. Akademie philos.-philolog. und hist. Kl. 1897 p. 371—99), quam exhibet ut epitomen vitae plenioris a Methodio patriarcha (847) concinnatae.

hiant locis et portentosis prorsus annorum, praesertim patriarchalium, supputationibus scatent etc. Hinc conjicit Papebrochius l. c. Theophanes cogitasse quidem de ejusdem tabulis eosque jam delineasse, sed territum operis difficultate, vel morbis aerumnisque impeditum desperasse de successu, ideoque loculos non implesse, sciolum autem quendam tabulas in codice vacantes reperisse atque ex Nicephori chronographia implere tentasse. Quamvis autem Theophanes non fuerit historiographus excultus, nam praeter intentionem se accinxit ad tantum opus, ut amici moribundi satis faceret votis, hinc non raro peccet in chronographia: non caret ejus historia pretio, et quia supplet fontes jam deperditos, e quibus diligenter suum irrigavit opus, et propter linguam vulgarem, qua est conscripta. Vulgatissima ea est facta, multosque nacta est continuatores[1]). Prodiit opus cura J. Goar (ed. posthuma) Parisiis 1655; (cum Leone Grammatico) notis et emendationibus Combefisii illustrata, Venetiis 1729; ex recensione Jo. Classeni (in corp. script. hist. byz.) Bonnae 1839—1841 t. 2; Migne CVIII, 9—1010; ex rec. Car. de Boor, Lipsiae 1883—1886 t. 2.

401. Tertius insignis historiographus graecus est s. Nicephorus Homologetes CP. natus a 758 patre, qui Constantino Copronymo fuit a secretis, sed propter constantiam in fide multa est passus atque in exsilio decessit. Pie et egregie a matre excultus magna in aula caesarea adeptus est munera et Irenes imperatricis nomine interfuit concilio nicaeno II: sed renuncians mundi honoribus et dignitatibus se recepit in monasterium s. Theodori ad oram Bosphori a se conditum. Tarasio ep. CP. defuncto (806) factus est ejus successor, quae festinata promotio, quia erat contra canones, nullis enim ordinibus erat initiatus, haud paucorum, etiam romani pontificis, incurrit reprehensionem. Sub Leone Armeno cum Theodoro Studita fortiter stetit pro ss. imaginum cultu, hinc in exsilium fuit pulsus (13. Mart. 815) seque in suum recepit monasterium, ubi pie obiit in Domino 2. Jun. 829, juxta alios 826 vel 828. Ab utraque Ecclesia graeca et latina inter sanctos colitur. En ejus encomium in martyrologio: „CP. s. Nicephori ep., qui paternarum traditionum propugnator acerrimus, Leoni Armeno imp. iconoclastae pro cultu ss. imaginum se constanter opposuit, a quo mulctatus exsilio ibidem quatuordecim annis longum ducens martyrium migravit ad Dominum.“ Cum Theodoro Studita, qui ei familiaris erat amicus, non obstante aliquo dissidio, quod eos aliquamdiu ab invicem divisit, praecipuis hujus temporis accenseri debet theologis et propugnatoribus fidei, praesertim circa ss. imaginum cultum[1]). Inter ejus scripta ad hanc controversiam spectant: *Apologeticus minor* ad catholicam Ecclesiam de novo propter venerabiles imagines exorto schismate

[1]) Dieses umfassende Werk, inquit Krumbacher qui accurate de eo disserit p. 342—347, welches uns manche verlorene Quelle ersetzt, und für die folgenden Chronisten eine Hauptfundgrube wurde, ragt an sachlicher Bedeutung über die meisten anderen byzantinischen Chroniken empor. Theophanes ist für seine Zeit epochemachend und bildet einen wichtigen Abschluss der älteren byzantinischen Chronographie. Cf. Schüz comment. crit. de scriptis et scriptoribus hist. p. 466—471. De hujus op. versione ab Anastasio bibliothecario adornata infra loquemur.

[1]) Cf. Ehrhard apud Krumbacher ed. 2. pag. 72: Die gedruckten (Schriften) . . . zeichnen sich durch edlen Freimuth, ausgedehnte Kenntniss der Bibel und patristischen Literatur aus, Vielseitigkeit der Gesichtspunkte, Schärfe der Dialektik und eine kraftvolle, fliessende Darstellung. Cf. ejusdem accuratam diss. KL. IX, 249—259.

(a. 813—814) ab A. Mai editus Bibl. novae IV, 1 ss.; Migne C, 833—849. Majus jam opus est (c. a. 817) *Apologeticus* (major) pro inculpabili, pura et immaculata nostra christianorum fide et contra eos, qui putant nos idolis cultum exhibere (Migne p. 535—834), cujus pars altera sunt ll. III antirrhetici seu *Refutatio et eversio deliramentorum* inscite et impie ab irreligiosi Mamonae (scil. Const. Copronymi) vaniloquentia dictorum adversus salutarem Dei Verbi incarnationem, ed. a Mai bibl. novae V, 1—276; Migne p. 205—534, in quibus verba ex quodam scripto illius imp. allegat et gradatim refellit: subjecit 75 testimonia pro doctrina catholica ex scriptis patrum, quae Pitra in Spicil. solesm. Parisiis 1852. I, 337—370 publicae luci dedit. Idem cardinalis duplex aliud Nicephori edidit opus, scil. *Epicrisin,* qua testimonia ex Macario Magnete ab Iconomachis excerpta discutit et explicat (ib. 302—335), et *Antirrhesin,* in qua testimonia ex Eusebio (in quem gravissime invehitur) Epiphanio objecta expendit (ib. I, 371-503; IV, 292—300). Alium *Antirrheticum adversus iconomachos* reperies ibidem IV, 233—291. Opus prolixum et admodum eruditum, in cujus parte priori decretum synodi (815) approbantis pseudosynodum Const. Copronymi contra conc. nicaenum coactam accuratae subjicit crisi, in altera parte testimonia antiquiorum patrum illustrat, mansit hactenus ineditum, et disp. adversus Judaeos, Cataphrygas et Manichaeos, intercidisse videtur.

402. Minoris momenti sunt opera duo historica, alterum est *Breviarium historicum* de rebus gestis ab obitu Mauricii ad Constantinum Copronymum (602—769), stilo claro et simplici conscriptum, in quo specialem controversiarum theologicarum rationem habet, sed non multum vulgatum, hinc unicus codex repertus est, quo nobis fuit asservatum. Prodiit cura Petavii doctis illustratum annotationibus Parisiis 1616; 1648; et Venetiis 1729 inter scriptores byz. t. I; Bekkeri Bonnae 1837 (cum Paulo Silentiario) in corp. byz. hist.; Migne C, 863—994; Car. de Boor, Lipsiae 1880 ed. optima. — *Chronographia* brevis et jejuna seu Chronologia compendiaria ab. o. c. — 828 exhibens tabulas regum Judaeorum et Persarum, imperatorum romanorum, episcoporum sedium romanae, hierosolymitanae, alexandrinae, antiochenae et constantinopolitanae: in fine est elenchus ll. V. et N. T. complectens antilegomena et apocrypha, inter quae et doctrinam apostolorum: qui elenchus appellari solet Stichometria Nicephori. Hoc opusculum ob suam utilitatem magis fuit vulgatum, ab aliis vel auctum vel continuatum. Cum Georgio Syncello editum fuit a J. Goar Parisiis 1652; Venetiis 1729; a Dindorfio Bonnae 1829; Migne C, 995-1060; a Car. de Boor Lipsiae 1880 in 8 cum Breviario, ed. optima; latine versa fuit ab Anastasio bibliothecario, quae versio saepius prodiit Basileae 1561 etc., optime in ed. Theophanis cur. de Boor 1885 II, 36—59. — Supersunt egregia atque prolixa ep. *ad Leonem III,* apud Baronium ad a. 811 n. 20-43; Migne C, 169—206, necnon varii *canones,* qui ipsi tribuuntur, diligenter collecti ex plurimis codd. msc. a Pitra in Spicilegio solesm. IV, 381—415 et in jur. eccl. graec. hist. et mon. II, 314—350. — Plures ejusdem *epistolae* vel opuscula, quod dolendum, perierunt[1]) vel adhuc sunt inedita: 46 promiserat Pitra, sed non

[1]) Opera Nicephori diligenter recenset Fabricius-Harless VII, 603-632; et Bandurius in conspectu op. editionis, quam parabat t. 2, sed typis non dedit, ib. et apud Migne c. 9—38; historica Potthast p. 847 s.; Krumbacher p. 349—352. Nulla exstat omnium operum s. Nicephori editio.

prodierunt. Duae vero ep. ad monachum quendam Theodosium et inclusum Corinthi, quarum una continet quarundam quaestionum solutionem, altera agit de ligandi solvendique potestate (Migne C, 1061—1068), sunt alterius Nicephori, qui fuit Chartophylax. Aliqua ei fuere supposita, ut *vita Dionysii,* quae est excerptum ex historia ecclesiastica Nicephori Callisti etc. Ex his tribus historiographis graecis Georgio Syncello, Theophane et Nicephoro concinnavit Anastasius Bibliothecarius suam *historiam tripartitam,* de qua infra[1]).

403. Theophanis historiam continuavit Joannes Skylitzes oriundus ex Asia minori, Kuropalata et Protovestiarius, ab a. 811—1057 ac dein ad a. 1079 vel 1081. Prosequitur[2]) in suo opere imperatorum praesertim gesta. Prodiit vero latine versum interprete Jo. B. Gabio, Venetiis 1570; textus graecus quia fere integer receptus est a Cedreno ad a. 1057 in suum Chronicon, non prodiit, sed tantum continuatio ab a. 1057—1079 in Corp. script. byz. Parisiis 1647 II, 807—868; Venetiis 1729; et cur. J Bekker cum Cedreno, Bonnae 1839. II, 641—744; Migne P. G. CXXII, 367—478. — Plurimum laudat Photius cod. 67 Sergium ut exemplar historiographi, qui descripserit historiam profanam et ecclesiasticam a Constantino Copronymo (741—775) usque ad Michaelem imp. (820—829): quae tamen intercidit. Auctor a Graecis 13. Maj. inter sanctos ut Confessor colitur[1]). Nam ob cultum ss. imaginum excruciatus, fortunis exutus atque in exsilii aerumnis mortuus est.

404. Convertamus nos ad Occidentem. Einhard (Eynardus, Einhart, Eginhard, Aeginardus, Agenardus, Eguinhardus, Einchardus, Emchardus, Heinardus, Eginerus etc.) natione Germanus, patria Oedenwaldensis, cognomento Sapiens n. est c. 770. Egregie institutus in monasterio fuldensi missus est a Baugulfo abbate ad aulam regiam. In schola palatina magistrum habuit Alcuinum atque ita excelluit, praesertim in arte, ut cognominaretur Beseleel. Prae reliquis gratia fruebatur Caroli M., cui erat archicapellanus, cancellarius et palatii regalis notarius, exstruendis aedificiis praepositus ejusque nomine ipsius testamentum seu chartam divisionis imperii Romam detulit (806), ut a Leone III. approbaretur. Non minus gratia valuit apud Ludovicum Pium, qui ei Lotharium filium instituendum tradidit pluribusque beneficiis ditavit. Aulae pertaesus (830) cum uxore sua Imma Deo se consecrare constituit seque recepit in monasterium Mulinheim (Mühlheim) postea dictum Seligenstadt a se conditum, ibique Deo atque studiis vacans obiit 14. Mart. 840. Inter opera ejus eminet non obstantibus haud paucis erratis historicis, quae irrepserunt, argumento, veracitate et

[1]) Plura de s. Nicephoro cf. in Ignatii diaconi, qui fuit ipsius et Tarasii discipulus, skeuophylax et postea archiepiscopus nicaenus (711), *vita* in actis SS. Martii II, 294 ss. latine, 704 ss., graece. Migne C, 41-160; inter opusc. historica Nicephori ed. de Boor Lipsiae 1880 p. 139—217, ex qua Combefisius derivavit *Disputationem* Nicephori cum Leone A. in sua Hist. haer. monoth., Parisiis 1648 p. 603 ss.: *Oratio* de exsilio s. Nicephori et translatione reliquiarum (842), auctore Theophane presb. CP. et praeposito (fl. c. 840), in Actis SS. ad 13. Mart.; in Theophilos Joannu Μνημεῖα ἁγιολογικά Venetiis 1884 p. 115—128. De Ignatio vero cf. Krumbacher p. 73 n. 6 ed. 2; de ejus poematibus ib. p. 716 s., inter quae illud est mentione dignum *in Adam* seu Drama de lapsu primi hominis ed. a F. Boissonade Anecd. gr. 1829 I, 436—444; Migne P. G. CXVII, 1164-1174.

[2]) Cf. Krumbacher Gesch. der byz. Lit. p. 365—368; Potthast p. 1004.

[1]) Cf. Ehrhard KL. XI, 193.

fidelitate[1]), stili elegantia »ita ut Suetonii et meliorum imitatorem scriptorum facile agnoscas«, *Vita Caroli M.* imp. medio aevo vulgatissima, hinc plurimi ejus exstant codd. msc. Distinxit illam in capita Walafridus praemisitque prologum pretiosum, quae praecipua Einhardi vitae fata attingit. Saepe fuit edita, Coloniae 1521, ed. Carolo V. dicata, et aliis ed. omissis[2]), in actis SS. ad 28. Jan. II, 877—888, ed. par. III, 493—503; inter script. rer. Germ. in usum schol. cur. Pertz Hannoverae 1829; 1845; 1863; 1880 ed. 4. cur. Waitz; Migne XCVII, 25—62; Jaffé in bibl. rer. Germ. 1867. IV, 487—506; cur. Wattenbach 1876 in 8; cur. Holder Friburgi 1882; saepius etiam germanice versa ut interprete Abel, Berlin 1850 inter Geschichtsschr. der deutschen Vorz. IX. Jahrh. t. 1, Lipsiae 1880 ed. 2. cur. Wattenbach; 1893 etc. *Epistolae* ejus non carent pretio pro historia illius temporis: earum 62 edidit Duchesne Hist. Franc. scr. II, 695—711; Migne CIV, 509—538; ep. 71 Jaffé in bibl. rer. G. IV, 437-486. — Tribuuntur ei *Annales* (sive chronicon breve) ad a. 829, qui cum *Annalibus laurissensibus* miram prae se ferunt affinitatem. Utrique ab a. 741—829 pertingunt, atque easdem fere res, sententiarum ordine non multum diverso et majori sua parte, scil. inde ab ultimo sec. VIII. decennio iisdem plane verbis (paucissimis tantum exceptis) enarrant: ita ut vel alteros ex alteris, vel utrosque ex communi fonte derivandos esse pateat. Hinc aliae virorum eruditorum sententiae[1]). Ita controversiam Pertz componere nititur: »Annales laurissenses usque ad a. 788 in monasterio s. Nazarii (laurissensi, Lorsch, inde eorum nomen) compositos ultimo sec. VIII. decennio ad manus Eginhardi devenisse et ab eo continuatione a. 788—829, qualem annalium laurissensium codices exhibent, donatos, opere vero ad finem perducto, priorem etiam partem monacho debitam, quam opera sua plurimum indigere intellexisset, ab Eginhardo recognitam atque una cum continuatione, paucis verbis immutata, suo sub nomine editam esse censeo.« Saepius prodierunt, ut (veteribus edit. omissis) cur. Pertz in MG. SS. I, 135—218 ab a. 749—829, ubi in una columna exhibentur Annales laurissenses et ex adverso Annales Eginhardi; ita Migne CIV, 355—508; in usum schol. recudit Pertz Hannovrae 1845 etc.; Optimam ed. curavit Kurze 1895. Alias

[1]) Testatur enim ipse in praef. „Ab hujusmodi descriptione non existimavi temperandum, quando mihi conscius eram, nullum ea veracius, quam me scribere posse, *quibus* ipse interfui, quaeque praesens oculata, ut dicitur, fide cognovi" etc.

[2]) Cf. Potthast 394 ss., qui copiosissimam literaturam exhibet; J. G. Müller KL. IV, 294 s.; Hampe Neueres Arch. der Gesch. für ältere deutsche Geschichtskunde 1896. XXI, 601-631; Wattenbach Deutschlands Geschichtsquellen I, 2 § 8; allg. d. Biogr. V, 759; Ebert II l. 4 c. 8, qui de vita Caroli dicit: Es bezeichnet, insbesondere in der Prosa, durch seinen sprachlichen Ausdruck den Höhepunkt der klassischen Studien jener Zeit.

[1]) Cf. Wattenbach l. c. § 9; Schüz p. 1-30, 40. Freherus script. de rebus franc. II, 381 illos (immerito) tribuit Ademaro (Adhemaro, Autmaro, Adelmo). O. S. Ben., qui floruerit Caroli M., tempore. Cf. R. Dorr, qui in N. Arch. der Gesellsch. für ält. d. Geschichtsk. 1885. X, 240—307, auctori nostro tribuit continuationem ab a. 796—829; Dünzelmann vero ib. 1877 II, 477-537 eos Einhardo prorsus abjudicat. — Enhardo monacho fuldensi alioquin ignoto tribuuntur *Annales fuldenses* ab a. 680-838, qui magni fiunt atque saepius prodierunt cum suis continuat., praesertim apud. Pertz Mon. I, 337—415, et prorsus reformati inter Script. rer. Germ. in usum schol. inscripti *Annales fuldenses* etc. cur. Kurtze, Hannoverae 1891. Jam vero non desunt, qui Enhardum eorum auctorem eundem esse putant cum Einhardo nostro. Cf. Potthast p. 67; Wattenbach op. cit. t. I, II § 13.

ed. et auctores multos, qui de eorum genuinitate, recensione, editionibus scripserint cf. apud Potthast p. 394 coll. p. 74. — *Historia translationis* (singularis) (827) *bb.* Christi MM. *Marcellini et Petri* belle descripta in Act. SS. Jun. I, 174—206; MG. SS. XV, 238—264; Migne p. 537—594 et *rhythmus* (nonnihil dubius) de eorum passione 595—601; inter MG. poëtae lat. II, 125—135. Haec et quaedam alia collecta edidit cum versione gallica Teulet, Parisiis 1840—1843.

405. *Vitam Ludovicii Pii* imp. fideliter sed plerumque jejune descripsit Theganus (Degan) trevirensis ecclesiae chorepiscopus ab a. 814 usque ad a. 835, quam Walahfridus Strabo, ejus amicus, in capita divisit eaque inscripsit atque praefationem praemisit, in qua de nostro auctore scribit: »Hoc opusculum in morem annalium Thegan natione Francus . . . breviter quidem, et vere potius quam lepide composuit. In cujus quibusdam sententiis quod effusior et ardentior in loquendo videatur, ut vir nobilis et acris animi, quod de indignitate vilium personarum dolor suggessit, tacere non potuit. Praeterea nimius amor justitiae et exsecutoris ejus christianissimi imperatoris zeli naturalis exaggeravit dolorem. Unde quantum sit opus ejus pro bona voluntate, non fastidiendum pro quantulacunque rusticitate. Novimus et nos virum multa lectione instructum, sed praedicationis et correctionis studiis occupatum[1]).« Ipse Theganus videtur vitam narrasse tantum ad a. 835; aliena manu fuisse continuatam ad a. 836 et 837. Post alias ed. prodiit in Mon. Germ. II, 585—604 cur. Pertz, inde in Migne P. L. CVI, 405—428; germanice interprete Jusmund, Berolini 1850; altera ed. novis curis Wattenbach Leipzig 1889 inter Geschichtsschr. d. d. Vorz. t. XIX. — De rebus gestis Ludovici Pii *carmen* elegiacum ll. 4 composuit non absque ingenii poetici vena Ermoldus (Hermoldus) Nigellus a Ludovico mulctatus exsilio, ad ejus sibi reconciliandam gratiam. Auctor est eruditus, bonus historicus et fidus synchronus. Non alius videtur esse juxta Muratori ab Hermenaldo abbate ananiensi, quem Ludovicus ad Pipinum filium suum ablegavit, cujus forte et cancellarius fuit. Edidit[1]) illud Muratori Script. rer. it. II, 2, 13—80 eruditis illustratum annotationibus, Pertz Mon. Germ. II, 464-523; Migne CV, 569-640; Dümmler in Mon. Germ. hist. poet. lat. II, 5—91.

406. Freculphus ex clerico forte palatino episcopus lexoviensis ab a. 823(820)—850 (juxta alios 851, 853 etc.), scripsit magna eruditione et laudabili diligentia t. 2 *chronicorum* ab o. c. ad a. 607: quod opus saepius prodiit, primum Coloniae 1530; 1539 etc., in variis bibliothecis PP., in Migne P. L. CVI, 917—1258. »Difficultatem intercurrentium quaestionum enodare non neglexit, notat Sigebertus gembl. de script. eccl. c. 90, et interponendo divinae historiae seculares historias, contemporalitates regnorum sibi coaptans consummavit hoc opus in septem (XII) libris.« Melioribus sui temporis historicis meret Freculphus accenseri[2]). — Arno (Arn), quem aliqui, sed ut videtur immerito, dicunt fuisse Alcuini fratrem, huic familiarissimus exstitit, ut testantur ep. fere XL Alcuini ad ipsum. A Tassilo II. Bavariae duce missus (787) fuit pro im-

[1]) Cf. Marx KL. XI, 1483. Potthast p. 1049; Hist. lit. V, 45—49.

[1]) Cf. Hist. lit. IV, 520-523; Schrödl KL. IV, 827; Potthast p. 430; Schütz comment. crit. p. 186—188; Ebert, qui non sine laude de ejus disserit carmine II, 170—178.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 77—84; Wattenbach I, 2 § 12; Ebert II, 380—384.

petranda pontificis intercessione apud Carolum M. sibi offensum, cui missioni tamen non respondit effectus. Caroli per Bavariam erat missus dominicus, et ex abbate s. Amandi elnonensi archiepiscopus salisburgensis factus est (785—821). Composuit *Congestum* seu indiculum de donis ducum Bavariae salisburgensi ecclesiae datis, qui non caret pretio[1]) pro hujus dioecesis historia, apud Canisium Lect. antiq. III² 2, 452; Metzger hist. salisb. p. 1040—1048 etc., praesertim Keinz Indiculus Arnonis, München 1869. Ut ex epistolis Alcuini ad eum datis colligitur, praesul plane insignis erat.

407. Andreas Agnellus[2]) abbas s. Mariae ad Blachernas et s. Bartholomaei Ravennae (n. c. 805) concinnavit stilo turgido, sed etiam saepe simplici *librum pontificalem ecclesiae Ravennatis* seu vitas pontificum ravennatum a s. Apollinari usque ad a. 845, quo in op. multa alioquin incognita refert ex monumentis publicis, imaginibus, inscriptionibus etc. Fontibus tamen scriptis oscitanter utitur »quasi superbior et vanior fuisse videtur, ut ex fontibus majores locos ad verbum describeret« (Holder-Egger p. 237). Multa alia vitia ei exprobrat, praeeunte Bacchinio in praef. suae ed., Pinius in Act. SS. Jul. V, 343 ss., ut incredibilem rerum tum sacrarum tum profanarum ignorantiam, exaggerationem in insectanda labe simoniaca praesulum sui temporis, propriae gloriae aviditatem et animum plane injurium in sedem romanam, dum autocephaliam ravennatis metropolis praeter fas statuere nititur, et sermonis barbariem. Unicus tantum exstat operis codex msc. atque scriba indoctus teste Bacchinio quae barbare fuerunt scripta, corruptissime descripsit, hinc »Agnellianam stribiliginem suis erratorum portentis mirum in modum obscuriorem reddidit«. Eum tamen doctissimus ille vir edendum censuit, »licet barbarus, rerum et temporum ignarus sit, (nam) negari nequit, plura ex ejus opere nancisci licere, quae sacram profanamque historiam juvent . . . Antistitum ravennatum sanctitatem, eorum praecipue, quos publicis votis catholica veneratur Ecclesia, primus omnium laudavit effecitque, ut eorum acta nosceremus, quae alias periissent.« Prodiit[1]) ejus editio Mutinae 1708 t. 2 in 4. cum continuatione in app. 110—138: fuit enim continuatus liber pontificalis ab anonymo ad a. 1296, et a Paulo Scordilli ad a. 1410; iterum ed. a Muratori Script. rer. It. II, 1, 1 ss. ed. emendata et aucta; recusa a Migne CVI, 431—840; ab Holder-Egger in MG. SS. rer. langob. p. 265—391.

408. Plurimi versati sunt in describendis *vitis* et miraculis *sanctorum*[2]). Ludger, (Lüdiger, Liudger) natus circa a. 744 in Frisia Gregorio abbati trajectensi commissus atque ab eo tonsus est. Postea in Angliam trajecit atque scholam Alcuini frequentavit: diaconus vero factus Trajectum rediit. Circa a. 772 eum iterum in schola reperimus Alcuini per aliquot annos, unde magna librorum, quos descripse-

[1]) Cf. Zeissberg Henr. Arno erster Erzbischof von Salzb. Wien 1863; Potthast p. 648.

[2]) Distingui debet ab Agnello seniore archiepiscopo ravennate, de quo egimus supra p. 512.

[1]) Cf. praeter auctores cit. Schüz Comment. crit. pag. 46—48; Daller KL. I, 338; Potthast p. 26.

[2]) Ughelli in It. sacra VII, 594—600 (ed. 2. in ed. 1 p. 338) exhibet *vitam s. Sabini* ep. canusini († c. 566), quam edidisse ferunt jussu Leonis III. (795—816) Petrus canusinus et barensis archiepiscopus, quam iterum edidit Fel Siliceus Bononiae 1623, et ex qua hausta est vita ab anonymo conscripta in Act. SS. 9. Febr. Sed in catalogis episc. ecclesiae barensis nullus hoc tempore comparet Petrus. Unus reperitur medio sec. X; alter jam a. 530. Cf. Fabricius bibl. lat. med. aet. III, 238.

rat, copia onustus ad Gregorium abbatem suum se recepit. Quo defuncto a. 776 in ejus locum suffectus est Alberius, Liudgerus vero ordinatus sacerdos. Exinde factus est Frisonum apostolus, donec saeviente Witukind in christianos fugere est coactus. Romam adiit (784), inde Casinum transiit, ubi moratus est annos duos et dimidium. Cum Carolus M. a. 787 Casinum inviseret, eum ad redeundum invitavit atque ad Frisonum conversionem destinavit. Factus est 794 primus episcopus mimigardefordensis[1]), ubi monasterium condidit, unde locus ille coepit dici Monasterium. Aliud condidit Werthinae (Werden) pluresque aedificavit ecclesias totusque incumbens operi apostolico exercitioque muneris pastoralis decessit[2]) 26. Mart. 809. Reliquit pietatis filialis et humilis monumentum pulchram et pretiosam *vitam* scil. *s. Gregorii* ab. et rectoris ecclesiae trajectensis ad Rhenum discipuli s. Bonifatii, magistri sui († 775), quam edidit Browerus atque annotationibus illustravit, Moguntiae 1616 in 4 in op. Sidera ill. et ss. virorum; in Actis SS. Aug. V, 254—264; Mabillon in Act. SS. O. S. Ben. III, 2, 320—333; Migne XCIX, 752—770, Holder-Egger in Mon. XV, 63—79. In ea attingit etiam primordia s. Bonifacii adventus atque ordinationis, quae in s. Wilibaldi opusculo fuerant praetermissa. *Epistola ad Rixfridum* de canonizatione s. Suitberti ei tributa non est genuina.

409. S. Ludgerus mox post mortem plures reperit[1]) biographos (quorum vitas cf. in Actis SS. Mart. III, 642—665), inter quos acta eminent seu *vita s. Ludgeri* auctore Altfrido, ejus ut videtur ex sorore nepote atque in sede monasteriensi secundo successore (839-849), ex relatione Hildegrimi sancti praesulis fratris et Heribergae ejus sororis, quae propter narrationis sinceritatem et candorem magni aestimatur. Exstat praeterea in Mabillonii Actis SS. IV, 1, 18—35; ex Leibnitio Script. rer. brunsv. 1, 85—100 in Migne XCIX, 769-796; ed. Pertz in MG. SS. II, 403—425 et Diekamp op. cit. IV, 3—53. — *Vitam s. Sturmii* ab. a s. Eigil stilo simplici et candido conscriptam et pretiosam pro historia ecclesiastica Saxoniae supra jam laudavimus. Porro Eigil s. Sturmii erat agnatus et a. 20 discipulus. Deposito abbate Ratgario a 817, sub quo monasterium fuldense gravem passum erat ruinam spiritualem et temporalem, Eigil (Aegil) ipsi substitutus fuit, qui feliciter reparavit damna († 822). Vita Sturmii reperitur apud Brower inter Sidera illustria Germaniae, Moguntiae 1616; in Mabillonii Act. SS. III, 2, 269—284; in Migne CV, 423—444: in MG. SS. cur. Pertz II, 365—377; germanice cura Arndt Berlin 1863 inter Geschichtschreiber der deutschen Vorz. VIII. Jahrg. t. II p. 69—97 etc. —

[1]) Prae humilitate noluit in episcopum consecrari, et nonnisi diu postea ordinationem suscepit a. 804,805, qua de re accurate disputat Diekamp hist. Jahrb. 1880 I, 281—286, qui et in op. Geschichtsquellen des Bisth. Münster t. IV Münster 1881 introd. p. 118 ss. copiosam exhibet de eo literaturam.

[2]) Plura cf. apud Hüsing der hl. Ludger, Münster 1878; Pingsmann der hl. Ludgerus, Freiburg 1879; Schwane KL. VIII, 220-225; copiosam literaturam habes apud Potthast p. 1430 s.

[1]) Eandem vitam retractavit ll. 2 monachus werthinensis, quae nonnulla refer ab Altfridi narratione discrepantia. Browerus, qui illam edidit op. supra cit. conjicit auctorem esse Othelgrimum (Odilgrim, Orthegrim), sancti discipulum et comitem: verum tunc serius edita fuit quam Othelgrimi aetas ferat. Prodiit cum vita ab Altfrido scripta loc. cit.; apud Diecamp p. 54—83 l. tantum primus, cum l. 2. videatur spectare ad vitam a monacho anonymo monasterii werthinensi non diu post a. 864 scriptam. Cf. Diecamp op. cit. IV. introd. p. 411. Cf. Potthast p. 1429 s.; Hist. lit. V. 57—59; Ebert II, 338 s.

S. Eigilis vitam fideliter et stilo saepe vivaci narrat alter fuldensis sodalis Candidus (Bruun), et sub Rabano Mauro ab. scholae rector († 845), et quidem prosa et carmine, quam habes apud Brower op. cit.; Schannat hist. fuld. cod. prob. 88—114; in Mabillonii Act. SS. IV, 1, 217—246; Migne CV, 381—422; in MG. SS. XV, 221—233; germanice interprete Grandaur, Lipsiae 1888; 1890. Haec vita magni est momenti multumque laudatur.

410. Hilduinus (Aldoinus) Alcuini discipulus[1]), illustri genere ortus, O. S. Ben., electus est s. Dionysii abbas 814 (815 secundum hodiernam inchoandi anni rationem). Ludovicus Pius imp., cujus erat archicapellanus, misso Romam Lothario filio pro sedandis occasione electionis Eugenii II. papae motibus exortis, eum consiliarium addidit. Plurimum laudatur ab omnibus illius temporis scriptoribus. Rabanus Maurus ei suos in ll. Regum commentarios transmisit. Attamen in rebellione filiorum adversus Ludovicum horum partibus adhaesit, quamobrem imperatoris excidit gratia et ad corbejense in Saxonia monasterium relegatus est (830): paulo post vero favore Rabani revocatus pristinas recuperavit dignitates. Exinde suo monasterio reformando adlaboravit († 22. Nov. 842). Hortante imperatore (c. a. 836) scripsit ad eum utroque stilo, prosaico et metrico, *vitam s. Dionysii* parisiensis. In duabus praemissis ad imperatorem literis exponit, quibus in ea concinnanda usus sit auctoribus, sanctumque hunc episcopum eundem esse cum Areopagita adeo persuasum habet, ut eos, qui cum Gregorio turonensi ea de re dubitent ‚exitiabilis et profanae nimis contentionis' reos agat: atque ita suo opere plurimum contulit, ut ea opinio medio aevo altas ubique ageret radices. Prodiit inter Mat. Galeni *Areopagitica,* Coloniae 1653; Bouquet Recueil VI, 716; Migne CVI, 23—50 col. CIV, 1326—1328. Compositio vero metrica, si unquam exstitit, lucem non vidit[1]). — Josephus sacerdos ex cancellario regis Aquitanorum, praeceptor regis Ludovici Balbi, narrat[2]) *historiam translationis corporum ss. Ragnoberti* episcopi bajocensis († 16. Maj. c. 668), et Zenonis, quam luci dedit Dacherius Spicilegii XII, 600—621; II, 127—133 ed. 2; Migne CVI, 891—905; ab alio passim interpolatam apud Bollandistas 16. Maj. III, 620—625, qui ejus auctorem censent esse quendam Erveum (Herveum, fl. sec. VIII) in ipsa historia saepe laudatum. Huic tribuit Wattenbach etiam *Vitam s. Ragnoberti* alioquin b. Lupo magno ejus discipulo adscriptam, quam edidit Jul. Lair in Bibl. de l'École des chartes Sér. V 1862 t. III p. 106—118. — Haiminus, Alcuini discipulus, monachus O. S. Ben. et aedituus s. Vedasti atrebatensis, scholarum magister († 834), narrat *miracula s. Vedasti* ep. atrebatensis et cameracensis († 540) in Actis SS.

[1]) Hilduini aequalis fuit Michael presbyter et syncellus Thomae patriarchae hierosolymitani (808—820) Theodori Studites amicus, qui pro cultu ss. imaginum multa in carceribus passus et a. 835 in exsilium est pulsus. Hic reliquit encomium *in s. Dionysium Areopagitam* passim editum cum hujus opp., ut a Corderio t. II Antverpiae 1633; Venetiis 1735; encomium (dubium) *in ss. archangelos et angelos* in Combefisii Auctario nov. Parisiis 1648 t. 1; *confessionem fidei* ed. a Montfaucon in catal. bibl. coisliniana, Parisiis 1715 p. 90 s. etc. Alia quoque ei tribuuntur, quorum genuinitas est dubia, ut carmina *in b. Mariam V., vita s. Theodori Studitae.* Cf. Knoepfler KL. VIII, 1498.

[1]) Cf. Hist. lit. de la Fr. IV, 607—613.

[2]) Alius videtur a Joseph Alcuini discipulo, qui eo jubente in compendium redegit s. Hieronymi *commentaria in Isaiam:* cujus op. lucem tantum viderunt versus illi praemissi vel subjuncti. Cf. Migne XCIX, 821.

6. Febr. 1, 801 s., quibus alii alia addiderunt, ib. p. 812 s.; habuitque de eo sermonem, ib. 802 s.; Migne CV, 745—760. — Wulfinus Boëthius gente Sarmatha vel Gothus, qui dicitur episcopus fuisse pictaviensis, forte chorepiscopus c. 830, nam in serie episcoporum illius ecclesiae non comparet, retractavit stilo simplici et apto ordine *vitam s. Juniani* ab. Mariacensis in pictaviensi Galliae provincia († 587), quam ejus discipulus Aurimundus composuerat. Habes eam in Act. SS. 13. Aug. III, 38—46 et in Actis SS. Mabillonii 1, 307-319. Ejus etiam esse videntur *Acta translationis s. Juniani*, ib. IV, 1, 430—433; et in Actis SS. Boll. l. c. p. 42. — Bertholdus monachus miciacensis O. S. B. in provincia lugdunensi scripsit *vitam s. Maximini* fundatoris et ab. miciacensis († 520) stilo conciso et nonnihil duro atque implexo, quam exhibet Mabillon in Act. SS. I, 591—597 (fl. c. 830). — Bodoinus prior monasterii s. Medardi suessionensis, Ludovico Pio imp. acceptus († 833), videtur adjecisse vitae hujus sancti a Fortunato (p. 590) conscriptae *supplementum*, quod habes in Mabillonii Spicil. VIII, 397—410, atque collegit 4170 *miracula*, quae Deus intercedente s. Sebastiano M., cujus reliquias Roma Suessionem asportaverat, operatus est. Scriptum quidem periit, sed inde l. suum de eodem argumento ditavit Odilon scriptor sec. IX. (cf. Duchesne Script. II, 270—305.).

411. Athelwulfus (Adilwulfus, Ethelwulfus) lindisfarnensis ecclesiae monachus O. S. Ben. carmen panxit *de abbatibus et viris piis coenobii s. Petri* in insula lindisfarnensi (685 — c. 810) in Mabillonii Act. IV, 2, 304-321; Migne XCVI, 1329—46; in MG. Poet. lat. I, 583—604. — *Acta s. Macarii* monasterii Pelectes (juxta oram maris Propontidis, quae Ciano sinui adjacet prope urbem Dascylium) hegumeni exhibet Sabbas monachus, ejus discipulus et in regimine successor, hinc in pluribus testis oculatus. Ea graece tantum habes in Anal. bolland. 1897 XVI, 142—164. Ejus etiam est *Vita s. Joannicii* monachi in Bithynia († 846) in Act. SS. 4. Nov. II, 1, 332-435, cum vita ejusdem sancti adornata a Petro pariter monacho, sancti illius aequali et socio atque praeposito monasterii s. Zachariae in monte Olympico. — Leontius descripsit vitam magistri sui Stephani Sabaitae, monachi O. S. B. thaumaturgi († 794), quae acephala exstat graece et latine in Actis SS. 13. Jul. III, 531-613. Ea pretiosa est pro historia illius monasterii et terrae sanctae. — Andreae lucensis O. S. B. abbatis (c. 806) Montis viridis in Tuscia (Palatiolum postea dicti) est *Vita s. Walfridi* hujus monasterii fundatoris († c. 763 vel 765) in Mabillonii Actis SS. III, 2, 196—203, et in Act. SS. 15. Febr. II, 842—846. — Rampertus episcopus brixiensis (815-c. 844) a. 838 transtulit corpus s. Philastrii ipseque *translationem* et miracula descripsit. Cf. Vet. Brixiae episc.... opera ed. P. Galeardo Patavii 1720 p. 261; Brixiae 1738; Augustae V. 1757; in Actis SS. 18. Jul. IV, 388—394.

421. Stephanus diaconus CP. descripsit c. 808 *vitam s. Stephani* junioris abbatis ab iconomachis sub Const. Copronymo crudeliter occisi (767), quam typis dederunt Montfaucon in Anal. graecis I, 396—531. et Billius inter op. s. Joan. Damasceni, Migne P. G. C, 1067—1187. In ea plura ad inconoclastarum historiam spectantia bene narrantur. — Ita et in *vita s. Nicetae* ab. et confessoris[1]), qui

[1]) Alia ejusdem vita conscripta fuit (forte sec. X.) a Joanne Hagioelita, quam ed. Tryphon E. Euangelides Οἱ βίοι τῶν ἁγίων, Athen 1895 p. 286—313. Hic idem scripsisse legitur *vitam Basilii* presb. ancyrani.

pro cultu ss. imaginum multa est passus († 824), cujus auctor est Theostrictus, monachus et discipulus (in Act. SS. 3. Apr. 1, 254—266; graece in app. XX-XXIII).

413. Ad theologiam practicam referri possunt plurimi libelli de baptismo ejusque administrandi ratione, quibus Carolus M. occasionem praebuit literis ad praecipuos sui regni praesules datis, quibus eorum de hoc argumento sententias exquirit. Supersunt plurium antistum responsa. Amalarius Fortunatus[1]) O. S. Ben. abbas mettlacensis, dein episcopus trevirensis (810—814), a Carolo M. a. 811 Hamburgum ad primae ecclesiae ibidem consecrationem, dein cum Petro Nonantulae abbate CP. ad Michaelem imp. missus, scripsit epistolam ad Carolum M. *de baptismo* seu de caeremoniis baptismi, inter Alcuini op. (cum huic subinde fuerit tributa) ed. Frobenii II, 510—524 etc., Migne XCIX, 890—901. Scripsit quidem *de missa,* sed l. hic non est l. *de divinis officiis* vel liber officiorum ed. a Hittorp 1568 et inter Alcuini opera spuria apud Frobenium II, 461—516; nec *l. offficiorum* a Marx repertus, qui videtur esse sec. XI. — In op. ad Hilduinum ab. *de tempore consecrationis et jejunii,* ed. a G. Meyer in Neues Arch. d. Ges. für ält. deutsche Gesch. XIII, 307—323, rationem reddit sui itineris CP.; *Odoporicum* seu versus marini (80, obscuri et temporis lapsu corrupti) ad Petrum ab. nonantulanum a. 813, quibus suum iter CP. describit Migne CI, 1287; in MG. poët. lat. aevi Carolini I, 426-428 cf. II, 694; *dialogus* paedagogicus ed. a Nolte in Jahresber. der Ges. für nützl. Forsch. in Trier f. 1872/74 (1874) p. 50—58. — Edelbertus (Odilbertus, Alibertus, Adelbertus, Olbertus etc.) archiepiscopus mediolanensis (804—814) scripsit *de rationibus rituum baptismi* responsionem ad Carolum M., cujus inscriptionem tantum capitum edidit Mabillonius, integram primus Wiegand in op. Odilbert Erzb. von Mailand über die Taufe. Ein Beitrag zur Geschichte der Taufliturgie im Zeitalter Karl d. G. in Studien zur Gesch. der Theol. Leipzig 1899. IV fasc. 1. Responsio compilata est ex Scripturae patrumque testimoniis. — Leidradus (Laidradus, Laidracius, Laidaquus, Leobradus) Noricus, gratiosus apud Carolum M., atque, ut ajunt, ejus bibliothecarius, missus quoque dominicus pro custodia legum per aliquot provincias, electus est in archiepiscopum lugdunensem (798). Bis missus est a Carolo in Hispaniam, ut se opponeret Adoptianorum turbis et erroribus eosque ad meliorem revocaret frugem et fideles adversus illorum errores muniret: ejusque custodiae Felicem urgellitanum suos errores retractantem tradidit. Ipse cum aliquot aliis praelatis subscripsit imperatoris testamentum. Multas aedificavit ecclesias, monasteria erexit, cantum in lugdunensi ecclesia restauravit aliaque praestitit boni ac diligentis pastoris officia quamvis adversa corporis valetudine[1]). Anno 814 munere pastorali se abdicavit secessitque in monasterium s. Medardi Suessione, ubi non din postea decessit 12. Dec. 816. Exstat illius l. *de sacramento baptismi* ad Carolum M. imp. cum duplici ad eundem ep., in quarum prima agit de iis, quae ipse prae-

[1]) Distingui debet ab Amalario metensi, cujus l. *de officiis ecclesiasticis* aliaque ipsi tributa fuere, de quo infra. Morin La question des deux Amalaire in Revue Bénéd. 1891. VIII, 433-443; IX, 337; XVI, 419 ss. tuetur horum identitatem, sed R. Mönchmeier in op. Amalar von Metz, Münster 1893 eos ab invicem secernit. Ita et Franz in recentissimo opere die Messe im deutschen Mittelalter, Freiburg 1902 2. Abtheilung 3. Abschn. Morin praeterea l. c. 1896 XIII, p. 289—294 ep. *de baptismo* non esse Amalarii nostri censet.

[1]) Cf. Schroedl KL. VII, 1088 s.

stiterit in utilitatem ecclesiae lugdunensis, in altera supplet, quae omiserat in suo de baptismo l. scil. *de abrenunciationibus* in baptismo fieri solitis. Habes haec in Mabillonii Analectis t. III, 28—45, ed. novae p. 78—85; in Gallandi bibl. vet. PP. XIII; Migne XCIX, 855-884 etc. — Brevissimus est libellus *de mysteriis baptismatis,* quem imperatori obtulit Magnus a Leone III. in archiepiscopum senonsem, dum esset in comitatu Caroli Romam adeuntis, a. 801 ordinatus, ab eodem imperatore munere missi dominici ad varias ablegatus provincias († 818). Obtulit eidem utpote juris peritus *collectionem notarum juris,* quae saepe prodiit Lugduni 1566; Parisiis 1586; 1595 etc., cum priori libello (ed. a Martene de ant. Eccl. rit. I, 158—161) Migne CII, 981—994. — Maxentii (juxta alios Manentii) patriarchae aquilejensis (usque ad a. 827 vel 833) epistola ad Carolum M. *de ritibus baptismi* eorumque significatione prodiit in Bern. Pez thes. anecd. II, 2, 7—12 subjunctis ex eodem mscr. cod. ratisbonensi *Collectaneis* ejusdem forte scriptoris de eodem argumento[1]). — Jesse (al. Tesse) episcopus ambianensis (799) a Carolo M. munere missi dominici honoratus et legatus caesareus Romam et Constantinopolim missus[2]) satisfecit quaestioni imperatoris *epistola catechetica* ad sacerdotes dioeceseos suae ceterosque fideles, qua per interrogationes exponuntur ritus Ecclesiae, praesertim, quibus in baptismo uti consuevit. Prodiit extrema parte manca cum Hincmari remensis operibus Parisiis 1615; in bibl. PP. maxima lugd. XIV; in Gallandi bibl. XIII, 397 ss.; Migne P. L. CV, 779—794. Cum in rebellione filiorum adversus Ludovicum Pium ipse illorum sequeretur castra, sede privatus obiit 836. — Jam antea Gerbaud (Garibaldus, Ghaerbaldus) episcopus leodiensis († 18. Oct. 809) instructionem pro fidelibus et literas pastorales pro suo clero stilo simplici *de baptismo ejusque ritibus* composuit, quas typis dedit Martene in ampl. collect. VII, 16—21 cum duobus capitularibus de eodem argumento, quae ipsius quoque esse videntur p. 23-26.

412. Hisce subjicimus, qui canones, capitularia vel decreta collegerunt. Ita Remigius (Remedius) discipulus Alcuini, cujus plures ad eum exstant epistolae, episcopus curiensis († 27. Jun. 820) collegisse dicitur *canones,* quorum 49 exhibet Hartzheim conc. Germ. t. II. et Migne CII, 1093-1112; octoginta Kunstmann die Canonensammlung des Remedius von Chur, Tübingen 1833, sed ea non est ipsius, cum canones derivati sint ex decretalibus spuriis Pseudo-Isidori. Ejus potius esse videntur[1]) *capitula XII* poenalia pro gravibus criminibus, saepius edita, etiam in Mon. Germ. legg. V, 180-184 ed. Haenel, et p. 441—444 cur. Zeumer; et Wyss Gesetze des Bisch. Remedius von Chur aus dem Anf. des 9. Jahrh. in Arch. f. schweiz. Gesch., Zürich 1851 p. 205 ss. — Ejusmodi *capitulare* constans cc. 25 (ed. a Dacherio Spicil. VI, 961 ss. ed. 2. I, 584—586, Migne CXV, 9—16; in MG. Capit. reg. Franc. I, 362—366), pretiosum pro disciplina ecclesiastica illius temporis edidit Haito (Haido, Haitho, Heito, Haydo, Ahyto, Ahito, Aito, Hatto, Hetto, Haddo, Oto, Otto etc.) n. 863 O. S. Ben. augiensis scholae magister et ornamentum, dein coenobii abbas (806) et episcopus basileensis[2]). Resignato ob gravem infirmitatem epi-

[1]) Cf. Fabricius bibl. lat. med. aet. III, 58.

[2]) Cf. Hist. lit. de la Fr. IV, 527—529; Werner Alcuin p. 231 s. de ejus epistola.

[1]) Cf. Ph. Schneider KL. X, 1041—1044.

[2]) Alius est ab Hetti (Heti) aequali, archiepiscopo trevirensi (c. 814—847), de quo cf. Kraus Allg. d. Biogr. XII, 321 s.

scopatu, ut simplex monachus dein vixit Augiae († 17. Mart. 836), cui reliquit thesauros literarios a se diligenter collectos. Missus est a Carolo M. ad Nicephorum imp. Itineris reliquit descriptionem Hodoeporicon, quae tamen intercidit. Scripsit etiam de celebribus visionibus s. Wettini (cf. Mabillonii Act. SS. IV, I, 263 Migne CV, 761—780. Cf. Schrödl KL. V, 1454.) — Halitgarius (Halitcharius, Alitgarius etc.) episcopus cameracensis (817 25. Jun. 831), Ludovici Pii imp. ad Michaelem Balbum graecorum imp. legatus (828), compilavit ex veterum scriptis et canonibus opus *poenitentiale* in VI distributum ll., quorum 1. agit de vitiis octo principalibus, in 2. de vita activa et contemplativa, in quibus utitur scriptis s. Gregorii M. et Juliani Pomerii (de vita contemplativa). In 3. agit de ordine poenitentium; in 4. de judicio poenitentium laicorum et in 5. de regulis canonice prolatis de ministris Ecclesiae si deviaverint. Addidit tamquam l. 6. *poenitentialem romanum,* quem de scrinio romanae Ecclesiae assumsit, etsi a quo esset editus, ignoraret. Quo de opere iteratis curis disserit Schmitz Bussbücher I, 465-489, ubi hoc poenitentiale exhibet; p. 719—733 exhibet ll. 4. et 5; Arch. für kath. Kirchenrecht 1890 LXIII, 391—419; et Bussb. II, 252—300, ubi ex codd. novas lectiones et emendationes adducit[1]). Ceterum Halitgarii opus saepius jam prodierat: primum in Canisii lect. ant. V, 2, 227-281; ed. novae II, 2, 87—142; in variis PP. bibliothecis, in Gallandi bibl. PP. XIII, 521 ss.; Migne CV, 651—710 cum notis (in poenitentiale romanum) Hug. Menardi p. 710—718. Plane similia iis, quae Halitgarius habet, reperiuntur in ll. Rab. Mauri[2]) ejusdem argumenti; unde opus inter Rabani opp. editum non videtur esse nisi alia hujus operis recensio, aliter scil. dispositum et quibusdam auctum additamentis. Scripsit quoque Halitgarius *de vita sacerdotum* ll. IV, cujus Martene in ampl. coll. 1, 70—76 edidit tantum praefationes in singulos ll. et capitum inscriptiones.

415. S. Methodius natione Siculus patria Syracusanus, professione monachus, a s. Nicephoro patriarcha CP. cum literis synodalibus Romam missus a. 821 et vicissim a s. Paschali I. pontifice cum auctoritate nuncii apostolici ad Michaelem Balbum imp. ablegatus est. Iconomachorum haeresim doctis argumentis et Scripturarum dictis evertere adorsus est fidemque orthodoxam sanctissimis Dei ecclesiis proponere: eamque ob causam (sub imperatoribus iconomachis) multas tentationes aerumnasque sustinuit (Menol. Basil. p. 499s.). A Theodora Augusta mortuo Theophilo ejus viro, exantlatorum certaminum praemiis onustus patriarcha constituitur (842, † 847), statimque haeresim iconoclastarum, opem ferente imperatrice post a. 120 tandem plane dissipavit instituto etiam festo proprio orthodoxiae, quo ss. imaginum restitutionem quotannis celebrari dominica I. quadragesimae in ecclesia graeca solet[1]). Reliquit *canonem poenitentialem* seu de iis, qui abnegarunt secundum diversas personas et aetates et ad orthodoxam veramque fidem revertuntur apud Baronium ad a. 842 § 21; Goar Euchologium graecum, Parisiis 1647 p. 876; Venetiis 1730; *Encomium s. Dionysii Areop.,* quem censet eundem fuisse cum Dionysio parisiensi, ed. Chifflet Diss. de s. Dionysio A., Pa-

[1]) De codicibus msc. hujus op. diligenter disserit Nostitz Zeitschr. für kath. Theol. 1889 XIII, 193—200; 1896 XX, 566—571.

[2]) Cf. Fabricius bibl. lat. med. aet. I, 66; II, 174; Werner, Alcuin p. 236 ss.

[1]) Cf. Nilles Kalend. man. I, 182; Knöpfler KL. VIII, 1437-1440; Busse § 552; Acta SS. Jun. II, 960 ss. et vita ab auctore coaevo conscripta Migne C, 1243—1262 et analecta ex variis ibidem collecta p. 1264—72.

risiis 1676, inter Dionysii opp. ed. Lanselii, ib. 1615; Migne IV, 669-684; *Encomium s. Agathae* in Actis SS. 5. Febr.; homiliam apud Gretser *de cruce* op. II, 401 ss., Ingolstadii 1600 in 4; quae collecta habes in Migne P. G. C, 1241—1327: non tamen omnium horum operum genuinitas est certa.

416. S. Ansegisus O. S. B. nobili stirpe prope Lugdunum ortus[1]), Carolo M. acceptus, qui et eum aedificiorum regiorum constituit inspectorem atque in variis adhibuit negotiis administrum, sicut et Ludovicus Pius, variis praefuit monasteriis, de quorum bono tam spirituali quam temporali admodum erat sollicitus, ut eorum merito salutetur restaurator, demum (823) praefuit monasterio fontenellensi (Vandrille († 20. Jul. 833). Ipse collegit[2]) *Capitularia* Caroli M., Ludovici Pii et Lotharii ll. IV, quorum 1. complectitur 162 capitularia Caroli M. ecclesiastica; 2. ecclesiastica capitularia (48) Ludovici et Lotharii; 3. mundana (91) Caroli M. et 4. mundana (77) Ludovici et Lotharii. Subjecit appendices III, quarum 1. complectitur capitula ecclesiastica (35) omissa; 2. mundana omissa (38) et 3. capitulare a. 826 complectens cc. 10. Haec collectio et ab episcopis et in comitiis imperii approbata, ut authentica habita fuit: saepe etiam prodiit, ut cur. Baluze Parisiis 1677; 1688; cur. Walter in corp. juris germ. Berolini 1824 II, 401-777; optime cur. Pertz in Mon. Germ. LL. I, 256-325 coll. LL. Cap. I, 382—450 et exinde in Migne P. L. XCVII, 489-590. — Benedictus dictus Levita, diaconus moguntinus, adjecit[1]) medio sec. IX. alios tres libros, cum quatuor additionibus, quibus continentur capitularia ab Ansegiso praetermissa, sed satis confuse absque ordine, selectu et judicio, saepe editi cum ll. Ansegisi, ut a Baluzio ed. supra cit.; Migne XCVII, 699—912. Sed ea capitularia magna ex parte sunt conficta, i. e. derivata ex s. Scriptura et scriptis patrum, et etiam posteriorum auctorum, ex libris poenitentialibus, ex canonum collectionibus, et statuta veterum tribuuntur recentioribus saepe interpolata. Versantur autem circa universam disciplinam ecclesiasticam. Habebantur diu pro genuinis, publica tamen auctoritate ea collectio non fruebatur. Cum ergo alium prorsus prae se ferat characterem haec collectio ac ea, quam Ansegisus concinnavit, merito Pertz eam huic non subjecit pro more veterum editorum, sed ab hac prorsus distinxit. Ansegisi enim collectionem exhibet t. I. LL. Mon. G., hanc t. II p. 2 pag. 19—158.

417. S. Benedictus Ananiensis disciplinae monasticae restaurator, illustrissimum post s. Benedictum ordinis benedictini fundatorem sidus[2]), ex

---

[1]) Alius est a cognomine archiepiscopo senonensi (871 † 25. Nov. 883) O. S. Ben., Caroli Calvi legatus ad sedem apostolicam, quae eum constituit (876) vicarium apostolicum pro Gallia et Germania, cui primatui tamen archiepiscopi Galliae, speciatim Hincmarus remensis, qui propterea scripsit *de jure metropolitarum* tr. ad episcopos (Migne CXXVI, 189-210), acriter se opposuerunt. Cf. Schmid KL. 1, 886; Hefele Conciliengesch. IV § 503 s.

[2]) Cf. plura de eo in Gestis abb. font. c. 17 (Migne CV, 733—750); Mabillon in Actis SS. IV, 1, 630 s.; in Actis SS. Jul. V, 70 s.; Histoire lit. IV, 509-512; Schmid KL. I, 884.

[1]) Cf. Knust de Benedicti Lev. capitularium collectione apud Pertz Mon. Leg. II p. 2. 19—39; Scherer KL, II, 328; Seckel in N. Arch. für ä. d. Gesch. 1900 XXVI. 37—72.

[2]) *Vitam Benedicti* accurate et amanter scripsit Ardon Smaragdus, discipulus et itinerum comes fidelis, († 7. Mar. 843), quam ediderunt H. Menardus ante Concordiam reg.; Acta SS. 12. Febr. II, 610—1620; plenius Mabillon in Act. SS. O. S. B. IV, 1, 192-217; hinc Migne CIII, 353—384; Waitz apud Pertz Mon. script. XV, 1, 200—229. Cf. Potthast 1199; praeterea de eo Hist. lit. de la Fr., IV, 447—459; Seebass Realenc. II³, 575-577; Nicolai der h. Ben. Gründer v.

Gothorum gente ortus est c. a. 750 in Sequania (Languedoc). Adhuc puer missus est a patre comite maguelonensi ad Pipini regis aulam, ubi munere ministri vini est functus. Relicta aula a. 774 mundo valedixit atque habitum s. Benedicti induit in monasterio s. Sequani. Bellum dirum indixit corpori suo: solo pane contentus vino prorsus abstinuit: somnus ei brevissimus, nuda humo saepe pro strato usus. In abbatem electus monasterium reliquit novumque condidit in suo praedio, cui Anianus nomen (hinc cognomen Anianensis), in quo rigidiorem vivendi rationem consectaretur (780). Paullatim crevit discipulorum agmen, hinc alia condita fuere vel reformata monasteria, in quibus rigidior ejus vivendi disciplina vigeret. A Carolo M. in Hispaniam missus est cum aliis, ut adoptianismi sectatores ad meliorem revocaret frugem (799): a Ludovico Pio omnium ei monasteriorum imperii cura et praefectura fuit concredita, et ab utroque imperatore adjutus fuit in promovenda disciplinae monasticae reformatione. Plenus meritis vivendi rigore laboribusque consumptus Aquisgrani 11. Febr. 821 ad aeterna transiit praemia. Illuc enim a Ludovico Pio vocatus fuerat (815), ut Indae monasterio praeesset. Collegit undique *Codicem regularum* monasticarum et canonicarum, quas ss. patres monachis, canonicis et virginibus sanctimonialibus servandas praescripserunt, quem edidit in cod. regularum Lucas Holstenius Romae 1661; Parisiis 1663; ed. recusa 1759 Augustae V. a Mar. Brokie observationibus critico-historicis illustrata. Exhibentur in eo variae regulae: 11 patrum orientalium, 15 occidentalium et 7 pro virginibus; subjiciuntur in appendice Exhortationes (15) ss. patrum ad monachos et virgines de observantia vitae religiosae. Concinnavit et *concordiam regularum,* in qua auctor regulam s. Benedicti confert cum aliis Ecclesiae graecae latinaeque regulis monasticis (25) ex iisque et ex patrum quorundam scriptis eam illustrat atque supplet »ut nulla patrum regula, inquit Sigebertus gembl. de script. eccl. c. 62, a Benedicti regula discordet, imo Benedicti regula regulis omnium patrum concordet«: atque ita commentarii cujusdam optimi instar esse potest[1]). Eam eruditis notis illustratam edidit H. Menard, Parisiis 1631 in 4. Alium nihilominus ex sanctorum homiliis, quae in exhortationem monachorum sunt prolatae, conjunxit *librum,* pro officio scil. sacro. Num is reperiatur in illa homiliarum collectione, quam suo codici regularum ex codd. msc. adjunxit, est dubium. — Supersunt praeterea aliquot opuscula, scil. Testimoniorum nubecula *de incarnatione Domini,* sancta et individua Trinitate et iterandi baptismatis devitanda pernicie; disputatio *adversus Felicianam impietatem; Confessio fidei* Benedicti Levitae etsi peccatoris, nonnunquam erronei, tamen foedere isto fidei inexhausto fidentis. Quae cum quibusdam aliis (literis et chartis) habes in Migne P. L. CIII, 393—1456. De aliis opusculis, quae ejus forte sunt, cf. Histoire lit. de la France l. c.

418. Hildemar O. S. Ben. s. Benedicti anianensis aequalis zelo restaurandae disciplinae religiosae clarus, in dioecesi mediolanensi eam feliciter reparavit. Reliquit bonum commentarium *in regulam s. Benedicti* hactenus ineditum, quem Martene fere recepit in suum (fl. 833). — S. Adalhardus (Adelhardus) ex fratre Pipini regis nepos, Carolo M. cognatus et cum eo educatus, juvenis 20 a. Deo in monasterio

---

Aniane, Köln 1865. De Ardone Smaragdo, qui in monasterio ananiensi praefuit scholis easque ad magnum provexit florem et post Benedicti discessum monasterium administravit, cf. Hist. lit. V, 31—35.

[1]) Cf. Editorum praefationes; Fabricius bibl. lat. med. aet. I, 185—189.

corbejensi se consecravit (773); inde ut tutius lateret, Montecassinum transiit: sed brevi post in Galliam revocatus electus est abbas corbejensis (775) et a Carolo M., inter cujus consiliarios primos primus fuit, ad regni administrationem vocatus est „ut regnum Italiae, quae sibi commissa fuerat, et ejus regem Pipinum juniorem ad statum reipublicae et religionis cultum utiliter, juste atque discrete honestius informaret. Ubi tantam promeruit laudem, ut quibusdam, ita ut fertur, non homo, sed pro virtutis amore angelus praedicaretur", inquit Radbertus [1]). Praeterea Romam a Carolo Augusto missus est ad Leonem III. a. 809 una cum Bernardo wormatiensi et Jesse ambianensi episcopis, ut contentio de Spiritus s. processione auctore Joanne monacho hierosolymitano exorta finiretur. Verum defuncto Carolo M. bonis spoliatus et per septennium in exsilium est pulsus. Fuit abbas utriusque Corbejae, antiquae scil. in Gallia (Corbie) et novae in Saxonia (Corvey), cujus praecipuus auctor exstitit cum Wala fratre suo. Obiit 2. Jan. 826. Ejus scripta perierunt, sicut et ejus *epistolae*. L. valde pretiosum composuit *de ordine palatii*, cujus medulla continetur in Hincmari l. *pro instructione* Carlomani regis: capitulorum *de admonitionibus* in congregatione (52) inscriptiones tantum vulgavit Mabillon in Actis SS. IV p. 1 ad calcem. *Statuta* antiqua abbatiae s. Petri corbejensis, quae monachis suis praescripsit habes in Migne P. L. CV, 535—550, sed juxta codicem valde vitiosum. Clara inde colligitur celebris hujus abbatiae descriptio. Tanti factus est ab aequalibus ut diceretur ‚Augustinus sui temporis, Antonius et Jeremias sui seculi'.

419. Amalarius, cujus nomen multiplici occurrit forma: Amelarius, Amilarius, Amulharius, Amalhart, Amalharius, Hamalart, Hamularius etc., auctor est, de quo multa sunt incerta. Etiam nostra aetate sunt qui eum eundem esse censent cum Amalario trevirensi, ut jam supra meminimus p. 755 a; alii, ut omnia componant, tertium admittunt, abbatem hornbacensem. Noster Amalarius, natus c. a. 780, Alcuini discipulus, fuit diaconus (forte abbas hornbacensis), ut chorepiscopus metensis comparet in conc. aquisgransi (817), chorepiscopus dein 835-838 lugdunensis ecclesiae, dum Agobardus sede fuerat pulsus (cf. supra p. 712). Post Claudium (cf. p. 715) praefuit ipse scholae palatinae. Interfuit synodo parisiensi a. 825 in causa ss. imaginum, in qua non minimas videtur habuisse partes. Inter eruditos sui aevi Symphosius est cognominatus. Quando obierit non una est auctorum sententia. Sunt qui opinentur, eum non vixisse ultra a. 837; alii ejus vitam protrahunt ad a. 847, et adhuc ultra ad a. usque 850 vel 851, ut partem habere potuerit in controversia de praedestinatione. Praecipuum ejusdem opus est *De officiis ecclesiasticis* seu divinis sacramentis ll. IV ad Ludovicum Pium imp.: a quo Romam missus (827) ministros ecclesiae s. Petri consuluit, et multa utilia ex eorum responsis colligens operi suo ultimam apposuit manum alteramque editionem in lucem emisit (p. a. 832). Hinc explicatur diversitas inter varia exemplaria: supersunt enim exemplaria aliquot ed. primae. In l. l. agit de liturgia seu de ritibus ab Ecclesia servatis a Septuagesima praesertim usque ad Pentecosten; in 2. de variis ministro-

[1]) In ejus vita rhetorice et consilio aenigmatice conscripta in Act. SS. 2. Jan. I, 96—111; Mabillon in Act. SS. IV, 1, 308—344; ed. ven. p. 291—349; Migne CXX, 1507—1556. Cf. Potthast 1131; Hist. lit. IV, 484—490; KL. 1, 201; Enk de s. Adalhardo ab. Corbejae antiquae et novae diss. hist. Monasterii W. 1873; Wattenbach Allg. d. Biogr. 1, 74; Werner Realencyclop. 1², 157—159.

rum ordinibus, ordinatione, vestibus; in 3. exponit mystice admodum missae ritus; in 4. disserit de officio divino seu de breviario, et in fine de exsequiis et officio mortuorum. Opus sane pretiosum pro historia sacrae liturgiae, quamvis opiniones et explicationes nonnihil singulares et nimis quaesitae in eo occurrant, quam ob rem gravissimae illud subjecerunt censurae Agobardus episcopus lugdunensis et Florus ejus diaconus, qui ei mendacia, errores, locutiones haeresi faventes etc. exprobrat, praesertim quod triplex distinguat corpus Christi absonasque proponat explicationes. Hinc ejus opiniones episcopis defert examinandas: qui demum in concilio carisiaco a. 838 ejus opinionem de triplici Christi corpore aliasque explicationes reprobarunt[1]). Qua de re cf. Florus in ep. ad amicos (Migne CXIX, 80 ss.) et Mansi XIV, 741 ss. Prodiit opus in collectione M. Hittorp Vetustorum PP. ll. de div. officiis, Coloniae 1568; Romae 1591; supplementum publicavit Mabillon scil. l. IV c. 48 in Anal. II, 96—144. Quod Amalarius l. 3. sui libri *Officialis* (ita ipse appellat suum de divinis officiis opus) tractat, brevius exhibet in *Eclogis* de officio missae[2]), editis a Baluze Capit. reg. Franc. II, 1352 ss. Parisiis 1677; Mabillon Mus. ital. II, 549 ss. etc., qui exhibent etiam ejus *eclogae in ordinem romanum.* Ejus l. *de ordine Antiphonarii,* in quo Antiphonaria romana cum gallicis confert et haec emendare, imo novum concinnare nititur, contradictionem provocavit Agobardi, qui duo vel tria contra illud edidit opuscula sat acria (cf. p. 715). Supersunt *epistolae* septem non spernendae, in quarum 4. et 6. disserit de eucharistia. Ipse in primis diversis ex conciliis et veterum doctorum sententiis hortatu Ludovici Pii imp. collegit formam *institutionis canonicorum* et sanctimonialium canonice viventium, quae probata fuit judicio et auctoritate concilii aquisgranensis (817), quod 130 capitibus l. 1. alia 15 cum praefatione adjecit[1]). Habes eam formam in actis conc. Mansi XIV, 147-277 Hardouin IV, 1055-1175; Hartzheim conc. Germ. 1, 430—539. Opera Amalarii collecta habentur Migne CV, 815—1340.

420. Ascetica praeter tot scripta, quae jam recensuimus, majoris pretii non occurrunt. — Reliqui adhuc sunt Christophorus patriarcha alexandrinus († 836), cujus *Homilia* seu paraenesis in usus animarum demonstrans, cuinam similis sit haecce vita hominum et in quem finem desinat cf. apud Migne P. G. C, 1215—1232. Ejus ad Theophilum imp. ep. *de sanctis ac venerandis imaginibus* exstat inter Jo. Damasceni opp. XCV, 343—385.

---

[1]) Cf. Hefele Conciliengesch. IV § 434. 436. Ceterum apud d'Achery Spicil. t. XII, 39 ed. novae t. I exstat Amalarii Responsio de corpore et sanguine Domini. Cf. Werner Alcuin p. 199-220, coll. 234 s., qui summam op. Amalarii exhibet et ea, quae Agobardus et Florus in ipso reprehendunt.

[2]) Eclogarum genuinitatem negat Franz op. cit (p. 755), imo in eo reliquiae op. Amalarii trev. de missa (p. 755) reperit.

[1]) Cf. Hefele IV § 417; Hist. lit. IV, 531—574; Morin: Amalaire Esquisse biogr. in Revue bénédic. 1892. IX, 337-351; Mönchemeier Amalar v. M., sein Leben und seine Schriften, Münster 1893; Sahre Der Liturgiker Amalarius, Dresden 1893, qui Realenc. I³, 430 ita de eo scribit: A. vereinigt mit umfassender Schriftkenntniss und Belesenheit in den Werken der Väter ein nicht geringes Mass von Fleiss und Sorgfalt, sowie strenge Gewissenhaftigkeit bei Angabe der von ihm benutzten Quellen. Die Hauptschwächen seiner Arbeiten der Mangel an historischer Forschung, die ermüdende Breite seiner Darstellung und besonders seine bisweilen recht sonderliche Art allegorischer Auslegung sind nicht so sehr ihm als vielmehr der seiner Zeit eigenen Geistesrichtung anzurechnen, deren Einfluss selbst sein Lehrer Alcuin sich nicht hatte entziehen können; Werner l. c. p. 261 ss.

Quando floruerit Epiphanius presbyter et monachus coenobii τῶν Καλλιστράτων non satis constat. Ehrhard apud Krumbacher p. 192 conjicit eum scripsisse exeunte sec. VIII, juxta alios nonnisi ineunte sec. XI vixit. Pariter vitae ejusdem fata nos prorsus latent. Supersunt sermo de *vita ss. Deiparae* et de ipsius annis ex scriptis apocryphis sine judicio critico consarcinatus ed. a Mingarelli in Anecdotis literariis, Romae 1783 III, 39—83; *de vita, actibus et morte . . . s. Andreae*; *ennarratio* ad modum descriptionis situs orbis, Syriae, urbis sanctae et ss. ibi locorum; libellus *de religione christiana,* in latinum a Petro de Monte traductus, qui forte ipsius est. Habes haec apud Dressel Epiphanii monachi et presbyteri scripta edita et inedita, Paris et Leipzig 1843 p. 13—82, et Migne CXX, P. G. 603—656. — Frotharius[1]) ex abbate s. Apri episcopus tullensis (813—848), cujus *epistolas* breves quidem, sed non sine pretio pro cognitione illius temporis habes apud Duchesne Hist. Franc. script. II, 712—723, Migne CVI, 863-882. — Bernowinus episcopus claromontanus (fl. c. 810), poëta[2]), cujus *carmina* aliquot e tenebris eruit Mabillon Annalium II, 717 ss. append., Migne CV, 444—447, Dümmler Mon. Germ. hist. poet. lat. aev. Car. M. 1, 413-425; Addenda II, 693; — Modoinus (Motuinus) ex abbate s. Georgii Lugduni episcopus augustodunensis[3]), Ludovico Pio imp. acceptissimus († 838), cujus *carmen* ad Theodulphum aurel. prodiit inter hujus opp. l. 4 carm. 9, et in Canisii lect. ant. t. V. p. 2 (ed. novae t. II p. 2 pag. 69 ss.). — S. Angilbertus e nobili prosapia in aula Caroli M. pene ab ipsis infantiae rudimentis enutritus, qui eum consuevit suum appellare Homerum, sub Alcuino institutus, post obita splendidissima munera, fuit enim manualis caesareae familiaritatis auricularius et ter ad Leonem III. legatus, factus est abbas Centulensis, postea s. Richarii († 18. Febr. 814). Hujus monasterii ecclesiam magnificentissime construit atque bibliothecam biscentis locupletavit libris. Restaurationem monasterii ipse descripsit (Migne XCIX, 841—850). Reliquit plura *carmina*[1]), quorum aliqua servata sunt ab Hariulpho in ejus vita, quae exstat in Hariulphi chronico centulensis abbatiae l. 2, apud Mabillon Act. SS. O. S. Ben. IV, 1, 108—122 (ed. ven. 103—116); in Actis SS. 18. Febr. III, 98—101; apud Migne XCIX, 849—854; optime apud Dümmler MG. Poët. lat. I, 355—381. Aliqui ei tribuunt poema: *Carolus M. et Leo III,* in MG. l. c. II, 391—403. — Forte huc referri adhuc potest Pantaleon diaconus CP. scriptor alioquin ignotus, cum juxta alios floruerit sec. jam VII., vel c. 850 vel sec. XIII, vel aetate incerta juxta Combefisium, qui aliquot ejusdem exhibet *orationes.* Cf. Migne P. G. XCVIII, 1244—1269. Alius omnino est a Pantaleone presbytero CP., qui Latinis favebat, imo factus dicitur sodalis O. S. Dom. et scripsisse *de erroribus graecorum.* Habes hunc l. latine Migne P. G.

---

[1]) Cf. Hist. lit. V, 52—57.
[2]) Cf. Hist. lit. IV, 481—484.
[3]) Cf. ibid. IV, 547—550.

[1]) Cf. Wattenbach I. II. § 7; Potthast p. 46 s., qui ea recenset atque editiones indicat. Hist. lit. IV, 414 418. Vitam ipsius descripserunt Anscherus (c. 1110) et Hariulphus, de quibus infra. — Alius ab eo est Angilbertus miles sec. IX, cujus exstat *rythmus* in proelium apud Fontanetum, et Angilbertus sive Engilbertus O. S. Ben. abbas corbejensis c. 880, qui quosdam versus elegiacos praemisit aliosque hexametro subjunxit l. s. Augustini *de doctrina christi na,* quem obtulit Ludovico Francorum regi, Carolomanni fratri, quos hab s in Mabillonii Anal. II, 657, ed. novae p. 425; Migne CXXIX, 783—786. Cf. Fabricius bibl. lat. 1, 97.

CXL, 487—574, quem primum edidit Stevartius Ingolstadii 1616 inter XVII Auctores, absque auctoris nomine; prodiit dein apud Canisium Lect. ant. t. 14, Bibl. max. PP. t. XXVI etc. Ipsius tamen non est, sed a sodalibus O. Praed. concinnatus vulgatus est CP. a. 1252.

XV.

Scriptores ecclesiastici seculi IX.

Pars altera (851—900).

421. Inter pontifices romanos hujus periodi inclaruit s. Leo IV. ab a. 847—855, qui aliquot habuit Romae synodos, plura salubriter constituit [1]), civitatem Leoninam apud aedes s. Petri condidit muroque cinxit, ipsius urbis moenia vetustate collapsa restauravit et turres quindecim a fundamentis exstruit. Tribuitur ipsi et sermo *de cura pastorali*, qui tamen seculorum processu tot passus est interpolationes et mutationes, ut vix retinuerit formam originalem. Ejus enim lectio synodis praemitti solebat, cui proinde episcopi illa judicarunt adjicienda, quae essent loco et tempori opportuna. Quare Mansi in suppl. conc. I. p. 909 triplicem illius exhibet lectionem, ut ex trium collatione conjici forte possit, quae genuina, quae superaddita sint; inde Migne CXV, 675—684; melius eum edidit Wattenbach in N. Archiv für ältere d. Gesch. VI, 192. In suis literis haud obscura primatus etiam in Orientem vestigia comparent.

422. Inter omnes vero emicuit s. Nicolaus I., in quo magni revixerunt pontifices sec. IV et V. Patria erat Romanus, diaconus sub Leone IV. atque adeo carus Benedicto III., ut pene ad regiminis consortium adlectum a latere suo divelli non pateretur; quo defuncto (7. Apr. 858) unanimi consensu in successorem est electus. Tristissima in tempora incidit ejus pontificatus, negotia admodum gravia et implexa Occidentis Orientisque occuparunt tanti praesulis animum, usurpationes et scandala sacrilega turbarunt ejus quietem. Huc spectant contumacia Joannis episcopi ravennatis, principum adulteria aliaeque causae matrimoniales, pertinacia archiepiscoporum coloniensis et trevirensis, necnon et Hincmari remensis oppositio (qui demum tamen judicio acquievit sedis apostolicae), praeprimis vero exitiale Orientis schisma, quod Photius initiavit, consummavit firmavitque in secula Michael Caerularius. Evectus fuerat ad sedem patriarchalem CP. Ignatius filius Michaelis Rhangabe, quondam imperatoris, antea Niketas dictus, monachus et abbas 4. Jul. 846). Cum vero reprehendisset,

[1]) Cf. de epistolis Migne CXV, 655—683. Jaffé I, 329—339; KL. VII, 1781-1785.

Bardam ministrum, imo Caesarem praepotentem ob incestam cum propria nuru conversationem, communionemque propterea ei denegasset, hujus iram et vindictam incurrit, qui nullum propterea non movit lapidem, ut Ignatius dejiceretur sede (857), in exsilium pelleretur et Photius, vir quidem doctus, sed laicus altisque muneribus politicis implicitus, ei substitueretur necnon et pontifex ad firmandam Ignatii depositionem electionemque Photii pertraheretur. Verum frustra, nam s. Nicolaus innocentiae canonumque ecclesiasticorum vindex imperterritus stetit neque iniquis consensit postulationibus, etiam postquam ejus legati Graecorum fraudibus et blanditiis seducti Photio per omnia favissent. Cum monita paterna nihil profuerint, demum in Photium depositionis protulit sententiam sedemque restituit s. Ignatio (863). Hinc ille ambitiosissimus vir ira excanduit atque habita synodo a. 867 in s. pontificem anathema dixit. Exitum suae sollicitudinis non vidit Nicolaus, decessit enim morbis curisque confectus 13. Nov. 867. Ab Ecclesia inter sanctos colitur. Praeter alias virtutes insigni excelluit beneficentia: namque apud se habuisse perhibetur syllabum omnium claudorum, coecorum et pauperum infirmorum Romae commorantium, quibus alimenta in singulos distribuerentur dies. Multi ex omnibus provinciis ad eum consulendum de diversis questionibus, plusquam de quoquam alio antecessorum suorum proditum sit, adveniebant cunctique accepta ejus benedictione et responso recedebant contenti. Unde ob multitudinem consulentium non tam mature, ac ipse voluisset, respondere poterat, ut ipse in compluribus suis fatetur epistolis. Multae adhuc supersunt de molestissimis his negotiis *epistolae,* quarum aliquae sunt tractatuum instar admodum prolixae. In iis vero loquitur tamquam potestatem habens apostolica libertate, imperterrita fortitudine, zelo ardenti pro canonum custodia, primatus juribus bonoque Ecclesiae. Habes eas[1]) in Mansi coll. conc. XV. 143 ss.; Migne CXIX, 769-1200; CXXIX, 1011-1016; diligenter recensitas apud Jaffé I, 361—368; II, 785. Inter eas eminent juxta ed. Migne 4. ad Michaelem imp. (p. 773—780); 13. (790—794); 46. (p. 850—860); 86. (p. 926—962); 98. (p. 1016—1045); 12. ad Photium (p. 785—790); 99. (p. 1945—1055); 104. ad clerum CP. (p. 1067—1089); 35. ad episcopos synodi silvanectensis a. 863 (p. 826—833); 75. ad ep. Galliae (899—908); 97. responsa ad consulta Bulgarorum (p. 978—1016); 108. ad Hincmarum rem. (p. 1101—1111); 155. ad episcopos in regno Ludovici constitutos (p. 1163-1174) etc. Merito ergo a posteritate „Magni“ cognomine insignitur. Ejus imaginem paucis sed bene expressit hisce verbis Regino in suo chronico ad a. 868 (Migne CXXXII, 95): „Post b. Gregorium usque in praesens nullus praesul in romana urbe pontificali honore sublimatus illi videtur aequiparandus. Regibus ac tyrannis imperavit eisque ac si dominus orbis terrarum praefuit, episcopis et sacerdotibus, religiosis ac Domini mandata observantibus humilis, blandus, pius, mansuetus apparuit, irreligiosis ac a recto tramite exorbitantibus terribilis atque austeritate plenus exstitit, ut merito credatur alter Helias, Deo suscitante, nostris in temporibus exsurrexisse, et si non corpore, tamen spiritu et virtute[2])“.

[1]) De quibusdam cf. Archiv für kath. Kirchenrecht 1882. XLVII. 2. 177—215.

[2]) Plura de ipso cf. ap. Thiel de Nicolao I. commentationes duae Brunsbergae 1859; Laemmer Papst Nicolaus I. und die byzantinische Staatskirche seiner Zeit, Berlin 1857; Hefele Conciliengesch. t. IV passim; Hergenroether et Schroers in opp. infra citandis; Wurm KL. IX, 279—287; Jules Roy St. Nicolas I, Paris 1900, quo in op. exhibentur et ejus ep.

423. Nicolai vestigia pressit Hadrianus II. (867—872) ex familia romana, e qua jam duo prodierant pontifices Stephanus IV. et Sergius II, jam bis ad pontificatum expetitus, hac vice cleri populique voto unanimi fere coactus, etsi senex a. 75 esset. Vir erat vitae exemplaris et inexhaustae beneficentiae. Ejus *epistolas*[1]) diligenter recenset Jaffé Regesta I[2], 368-376; exhibent Migne CXXII, 1259-1320; CXXIX, 1015—1021; Mansi coll. conc. XV, 819 ss. (ep. 36). — Magnam sollicitudinem pro bono Ecclesiae et pace Italiae ostendit Joannes VIII (872—882), cujus testes sunt tot ejusdem *epistolae,* quae adhuc supersunt, scil. 382, quas cf. in Migne P. L. CXXVI, 647—967. Jaffé in Reg. I, 376—422 c. 432 recenset. Frequenter convocavit synodos, episcopis officia sua in memoriam revocat, segnes excitat, inobedientibus excommunicationem intentat, multos revera communione privat, imo et deponit, principes, reges, imperatores in auxilium adversus Saracenos invocat, de causis matrimonialibus judicat, monasteriorum in se suscipit tutelam. Fraudibus Photii, qui defuncto s. Ignatio (877) iterum in sedem CP. fuit evectus[1]), recruduit schisma: hinc pontifex foede a suis legatis desertus et deceptus, coactus est in Photium anathema pronunciare. Schismatis compositionem non amplius vidit a nefariis hominibus 15. Dec. 882 crudeli morte exstinctus[2]). — Stephani V. (885-891) viri admodum pii plures supersunt *epistolae,* diplomata, privilegia etc. non tanti tamen momenti, quorum plures habes in Migne P. L. CXXIX, 785—822. Earum 68 recenset Jaffé I, 427—435.

424. Compressa demum circa hujus seculi medium iconoclastarum haeresi, longe exitiosior orta est in Oriente tempestas, schisma scil. Photianum, cui non tam controversiae de fide vel moribus, quam humanae cupiditates, nefanda libido et praepotens ambitio praebuerunt occasionem: postea vero ad colorandum schisma excogitatae fuere nonnullae controversiae et naeniae. Prima victima cecidit s. Ignatius patriarcha regiae urbis[3]), ut jam supra diximus. Cassa-

[1]) Repererat Fr. Maassen *homiliam synodicam*, cujus jam fragmenta ediderat Muratori atque asseruerat Nicolao I. Edidit illam atque tribuit Hadriano II. in diss. Eine Rede des Papstes Hadrian II. v. J. 869. Hinc orta est magna controversia literaria, cum in ea homilia ad triginta ep. decretales pseudoisidorianae allegantur: unde inferri poterat, magnam jam post medium sec. IX. fuisse auctoritatem apud sedem apostolicam collectionis isidorianae. Eam egregie tractat Lapôtre Revue des qq. hist. 1880 I, 277-431 Hadrian et les fausses décrétales, ubi ostendit eam non esse alicujus pontificis, sed forte episcopi portuensis, qui postea fuit pontifex sub nomine Formosi; Jaffé et Dümmler Ueber eine Synodalrede Papst Hadrians II., Berl. 1900, stant pro Hadriano II. Schroers Eine vermeintliche Konzilsrede des Papstes Hadrian II; hist. Jahrb. 1901 p. 23—37; 257-276, eam tribuit Anastasio bibliothecario. Cf. de Hadriano II. Hefele Conciliengesch. IV § 484 ss.; KL. V, 1421—1423; copiosam literaturam in Realenc. VII, 305—307. ed. Zoepffel-Mirbt.

[1]) Dedit Joannes VIII. suis legatis quinque epistolas in Orientem perferendas, ad imperatorem, ad Photium etc., quas fraudulentus hic vir nequissime falsavit, et in alium pene convertit sensum. Cf. Hefele l. c. § 497, ubi corruptionis specimina habes.

[2]) Cf. KL. VI, 1562—1568; Hefele Conciliengesch. IV § 503 ss.

[3]) Hujus vitam praeclare et fideliter scripsit Nicetas Paphlago, qui et alio nomine David vocabatur, byzantinus, professione rhetor et philosophus, vir doctus, episcopus Dadybrae in Paphlagonia, qui floruit c. a. 890. Eam edidit Rader Ingolstadii 1604; in Act. SS. 23. Oct. X, 167—205; Migne P. G. LV, 243-284. Hujus ejusdem Nicetae exstant *orationes XX* subinde inflatae atque flosculis nimis onustae, scil. in exaltationem s. crucis, in diem natalem b. M. V., in singulos apostolos etc.; fragmentum *expositiones in Lucae Ev.*; exegesis *in carmina* s. Gregorii naz. (cf. supra p. 171), quae omnia

vit quidem Nicolaus I. injustam tanti praesulis depositionem: sed praevalente Bardae tyrannide immania passus est, ut ad abdicandum munus pastorale cogeretur: verum frustra. Iteratis vicibus appellavit sedem apostolicam, quae eum non deseruit. Dejecto et interfecto Michaele III. mox revocatus est a Basilio Macedone s. Ignatius atque in sedem suam restitutus (23. Nov. 867). Sub eo habita est synodus oecumenica VIII., quae sententiam romanam probavit, restitutionem s. Ignatii et Photii depositionem. Decessit 23. Oct. 877, quo die tam ab Ecclesia latina quam a graecis inter sanctos colitur. Literae ejusdem[1]) ad rom. pontificem, in quibus praeclare ejusdem agnoscit primatum, asservatae leguntur in actis conc. oecumenici VIII (cf. Hardouin V, 791). — Strenuus assecla s. Ignatii contra Photium erat Metrophanes[2]) Smyrnae archiepiscopus (jam a. 857). Hinc cum illo sede sua fuit privatus, vinculis constrictus et in carcerem deterrimum conjectus atque in exsilium pulsus (859). Photio dejecto iterum in suam restitutus est cathedram. Cum autem cum Photio post s. Ignatii mortem in patriarcham electo noluerit inire communionem, rursus fuit depositus (880). Dedit *epistolam* ad Manuelem patricium, in qua narrat, quae contigerant inter s. Ignatium et Photium ab a. 858—870: quam exhibent Baronius in suis annalibus ad a. 870 n. 45—51; Raderus op. supra cit.; Mansi XVI, 414 etc. Habuit *sermonem* insignem in conc. VIII sess. VI. — Eandem sortem subiit Stylianus Mappa archiepiscopus neocaesariensis, qui cum s. Ignatio fuit sede pulsus; in quam restitutus noluit post s. Ignatii mortem Photium agnoscere[1]). In *literis* ad Stephanum VI. suo aliorumque nomine datis synoptice et fideliter refert controversiarum inter s. Ignatium et Photium historiam (ab a. 847—886), apud Baronium ad a. 886 n. 17-25; in actis conc. Mansi XVI, 425—441 etc.; et in op. Raderi cit. Exstat et ipsius libellus *de s. Trinitate* in Montfauconii bibl. sequer. et coislin., Parisiis 1715 p. 88—90. Joannis IX. ep., qua ejus fides singularis laudatur, habes in Migne P. L. CXXXI, 29.

425. Quamvis Photius indignus sit, qui inter theologos numeretur catholicos utpote tristissimi auctor schismatis, breviter saltem memorandus est, cum negari nequeat, eum a natura excellens nactum esse ingenium, quod

habes Migne P. G. CV, 9—582 (cf. Ehrhard apud Krumbacher p. 167). Non tamen desunt, qui putent sub hoc nomine duo latere scriptores. — Conferatur et libellus *de* tota *magni Ignatii causa* (ab initiis exsilii a. 858 usque ad conciliabulum a. 861, in quo fuit depositus) ad Nicolaum papam rom. a Theognosto monacho exarcho CP., qui visa iniqua persecutione in Ignatium mota zelo commotus clam Romam properavit, ubi septennium haesit factus archimandrita. Restituto in sedem suam Ignatio rediit CP. cum literis Hadriani II. ad Basilium imp. et Ignatium impense commendatus. Factus est monasterii Fontis hegumenus et s. Sophiae skeuophylax. Missus ab imperatore et Ignatio iterum Romam venit ad faciliores conditiones impetrandas pro Photii asseclis, sed absque effectu. Exstat ejus libellus de gestis CP. 858-61., cum encomio *in omnes sanctos* Migne PG. CV, 849—863.

[1]) *Epistola* Epiphanii cujusdam episcopi Cypri in insula ad s. Ignatium legitur in actis conc. Binii t. III Parisiis 1636. Hujus forte Epiphanii videtur etiam esse *Expositio praesessionum patriarcharum et metrop litarum*, quam habes in Migne P. G. LXXXVI, 1, 787-798. Cf. Busse § 639.

[2]) Cf. Knöpfler KL. VIII, 2442 ss. Reliquit Metrophanes etiam *encomium* in s. Polycarpum et Michaelem archangelum, necnon commentarium *in septem ep. catholicas*, cujus specimina exhibet passim B. Georgiades in Ἐκκλ. Ἀληθ. III (1882—1883), sicut et illa *Encomia* ib. 1887 VII, 386—393. Cf. Ehrhard apud Krumbacher p. 78 s.

[1]) Cf. de utroque Busse Grundr. der christl. Lit. § 641 s.

indefesso excoluit studio, adeo ut in omnibus versatus esset disciplinis ideoque multa componere potuerit opera sane utilia[1]). Tarasii quondam patriarchae pronepos erat, nobilissimis ortus (c. 820) parentibus, qui pro avita fide ab iconomachis multa sunt passi. Juventutem transegit discendo docendoque multosque attraxit discipulos. Cum ergo nobilissimae esset familiae, caesareae affinis, atque diligenter excultus splendida adeptus est in aula munera: fuit enim protospatharius, imperatori primus a consiliis atque senator. Dejecto Ignatio ipse opera Bardae Caesaris electus est in patriarcham paucisque diebus omnes suscepit sacros ordines (857). Verum Nicolaus I. hanc electionem cassavit, et postquam Basilius Macedo regnum adiit, depositus ipse est atque restitutus s. Ignatius (867). Post hujus vero mortem (877) iterum adeptus est sedem patriarchalem. Nisus quidem est sedis apostolicae consequi approbationem legatosque apostolicos astutia sua decepit sibique faventes reddidit, ita ut Joannes VIII. paratus esset sub certis conditionibus eum agnoscere, sed meliora edoctus a Marino cardinali, qui illius viri fraudes bene noverat, anathema in eum dixit (a. 881): et merito quidem, nam genuinam ipsius pontificis literam suppresserat novamque finxerat, in qua pontifex summis eum laudibus prosequitur: imo et ex capite suo finxerat acta synodi oecumenicae, eo tantum fine, ut conc. oecumenici VIII. aboleret auctoritatem et omnia, quae contra ipsum olim canonice acta fuerant, rescinderet. Falsarium Photio audaciorem et impudentiorem nullum commemorant Ecclesiae annales[1]). Interim Photius ingentem ostendit industriam, ut sedis suae dilataret praerogativas et splendorem, ansasque inveniret firmandae scissionis a sede apostolica excogitatis variis doctrinae disciplinaeque capitibus, quae Latinis exprobraret. Sed en rursus mutatur ejus fortuna. Defuncto Basilio Leo Sapiens dictus, ejus quondam discipulus, eum iterum deposuit atque in monasterium relegavit (886), quo fulmine veluti fractus decessit c. a. 891, juxta alios 897, quin illo quinquennio suae navitatis veluti innatae ullum daret amplius indicium.

426. Photii *opera* collecta cooperantibus J. B. Malou et Jos. Hergenröther prodierunt in Migne P. G. t. CI-CIV., supplementa praebet Hergenröther Monumenta graeca ad Photium ejusque historiam spectantia, Ratisbonnae 1869 et quaedam minoris momenti A. Papadopulos Kerameus in fasc. societatis russicae palestinae t. XXXI, Petersburg 1892. Potiora sunt: *Amphilochia collectio* scil. quaestionum (ultra 300), quas praesertim Amphilochius Cyzici metropolita (hinc Amphilochiae inscriptio) ipsi tempore tentationum (primi exsilii) proposuit et ipse solvit. Diversissimi autem ordinis ac generis sunt argumenta eo in op. pertractata. Tres tamen classes dissertationum licet distinguere, quarum 1. omnium ditissima exegeticas et hermeneuticas complectitur disquisitiones, 2. dogmaticas, 3. demum philosophicas, mythologicas, grammaticas et nonnullas historicas. Utitur in responsionibus libenter operibus Polychronii, Cyrilli alex., Germani CP., Joannis Damasceni, in primis Theodoreti, e quo 32 diss. ad verbum transcribit. Eae absque ordine et methodo sunt dispositae, diversis temporibus ad eruditorum amicorum quaesita conscriptae,

[1]) Merito tamen notat Ehrhard KL. IX, 2087: Photius Bedeutung als eines Theologen ist oft überschätzt worden. Seine theologischen Gesammtleistungen stellen ihn unter Joh. von Damascus und lassen mit denen des Maximus Confessor oder Leontius von Byzanz keinen Vergleich zu.

[1]) Cf. praef. in opp. Photii ed. Migne CI p. II.

deinde in unum veluti corpus collectae et ad Anphilochium transmissae. Eae fere replent t. CI ed. Migne, prodierunt etiam Athenis 1858 Sequuntur in ed. Migne fragmenta *commentariorum* in N. T. (1189—1255). — In t. 2. continentur dogmatica scil. *contra Manichaeos* ll. IV (p. 15-264), qui prodierunt etiam in Anecdotis graecis J. Chr. Wolfii, Hamburg 1722. Magna pars l. 1. fere ad verbum conspirat cum scriptis aliorum auctorum, praesertim cum *historia Manichaeorum* Petri Siculi[1]), quem descripsisse dicendus est, quin fontem pro more nominaverit: ll. vero sequentes non satis bene cohaerent cum l. 1. — *De Spiritus s. mystagogia*, quem l. primum Hergenröther[1]) edidit, notis illustravit atque crisi subjecit Ratisbonae 1857; Migne CII, 263—542 (cum ejusdem compendio), opus praecipuum contra dogma fidei et doctrinam Ecclesiae conscriptum, in quo infirmis plane utitur argumentis potissimum ex ratione theologica depromptis: in aliis op. Photius controversias cum Latinis attingere non solet, si excipias opusculum de eodem argumento, quod forte ipsius est et ab Euthimio Zigabeno suae *Panopliae* fuit insertum. Opus de quo agimus a celebri Vecco patriarcha CP. († 1298) fuit impugnatum.

427. Tertia operum ejusdem pars complectitur praeter *carmina* non magni pretii quaedam scripta paraenetica, *homilias* scil., quarum tamen plures perierunt, multae nondum prodierunt: eae sunt admodum eloquentes; recentissime Papadopulos-Kerameus alias XLV e codd. montis Atho primum edidit; LXXXIII *sermones* et *homilias* Aristarches magnus logothetes ecclesiae CP. Leipzig 1901 t. 2. — In p. quarta, qua continentur opera historica, exhibentur *epistolae* (193), praeter plurimas (71), quae insertae sunt Amphilochiis, distributae in III ll.; editae etiam a Valettas, Londini 1864. — Sequitur celebris *bibliotheca*, quae totum implet t. CIII. ed. Migne et CIV p. 9—346, opus grande et utile, in quo sagaci judicio[1]) de quam plurimis omnium disciplinarum operibus sine certo ordine disserit et censet, atque specimina ex illis affert in cap. seu codicibus 280: hinc pretiosa est pro historia literaria et argumentum lectionis propemodum infinitae auctoris nostri. Seorsim prodiit cur. Im. Bekker Berlin 1824 t. 2. — Reliquit et opera canonica. Primum scil. collegit *canones* conc. oecumenicorum in unam syllogen ordine chronologico. Eisdem adjecit canones conc. provincialium, qui vim legis in universa Ecclesia obtinebant, et *epistolas canonicas* ss. patrum, quae ad disciplinam generalem Ecclesiae spectabant. Hanc col-

[1]) Hic a Basilio imp. ejusque filiis Leo Sapiente (886—911) et Constantino (911—959) missus fuerat in Armeniam ad permutandos captivos christianos, qua occasione conversatus est cum Paulicianis, nova Manichaeorum specie, auctore quodam Paulo armeno, quorum plures etiam convertit. Prodiit ejus *historia* cura Raderi Ingolstadii 1604; Göttingen 1646. Reperit autem cl. Mai tres *sermones* contra Paulicianos, qui cum illa historia cohaerent et eodem genere scribendi sunt concinnati, hinc hujus Petri esse videntur. Habes illos in t. IV bibl. novae PP. In eorum primo refellit Paulicianos duo esse rerum principia affirmantes; in altero ostendit Mariam vere esse Deiparam, cum Christus corpus suum non detulerit de coelo, atque Mariam mansisse virginem. In tertio probat, Christum non locutum esse parabolice in ultima coena. Verum hujus sermonis exstat tantum exordium. Reliqui vero tres sermones, quos promiserat, interciderunt. Alius autem esse videtur a Petro Argivorum episcopo, de quo alias.

[2]) Cf. Hergenroether de hoc op. theol. Qtlschr. Tübingen 1858 XL, 559—629.

[1]) Ehrhard l. c. p. 2090: Ueberall bewährt sich Photius als ein feiner Literarkritiker, und die Fälle sind sehr selten, in denen die moderne Kritik sich von seinem Urtheil entfernen muss.

lectionem, quam Zonaras, Balsamon et Aristenos doctis commentariis ornarunt, in suis Pandectis canonum edidit Beveregius, et Migne P. G. t. CXXXVII et CXXXVIII. Deinde eosdem canones descripsit ordine materiae jungendo canones ejusdem argumenti totamque materiam juris divisit in titulos XIV. Hanc collectionem sub nomine *syntagmatis canonum* primus edidit Mai Spicil. rom. t. VII, et inde Migne CIV, 431—976. In eo nondum comparet spiritus schismaticus. Demum Photius canones omisso textu juxta ordinem syntagmatis notavit, et in commentariis adjunctis descripsit leges praesertim civiles, quae eisdem respondebant. Haec collectio inscribitur *Nomocanon,* quia legum tam ecclesiasticarum quam civilium catalogum ac velut harmoniam exhibet. Post alios eum ediderunt Voellius et Justellus in sua bibliotheca juris Parisiis 1661 II, 813—1140 et inde Migne CIV, 975—1218; Pitra Jur. eccl. Graec. hist. et monum., Romae 1868 II, 433—640: sed jam incipiunt eruditi dubitare, num Nomocanon sit revera Photii. — Reliquit quoque *commentaria in ll. N. T.,* saltem in catenis saepe comparent expositiones sub ejus nomine. Papadopulos Kerameus edidit sub ejus nomine expositionem *in Evangelium s. Matthaei.* — Quibus addantur opera quaedam minoris momenti, ut *Gnomen,* seu sententiae 214 apud Hergenroether op. cit.; vel opera philosophica vel profani argumenti, inter quae eminet ejus *Lexicon,* forte tamen a discipulo sub ejus directione concinnatum. Alia ejusdem opera sunt deperdita ut contra Julianum imp., Leontium etc., alia ei supposita, alia ipse confinxit, ut *acta* concilii oecumenici a. 878, quae habentur inter acta conc. Hardouin[1]) etc.

[1]) Ceterum de Photio cf. opus plane classicum et eruditum card. Jos. Hergenröther: Photius P. v. CP., sein Leben, seine Schriften und das griechische Schisma nach handschrftl. und gedruckten Quellen, Regensburg 1867-1869 t. 3, in quo multa quoque reperis de auctoribus supra laudatis ut de Nicolao I., s. Ignatio patriarcha etc.; Ehrhard apud Krumbacher § 18 p. 73—79; et ipse Krumbacher p. 515—524.

428. Subjicimus narrationi exitialis schismatis eos theologos, qui contra Graecorum exceptiones scripserunt[1]): quorum quidem non magnus est numerus. Eorum unus est Aeneas, qui in Caroli Calvi aula munere fungebatur notarii seu secretarii tantaque simul sollicitudine curabat bonum Ecclesiae, ut metropolita senonensis Guenilo cum suis suffraganeis (inter epistolas Lupi Ferrariensis 99 Migne CXIX, 574) scribere potuerit: „Quis vel leviter tetigit palatium, cui labor Aeneae non innotuit et fervor in divinis rebus non apparuit?“ Hinc unanimi cleri et populi consensu electus est a 853 in episcopum parisiensem. Interfuit pluribus synodis eo tempore habitis. Cum Nicolaus I. Galliae episcopos hortatus esset, ut et ipsi responderent Graecorum exceptionibus adversus Latinos, ipse arripuit calamum scripsitque a. 868 l. *adversus Graecos,* editum a D'Achery Spicil. t. VII; ed. 2. I, 113—148; Migne CXXI, 685—762. Constat autem ille cc. 210 et est tantum compilatio testimoniorum patrum scriptorumque tam graecorum quam latinorum pro s. Spiritus processione ex Filio quoque, pro sacerdotum coelibatu, pro vario usu abstinentiae diversarum regionum, pro primatu romani pontificis etc. Obiit Aeneas 27. Dec. 870. — Magis limatum est opus Ratramni contra Graecos, de quo opportunius infra agemus[2]).

[1]) Fuse has controversias persequitur et exponit Werner Gesch. III, 1—310.

[2]) Cf. de Aenea Hist. lit. V, 386—390; de utroque Hefele Conciliengesch. IV § 482. Ceterum et episcopi in conc. wormatiensi a. 868 ad exceptiones graecorum responderunt. Hanc responsionem contra Graecorum haeresim de fide ss.

429. Denique ex theologis polemicis Orientis memorandus est adhuc Nicetas, patria ut videtur Byzantinus, alius a Niceta Davide, cujus supra (p. 778 a.) mentionem fecimus: qui floruit exeunte sec. IX. Hic enim reliquit *Refutationem* et *eversionem* epistolae ab Armeniae principe missae, quae invidiose fidem nostram orthodoxam et s. et oecumenicam synodum IV. criminatur, jussu Christum amantis et piissimi imperatoris, quae scripta est ad principem et in qua patriarcha inducitur loquens. Ea est doctissima tum argumentorum copia et vi, tum sententiarum gravitate, et ss. patrum auctoritatibus refertissima et vere aurea, ed. in Allatii *Graecia orthodoxa* t. I; *Confutatio falsi libri,* quem scripsit Mohammedes arabs, ed. a Mai bibl. nova PP. IV, 321 ss., in qua adducit in singulis cc. Mohammedis textum, quem refellit. Eo in op. theologiae apud graecos scholasticae seu speculativae imaginem genuinam aspicimus, et graeci ingenii et doctae solidaeque subtilitatis insigne specimen. Habes utrumque librum in Migne P. G. CV, 583—843. Sed scripsit etiam contra Latinos *de processione Spiritus s.* ex solo Patre, quem l. habes apud Hergenroether Monumenta graeca etc., Regensburg 1869 p. 84—138.

430. Jam nos convertamus ad Occidentem, ubi plures reperimus, qui de rebus subtilibus subtiliter etiam scripserunt: ortae enim sunt et hic controversiae literariae, sed non usque ad haereses et schismata. Ejusmodi controversiis occasionem praebuerunt duo praesertim theologi Gotteschalcus scil. et Joannes Erigena, quorum ille Fulgentius (forte a suis asseclis ob praetensam s. Augustini defensionem) cognominatus, fuit monachus O. S. Ben. natione Saxo, parentibus nobilibus natus, atque puer ab iis Deo in monasterio fuldensi oblatus. Cum ita ad induendum s. Benedicti habitum et ad ss. suscipiendos ordines obligaretur, aufugit et ad episcopos in synodo moguntina (829) provocavit, ut ab hac solveretur obligatione. Sed obstitit Rabanus Maurus abbas, ejus quondam et magister, edito etiam l. contra eos, qui repugnant institutis b. P. Benedicti, seu *de oblatione puerorum* (Migne CXXV ad. 419 ss.). Hinc coactus est redire ad monasterium, sed permissum ei fuit, ut secederet in monasterium orbacense, ubi magno ardore studio se dedit, praesertim quaestionibus se immersit de praedestinatione. In eum incidit errorem, ut contenderet Dei »praedestinationem facere, quod nec homo ad vitam praedestinatus possit in mortem incidere, nec ad mortem praedestinatus ullo modo se possit ad vitam recuperare«, duplicem distinguens praedestinationem. Suas opiniones per varias diffudit regiones, quam ob rem Rabanus contra eas scripsit, eaeque etiam damnatae fuere in synodo moguntina (848), et ipse traditus pro correctione Hincmaro remensi. In synodo Carisiaci habita (849) fuit depositus ob presbyteratus ordinem inscio episcopo diocescano, Rothado suessionensi, susceptum, et perpetuo de suis opinionibus silentio ei imposito monasterio inclusus. Scripta sua, quorum accuratiorem notitiam non habemus, igni tradere est jussus, et secundum s. Benedicti regulam verberibus fuit caesus. Superest adhuc duplex ejusdem *confessio,* brevior altera, altera prolixior verbis turgidis in suae opinionis defensionem conscripta (Migne CXXI, 346-350; 349—366). Rabano suadente attentius fuit custoditus: unde nullas amplius habuit partes in controversia sat acri, quae per aliquot annos inter praecipuos hujus temporis episcopos et theologos hac de quaestione fuit agitata. Vix fuit auctor alicujus

Trinitatis reperit edidit que Trudp. Neugart in append. ad suum opus Episcopatus constantiensis I, 520.

nominis, qui de ea non scripserit, praesertim postquam Joannes Scotus Erigena satis infeliciter illi se immiscuerit. Post varia concilia habita, post edita plura utrimque scripta utcunque composita fuit controversia in magna synodo Tusiaci a. 860 habita, quae si non orta, aucta est ex ambiguitate terminorum, ex obscuritate quaestionis, ex defectu accuratioris definitionis ejusdem. Decessit[1]) Gotteschalcus inclusus, quin suos revocaverit opiniones vel Ecclesiae fuerit reconciliatus mente ut fertur turbatus c. a. 868 vel 869. Num Gotteschalcus revera fuerit haereticus, controvertunt gravissimi theologi, ut Sirmondus, Petavius, du Mesnil in Synopsi historiae Gotteschalcanae; negant vero Contenson, qui eum fere sanctis accenset martyribus, et Norisius in synopsi historiae Gotteschalcanae, quam utramque synopsim, ut lector ipse judicare possit, exhibet Ziegelbauer Hist. rei liter. O. S. Ben. p. III c. 2 app. p. 104—126, qui concludit moderato Mabillonii judicio, Gotteschalcum paulo jactantiorem et audaciorem fuisse atque inutilium quaestionum sectatorem, „qui si animum tantisper continuisset, melius famae, melius saluti suae consuluisset.“ — Alteri controversiae occasionem praebuit: propugnavit enim, orthodoxam esse formulam, qua in hymno ecclesiastico deitas salutatur trina, pro qua stetit et Ratramnus in l. deperdito. Etsi vero ea sit orthodoxa, sensu tamen non sano intellegi potest, et hunc Hincmarus stilo aggreditur vehementi in Collectione ex s. Scripturis et orthodoxorum dictis *de una et non trina deitate* (Migne CXXV, 473-618): non vero satis probat, Gotteschalcum sensu revera non probando ea esse usum.

431. Alter scriptor, qui controversiis occasionem praebuit, fuit, ut diximus, Joannes Scotus[1]), hinc et Scotigena dictus, cognomento Erigena, quod nomen tamen sec. demum XV. ei tributum fuit, seu Eriugena (Jerugena) scil. oriundus ex insula sanctorum seu Eriu vel Erin i. e. Hibernia. Hujus viri fata satis incerta sunt, neque enim liquet, quando et ubi sit natus: constat tantum eum ineunte seculo IX. esse natum, in Anglia primum, deinde in Gallia ingenii subtilitate inclaruisse (c. 845), carum fuisse et admodum familiarem Carolo Calvo ob singularem eruditionem et ingenium facetum (ad a. circiter 873). Scholam palatinam, quam regebat, ad magnum promovit splendorem, nominisque ejus fama vel in remotas penetravit regiones. Neoplatonismum in Occidentem induxit atque e cineribus quasi suscitavit. Cognitione linguae graecae, quam tamen leviter tantum calluit, aequales praecelluit suamque cum literis graecis familiaritatem in suis scriptis libenter prae se fert et quasi a Graecis omnis omnino sapientia petenda sit, horum laudem ubique praeconiis amplissimis praedicat: imo satis compertum est, eum si non reapse, inclinatione tamen mentis a Photii partibus stetisse et in suo l. *de divisione naturae* de

[1]) Cf. Cellot SJ. Historia Gotteschalci, Parisiis 1655; Hefele Conciliengesch. IV, 310 ff.; 186 ff.; 205 ff.; Bach Dogmengesch. des Mittelalt., Wien 1873. I, 219 ff.; Hist. lit. V, 352-364; Schroers Hinkmar Erzbischof von Reims, Freiburg 1884 p. 88 ss. KL. V, 942—950; Freystedt Zeitschr. für KG. 1897 XXVIII 1—22; 161—182; 529—544; Gaudard Gotteschalc moine d'Orbais ou le commencement de la controverse sur la prédestination au IXe siècle, Thèse St. Quentin 1889. De ipsa controversia cf. Werner Gesch. der apol. und pol. Lit. II, 670-693; Alcuin p. 186 ss.; de ejus poëmatibus non sine laude disserit Ebert II l. 5 c. 3.

[1]) Non desunt, qui eum confundant cum Joanne presbytero monacho et ex Saxonia oriundo Aethelingiae abbate a. 895 trucidato. Cf. Fabricius bibl. lat. med. aet. II, 419, et auctores infra citandos.

processione Spiritus s. magis fere Graecorum adstipulari doctrinae quam Latinorum. Hinc mirum esse non debet, Nicolaum I. in literis ad Carolum Calvam conqueri »quod opus Dionysii Ar. . . . quidam vir Joannes natione Scotus, nuper transtulit in latinum: quod juxta morem Ecclesiae nobis mitti et nostro judicio debuit approbari: praesertim cum idem Joannes multae scientiae esse praedicetur olim, sed non sane sapere in quibusdam frequenti rumore dicatur. Hinc est, quod dilectioni vestrae vehementer rogantes mandamus, quatenus apostolatui nostro praedictum Joannem repraesentari faciatis, aut certe Parisiis in studio, cujus capital olim fuisse perhibeatur, morari non sinatis, ne cum tritico sacri eloquii grana zizaniae et lolii miscere dignoscatur et panem quaerentibus venenum porrigat[1].« Pariter non constat quando, ubi et quomodo obierit: non pauca fabulosa de eo narrantur, ut de longis ejus itineribus in Orientem, eum rediisse in Angliam, monachum Malmesburii graphiis puerorum, quorum magister erat, confossum martyrem obiisse[2] etc. Decessisse censetur ante a. 877. Nullis erat ecclesiasticae dignitatis gradibus insignitus, »nec unquam, addit Prudentius depraed. c. 3, a catholicis insigniendus.«

432. Haec ejusdem opera: inprimis vertit et commentariis exposuit Dionysii Areopagitae ll. *de hierarchia coelesti, de hierarchia ecclesiastica* et *de theologia mystica; de divinis nominibus* deinde et *epistolas X,* atque ita viam aperuit hisce operibus in Occidentis scholas, quae inde abunde irrigatae fuere. Verum ea versio ad verbum obscura est atque implexa, »unde factum est, notat Anastasius bibliothecarius in ep. ad Carolum Calvum, ut tantum virum (Dionysum A.) intra cujusdam labyrinthi difficilia irretiret et in antris profundioribus invisibiliorem quodam modo collocaret, et quem interpretaturum susceperat, adhuc redderet interpretandum.« Integer superest tantum commentarius *de theologia mystica,* ille de nominibus divinis periit, reliqui sunt manci. Libri *de egressu et regressu animae* ad Deum exstat tantum fragmentum. Transtulit quoque (sat mendose) e graeco *Scholia* seu Ambigua s. Maximi in Gregorium theologum, quibus continetur locorum difficilium in orationibus hujus patris explicatio. — Opus famosum sunt ll. V *de divisione naturae* scil. in creantem et increatam, creantem (primordiales rerum causas) et creatam, nec creantem nec creatam in forma dialogi. Hoc opus ab archiepiscopo senonensi et suffraganeis ejus in conc. provinciali congregatis, quia inventum est scatens vermibus haereticae pravitatis, reprobatum fuit et ab Honorio III. igni adjudicatum[1]. Hinc nulla amplius ejus facta est medio aevo mentio; Amalricus vero et David de Dinando sec. XIII. inde sua hauserunt commenta.

[1]) Apud Bulaeum Hist. univ. paris. I, 184; cf. et Migne CXIX, 1119, et CXXII, 1025.

[2]) Cf. Fr. A. Staudenmaier Jo. Scotus Erigena und die Wissenschaft seiner Zeit, Frankfurt 1834 p. 1; Huber Jo. Scotus Er. Ein Beitr. zur Gesch. der Phil. und Theol. im MA. München 1861; M. S. R. Taillandier Scot Erigène et la philosophie scholastique, Strassburg 1843; Nic. Möller J. Scotus Er. und seine Irrthümer, Mainz 1844; Ebert II 1. 5 c. 12; de Jo. Scoti Er. commentatio, auctore anonymo Bonn 1835 (Migne CXXII, 1—88 cum prooemio auctore Floss ib. p. IX—XXVIII). In ea commentatione opiniones et errores Joannis in op. *de divisione naturae* proponuntur; Hist. Lit. V, 415-429; Baumgartner KL. X, 2133-2140. qui de eo scribit: Johannes war die blendendste und hervorragendste philosophische Erscheinung der ganzen ersten Periode der Scholastik Meteorartig leuchtet er auf, um ebenso rasch wieder zu verschwinden.

[1]) In bulla apud Albericum chron. ad a. 1224 (juxta alios 1225).

Demum illud edidit Thomas Galeus, Oxonii 1681; Schlüter Monasterii 1838; hinc iterum cum appendice ex ambiguis s. Maximi prohibitum et in ll. prohibitorum indicem fuit relatum. Et sane in eo tuetur apertissime pantheismum, illum videlicet, quem emanativum vocant, et plures gravissimas doctrinae christianae veritates ad pantheismi istius decreta miserrime depravat.

433. Alia ejusdem opera sunt: Hom. *in prologum* s. Ev. secundum Joannem; commentarii *in Ev. secundum Joannem*, quorum fragmenta tantum supersunt. *De praedestinatione* l., cujus haec exstitit occasio. Damnaverat Hincmarus Gotteschalcum ut praedestinatianum. Hinc plures arbitrabantur praesulem illum in Gotteschalco petiisse s. Augustinum. Itaque acriter eum sunt aggressi ejusque amicum Pardulum, ep. lugdunensem, qui ei in hac causa fidelissimam praestiterat operam: atque ad incitas fere redegerunt. Quare Hincmarus praeter alios et Joannem nostrum sollicitatus est, ut in auxilium veniret. Composuit igitur Scotus hunc l. suum atque dialecticis philosophicisque suis argumentis arduam hanc quaestionem theologicam nisus est expedire, sed infelicissimo successu: nam gravissimis invictisque armis illum sunt aggressi Prudentius, qui ei 77 errores exprobrat, et Florus, imo duae synodi valentina a. 855 et lingoniensis ipsius l. et capitula, quibus commentum diaboli potius quam argumentum aliquod fidei contineatur, proscripserunt[1]). — Ferunt eum etiam scripsisse *de eucharistia*. Et sane Hincmarus eum satis aperte perstringit de praed. c. 31, quod juxta ipsum ‚sacramentum altaris non verum corpus et verus sit sanguis Domini, sed tantum memoria veri corporis et sanguinis ejus', et Adrevaldus suum *de corpore et sanguine Domini* l. scripsit ‚contra ineptias Jo. Scoti'; Berengarius quoque sec. X. ad eum provocat, et postea pluribus in synodis ejus l. conscissus atque igni fuit traditus. Hisce non obstantibus videtur dubium, num Jo. Scotus data opera l. de eucharistia scripserit: quae vero ei exprobrantur, leguntur in l. Ratramni de hoc argumento, qui ei ex errore vel conjectura tribuebatur[1]). Ceterum si catalogis veterum de ll. Jo. Scoti fides est habenda, plurima ejusdem scripta desiderantur, aut deperdita aut in bibliothecis delitescentia: forte in hisce erronea aliqua vel ambigua de eucharistia legabantur: et quae habentur in Exposit. super hier. coel. cap. 1 § 3 (ed. Floss p. 140) sinistrae interpretationi poterant dare occasionem. Scripta, quae supersunt, collegit ediditque Floss in Migne P. L. CXXII.

434. Inter theologos, qui hisce in controversiis emicuerunt aliisque scriptis hanc illustrarunt periodum, eximium plane virtutis juxta atque doctrinae exemplum cernimus in b. Rabano Mauro, scriptore hujus aetatis forte omnium laboriosissimo. Quod Alcuinus erat pro Francorum regno, erat Rabanus pro Germania, hinc salutatur ‚Germaniae praeceptor'. Erat is ex illustri prosapia Moguntiae oriundus n. c. 786. Appellatus est in baptismo Rabanus (Hrabanus), nomen Mauri ei datum est ab Alcuino, Magnentius (Magnetius) nomen erat gentilitium (juxta alios idem ac Moguntiae

[1]) Cf. Hefele Conciliengeschichte IV § 449.

[1]) Cf. Floss in praef. apud Migne CXXII pag. XX ss.; Laufs Ueber die verloren gehaltene Schrift des Joh. Scotus von der Euch. in Theol Studien und Kritiken 1828 I, 755 ss. Literaturam de eo cf. apud Fr. Ueberweg Grundr. der Gesch. der Phil., Berlin 1886 II[7], 131 ss. De doctrina ejus circa eucharistiam cf. Werner Alcuin p. 182 ss.; circa praedestinationem ib. p. 186 ss. et fusius in Gesch. der ap. u. pol. Lit. II, 670—693.

nus). Puer amplexus est in monasterio fuldensi vitam monasticam et ab abbate Ratgario missus est ineunte hoc sec. ut magis excoleretur Turonem ad Alcuinum. Redux in patriam scholis est praefectus, quas ad magnum promovit florem: a. 814 sacerdos ordinatus. Post mortem Eigilis abbatis electus ipse est a. 822 in successorem. Plurimum sub eo monasticae disciplinae increvit studium inter 150 sodales, nam tot ejus tempore numerabantur, floruerunt et literae[1]). Postquam monasterium a. 20 praeclare rexisset, multas ecclesias condidisset, bibliothecam pluribus ditasset libris, abbatiali dignitati a. 842 ultro cessit, quo ss. literarum studiis liberius vacare posset. „Quotiescunque enim a curis secularibus, quas, prout possibile erat, toto nisu declinabat, liber esse permittebatur, aut alios sacris literis instruebat, aut in legendo vel dictando divinis Scripturis semetipsum pascebat.“ Ita Rudolphus in ejus vita c. 5. Trithemius vero de S. E. n. 267 ita refert: „Offensus improbitate monachorum suorum, qui eum dicebant nimium scripturis intentum temporalia negligere, agente id in eis diabolo, displicentiam contra eum acceperunt, scandalizati in eo, quo maxime debuerant aedificari. Dans igitur locum irae, nec cum ingratis ovibus diutius manere consentiens, monasterium et habitatores ejus deseruit . . . Monachi autem poenitentia ducti legationem ad eum mittentes rogabant, ut rediret ad monasterium, sed non impetrarunt.“ Post quinquennium electus est in archiepiscopum moguntinum. Tres habuit synodos Moguntiae, in quarum una reprobata fuit Gotteschalci de praedestinatione doctrina, quam ita expressit in ep. synodali ad Hincmarum rem. (Migne CXII, 1575): „Quod praedestinatio sicut in bono sit ita et in malo: et tales sint in hoc mundo quidam, qui propter praedestinationem Dei, quae eos cogat in mortem ire, non possint ab errore et peccato se corrigere.“ (848). Prudentissime rexit suam ecclesiam: hinc magna ejus apud omnes auctoritas. Effusae admodum liberalitatis erat erga pauperes, quorum famis tempore trecentos de diversis locis venientes quotidie alimento sustentabat praeter eos, qui juvabantur assidue. Decessit 4. Febr. 856 aetatis fere a. 70; a Bollandianis et Mabillonio Beati titulo honoratur: magnis encomiis ab aequalibus et posteris celebratur[1]).

435. Plurima reliquit opera, quae prodierunt collecta ex schedis Pamelii cura Greg. Colvenerii Coloniae 1626 t. 6 in f.; Migne t. CVII—CXII, quorum praecipua secundum hanc ed. sunt: *De laudibus s. crucis* ll. II, „eruditione, versu prosaque mirifici: quo op. figuris sive imaginibus 28 multa fidei christianae mysteria, multi mystici numeri: angelorum, virtutum, septem donorum Spiritus s., octo beatitudinum, quatuor elementorum, quatuor temporum anni, quatuor evangelistarum et Agni, mensium, ventorum, quinque ll. Moysis, nominis Adam, Alleluja et Amen, aliarumque rerum vis et dignitas in formam crucis redacta, subtiliter et ingeniose explicantur (Migne CVII, 133—294).“ Ita in inscriptione libri ed. Colvenerii. Magni factum est olim

[1]) Cf. Turnau R. Maurus. Ein Beitrag zur Geschichte der Pädagogik des Mittelalters, München 1900; Burger Hr. Maurus der Begründer der theol. Studien in Deutschland in Katholik 1902 II, 51-69; 122-135; cf. Knöpfler KL. X, 697-701.

[1]) Cf. praeter alios Ziegelbauer hist. rei liter. O. S. B. III. c. 2 § 3 p. 65-77; Mabillon elogium historicum apud Migne CVII, 9—40; Trithemius in ejus vita ib. 67—106; Hefele Conciliengesch. t. IV § 442 s.; 448; Hist. lit. V, 151—204; Dümmler Hrabanstudien Sitzungsber. der k. pr. Ak. d. Wissensch. zu Berlin 1898 S. 24—42. De ejus vita a Rudolfo monacho fuldensi conscripta cf. infra.

hoc opus, ita ut s. Odilo abbas cluniacensis de eo diceret in serm. de laude s. Crucis (Migne CVII, 108): »Rabanus seculari scientia affatim eruditus, fide catholicus, spirituali scientia ad plenum edoctus, tale de laude s. Crucis texuit opus et texendo perfecit, quo pretiosius ad videndum, amabilius ad legendum, dulcius ad retinendum, laboriosius ad scribendum non potest inveniri.« Mabillonio tamen aliisque judicibus opus hoc plus habet ingenii, laboris atque arteficiosae diligentiae, quam utilitatis. Prodiit opera Jac. Wimphelingii Phorcae 1503 in f.; Augustae V. 1605 etc. — *De clericorum institutione* ll. III a. 819, (Migne CVII, 293—420) opusculum valde utile, ex Augustino, Cassiodorio, Gregorio M. et Isidoro hisp. concinnatum, in quo non solum exponit munera et officia ecclesiastica, sed et attingit l. 3. doctrinam, qua clericus instructus sit oportet, studium s. Scripturae, qua occasione ex s. Augustino de doctr. chr. III, 2 ss. regulas praecipuas hermeneutices tradit; scientiam interpretandi poëtas atque historicos et recte scribendi loquendique rationem, rhetoricam et dialecticam, arithmeticam et astronomiam, virtutes cardinales etc. Prodiit seorsim Coloniae 1532 etc.; textum recensuit, adnotationibus criticis et exegeticis illustravit, introductionem atque indicem addidit A. Knöpfler, München 1901. Affinis argumenti sunt l. *de sacris ordinibus,* sacramentis divinis et vestimentis sacerdotalibus (Migne CXII, 1165-1192), et *de disciplina ecclesiastica* ll. III (ib. 1191—1262), scil. de sacris ordinibus, de catechismo et sacramentis divinis, de agone christiano. Tractat autem de rebus liturgicis breviter et stilo simplici. De l. *de oblatione puerorum* jam supra egimus p. 788.

436. Sequuntur *commentarii* (ll. 172) in omnes fere s. Scripturae ll. V. et N. T. juxta literae sensum et spiritualem intelligentiam. Desiderantur tamen modo commentarii in Job, Psalmos, Esdram, Tobiam, in Isaiam et Danielem, in prophetas minores, in Ecclesiasten et Canticum cant., in Lucam, Joannem, in ep. canonicas et Apocalypsin, in Actus apostolorum. Calluit autem linguam non solum graecam, sed et hebraicam et chaldaicam. Hunc autem modum in commentariis suis sequitur, ut ipse in ep. ad Freculphum commentario in Pentateuchum praemissa testatur: »SS. patrum libros, in quibus rebar aliquid de sententiis legis expressum esse, quantum licuit, perlegi, et singula secundum opportunitatem loci, prout mihi satis esse videbatur, inserui eorum nominibus ante in pagina praenotatis. Si quid vero gratia divina indigno mihi elucidare dignata est in locis necessariis simul cum nota agnominis mei interposui, quatenus sciret lector, quae ex patrum traditione haberet et quae ex parvitate nostra licet sermone rustico, tamen, ut credo, sensu catholico exposita inveniret.« Hinc ejus commentarii rationem habent catenae, in qua etiam patrum (praesertim ss. Hieronymi, Augustini et Gregorii M.) diversas et oppositas explicationes congessit, ut lector possit de singulis judicare et quid sibi videretur utile sumere[1]). — His operibus in s. Scripturam addantur *homiliae* (163) in Evangelia et epistolas dierum dominicorum et festorum, praeter quas aliae (70) supersunt de festis praecipuis et de virtutibus, quae omnes fere sunt sat breves (Migne CX, 9—468); aliae non amplius supersunt. — *Allegoriae* in universam s. Scripturam (Migne CXII, 849-1088) alphabetice dispositae, in quibus prae-

[1]) Cf. Cornely Hist. et critica introd. II. c. 4 n. 244 ed. 2; Falk der h. R. Maurus Exeget. Studien und Mittheil. aus dem Benedictinerorden 1899 IV, 640—646; 1901 I, 68—77; Werner Alcuin p. 115-157; Rich. Simon Hist. crit. du N. T. c. 25.

sertim Isidorum hisp. ducem sequitur; commentaria *in cantica,* quae ad matutinas laudes dicuntur (ib. 1089—1166). — L. *de computo* (Migne CVII, 669—728) ex Baluzii Miscell. ed. Mansi II, 62—84; quem tamen aliqui tribuunt s. Gildae banchorensi in Anglia monacho c. a. 860, cujus laudantur et alia scripta. — *Liber poenitentium* (Coloniae 1532 cum aliis Rabani op. in collect. can. A. Augustini, Tarraconae 1582; Migne CXII, 1397—1424), quem composuit circa a. 841 abbas fuldensis pro Otgare archiepiscopo moguntino; ut archiepiscopus moguntinus edidit c. a. 853 et *Poenitentiale,* in quo plures qq. propositas sibi ab Herimbaldo ep. antissiodorensi solvit multumque utitur Halitgarii op. de vitiis et virtutibus et de ordine poenitentium (Migne CX, 467-494). — *De consanguineorum nuptiis* et magorum praestigiis falsisque divinationibus tr., cui addenda ep. *ad Humbertum* a. 841, quota generatione licitum sit connubium (ib. p. 1083—1110). *De anima* Lothario (II.) regi inscriptum, in cujus fine leguntur aliquot cc. de disciplina romanae militiae. Exhibet autem eo in opusculo epitomen l. Cassiodorii de eodem argumento. Ultima illa capita defuerunt codd. mscr., hinc et editionibus prioribus, reperit vero illa ediditque Dümmler in Ztschr. für d. Alt. N. F. III, 443 ss. (ib. 1109—1120). — *Martyrologium* non multum vulgatum[1]), ed. a Canisio in lect. antiq. VI, 688—758; ed. 2 II, 2, 313—352; Migne CX, 1121-1188. — *Responsa canonica* super quibusdam interrogationibus Reginbaldi chorepiscopi (ib. 1187—1196); *si liceat chorepiscopis presbyteros et diaconos ordinare* cum consensu episcopi sui: quo in opusculo chorepiscoporum institutionem ab apostolis repetit, admodum commendat eorumque actuum validitatem tuetur adversus multorum aemulationem (ib. 1195—1206).

437. Celeberrimum porro Rabani opus est *de universo* ll. XXII, quaedam encyclopaedia, in qua de diversissimis argumentis disserit, de Deo scil., de hominibus V. et N. T., de ss. Scripturis, ritibus Ecclesiae, corpore humano, de bestiis, de astronomia, de temporibus, de aquis, terra, montibus, de aedificiis publicis, de philosophis, de linguis gentium, de metallis, ponderibus, agricultura, armis, fabricis, vestibus, escis, vasis et vehiculis, instrumentis etc. (Migne CXI, 9—614). Utitur in eo plurimum s. Isidori hisp. opere Ethymologiarum, mutato tamen argumentorum ordine[1]). — *De videndo Deum,* de puritate cordis et modo poenitentiae (p. 1261—1336); *de vitiis et virtutibus* ll. III p. 1337—1398; fere totum ex Halitgarii op. supra cit. (Migne CV, 658—678); *de passione Domini* (1425—1431); *de vita b. Mariae Magdalenae* et sororis ejus s. Marthae (ib. 1431—1508); *epistolae VIII* (1507—1576), inter quas synodales et tres contra Gotteschalcum (Parisiis 1647). — Carmina plura, epigrammata, epitaphia, hymnos etc.; habebatur inter praestantiores sui temporis poetas (ib. 1583—1682). Ea accurate edidit Dümmler Mon. G. poet. lat. aev. Car. 1884. II, 159—244. Inter ejus hymnos censentur ‚Veni Creator Spiritus'; ‚Placare Christi servulis', et ‚Salutis humanae sator' in festo omnium Sanctorum, ‚Christus ss. decus angelorum' in festo s. Michaelis archangeli. Alia manserunt inedita, vel perierunt; alia utpote rarissima non comparent in collectione operum omnium: ita *de disciplina romanae militiae*[2]), ut diximus supra p. 799, *Coena dominica* (convivium Dei), Basileae 1557; Erfurt 1596; nostra aetate edita

[1]) Cf. Ild. Veith hist.-pol. Bl. 1896 CXVII, 1775.

[1]) Cf. Werner Alcuin p. 105—109.
[2]) Cf. Falk Katholik 1899. I, 574—76.

cur. Hagen in Hilgenfeld Zeitschr. für wissensch. Theol. 1883. XXVII p. 164 et 344. Aliqua ei fuere supposita, ut *de vita et moribus antichristi*, tr. *de eucharistia* (Pasch. Ratberti), tr. Amolonis *adversus judaeos* etc.

438. Magis forte hac aetate innotuit non tantum scriptis sed et gestis atque controversiis Hincmarus (Ingumar, Ingmer, Igmar) remensis. Nobili genere prognatus c. a. 806 (sed quo loco ignotum) traditus est instituendus Hilduino abbati (cf. p. 751) in s. Dionysii monasterio. Juvenis ad aulam venit Ludovici Pii imp., cujus fruebatur gratia, qua usus est, ut eum sollicitum redderet de restauranda disciplina religiosa eo in monasterio collapsa. Ipse primus regulae rigorem est secutus. Hilduinum abbatem, qui gratia imperatoris exciderat et hinc in Saxoniam fuerat relegatus, comitatus est eique sua intercessione veniam impetravit. Nec minor fruebatur Caroli Calvi gratia, qui eum aliquot praefecit monasteriis. Vacaverat jam decennio sedes remensis ob Ebonis[1]) depositionem; in ejus demum locum ipse substituitur a. 844: quae tamen substitutio haud paucas ei creavit molestias, cum non omnibus visa sit legitima Ebbonis depositio, et nonnisi a. 868 post multas negotiationes cum sede apostolica, praesertim cum Nicolao I (858—867), declaratione Hadriani II. negotium hoc peremptorie fuit compositum. Pluribus interfuit synodis, quarum ipse fuit vel praeses, vel anima, vel saltem magna pars. Ita in synodo apud Carisiacum palatinum (833), in qua Gotteschalcus presbyteri gradu est dejectus, in ergastulum retrusus Altovillaris monasterii et quatuor capitula illius opinionibus opposita fuerunt constituta: quae tamen synodus valentina reprobavit (855): ita et synodus lingoniensis (860). Interim scripsit Hincmarus *de praedestinatione Dei et de libero arbitrio* pro defensione illarum contra reprehensores suos, maximeque contra Gotteschalcum et Ratramnum ll. 3, cujus op. hactenus tantum superfuit praefationis epistola, sed Gundlach in Zeitschr. für Kirchengesch. 1888. X, 92—145; 258—311 illud cum alio Hincmari scripto publici juris fecit: et quia magnam incurrit contradictionem apud graves scriptores et episcopos ob damnationem doctrinae Gotteschalci, alterum *de praedestinatione* adjecit l. contra eundem et ceteros praedestinatianos (Migne CXXV, 65—474), in quo adductis pluribus documentis Gotteschalcum erroris accusat et capitula carisiaca tuetur. Demum ambae partes in tullensi concilio apud Tussiacum a. 860 convenientes concordiam inierunt et epistolam synodalem ab Hincmaro conscriptam susceperunt. — Alterius controversias cum Gotteschalco

[1]) Hic cum Ludovico Pio in aula Caroli M. institutus, illius fuit bibliothecarius. Factus est archiepiscopus remensis a. 816. Auctus munere legati apostolici pro bono fidei christianae profectus est a. 823 in Daniam non sine fructu. Quum vero Lothario adversus Ludovicum imperatorem faveret, depositus et Fuldam relegatus est a. 835. Post hujus mortem restitutus Caroli Calvi iram fugere coactus est atque in Germaniam secessit. Nisus est suam agendi rationem tueri edita *Apologia* (Migne CXVI, 11 ss.), quam tradidit synodo Ingelheimensi (840), qua non obstante ejus restitutio non fuit probata a synodis postea habitis, ejusque ordinationes fuere cassatae. Habes illum l. in Dacherii Spicilegio VII, 175—183; ed. 2 t. III; Werminghoff k. Arch. der Ges. für ä. d. Gesch. XXV, 361-378. Cf. etiam *narrationem* clericorum (14) remensium, quos scil. post suam depositionem ordinaverat, de duplici ejus depositione, quam edidit Duchesne Script. franc. II, 340—344; Migne ib. p. 17-22.

Cf. Hist. lit. V, 100—104; Hefele Conciliengesch. IV § 438. 452. 474. 475. Ebo decessit episcopus Hildesheimii, ad quam sedem vocatus est a. 847 a Ludovico Germaniae rege († 20. Mart. 851). Cf. Werner Alcuin p. 288 ss.

ob formulam „Trina deitas,“ quae pariter contradictionem invenit, jam supra meminimus p. 789. Ejus Collectionem ex ss. Scripturis et orthodoxorum dictis *de una et non trina deitate* sanctae videlicet et inseparabilis Trinitatis unitate ad repellendas Gotteschalci blasphemias ejusque naenias refutandas habes Migne CXXV, 473—618.

439. Triplex aliud negotium molestissimum Hincmarum diu occupavit, depositio scil. Wulfadi, praeceptoris Carolomanni, quem Ebbo post suam depositionem clericum ordinaverat, et Carolus Calvus archiepiscopum bituricensem habere voluit[1]); et depositio Rothadi episcopi suessionensis sui olim ordinatoris[2]): in utroque cedere debuit praeceptis minisque Nicolai I; demum depositio Hincmari laudunensis, de qua infra. Ceterum magna valuit auctoritate apud quinque pontifices, quamvis Nicolaus I. fortiter subinde ei restiterit minisque gravibus sit usus, ut eum ad obediendum suis decretis adigeret (cf. hujus pontificis ep. 29). Major adhuc erat ejus auctoritas apud imperatores et reges Galliae, quorum plures coronavit. Etsi nullo fungeretur munere status publico, praecipuas tamen habuit in negotiis politicis partes, quae juxta ejus consilium dirimebantur. Natus erat ad magna suaeque dignitatis plane conscius vigore saepe et libertate apostolica se gessit, sollicitus de bono spirituali et temporali suae ecclesiae, irreprehensilis moribus, a carnis esu juxta suam regulam usque ad mortem abstinens, tenacis energiae, cedere nescius, sagax et politicus, sed non raro etiam vel erga sedem apostolicam praepotens. Decessit laboribus, curis certaminibusque exhaustus 21. Dec. 882 inter Galliae praesules ejus temporis nominatissimus[1]).

440. Reliquit Hincmarus quam plurima scripta (125 numerat Noorden op. cit. p. 403 ss.), sed fere ex occasione tantum alicujus controversiae composita, quae vastam quidem testantur eruditionem indefessamque lectionem, sed minorem accurationem[2]). Ea collegit ediditque Sirmondus Parisiis 1645 t. 2 in f., praemissa utili synopsi chronica ad ordinem rerum melius intelligendum, plenius Migne t. CXXV. CXXVI. Potiora praeter ea, quorum jam meminimus, sunt: *De divortio Lotharii* regis et Tetbergae reginae in 23 interrogationes et 7 quaestiones divisum (Migne CXXV, 619—772), in quo egregie nullitatem exceptionum adversus reginam et perversitatem agendi rationis episcoporum aulicorum in per-

[1]) Revera factus est archiepiscopus bituricensis a. 866 et ab Hadriano II. pallium obtinuit († 1. Apr. 876). Exstat ejus *epistola pastoralis* ad parochos et parochianos apud Mabillon Anal. IV, 602—610; Migne CXXI, 1135—1142. Cf. Hefele Conciliengesch. IV § 452; 472; Hist. lit. V, 477—81.

[2]) Hujus libellus *appellationis* vel proclamationis seu provocationis ad Nicolaum I., in quo totum hoc negotium exponit exstat in Harduini coll. conc. V, 579; Migne CXIX, 747—752; plurimis interfuit synodis et inter illustriores Galliae praesules illius temporis habebatur († 869).

[1]) Cf. Schroers: Hinkmar Erzb. von Reims. Sein Leben und seine Schriften; v. Noorden Hinkmar E. v. R., Bonn 1863; Loupot Hincmar arch. de R. sa vie ,sesoeuvres, son influence, Reims 1869; Vidieu Hincmar de R., Paris 1875; Potthast p. 598 ss.; Hefele Conciliengesch. t. IV. passim; Ebert II. l. 5 c. 11.

[2]) Schroers KL. VI, 11: Seine zahlreichen Werke sind fast alle Gelegenheitsschriften, schnell, in nachlässigem Stile und breiter Form geschrieben; er war kein productiver Geist; seine Stärke besteht in einer staunenswerthen Belesenheit, mit deren Früchten seine Schriften bis zum Uebermass angefüllt sind. Dies gilt besonders von seinen theologischen Abhandlungen, welche selbständiges Urtheil vermissen lassen. Am bedeutendsten ist er als Canonist.

mittendo divortio aperit[1]). — L. *de regis persona* et regio ministerio ad Carolum Calvum est speculum principum compilatum ex s. Scripturae effatis et patrum testimoniis (ib. 833—857); ad eundem sunt etiam opuscula *de cavendis vitiis et exercendis virtutibus* (857—930); *de diversa et multiplici animae ratione* (929—953). Ad episcopos et proceres provinciae remensis *de fide Carolo regi servanda,* cum Ludovicus iterum Caroli fratris sui regnum, illo absente, impeteret a. 875 (961—984); ad proceres regni *pro institutione Carolomanni regis* et de ordine palatii (993—1008 ex Adalhardo cf. p. 765). Expositiones ad Carolum regem *pro Ecclesiae libertatum defensione* (1035—1070); et plures aliae *instructiones* pro regibus, episcopis, presbyteris, capitula synodalia. Numerantur ultra 60 ejusmodi opuscula. — *Vita s. Remigii* Remorum archiepiscopi, minoris pretii historici[2]), est enim collectio seu narratio verbosa legendarum sine debita crisi (p. 1129—1198). *Annales* sive, Annalium Bertinianorum p. III. ab a. 861—882, pretiosa admodum pro historia sui temporis[3]).

[1]) Schroers l. c. p. 9: Ein publicistisches Meisterwerk. Non tamen in eo omnia sunt probanda, minusque honorifice de eo censet Sdralek Hinkmars von R. kanonistisches Gutachten über die Ehescheidung König Lothars II, Freiburg i. B. 1881.

[2]) Durius occasione hujus vitae de Hincmaro judicat Krusch in diss. Reimser Remigius-Fälschungen Neues Arch. der Gesellsch. f. ä. deutsche Geschichtskunde XX, 511—568, qui ipsum „notum falsarium" appellat. Eam edidit in MG. SS. rer. mer. III, 239—341.

[3]) Cf. Potthast de diversis eorum auctoribus et editionibus p. 54; Schroers l. c.: Als Historiograph des Selbsterlebten steht er durchaus auf der Höhe der Aufgabe. Seine von 861-882 reichenden Jahrbücher ... beherrschen ihren grossen Stoff vollkommen und gestalten ihn mit pragmatischem, wenn auch nicht ganz parteilosem Verständnisse. Hist. Lit. V, 578 s. dubitat, num revera hi annales sint Hincmari, malunt eos potius tribuere cuidam ex ejus discipulis.

Incipiunt hi annales ab a. 741 et saepius prodierunt, ut apud Muratori cum anonymi continuatione ad a. 900 inter Script. rer. It. II, 2, 495—576; ab a. 830-882 apud Pertz in Mon. I, 423—515 col. II, 193; Migne CXV, 1377—1420 (p. II.) et p. III. ib. CXXV, 1203—1302; *Les Annales de Saint-Bertin* et de Saint Vast etc. publiées pour la Soc. de hist. de France par C. Dehaisnes, Paris 1871; inter Script. rer. Germ. in usum schol. rec. G. Waitz Hannoverae 1883. — Magni quoque momenti pro historia illius temporis sunt ejus *epistolae,* aliquae admodum prolixae, in quibus tractat causas gravissimas. Earum LV exhibet Migne CXXVI, 9—280. — Opera inedita seu deperdita quam plurima diligenter recenset Hist. lit. de Fr. V, 544—594. Tamquam anecdota edita fuere duo opuscula a Gaudenzi in bibliotheca juridica medii aevi Bononiae 1892 II, 7—23 scil. Collectio *de ecclesiis et eapellis,* et *Admonitio contra ecclesiasticarum rerum raptores* et pauperum oppressores: verum illam ediderat jam Gundlach in diss. citata et quidem integram, cum opusculum Gaudentii sit tantum quaedam ejus epitome[1]); altera edita fuit jam a duobus seculis (cf. Migne CXXVI, 126—132). Carmina exhibet Traube MG. poet. III, 409—420.

441. Sequuntur denique in ed. Migne opuscula et epistolae, quae spectant ad causam Hincmari laudunensis (CXXVI, 279—648), de qua breviter saltem agendum est. Erat Hincmarus laudunensis nostri Hincmari ex sorore nepos factusque est juvenis episcopus laudunensis a. 858. Temporis lapsu se satis contumacen ostendit tam adversus regem Carolum Calvum, quam adversus avunculum metropolitam suum, et quamvis saepe citatus noluit coram synodo duziacensi

[1]) Cf. Gietl Hincmars Collectio etc. Eine Studie zur Geschichte des Kirchenrechts in Hist. Jahrb. 1694. XV, 556-573.

(Douziles Prez) a. 871 comparere, quare ea, postquam audiit schedulam seu *libellum expostulationis* complectentem 35 accusationis capita (Migne CXXVI, 566—634) eum deposuit: quam depositionem demum Joannes VIII. probavit, postquam causam Hadrianus II. sibi reservaverat, sed interim morte obierat (872): postea vero sententiam in Hincmarum latam nonnihil temperavit[1]). Jam prius ediderat Hincmarus remensis prolixius opus adversus nepotem suum constans cc. 55 (Migne CXXVI, 282—494), quod lectum fuit in conc. attiniaco (870). Plures adhuc supersunt ejus ep. de hoc negotio, inter quas aliquae etiam prolixae. Hincmari laudinensis[2]) epistolae et scripta ad se tuendum vel excusandum habes in Migne P. L. CXXIV, 979—1072. Concinnavit duplicem collectionem dictorum rom. pontificum in sua causa, quae tamen ex parte hausta est ex decretalibus pseudoisidorianis. Epistola VIII. (1027—1070) respondet ad illa capitula 55 avunculi sui. Post concilii depositionem ejectus est in exsilium, aliquamdiu etiam vinculis constrictus in custodia. In reclamatione sua conqueritur, se oculis quoque fuisse privatum, quod tamen a nonnemine in dubium vocatur. Quando obierit est incertum: probabiliter non diu post a. 878, ut videtur a. sequenti.

442. Contra Gotteschalcum scripsit et Amolo (Amulo, Hamalus, Amalarius etc.), Agobardi lugdunensis archiepiscopi discipulus et diaconus[3]), dein ab a. 840 (841) successor († 31. Mart. 852). Huc spectant ejus *epistola* (mediante Hincmaro) ad Gotteschalcum tenera erga eum commiseratione et sollicitudine conscripta, in qua ejus opiniones ad sex (septem) revocat propositiones[1]), quas dein refellit, pieque eum hortatur: »Noli te sensui tuo committere, sed majorum judiciis atque sententiae, imo divinis et ecclesiasticis auctoritatibus facile cede, libenter acquiesce et obedienter subde te.« *Responsio* ad interrogationem cujusdam de praescientia vel de praedestinatione divina et de libero arbitrio, quae tamen juxta Baluze est Flori diaconi; *de gratia et praescientia Dei,* deque praedestinatione et libero arbitrio, de spe item ac fiducia salutis et de sententia s. Augustini, edita a Sirmondo Parisiis 1649: Mauguin, Veterum auctorum, qui IX. sec. de praedestinatione et gratia scripserunt, opera et fragmenta, Parisiis 1650. *B. Augustini sententiae* de praedestinatione et gratia Dei et libero hominis arbitrio, in eisdem editionibus. Haec duo opuscula, cum ea Sirmondus in eodem cum primo repererit codice neque a genio Amolonis abhorreant, Amoloni revera tribuit, quam opinionem alii eruditi viri sunt secuti. — Epistola seu l. *contra Judaeos* ad Carolum Calvum, quem Petrus Fr. Chifflet edidit sub Rab. Mauri nomine cum aliis opusculis, Divione 1656, in qua erudite ostendit, quam noxia sit religioni christianorum conversatio cum Judaeis; ep. ad Theobaldum episc. lingonensem, in qua prudenter disserit de modo se gerendi erga reliquias, de quarum authentia non constat. Edita haec fuere a Baluzio inter opera Agobardi, in bibl.

[1]) Cf. Hefele Conciliengesch. IV § 486. 500 s. Acta concilii duziacensis edidit Cellotius Parisiis 1658 in 4; Mansi XVI, 578 ss.; Hardouin V, 1225 ss.; Werner Alcuin p. 300—307.

[2]) Hujus vitam narrat Cellotius op. cit., apud Migne CXXIV, 967—979; Schroers KL. VI, 6 s. et auctores supra citati, qui de Hincmaro remensi scripserunt. Hist. lit. V, 522—528.

[3]) Cf. Hist. lit. V, 104—111; Hefele Conciliengesch. IV, § 450 et KL. I, 752; Werner Alcuin p. 327 s.; 332—335, quem cf. de controversia cum Gotteschalco fusius disserentem Gesch. der apol. und pol. Lit. II, 670—693.

[1]) Num revera eas docuerit Gotteschalcus et ex ejus scriptis hauserit Amolo, est dubium.

PP. lugd. t. XIV, a Migne PL. CXVI, 77—185.

443. Amoloni subjicimus ejus successorem in sede lugdunensi s. Remigium, antea sacri palatii summum capellanum († 28. Oct. 875). Exstat hujus sub nomine ecclesiae lugdunensis *de tribus epistolis* l. (Migne CXXI, 985—1068). Scripserant nimirum Hincmarus et Pardulus[1]), ejus in controversia cum Gotteschalco socius, episcopus laudunensis (c. 847), ad Amolonem epistolam simulque miserunt ei Rabani ad Noting literas, ut eum adhuc magis ad suas traherent partes. Eo interim defuncto s. Remigius nomine ecclesiae lugdunensis respondet, triplicem hanc epistolam examini accurato subjicit, plura in iis carpit, Gotteschalcum excusat, geminam praedestinationem sensu sano docet[2]). Subjicitur huic l. Absolutio cujusdam quaestionis *de generali per Adam damnatione omnium* et speciali per Christum ex eodem ereptione electorum, quem tamen l. Schroers auctori nostro abjudicat. — Contra capitula quatuor synodi carisiacae (853), quorum auctor Hincmarus fuerat, scripsit l. *de tenenda immobiliter Scripturae veritate* et ss. orthodoxorum patrum auctoritate fideliter sectanda, eaque gravi subjicit censurae: sed magna pars censurae capituli secundi, et maxima pars censurae cap. tertii desunt[3]). Ipse etiam videtur auctor *canonum sex* contra illa capitula statutorum in synodo valentina, cui et ipse praesedit a. 855. Praefuit vel interfuit pluribus aliis synodis, in quibus sollicitudinem suam de bono Ecclesiae, de disciplina ecclesiastica, de morum reformatione deque pace publica ostendit. Edita sunt ejus opuscula a Mauguin op. supra cit. II, 61—230; ab Andrea Duvallio in bibl. PP. lugd. XV. 666-718; Migne P. L. CXXI, 985—1135 (mendose). Obiit 28. Oct. 875 et ab ecclesia lugdunensi inter sanctos colitur.

444. Praetermisso interim Floro horum duorum praesulum diacono et in hac controversia socio, de quo alias redibit sermo, ad alios Hincmari adversarios veniamus. Inter hos erat Prudentius, natione Hispanus, cujus nomen vernaculum fuit Galindo, nobilibus parentibus natus, in Galliam deductus et ut videtur in aula educatus, qui factus est ante a. 847 episcopus trecensis. Tam Hincmarus quam Pardulus scripserunt ad eum in causa Gotteschalci. Verum ipse cum aliis veritus, ne in Gotteschalco damnando impeteretur s. Augustini doctrina, stetit pro gemina praedestinatione proque s. Augustini doctrina. Hinc scripsit stilo satis moderato *epistolam* ad Hincmarum et Pardulum, de qua durius judicat Rabanus in ep. ad Hincmarum. In ea fuse tuetur geminam praedestinationem, sed minus plene scribit de voluntate Dei salutifera. Reperta fuit a Sirmondo, quo defuncto edita est a Cellot in historia Gotteschalci praedestinatiani, Parisiis 1655 p. 420—463; in bibl. PP. lugd. XV, 598—611. Cum Jo. Scotus infeliciter se immiscuisset huic controversiae (cf. p. 793), Wenilo archiepiscopus senonensis ex ejus op. excerpsit propositiones XIX, easque transmisit Prudentio refutandas. Verum hic ipsum nactus opus illud erroribus refertum reperit, hinc illud pedetentim accurate et sagaciter refutare

---

[1]) Hujus Pardul i, qui vixit ad a. 856, nihil superest nisi *epistola* ad Hincmarum rem., in qua ei gratulatur de recuperata sanitate, et fragmenta *epistolae* in Gotteschalci causa, quam Remigius censurae subjicit et hinc in suo responso transcribit.

[2]) Cf. Hefele Conciliengesch. IV, § 451. 455 s.; Hist. lit. V, 449—461; Molitor O. S. B. KL. X, 1045 ss.

[3]) Hunc librum Schroers Hincmar Erzb. v. R. Freiburg 1883 p. 128 annot. 11 censet esse Ebbonis ep. gratianopolitani (saltem ab a. 855—860).

aggreditur, citatis semper Scoti verbis, in op. *de praedestinatione* contra Jo. Scotum cognomento Erigenam seu l. Jo. Scoti correctus a Prudentio sive a ceteris patribus (praesertim) videlicet a Gregorio, Hieronymo, Fulgentio atque Augustino, ed. a Mauguin op. cit. I, 191—562; in bibl. PP. lug. XV, 467—592. Subjicitur in lectorum utilitatem succincta operis recapitulatio, in qua revocat Scoti errores ad 77 capitula. *Epistola*, quae dicta est *Tractoria* ad Venilonem, quam per vicarium misit (856) ad ordinationem Aeneae parisiensis, cum ipse adesse non posset, qua proponit quatuor capitula, quibus exprimatur doctrina catholica adversus Pelagium, contra capitula IV conc. carisiaci a. 853, quae ipse timore forte reverentiali perterritus subscripserat. — Sermo *de vita et morte* gloriosae virginis *Maurae*, quae mortua tunc erat a. aetatis 23, in quo mentio occurrit confessionis, extremae unctionis et eucharistiae. *Annales* sive annalium Bertinianorum pars secunda ab a. 835-861, apud Pertz Monum. Germ. I, 429—452. Non desunt quidem, qui concedant Prudentium conscripsisse Annales, hos tamen, qui ei tribui solent, non esse ipsius. — *Florilegium* ex s. Scriptura V. et N. T. ad imbuendos in fide et moribus eos, qui ordinandi sunt homines, accommodatum ad instar florum psalmorum ed. a Trombelli inter vet. PP. op. Bononiae 1755. Haec omnia cum excerptis ex pontificali et quibusdam aliis reperies in Migne P. L. CXV, 965—1458. Obiit illustris hic praesul 6. Apr. 861, in diocesi trecensi honoratus ut sanctus[1]).

445. Servatus Lupus O. S. B. natus videtur c. a. 805 vel 806. Monachus erat monasterii s. Petri, quod Bethlehem seu Ferrarias dicitur, in diocesi senonensi. Servatus autem propterea est dictus, quod miro modo a morbo vehementi fuerit liberatus. Ab Aldrico abbate missus est Fuldam, ut sub Rabano Mauro magis in literis excoleretur, et cum non multum distaret monasterium seligenstadianum, cui praeerat doctissimus Eginhardus, hujus iniit familiaritatem ejusque conversatione plurimum profecit: hinc utrumque ut magistros suos semper coluit, utrumque ad scribenda opera incitavit. Inter viros literatos et cultos sui temporis emicuit. Post suum in Galliam reditum favore praesertim Judithae imp. substitutus est Odoni abbati, qui ob crimina sibi impacta a Carolo Calvo rege a regimine monasterii fuit amotus (a. 842; † c. 862). Interfuit variis conciliis, quae etiam ejus sunt usa opera. Ita in synodo apud Verum palatium regium, licet adesset Hincmarus, Lupus tamen ab universa synodo rogatus est, ut canones concinnaret decernendos. (Cf. Acta conc. ap. Migne CXIX, 611-20). A Carolo Calvo destinatus est cum Prudentio trecensi ad reformanda Burgundiae monasteria et missus ad Leonem IV., qua tamen de causa ignoratur. Cum plurimis viris illustribus sui aevi familiaris fuit, ut testantur (pretiosae) ejusdem *epistolae* elegantissimae[1]). Harum exstant adhuc CXXX, in bibl. PP. max. lugd. t. XV; cur. G. Desdevises du Dézert, Parisiis 1888. Priores ed. scil. Papirii le Masson, Parisiis 1588, rec. in bibl. PP. coloniensi 1618 et parisiensi 1624 sunt mendosae; multae emendate et chronologice dispositae reperiuntur apud Bouquet Rec. VII, 480 ss. Magni aestimantur hae literae ab eruditis propter varias quas complectuntur no-

[1]) Cf. Histoire lit. V, 240—255; Nic. Antonius Bibl. hisp. vet. l. VI c. 11 (apud Migne l. c. p. 965—972); Acta SS. Apr. I, 531 ss.; Hefele Conciliengesch. IV § 446. 449. 454; Gams KL. X, 581.

[1]) Cf. B. Nicolas Etude sur les lettres de Servat Loup. Thèse Clermont-Ferrand Paris 1862 in 8; praesertim vero Giry in Bibl. de l'École des chartes 1901 p. 445—509; 1902 p. 69—118.

titias. — Liber *de tribus quaestionibus,* scil. de libero arbitrio, de praedestinatione bonorum et malorum, et de sanguine Christi effuso pro omnibus: in quo cum Prudentio ab Hincmaro et Rabano dissentit, stilo eleganti admodum, urbano et irenico scriptus. Subjecit *collectaneum* seu collectionem textuum veterum patrum de hoc triplici argumento. Prodiit 1648 sine loco et nomine sive typographi sive auctoris, qui latet sub nomine Donati Candidi; in collectione Mauguini 1650 II, 9—59; cura Sirmondi 1650, et inter ejus op. Venetiis 1728 t. 2. — Narrat insuper *vitam s. Maximini* ep. trevirensis († 349), juxta biographiam antiquiorem, »quam accuratiore sermone convenienti restituit dignitati.« Aegre autem ferebat, quod »vix parva gestorum illius monimenta exstant, et in his ipsis quaedam fabulosis inveniuntur similia.« Elocutionem barbaram ita emendavit, ut pauca decessoris servaverit verba. »Ad historiam illustrandam nihil facit Lupi l., tamen edendus erat, inquit Krusch in optima ed., quam curavit in MG. SS. rer. merov. III, 71-83, propter auctoritatem scriptoris praestantissimi severitatemque censoriam, qua ordinis ecclesiastici vitia ille castigavit homo ingenuus.« Haec vita tribuitur ab aliis (sed immerito) Lupo episcopo catalaunensi, nostro aequali († c. 857). Narrat et *vitam s. Wigberti* ab. Fritzlarensis († 747) succincte et polite cum duabus homiliis et hymno in ejus solemnitate: in act. SS. Aug. III, 133-137; in Mon. G. Script. XV, 37—43 etc. — Alia ejusdem opera perierunt vel adhuc in codd. msc. latent. Inter quae brevis imperatorum romanorum historia, nam ita scribit ep. 76 ad Carolum Calvum: »Imperatorum gesta brevissime comprehensa vestrae majestati offerenda curavi, ut facile in his inspiciatis, quae vobis vel imitanda sint vel cavenda.« Scriptor utebatur stilo prae ceteris suae aetatis auctoribus magis polito. Opera ejus collecta prodierunt cura Baluzii Parisiis 1664, ed. insignis; (iterum Lipsiae 1701; Antverpiae 1710); hinc in bibl. PP. lugd. XV, 1—60; Migne CXIX, 423—700. Obiit[1]) ipse c. 862.

446. Alius celeber hujus temporis theologus fuit Ratramnus (erronee Bertramus, Bertramnus), de cujus fatis illud tantum scimus, eum monachum fuisse corbejensem in Picardia O. S. B., nec minus doctrina quam vita insignem, qui ut morem gereret regi Carolo Calvo, scripsit initio controversiae ll. 2 *de praedestinatione Dei,* in quibus cum Gotteschalco facit adversus Hincmarum, ab hoc propterea impugnatus[2]), ab illo vero salutatus »magister, dominus, pater.« In priori l. fere patrum testimoniis utitur ad illustrandam genuinam de praedestinatione doctrinam, in altero magis ratiocinatur. Prodierunt inter opuscula a Mauguin edita I, 27—102; bibl. PP. lugd, XV, 442—467. Cum Nicolaus I literis Galliae commonuisset episcopos, ut Graecorum, romanae sedis adversariorum, objectis occurrerent, Ratramnus nomine episcoporum Belgii secundi, ut pontificis votis satisfieret, id muneris in se suscepit, et accurate, eleganter, erudite, melius Aenea paris. (cf. p. 786) *contra Graecorum opposita* rom. Ecclesiam infamantium ll. 4 composuit, quorum tribus prioribus tractat de processione Spiritus s.; in 4. de primatu et de disciplinae capitibus. Reperit illos ediditque D'Acheri Spicil. II, 1—159 (ed. 2 I, 63 ss.). — De eo quod Christus ex Virgine natus est l., seu brevius l. *de nativitate Christi.* Fuerat tunc aliqua controversia, de modo quo natus est Christus. Fama enim erat, quos-

[1]) Cf. Hist. lit. V, 255—272; Hefele IV § 447; Ziegelbauer Hist. rei lit. O. S. B. III § 10; Braunmüller KL. VIII, 301—304; Sprotte Biographie des Abtes Serv. Lupus von F., Regensburg 1880; Ebert II. l. 5 c. 7.

[2]) Cf. Hefele IV § 447.

dam per Germaniae partes dogmatizare „Christi infantiam per virginalis januam vulvae humanae nativitatis verum non habuisse ortum, sed monstruose de secreto ventris incerto tramite luminis in auras exisse, quod non est nasci, sed erupisse (Migne CXXI, 83).“ Contra hos tuetur Ratramnus stilo satis acerbo l. citato, Christum eum habuisse de utero virginis exitum, quem lex naturae monstrat, ne ipsa nativitas Christi veritasque naturae humanae in dubium vocaretur: attamen fatetur, fide catholica credendum esse, Mariam sicut ante partum: ita etiam in partu et post partum virginem permansisse. Alterius sententiae fuit Paschasius Radbertus, cujus tamen l. non videtur novisse. Prodiit ille in Spicilegio Dacherii I, 318—344. — Nominatissimum vero reddidit Ratramnum praesertim penes sacramentarios l. *de corpore et sanguine Domini*, quem jubente Carolo Calvo composuit. Ortae enim tunc sunt aliquot controversiae de eucharistia incolumi manente dogmate catholico praesertim occasione l. Paschasii Radberti. Duplici quaestioni nititur Ratramnus suo l. respondere, quam ita ipse enunciat (Migne CXXI, 129): „Quod in Ecclesia ore fidelium sumitur, corpus et sanguis Christi, quaerit vestrae magnitudinis excellentia, in mysterio fiat, an in veritate i. e. utrum aliquid secreti contineat, quod oculis solummodo fidei pateat, an sine cujuscunque velatione mysterii hoc aspectus intueatur corporis exterius, quod mentis visus aspiciat interius, ut totum, quod agitur, in manifestationis luce clarescat.“ „Et utrum (sit) ipsum corpus, quod de Maria V. natum est, et passum, mortuum et sepultum, quod resurgens et coelos ascendens ad dexteram Patris consideat.“ Duplici huic quaestioni duo respondent libri. Duplex autem quaestio non tam versatur circa dogmatis catholici de eucharistia substantiam, quam, hac admissa, sequelas potius tangit et modum loquendi. Utitur quidem formulis loquendi duris, insolitis, obscuris: frustra tamen sacramentarii ad Ratramnum provocant, quasi diu ante Berengarium negaverit transubstantiationis vel realis corporis Christi in eucharistia praesentiae dogma, nam tam argumentis externis quam internis, seu opportuna locorum collatione satis vindicatur Ratramni orthodoxia, ut non solum contra sacramentarios, sed et contra theologos catholicos (Sixtum sen., Cellot, Hardouin, Schwane etc.) erudite et docte praestiterunt viri eruditi[1]). Relatus tamen fuit ejus liber in ll. prohibitorum indicem forte, quod occasionem saltem praeberet erroribus circa ss. eucharistiae sacramentum; imo plures catholici illum declararint haereticum et haeretici revera eo abuterentur: ex eo demum a. 1900 exemptus est. Saepissime prodiit hoc opusculum, Coloniae 1532; Genevae 1541; Parisii 1712 notis J. Boileau illustratum etc. — Epistola ad Rimbertum (qui videtur idem cum s. Remberto, archiepiscopo hamburgensi a. 865) de *cynocephalis*, utrum de Adae sint stirpe progeniti, an bestiarum habeant animas, ed. a Gabr. Dumont in diss. de cynocephalis inserta t. VI. hist. criticae reipublicae literario-massonianae, Amstelodami 1714 p. 188—196; Oudin de script. eccl. II, 129—135; Migne CXXI, 1153-1157. Alia Ratramni scripta perierunt, ut illud contra Hincmarum pro formula „Trina Deitas;“ *de anima*, quod scil. non omnium hominum sit una anima[2]) etc. Ejus scripta collecta habes in Migne P. L. CXXI, 9—356. Vitam produxit saltem usque ad 868.

[1]) Cf. doctam diss. Jac. Boileau in hoc opusculum (Migne CXXI, 111-126; 171—223); de controversiis eucharisticis hujus temporis Mabillon in Actis SS. O. S. B. VI, 81—130; J. Ernst die Lehre des h. P. Radbertus von der Eucharistie, Freiburg 1899.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 332—352; Zeck KL. X, 802—807.

447. Cum de Ratramno egerimus, mentionem jam facere oportet doctissimi piissimique ejus abbatis Radberti cognomento Paschasii tantae modestiae et humilitatis, ut se in suis operibus scriberet »omnium monachorum peripsema.« Suessione natus c. a. 786 (juxta alios 790), primum secutus est vitam secularem, dein corbejense ingressus monasterium, in omni virtute non minus quam in literis profecit sub s. Adalhardo abbate: hinc scholis, quae tunc admodum florebant, praeesse jussus est. Electus est a. 844 in abbatem, et exinde pluribus interfuit synodis. Post aliquot vero annos de abbatiali dignitate abdicanda cogitabat: ad quam renunciationem impulsus est tum propria modestia, tum amore quietis et studii, ut literis vacare posset, tum non levium, quas in suo regimine passus est turbarum et molestiarum consideratione. Curis negotiosi regiminis solutus (851) jam totum se studiis componendisque libris dedit. Quo vero a. obierit non satis liquet. A sodalibus inter sanctos colitur 26. Apr. die obitus ejusdem. Inter ejus opera notissimus est l. *de corpore et sanguine Domini* seu de sacramentis, quem jam a. 831 composuit in gratiam puerorum saxonum recens ad fidem conversorum. Tria prae primis docet[1]), verum scil. corpus et sanguinem Christi exsistere in eucharistia; panis vinique substantiam non superesse facta consecratione: ipsumque corpus Christi in eucharistia exsistens non aliud esse, quam quod de Maria V. natum est. Tanta autem perspicuitate prae aliis haec pertractat, ut sacramentarii eum ceu novatorem lacessant et ut transubstantiationis inventorem arguant. Saepe prodiit hic liber ut Hagenau 1528; sed foede depravatus; cum Lanfranci dialogo 1540; Coloniae 1550 cura Mamerani (emendatus et pristinae fidei restitutus); sub nomine Rab. Mauri cur. Fabricio Coloniae 1551; Lovanii 1561 cum Algeri aliorumque de hoc argumento opusculis; in omnibus bibl. PP.; cum epistola ad Frudegardum, cui subditum est fragmentum ex commentariis in Matth. 26, 26, Helmstadii 1616 cur. Fuchte lutherano; in Martene coll. mon. vet. IX, 373—470 ed. praeclara etc. — Alia ejusdem opera sunt: Commentaria prolixa et erudita[1]) *in Matthaei Evangelium* ll. XII; non tam per modum catenae compilata, quam cura et arte quadam ex patrum (Hieronymi, Ambrosii, Augustini, Gregorii M., Chrysostomi, Bedae) opp. elaborata; *in Ps. XLI.* ll. III, quos ad sanctimoniales b. M. V. suessionenses scripsit, ut illis gratiam impenderet pro sollicita educatione, quam apud illas hauserat; *in Threnos* sive lamentationes Jeremiae prophetae ll. V, Basileae 1502; Coloniae 1532; triplici autem sensu illas interpretatur, sensu literali de ipsa urbe Jerusalem; sensu spirituali et mystico de Ecclesia; sensu morali, de anima fidelium. Ex ejus commentariis liquet eum linguam graecam, forte autem et hebraicam caluisse. — *Vita s. Adalhardi* ab. corbejensis († 826) seu laudatio funebris admodum rhetorice conscripta, in qua assectatur (sed non assequitur) s. Ambrosii in simili argumento eloquentiam, in Actis SS. 2. Jan. I, 96-111 et Mabillonii

[1]) De ejus circa eucharistiam doctrina cf. Nat. Alexander diss. V. in H. E. sec. IX; du Mesnil de doctr. et discipl. eccl. III l. 37; J. Ernst die Lehre des h. P. Radbertus von der Eucharistie mit besonderer Berücksichtigung der Stellung d. h. Rabanus M. und des Ratramnus zu derselben, Freiburg 1896. Nactus est quidem aliquos adversarios ut R. Maurum, de cujus doctrina circa eucharistiam cf. Birkle Studien und Mitth. 1902 p. 77-88; Ratramnum, Harigere etc., controversia tamen non respiciebat ipsum dogma, sed modum potius loquendi vel dogma concipiendi. Cf. Werner Alcuin p. 175 ss.; Bach Mittelalt. Dogmengesch. I, 166 ss.

[1]) Cf Rich. Simon Hist. crit. du N. T. c. 27.

actis V. p. 1. 308—44; in Mon. G. SS. II, 524—532. — *Passio ss. MM. Rufini et Valerii,* quorum acta comptiore stilo et longis amplificationibus retractavit, quas editores Act. SS. omiserunt, antiquioribus et brevioribus actis 14. Jan. II, 796 s. retentis; *Epitaphium Arsenii* seu vita v. Walae ab. corbejensis in Gallia (cui nonnisi post a. 851 l. 2 adjecit) dialogi more conscripta, sub nominibus fictis ex metu Ludovici Pii, ed. a Mabillonio sec. V. bened. p. 1 p. 453-522, pretiosa pro historia. — *De partu Virginis* l., quondam Ildephonso toletano adscriptus, in quo acriter impugnat illorum sententiam, qui Mariae virginitatem confitebantur quidem, sed idipsum »quod confitentur negant«, dum dicunt eam communi lege naturae puerperam filium edidisse« seu »dilatatis virginalibus claustris.« Num inter hos impugnaverit Ratramnum, non satis liquet (cf. supra p. 814) in Dacherii Spicil. XII, 1—27 ed. novae I, 44—52. Cum alterius opinionis patroni, forte ipse Ratramnus, responsum opposuissent (quod tamen periit), quasi alteram partem seu librum adjecit, qui paucis exceptis paginis etiam intercidit. Tr. bonus *de fide, spe et caritate* ll. 3 ad Warinum novae Corbejae abbatem, in Pezii thes. anecd. I p. 2 pag. 1; sed admodum mendose et vitiose; accurate in Martene Mon. vet. IX, 471—578. Opera Ratberti collecta edidit [1]) Sirmondus, Parisiis 1618 in f.; inde in bibl. PP. lugd. t. XIV, 352—829; plenius in Migne CXX; *Carmina* in MG. poet. III, p. 1 p. 38—53 cur. Traube.

446. De *eucharistia* hoc tempore praeter auctores jam laudatos scripserunt etiam Florus lugd. de quo infra n. 453, Adrevaldus et Heribaldus (Heriboldus). Hic erat Carolo carus et intimus, episcopus auxerrensis († 857), ad quem epistolae Lupi ferrariensis ejus fratris et Walafradi Strabi exstant carmina: ejus scriptum periisse videtur. Huic et Rabano Mauro tribuit Thomas Waldensis Doctrinalis fid. t. I prol. ad Martinum V. et t. II cc. 19. 52. 61. eoque nomine utrumque damnat, quod eucharistiae sacramentum cibum digerendum in humanam carnem et secessui obnoxium esse scripserint. Ita et Gerbertus (postea Silvester II. papa) in opusculo ed. a Pez. thes. anecd. I p. 2 pag. 133: »Et his quidem, qui dixerunt secessui obnoxium, quod nunquam est auditum, i. e. Heribaldo antissiodorensi ep., qui turpiter proposuit, et Rabano moguntino, qui turpius assumpsit, turpissime vero conclusit, suus ad respondendum locus servetur« [1]). — Adrewaldus vero (Adelbertus) O. S. Ben. erat monachus floriacensis (fl. c. 878), vir secundum Trithemium undecunque illustris atque doctus, composuit opusculum *de corpore et sanguine Domini* contra ineptias Jo. Scotti, cujus libelli insigne fragmentum edidit Lucas Dacherius in Spicil. XII, 30, ed. 2. I, 150. Hoc fragmentum nihil aliud agit, nisi ut s. Hieronymi, s. Augustini, s. Gregorii M. locis quam plurimis veram J. Christi in eucharistia praesentiam ostendat atque confirmet. Ejusdem auctoris sunt *Miracula s. Benedicti* [2])

[1]) Cf. Ziegelbauer III c. 2 § 9; Sirmondus in vita praemissa suae ed.; Mabillon sec. IV Bened. p. II (apud Migne CXX, 9—25); Hist. lit. V, 287; Engelmodus episcopus suessionensis († 864), cujus *carmen* epicum in Paschasii laudes prodiit in Actis SS. 26. Apr. III, 463 s.; Migne CXX, 25 s.; et cum aliis ejusdem carminibus cur. L. Traube in Mon. G. hist. poët. lat. aevi Car. III, 1, 54—66; Hausherr, der hl. Paschasius R., Mainz 1862; J. G. Müller KL. IX, 1552—1555; Ebert II l. 5 c. 10.

[1]) Cf. Fabricius bibl. lat. med. aet. II, 219.

[2]) Ipsi tribuitur a nonnullis *Historia translationis s. Benedicti* in Actis SS. 21. Mart. III, 305; in Actis Mabillonii II, 337—359 cum doctis annotationibus. Ea tamen probabilius est Adalberti (Adel-

a tempore, quo corpus ejus translatum est a Monte Casino ad coenobium floriacense, usque ad tempus Odonis regis Francorum, stilo nimis fuso narrata, quod opus continuavit Adelerius sodalis adjecto appendice (c. 887); Aimonius ad a. 1005 additis l. 2 et 3, et anonymus quidam illud auxit l. 4. Exstat in Jo. a Bosco bibl. floriacensi, Parisiis 1605 p. 13—73; in Actis SS. Mart. III, 306—315 et apud Mabillon l. c. p. 369-393, in utriusque ed. pluribus omissis. *Vita s. Aigulfi*, (Aygulfi) abbatis lerinensis et martyris († 675) in Actis SS. 3. Sept. I, 747—755 et apud Mabillon sec. II, 656-665. Habes haec omnia collecta in Migne P. L. CXXIV, 901—968.

449. Non paucos reperimus, qui in interpretandis vel *illustrandis ss. literis* versati sint[1]). Praeter Rab. Maurum et Paschasium Radbertum huc prae primis spectat Haimo (Haymo, Aimo, Hemmo) monachus fuldensis, Alcuini discipulus una cum Rab. Mauro, qui eum ut amicum coluit, versibus celebravit et ll. XXII de universo illi dedicavit. Praefuit cum Lupo ferrariensi scholis Fuldae (vel alibi) theologiae magister, cum ille literas traderet humaniores. Transiit in monasterium hersfeldense (839), cujus electus est abbas (quod alii negant), mox a. 840 (841) episcopus (tertius) halberstadiensis, quam sedem tenuit ad a. 853. Legitur eum in sua ecclesia cathedrali non parvis sumptibus pretiosam collegisse bibliothecam, quae incendio ferali a. 1179 perierit. »Vir certe undecunque doctissimus, scribit Trithemius, divinarum Scripturarum sagacissimus interpres, in declamandis homiliis ad populum excellentis ingenii fuit[1])." Universam fere s. Scripturam commentariis illustravit: quorum tamen multa periisse vel adhuc latere dicenda sunt. Supersunt: *In* omnes *Psalmos* pia, brevis ac dilucida explanatio »quam veluti spiritualis apicula, inquit Erasmus in sua ed. (Friburgi 1531; Coloniae 1561), ex omnium veterum hortis ac pratis florentissimis decerpsit, quo simplicibus et occupatis esset parata saluberrimi melis copia;" Coloniae 1523; Parisiis 1531 etc. Commentaria in *Cantica* aliquot, quibus Ecclesia perinde atque psalmis David utitur, Coloniae 1529; Commentariorum *in Isaiam* ll. 3, Coloniae 1531 ed. rarissima; 1533; 1573; Parisiis 1531; Enarratio *in duodecim prophetas minores*, Coloniae 1519; 1529; 1533; Commentarium *in Cantica canticorum*, Coloniae 1529; 1531; 1533; Wormatiae 1631 etc. Expositio *in d. Pauli epistolas*, quae ab aliis Remigio re-

berti) monachi floriacensis († 22. Dec. 853), quocum plures Adrevaldum confundunt. Ita et E. de Certain Les Miracles de S. B., Paris 1855. Cf. Hist. lit. V, 515—522.

[1]) Amalricus ex weissenburgensi ad montana Vasagi monacho O. S. B. episcopus spirensis (891-893), quem inter alias laudes etiam poëtam gravem vocat Guil. Eisengreinius Catal. p. 71, scripsisse traditur commentarios *in Pentateuchum* et *in Pauli epistolas*, quae tamen lucem aspexisse non videntur. Cf. Fabricius bibl. lat. I, 77. — Liutberti ex monacho fuldensi abbatis primi hirsaugiensis (838—853) pulchrum *in Cantica canticorum* tractatum collegisse testatur Trithenius chronici hirsaug. t. 1. Cf. Fabricius ib. II, 558. — Multa scripta, inter quae et commentaria *in Tobiam*, Proverbia, Jeremiae lamentationes, forte et in Genesim composuisse legitur Werembertus (Wembertus, Werinbrath etc.), Rabani M. discipulus et monachus sangallensis († 24. Maj. 884), de quo cf. Hist. lit. V, 603—606. — Pariter et Hartmoto (Hartmut etc.) Rabani discipulo monacho sangallensi et abbati († 883) tribuuntur praeter alia *commentarii* in aliquot ll. biblicos. Peritum eum fuisse linguarum graecae, hebraicae et arabicae ferunt. Cf. ib. p. 611—614.

[1]) Cf. Lefflad KL. V, 1546—1549, Hist. lit. V, 111—126; Derling de Haymone, Helmstadii 1747; Rochus monachus ilseneburgensis *Vita H.*, cujus fragmentum exhibet Pertz Archiv XI, 285; Rich. Simon Hist. crit. du N. T. c. 26.

mensi (ut a Villalpando Romae 1598; Moguntiae 1614, sed immerito), vel Remigio lugdunensi, vel (probabilius) autissiodorensi tribuitur, Argentorati 1519; Parisiis 1538; 1550; Expositionis *in Apocalypsin* B. Joan. ll. VII, epitome fere commentarii Ambrosii Autperti, Coloniae 1529; 1531; Parisiis 1531; 1535; 1540; quae tamen a Le Boeuf Remigio autissiodorensi adjudicatur. — *Homiliarum* sive mavis sermonum ad plebem super Evangelia totius anni dominicarum, sanctorum feriarumque etc., *pars hiemalis,* opus praeclarum, Coloniae 1532; Parisiis 1533; reliquae tres partes dicuntur non repertae. Homiliarum sive concionum popularium *pars aestivalis* prodiit Coloniae 1534. Alia collectio inscribitur *Homiliae* d. Haimonis ep. halberstadiensis *in Evangelia dominicalia* per totius a. circulum et de sanctis quibusdam praecipuis, quae prodiit Coloniae primum (f. 1531), dein Parisiis 1539 etc., quae tamen dicitur Haimonis cujusdam junioris, monachi et abbatis hirsaugiensis (fl. 1091): cui Hauk KG. Deutschlands t. II commentaria supra laudata adjudicat. Apud Migne CXVIII, 9—815 comparet collectio *Homiliarum* sive concionum *in Evangelia* de tempore et sanctis . . . pars utraque h. e. hiemalis et aestivalis: adjectae sunt ejusdem Haimonis homiliae aliquot aliae in ep. d. Pauli ap. etc. juxta ed. Coloniae 1536. Homiliae partis hiemalis hujus collectionis se habent tamen ad homilias collectionis primo loco laudatae ut earum epitomes seu compendia: quare ratio est de hujus posterioris collectionis genuinitate dubitandi. Ceterum Haimonis homiliae indigent ad huc studio critico. — *Historiae sacrae* (usque ad finem sec. IV) *epitome* (ex Eusebio, Rufino, ex historia tripartita aliisque scriptoribus) sive de christianarum rerum memoria ll. X, Coloniae 1531; 1600; Helmstadii 1617; Lugduni 1650 ed. optima. — De varietate ll. sive *de amore coelestis patriae,* Coloniae 1531; Parisiis 1531; sed prior inscriptionis pars non quadrat in opus et videtur per errorem Trithemii irrepsisse; altera non est adaequata, nam agit auctor l. 3. de purgatorio, altero Christi adventu, et judicio extremo, de inferno etc. Non desunt qui hoc opus adjudicent Haimoni juniori, cujus supra mentionem fecimus. — D'Achery reperit et brevem tr. (vel forte fragmentum) *de corpore et sanguine Domini* forte Joanni Scotto oppositum, in quo realem corporis Christi praesentiam et transubstantiationis dogma docet. Prodiit in ejus Spicil. XII, 27—30. Utitur auctor generatim stilo conciso, claro, pro illa aetate satis puro; in suis commentariis prae ceteris sequitur sensum moralem et allegoricum; multum utitur patrum, Augustini praesertim, scriptis, quorum florilegium exhibet. Opera ejus collecta habes in Migne T. L. t. CXVI—CXVIII.

450. Angelomus O. S. Ben. in monasterio luxoviensi, ibidem celebris Mellini discipulus, aliquamdiu scholae palatinae moderator († c. 855), reliquit commentarium *in Genesin* non prolixum vestigia premens s. Augustini et sensum praesertim moralem persequens. Citat versiones Theodotionis, Symachi et Aquilae, ut ostendat eorum a versione alexandrina differentiam; rationem etiam habet traditionum judaicarum. Hortatu Leotrici abbatis sui ante a. 833 ad hoc se accinxit opus, quod Pez edidit in thes. anecd. novissimo I, 1, 43—238. — Enarrationes seu Strommata *in ll. Regum,* quas aggressus est hortantibus sodalibus et Drodone abbate (postea episcopo metensi † 855) fratre Ludovici Pii. Praeter sensum historicum rimatur et typicum, quo facta referuntur ad praefiguranda mysteria, quae pertinent ad Christum et Ecclesiam. Hinc magno elogio de eo loquuntur Sixtus senen-

sis et Trithemius, qui n. 266 de eo scribit: „Vir in divinis Scripturis exponendis nobile sortitus ingenium, ut quae ipse exposuit, veteres in ejus comparatione non exposuisse videantur . . . Scripsit excellentissimum opus et quale me in Scripturis sanctis alias legisse non memini.“ Prodiit Coloniae 1530 inf.; Romae 1565 ed. pulchra; in bibl. PP. col. et lugdunensi XV, 307—414. — Enarrationes *in Cantica canticorum* ad Lotharum imp., quae etiam Strommata inscribuntur, quod pro genio illius aetatis apte ex patrum dictis concinnata sint. Interpretatur autem illud de mystico connubio Christum sponsum inter et sponsam Ecclesiam. Prodiit Coloniae 1531 in 8; Romae cum priori op. 1565; in bibl. colon. et lugd. PP. XV, 415—442; omnia tria simul in Migne P. L. CXV, 107—629. Videtur scripsisse commentaria etiam in Evangelia, quae tamen perierunt vel adhuc latent. Melioribus hujus periodi interpretibus est annumerandus[1]). Obiit autem circa a. 855.

451. Circa dimidium hujus seculi floruit Christianus a Trithemio sine ratione sufficienti, ut videtur, cognominatus Druthmarus, Aquitanus juxta Sigibertum gemblac. de script. eccl. n. 72, monachus O. S. B. corbejensis, ob eruditionem Grammaticus salutatus; qui ss. literas docuit in monasteriis stabulensi et malmandariensi in dioecesi leodiensi sub uno abbate constitutis. „Quia perspexi juvenibus nostris post expositum bis textum Evangelii Matthaei oblivioni habere, statui apud me ipsam expositionem eo tenore literis mandare, quo coram vobis verbis digessi.“ Ita ipse in prologo sui commentarii in Matthaeum evangelistam ad illos monachos. „Studui autem, ita rationem reddit sui laboris, plus historicum sensum sequi, quam spiritualem: quia irrationabile mihi videtur, spiritualem intelligentiam in libro aliquo quaerere et historicum (sensum) penitus ignorare, cum historia fundamentum omnis intelligentiae sit, et ipsa primitus quaerenda et amplexanda, et sine ipsa perfecte ad alium non possit transiri (Migne CVI, 1262).“ Hinc tritam hoc seculo viam in explicandis divinis literis deserit, quare et pro posteris seculis ejus commentaria pretio non carent. Prodiit ejus erudita admodum praeclaraque *expositio in Matthaeum* divini sermonis praeconibus familiaritate commodissima cura Wimphelingi Argentorati 1514, quae ed. vix amplius reperitur; aliam curavit Molther lutheranus Hagenau 1530 apud Jo. Secer; sed ea non satis fidelis esse dicitur praesertim circa eucharistiam in Matth. c. 26[1]): aliter enim legitur in cod. mscr., teste Sixto senensi in bibl. s. l. VI annot. 112 Neapoli 1742 II, 806, ita ut manifestius consentiat dogmati catholico. Verum et admissa Moltheri lectione nondum est timendum causae catholicae. Editio in bibl. PP. lugd. XV, 86 et apud Migne t. CVI dicitur conspirare cum ed. Wimphelingiana. — Promiserat commentaria et in Lucam et in Joannem, et revera sub ejus nomine circumferuntur: *Expositio* brevissima *super Lucam*, et expositiuncula *in Joannem* per modum epitomatis: qui libelli tamen non videntur ipsius, sive stilum sive methodum interpretandi consideres[2]). Habes haec omnia in P. L. Migne CVI, 1261—1520.

[1]) Cf. Hist. lit. V, 133—140.

[1]) Cf. Ziegelbauer Hist. rei lit. O. S. B. IV, 708; Bach Dogmengesch. des MA., Wien 1874 I, 206 col. p. 176.

[2]) Cf. Hist. lit. V. 84—90; Welte KL. VI, 2087—2090; Dümmler über Christian von Stavelot und seine Auslegung zum Matthäus (Sitzungsber. der Berl. Akademie vom 17. Jul. 1890); Rich. Simon Hist. crit. du N. T. c. 26.

452. Alia ratione evangelia illustravit Otfridus monachus wizanburgensis sive weissenburgensis in Alsatia O. S. Ben. et presbyter, qui insignem praestitit ecclesiis Germaniae operam ll. sacros et cantica in linguam theotiscam ex latino transferendo atque metaphrasi metrica teutonicis auribus accommodando. Claruit medio sec. IX. circa Lotharii et Ludovici II. tempora: discipulus fuit Rabani Mauri et aliquamdiu scholis praefuit Leucopoli. „Vir, scribit de eo Trithemius de script. eccl. n. 290, in divinis Scripturis eruditissimus, et in secularibus literis egregie doctus, philosophus, rhetor et poëta insignis, ingenio excellens et eloquio. Scripsit tam metro quam prosa multa praeclara opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit. Exemplo etiam Caroli imp. M. conatus est barbariem linguae teutonicae ad regulas grammaticales reducere, quod et ex parte perfecit. Unde ea quae patrio sermone conscripsit, non facile nostra aetate legi et intelligi possunt, etiam ab homine quantumcunque teutonicae linguae perito.“ Plura dein opuscula ei adscribit. Est unus ex primis poëtis germanis, quorum aliquod ad nos pervenit opus et hinc philologi eruditi de his ejus reliquiis sunt admodum solliciti. Reliquus scil. est ejus liber Evangeliorum sive *Harmonia evangelica,* in qua inter quatuor evangelistas medium se ait incedere, ll. V ad numerum totidem sensuum digesta atque rhythmis expressa theotiscis (vers. 15000), edita primum licet minus integra minusque emendata a Flacio Basileae 1571. Secutae sunt aliae editiones[1]), in Schilter Thes. antiquit. teuton. t. I., Ulmae 1728; Kelle illam edidit Ratisbonae 1856—1870 t. 3, quorum 2. grammaticam, 3. glossarium continet; Piper Paderborn 1878; Erdmann, Halle 1882. *Cathechesin* theotiscam edidit J. G. Eccard Hannoverae 1713, sed genuinitas est dubia.

453. Duplici commentario illustravit s. Pauli epistolas doctissimus Florus, patria ut videtur Lugdunensis (juxta quosdam Hispanus), quatuor praesulum (Leidradi, Agobardi, Amolonis et Remigii) strenuus diaconus (circa finem vitae etiam presbyter) et adjutor, qui praefuit scholae cathedrali et odore eruditionis suae, teste Walafrido Strabo, plurimos attraxit discipulos, hinc ‚Magister' est honoris causa salutatus. Uberiorem *commentarium* ex duodecim patribus concinnavit, qui tamen lucem nondum aspexit; alterum magna sedulitate ex solo s. Augustino collegit. Hic vero a nonnullis tributus fuit Petro abbati tripolitano, vel ven. Bedae, inter cujus opera VI, 31—823 prodiit: sed Mabillon data opera eum Floro asseruit. Alia opera auctoris nostri, qui in omnibus fere controversiis illius temporis partem habuit et in pluribus disciplinis versatissimus erat, collecta habentur in Migne P. L. CXIX, 11—424 coll. LXI, 1081 s.; P. G. VII, 431, ubi exstat ad Irenaei libros contra haereses *prologus* brevis, quem Pitra in Spicileg. solesm. I, 8 Floro asserit. Potiora sunt: Liber (brevissimus) *de electionibus episcoporum* collectus ex sententiis patrum (c. a. 420), quo jus electionis plenum vindicat Ecclesiae, abjudicat potestati seculari, ed. inter opera Agobardi, insertus a Baronio append. t. XII. Annalium p. 254—258; bibl. PP. lugdunensi t. XV. — *De expositione missae,* seu de actione missarum, ut ipse l. inscripsit, quia incipit nonnisi a praefatione, quem tr. dextere compilavit ex testimoniis patrum, praesertim s. Augustini. Nititur autem ea „expositiuncula, ut ipse ait, non tam

[1]) Cf. Fabricius bibl. lat. III, 172; E. Martin Allg. deutsche Biogr. XXIV, 529—535; F. Rechenberg Otfrieds Evangelienbuch, Chemnitz 1862: Werner Alcuin p. 402 ss; Ebert III, 111—117.

verba, quae satis simplicia sunt, sed potius ipsius mysterii rationem et actionem exponere et commendare, videlicet qua fide celebrandum, quanta pietate sit amplectendum.« Prodiit primum Parisiis 1548 ed. optima, sed valde rara, dein cum lacunis, quas supplevit Desponti in bibl. PP. lug. XV, 62—83; integrius longe et emendatius in veterum script. et mon. coll. ed. Martene IX, 579—641; et inter opusc. SS. PP. a nobis edita XXXIX, 124—274. — Scripsit stilo acerbo adversus Amalarii quondam lugdunensis chorepiscopi nimis allegoricas rituum missae expositiones opinionesque epistolam ad varios ep. *de corpore Christi tripartito,* easque etiam detulit damnandas ad duas synodos Theodonis Villae et Carisiacam, ut supra diximus (p. 766). Habes haec tria scripta apud Martene l. c. IX, 641—668. — Nomine ecclesiae lugdunensis edidit l. adversus Jo. Scotti Erigenae definitiones (19) *de praedestinatione et praescientia* divina et de vera humani arbitrii libertate. In eundem sensum cum Prudentio trecensi duplicem tuetur praedestinationem. Liber bene est scriptus, accuratus et melioribus accensetur, qui contra Scottum prodierint. Praeiverat illi Sermo brevis seu libellus adversus cujusdam vanissimi hominis, qui cognominatur Joannes ineptias et errores *de praedestinatione* et praescientia divina et de vera humani arbitrii libertate, in quo durius nonnihil de Gotteschalco scribit quam postea ejus archiepiscopus Remigius[1]). Sed jam Hincmari tempore duplex legebatur illius recensio nonnihil ab invicem differens. Utrumque librum habes apud Mauguin in sua coll. veterum auctorum, qui scripserunt sec. IX. de praedestinatione etc. 1, 21—27 et 575—548; in bibl. PP. t. XV. Probabiliter partem etiam habuit in scriptis, quae ejus archiepiscopus Remigius hac in causa composuit (cf. p. 809). — In opusculo *de causa fidei* (Migne CXIX, 80—94) refert gesta in Amalarium de variis erroribus accusatum in synodo carisiaca a. 838, qua de re jam supra p. 767 egimus[1]). Sequuntur *carmina* (cur. Dümmler in MG. poet. aev. car. II, 507—566), inter quae eminet carmen *de divisione imperii* post mortem Ludovici imp., eaque produnt genium poëticum; *capitula* ex lege et canone collecta et alia quaedam minoris momenti[2]). Eum composuisse *martyrologium* testatur Usuardus ejus aequalis: adjecit scil. quasdam martyrologio ven. Bedae (cf. Migne XCIV, 799 s.) notitias, quas assignare difficile est[3]). Obiit Florus c. a. 860. — *Apocalypsin* exposuit stilo puro et nitido ad septem eam redigens visiones Berengaudus (Bernegandus) O. S. Ben. in monasterio forte ferarriensi, discipulus celebris Lupi abbatis; prodiit Parisiis 1554, et dein comparet inter opera s. Ambrosii, saltem in appendice, ita in Migne P. L. XVII, 765—970. Eum magni fecit Bossuetus, qui in nonnullis eum est secutus eoque usus. Floruit altero sec. IX. dimidio.

454. *S. Scripturam* in linguam *slavicam* vertere coeperunt (sicut et libros liturgicos) a. 862 ss. Cyrillus (in baptismo Constantinus dictus) et Methodius patria Thessalonienses, par nobilissimum fratrum, apostoli gentis Slavorum per vastissimos tractus[4]),

---

[1]) Cf. Hefele Conciliengesch. IV § 450.

[1]) Cf. de hac controversia Ad. Franz die Messe im deutschen Mittelalter 2. Abth. 3. Abschn. p. 351—399.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 213—240; Streber KL. VI, 1581—1584; Ebert II, 268-273.

[3]) Cf. doctissimam diss. auctore du Sollier praemissam ed. suae Martyrologii Usuardi.

[4]) Cf. praesertim Martinov in annal. eccl. graec. ad 5. Jul., in Actis SS. 9. Mart. II, 13—26; Borowý KL. VIII, 1295—1300 aliosque auctores apud Nilles in

quorum laudes celebravit Leo XIII. ep. encyl. 30. Sept. 1880. Defunctus est ille Romae 14. Febr. 769, hic archiepiscopus Moraviae et metropolita Pannoniae ordinatus in Velegradio 6. Apr. 885. Auctores merito habentur literaturae slavicae[1]).

455. Multos reperimus, qui hac aetate de historia fuerint solliciti[2]), inter quos eruditione, operum numero et utilitate excellit Anastasius cognomento Bibliothecarius, alioquin tristis famae[1]). A Leone IV. creatus cardinalis (847) ecclesiam, cui fuit addictus, deseruit atque alibi, speciatim Aquilejae est commoratus. Etsi monitus et citatus non comparuit, hinc in synodis romanis 850 et 853 fuit excommunicatus et depositus. Defuncto Leone a. 855, antipapa factus se opposuit Benedicto III. legitime electo pontifici, quem et in suam redegit potestatem: sed a clero populoque desertus coactus est se huic subjicere, qui eum redegit ad communionem laicam. Ingressus est monasterium b. Mariae V. trans Tiberim eique praefuit abbas. Cum calleret linguam graecam, adhibitus est a Nicolao I. in negotiis ecclesiasticis cum Oriente; ab Hadriano II factus bibliothecarius romanae Ecclesiae: sed mox propter conspirationem in gravissima quaedam crimina, cujus reus accusabatur, ab eodem excommunicatus et depositus fuit (12. Oct. 868). Hinc ad aulam confugit caesaream nisusque est ab intentato conspirationis crimine se purgare et interveniente intercessione caesarea receptus est iterum in gratiam a romano pontifice. Cum legatis caesareis profectus est CP., interfuit synodo oecumenicae VIII (870), cujus acta Romam portavit atque latine vertit aliaque praestitit in commodum sedis et causae catholicae. Joannes VIII eum confirmavit in honorifico Bibliothecarii munere. Vitam protraxit circiter ad a. 879.

456. Praecipuum Anastasii meritum[2]) consistit in versione multorum operum graecorum, sed stilus est rudis et barbarus. Hinc Bellarminus de eo Annal. eccl. t. IX scribit: „Anastasius bibliothecarius, etsi rudi stilo, fidelis-

---

Kalend. man. utriusque Ecclesiae I, 103 s. et in primis Potthast p. 1261. De ipsa versione, quae complectitur omnes ll. V. et N. Testamenti exceptis libris Machabaeorum cf. Streber KL. II, 732.

[1]) Mentio fieri posset hic Aelfredi (Alfredi, Ealfridi, Aloredi etc.) M. Aethelwolphi occidentalium saxonum regis filii nati minimi, qui post mortem trium fratrum factus est rex (871), a Leone IV. unctus, et a. 895 academiae oxoniensis conditor, virtute atque eruditione mirabilis, victor in 56 proeliis, rex et legislator magnus, regum Angliae maximus, pater verissimo sensu patriae († 28. Oct. 901). Tribuitur enim ipsi versio *Psalterii* davidici in linguam saxonicam, quae versio prodiit Londini 1640; Oxonii 1835: de ejus tamen genuinitate nonnulli jam dubitant. Ipsius autem sunt versiones *l. pastoralis* Gregorii M. ed. a Sweet 1871; *historiarum* Orosii Oxonii 1859; Londini 1883; Boëthii *de consolatione philosophiae*, Londini 1829; 1764 cur. Fox; versio *historiae ecclesiasticae* Bedae, Cantabrigiae 1722; Londini 1890; Lipsiae 1900: in vertendo quaedam omisit vel addidit. Cf. Schoell Realenc. I², 220; Ebert III, 241—49; praesertim Asserius infra laudandus.

[2]) Praetermittimus Nennium banchorensem, discipulum s. Eboldi ep. († 809), cui tribuitur Eulogium Britanniae sive *Historia Britonum*, quae non liber, quam corpus quoddam libellorum argumenti plus minus historici spectantium ad Britanniam, quorum Nennius (fl. c. 859) non est auctor, sed recognitor, judice Mommsen. Abundat ea historia etiam fabulis. Cf. Ebert II, 387—391. Prodiit apud Gale Scr. hist. Brit. p. 93-139; Londini 1838 cur. Jos. Stevenson; ed. recusa a San Marthe, Berlin 1844; in M. G. hist. auct. ant. XIII (Chronica min. III), 1894 p. 143—219. Cf. Potthast p. 842.

[1]) Non desunt qui negent identitatem Anastasii Bibliothecarii cum Anastasio cardinali tot criminum reo. Eam tamen tuetur et probat card. Hergenroether in op. Photius II, 230—240; KL. I, 788 ss.

[2]) Cf. Hergenroether KL. 1, 788—792.

sime tamen rerum gestarum historiam enarravit, imo in rerum sui temporis narratione nullum fideliorem et meliorem scriptorem habemus, apud quem magis cum simplicitate veritas quam cum fuco mendacia valuerunt.« Haec ejusdem sunt opera: *S. synodus VIII.* generalis, cui interfuit, ipso interprete cum praefatione historica magni momenti; *s. synodus VII.* generalis nicaena II. (787), ipso interprete, quam versionem dicavit Joanni VIII; utramque habes in coll. conc. ut apud Labbeum t. VIII. — *Collectanea* de iis, quae spectant ad historiam monotheletarum haereticorum, et martyrium s. Martini papae itemque s. Maximi ab. et aliorum, quae primum edidit Sirmondus, Parisiis 1620; Gallandi bibl. vet PP. t. XIII. Inter ea eminent Joannis IV. papae ad Constantinum imp. *Apologia pro Honorio papa; Defloratio ex ep. s. Maximi* ad Marinum presb. apologiam inter cetera pro Honorio facientis; *Commemoratio* eorum, quae saeviter et sine Dei respectu acta sunt a veritatis adversariis in sanctum et apostolicum novum revera confessorem et martyrem, Martinum papam Romae per epistolam cujusdam christianissimi directam his, qui sunt in Occidente seu Romae et in Africa orthodoxis patribus; *Relatio* motionis factae inter dominum Maximum monachum et socium ejus coram principibus in secretario; tomus continens relationem *de dogmatibus*, quae mota sunt inter s. Maximum et Theodosium ep. Caesareae Bithyniae seu consules, qui cum eo erant. — *Acta* sincera *s. Petri* ep. alex. et M. latine versa (apud Mai Spicil. III, 671—693; Migne P. L. CXXIX, 691—704); *Historia* acephala *ss. MM. Cyri et Joannis; Vita Joannis Eleemosynarii* auctore Leontio Neapoleos Cyprorum ep. (Migne P. L. LXXIII, 337 ss.); *Passio s. Demetrii M.; Acta s. Crispinae V. et M.; Sermo* s. Theodori Studitae de s. Bartholomaeo ap.; *Vita s. Agathonis* thaumaturgi rom. pont. († 681) in Actis SS. 10. Jan. I, 624-626. — Supersunt et epistolae III, quarum prima ad Carolum Calvum imp. contra falsas quorundam opiniones asserentium, b. Dionysium Parisiorum primum ep. non esse Areopagitam; altera ad eundem de Areopagiticis et Jo. Scotto eorum interprete, cujus versionem carpit (cf. p. 792). Haec collecta habes in Migne P. L. CXXIX, 9—744.

457. Plura alia ei adhuc tribuuntur, ut *versio actorum synodi VI* trullanae; *acta s. Dionysii Areopagitae* latine versa ad Carolum Calvum imp., quae versio tamen intercidit; *Historia ecclesiastica* sive Chronologia tripartita libere compilata ex Nicephoro (cf. hujus partem Migne P. L. CXXIX, 511—554), Syncello et Theophane ad a. 872, quem praesertim adeo serviliter vertit, ut ejus versio pro constituendo hujus auctoris textu originali utilis sit. Ex hac historia multa transierunt in *historiam miscellam* cf. p. 679; inter Hist. byz. scriptores Parisiis 1649 t. XX; melius in ed. ven. 1729 t. XIX; ex recensione Im. Becker in Theophanis *chronographia* t. 2, Bonnae 1851 in 8; ex rec. Car. de Boor in ed. ejusdem Theophanis *chronographiae*, Lipsiae 1885 t. 2; Migne P. G. CVIII, 1191—1428; latine ib. LVI, 911—1152. — *Passio MCCCCLXXX martyrum*, cujus tantum praefatio superest; versio *miraculorum s. Basilii M.* (Migne XXIX, 294); *Scholiorum* s. Maximi et Joannis scytopolitani in opp. Dionysii Areop., *historiae mysticae* s. Maximi etc.; *ep. VI* Joannis VIII. graece et latine ad negotia orientalis ecclesiae spectantes. Recen-

[1]) Novam ep. ad Gaudericum, in qua nonnulla ad vitam s. Cyrilli Slavorum op. habentur, edidit recenter Friedrich in Sitzungsber. der philos.- und philolog. u. hist. Kl. der k. Bayer. Akad. 1892 fasc. 3 p. 393—442.

tissime prodiit in Analectis bolland. 1896. XV, 257—267 versio *vitae s. Joannis Calybitae* (sec. V). Ipsi demum tribuebatur celeber *liber pontificalis* complectens singulorum romanorum pontificum a s. Petro usque vitas: verum forte solum *vita s. Nicolai I.* ipsius est: plures sunt auctores hujus libri singularis, ut colligitur ex varietate stili et narrationis colore. Coepit componi ineunte sec. VI, hinc minus accurata et fida est vita pontificum primorum seculorum. Aliae atque aliae vitae lapsu temporis additae fuere non ejusdem semper pretii[1]). Saepe prodiit hic liber, dissertationibus et notis eruditissimis plurium virorum doctorum illustratus cura et studio Franc. Bianchini, Romae 1718—1735, ed. praestans, inde in Migne P. L. CXXVII. CXXVIII; apud Muratori Scr. rer. It. t. III. auctus vitis a Leone IX. ad Joannem XXII; cura J. Vignolii Romae 1724—1755 t. 3 in 4. ed. non completa minusque accurata; cur. L. Duchesne cum pererudita accurata et sagaci introductione et commentario, Parisiis 1886—1888 t. 2. editio praestantissima[2]).

458. S. Ado ex illustri stirpe progenitus c. a. 800 traditus est patribus O. S. Ben. in monasterio ferrariensi instituendus, ubi celebrem Lupum praeceptorem habuit. Ab hoc eum expetiit Marquardus abbas monasterii prumensis. Hinc post a. 842 in Germaniam venit. Prumiae aliquamdiu commoratus cum virtute et doctrina emineret, quorundam invidiam, imo et insidias incurrit. Quare Prumia discessit atque Romam est profectus apostolorum limina veneraturus. Quinquennio ibidem haesit, postea rediit atque Lugdunum pervenit, ubi a s. Remigio praesule benigne susceptus est, qui ejus dotibus captus eum secum habere voluit. Venia a suo abbate Lupo obtenta Lugduni substitit. Defuncto Aglimaro viennensi antistite (859) unanimi populi clerique consensu ipse electus est in successorem, quam electionem Nicolaus I. comprobavit, nam epistolam cum pallio ei transmisit. Saepius dein ipsi scripsit et ‚sanctissimum confratrem' collaudavit, quod »pro statu sanctae Dei Ecclesiae ferventius invigilaret et contra delinquentium praevaricatorum et sanctarum legum violatorum mores et actus per zelum rectitudinis erectus« staret († 16. Dec. 874 vel 875). Haec ejus scripta[1]): *Martyrologium* cum MM. elogiis, quod dum Ravennae degeret aggressus est et absolvit a. 858. Immerito illud Adoni trevirensi fuit adscriptum. In eo multa addidit, quae Florus omiserat, alia correxit. Saepius prodiit, ita cura Herib. Rosweydi ad calcem martyrologii romani, Antwerpiae 1613; in bibl. max. PP. lugd. XVI, 810; opera D. Georgii (Rhodigni), Romae 1745 in f. ed. optima; Fr. A. Zaccaria in bibl. pistoriensi Augustae Taur. 1752 p. 98—137; Migne CXXIII, 181—436. Illud Usuardus tanti fecit, ut in conscribendo suo martyrologio, ipsum ubique sit secutus[2]). — Libellus *de festivita-*

[1]) Ita Guilelmo, qui a. 891 fuit Bibliothecarius, tribuebantur *vitae* Hadriani II. et Stephani V. († 891), sed immerito. Cf. Potthast p. 738. Juxta Hist. lit. de la Fr. VIII, 140—143 vixit sec. XI, scripsitque vitas pontificum (c. 40) ab a. 867-1073, quarum tamen illae duae tantum prodierint.

[2]) Cf. de ea deque ipso l. pontificali accurate disserentem H. Grisar in Zeitschr. für k. Theol. 1887. XI, 417—446; XII, 706—709; Duchesne Etude sur le Liber Pontificalis in Biblioth. des Ecoles franc. d'Athêne et de Rome Ser. 1. fasc. 1 Parisiis 1877; Potthast p. 737 ss.

[1]) Cf. Ziegelbauer hist. rei lit. O. S. B. III § 11; Hist. lit. V, 461—474; Mabillon Elogium hist. in suis Actis SS. (apud Migne CXXIII, 9—22). Daller KL. I, 237.

[2]) Cf. Sollerius in praef. ad ed. martyrologii Usuardi c. 3 a. 1 t. VI act. SS. mensis Junii (Migne CXXIII, 531-537).

tibus apostolorum successorumque eorum in bibl. PP. lugd. XVI, 823; *Acta s. Desiderii*[1]) ep. viennensis († 606/7) in Canisii lect. ant. VI, 441—452; ed. novae II, 3, 4—8; in MG. SS. rer. merov. III, 646—648 ed. Krusch; *vita s. Theudarii ab.* († 575) in Mabillonii actis SS. I, 678—681; in Act. SS. 29. Oct. XII, 840—843; in MG. SS. rer. merov. III, 525—530 ed. Krusch, qui notat, Adonem totam fabulam ita descripsisse, ut ipse eam invenit, neque legendae quidquam inesse memorabile praeter descriptionem (c. 7) urbis viennensis, auctoremque exhortandi consilio conscripsisse l. — „Temporum summam ab exordio mundi usque ad Lotharii imp. ac Ludovici et Caroli filiorum regni principatum quanta potuit brevitate“ notavit, ut ipse praefatur in Chronico suo. Inscribitur *Chronicon* sive *breviarium Chronicorum* de sex mundi aetatibus ab Adamo usque ad a. 869 vel 874. Prodiit cum Gregorio turon., Parisiis 1512 in f.; 1522; 1561; Basileae 1585 in Laur. Barrii hist. christ. vet. PP.; in bibl. PP. etc. Hae vero ed. testibus Labbeo, Schüz in comment. crit. de script. hist. p. 42 etc. mendis innumerabilibus scatent, quorum aliqua sunt crassissima, ut hujus chronici non magna sit auctoritas. Illud auctor ignotus et imperitus continuavit (ad a. 880). Pars ab a. 814 exstat etiam in Mon. Germ. SS. II, 315 ss. Habes haec omnia collecta in Migne P. L. CXXIII, 23—453. Aliquot ejus scripta, epistolae praesertim et opus contra Graecorum errores hortante Nicolao I. conscriptum interciderunt.

459. Dulcidio salmanticensi episcopo tribuit Florez in España Sagrada XIII, 433—466 (sed probabiliter tantum) *Chronicon* (tenuissimum) *albeldense,* etiam *aemilianense* dictum et *Fabularium* inscriptum, compositum a. 883; continuationem vero ad a. 976 Vigilae monacho albeldensi. Habes illud apud Migne CXXIX, 1125—1146 ex Floresio. Prodierat jam Barcinone 1663 cur. Jos. Pellizerii, et aliis ed. omissis Madrid 1724 in 8. cum notis Jo. de Saz. Sed jam Nic. Antonius bibl. hisp. vet. I l. 6. c. 10 n. 257 statuit nullum esse argumentum, quo moveamur, nedum cogamur, hoc chronicon tribuere Dulcidio. — Joannis de Sicilia[1]) *chronicon* usque ad tempus, quo Michaeli Theophili filio successit Basilius Macedo (866), repertum fuit in Georgii monachi historia, qui illud ad verbum in eam recepit. Hic Georgius, qui ex humilitate dici voluit Hamartolus (peccator), quin profundioribus studiis historicis vacaverit, circa medium hujus seculi chronicon historiae universalis compilavit ll. IV ab o. c. usque ad Michaelem III. (842—867), quem plurimum celebrat, quod sub ejus regimine, agente praesertim Theodora ejus matre, finis demum impositus fuerit immanibus iconoclastarum turbis et furori. Opus suum inscripsit Χρονικὸν

[1]) Vita hujus sancti praesulis vetustissima composita est a Sisebuto rege, quem regnum Wisigothorum per a. 612-620 p. Chr. tenuisse constat. Rex ille germanicus non solum bellicis virtutibus florebat, sed etiam scientia literarum imbutus erat. Exstant etiam quinque ejusdem *epistolae* (in MG. Ep. III, 662 ss. ed. W. Gundlach), quarum ultima ad Adaloaldum regem Langobardorum est adversus arianam haeresim. „Fuit autem teste Isidoro hisp. in Hist. Got. eloquio nitidus, sententia doctus.“ Erat etiam acerrimus Ecclesiae catholicae propugnator ejusque zelum vel Judaei experti sunt. „Pro imitatione praesentium, pro aedificatione hominum futurorum“ scripsit s. Desiderii vitam, quam primus edidit H. Florez Esp. Sagrada Matriti 1751 VII, 337—346; ex quo Migne P. L. LXXX, 377—384, et iterum accurate Krusch op. c. III, 620—638.

[1]) Cf. Mongitore bibl. sic. I, 313; Potthast p. 664; Lancia Recherches et éclaircissements sur Jean le Sicilien in Archivio storico Siciliano 1876 fac. 3.

σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γ. etc. Hausit suas notitias ex operibus non solum nobis cognitis, sed et deperditis; pro quarto l. (813-842) utitur praesertim Theophane et Nicephoro, adeo ut aliquoties non praebeat nisi Theophanis epitomen. Libenter quaestiones attingit religiosas, in iconoclastas invehitur, digressiones amat theologicas longaque citat patrum testimonia. Ab aliis fuit continuatus, praesertim a Simeone magistro et logotheta ad a. 948; aliorum ignotorum auctorum additamenta ei fuere assuta ad a. 1071. 1081. 1143, ut triplex saltem operis habeatur recensio. A scriptoribus posteris fontis instar fuit adhibitus et saepe descriptus, a graecis multum lectitatus, versione slavica diffusus[1]). Prodiit primum integra cum continuationibus ad a. 1143 cura Ed. de Muralt, Petropoli 1859, dolendum tamen ea ed. non exhiberi textum purum et originalem, sed haud parum a posteris retractatum. Transiit in Migne P. G. CX cum versione latina, quae prodiit etiam in P. G. latine tantum ed. LVII, 549—1024; pars posterior (813—948) sub inscriptione *vitae recentiorum imperatorum*, legitur etiam in P. G. CIX, 823—984. Hinc critica editione adhuc caremus.

460. Multum laudantur propter notitiarum sincertitatem et accurationem *Annales fuldenses* 680—901, quorum quinque distinguuntur partes: 1. ab a. 680—838 forte Eginhardi (p. 744); 2. est Rudolfi fuldensis[2]) stilo claro et puro concinnata ab a. 838—863; p. 3. ab a. 863—882; p. 4. ab a. 882—887: harum duarum pp. juxta recentem editorem Kurze auctor est Meginhardus O. S. Ben. monachus fuldensis († 888): subjuncta est pars 5. a quodam Bavaro ab. a. 882—901 sub inscriptione *Continuationes* bajovaricae (i. e. ratisbonensis et altahensis), post varias editiones mancas et non integras ed. a. Pertz Mon. 1, 343—415; accurate recognitae cur. Fr. Kurze[1]), Hannoverae 1891 in 8. — Hujus Meginhardi est sermo *de actis et translatione corporis s. Ferrucii M.* (c. a. 300) in actis SS. 28. Oct. XII, 538—543. Forte ipsius quoque est tractatus brevis *de fide*, de varietate symboli et de symbolo apostolico, qui prodiit Coloniae 1532 cum Evangelistario Marci Merulli.

461. *Casus s. Galli* sive historiam de origine et de diversis casibus mo-

[1]) Krumbacher Gesch. der byz. Lit. passim, praesertim p. 352 ss.; Potthast p. 499; Boor passim, ex. gr. die Universalchronik des Georgius Monachus in hist. Untersuchungen, Bonn 1882 p. 276-295; Knoepfler KL. V, 333; Muralt in proleg.

[2]) Hujus Rudolphi (Rabani digni discipuli († 8. Mart. 865) sunt etiam *Vita s. Liobae* abbatissae († c. 780 vel 782-83) apud Mabillon in actis SS. III, 2, 246—259; in actis SS. III, 2, 246—259; in actis SS. 28. Sept. VII, 760—769, M. G. XV, I, 118 ss. Cf. Potthast p. 1429; *Vita Rabani Mauri*, quae tamen non est biographia, sed potius narratio translationis reliquiarum sanctorum, quas Rabanus M. eccl. fuldensi intulit, et miraculorum earum opera patratorum. Quare Waitz eam inscripsit *Miracula SS. in fuld. ecclesiam translatorum*; *Translatio s. Alexandri*, a Rudolfo coepta et a Meginhardo († 888) continuata, in qua plura referuntur ad Saxonum historiam spectantia, ed. Pertz SS. II, 673—681. Cf. Potthast p. 1540. Hist. lit. V, 283-287. Rabano M. successit in regimine scholae fuldensis et forte Ludovici Pii imp. aliquamdiu fuit capellanus et concionator. In annal. fuld. ad a. 865 dicitur „apud totius penes Germaniae partes doctor egregius et insignis historiographus et poeta, atque omnium artium nobilissimus auctor.“ Cf. Schroedl KL. X, 1387; Ebert II, 332—336.

[1]) Horum annalium epitome (680-698), quae pretio caret, est *Historia Francorum* abbreviata Petri, qui dictus est Bibliothecarius, scriptoris plane ignoti, apud Pertz Mon. 1, 416—418; Migne P. L. CXLI, 1279—1284. Cf. Potthast p. 67.

nasterii s. Galli in Alemannia usque ad ab. Bernhardum seu ad a. 883 Ratpertus monachus sangallensis narrare coepit, quam anonymus, cujus labor (ab a. 883—890) periit, sec. XI. Ekkehardus IV; sec. XII Burchardus, sec. XIII. Conradus de Fabaria, sec. XIV Christianus Kuchimeister prosecuti sunt opere pro addiscenda medii aevi indole apprime accommodo. Ratpertus porro Tuguri ortus in s. Galli monasterio vitam amplexus monasticam magistros sortitus est Marcellum et Isonem ac condiscipulos s. Notkerum Balbulum, Tutilonem, Hartmannum, Waltramum et Salomonem Constantiae postea episcopum, viros illius aevi nominatissimos. Praefectus postea scholis eas impensa solicitudine, vigili cura, virga etiam subinde rexit atque indefesso studio literis incubuit. Morienti (25. Oct. c. a. 900, juxta alios jam ante a. 895 vel etiam 890) adstiterunt 40 discipuli, omnes canonici. Prodiit hoc ejus scriptum, in quo magis sollicitus est de monasterii controversiis et pugnis cum exteris, quam de interno ejusdem statu et vita, primo cur. Goldasto Francofurti 1606, ed. non satis fidelis; cur. Ild. ab Arx apud Pertz Mon. G. II, 59—74; cum continuationibus ib. 75—183; Migne CXXVI, 1057—1080; Meyer de Knonau in St. Gallischen Geschichtsquellen fasc. 3 p. 1—64 St. Gallen 1872., qui sinceritatis defectum in fontium usu ei exprobrat. Reliquit et aliquot *hymnos*. Stilus etsi tersior sit, ac aetas ejus in plerisque ferebat, nihilominus teutonismos ac modos loquendi ex bibliis, liturgia et regula s. Benedicti mutuatos refert, necnon et quasdam rusticas voces e scriptorum sec. VI. et VII. libris invectas habet. Pro more auctorum medii aevi vera narrans fallitur in nominibus propriis aut aliquibus circumstantiis, quas infidae memoriae lapsus relata referentibus et librorum ope destitutis accidisse nemo mirabitur[1]). Cf. hymnos in Migne P. L. CXXVI, 1079 s. — Nec sine pretio est pro historia Anamodi ecclesiae ratisbonensis subdiaconi *Traditionum sanctemmeranensium ll. II,* quibus chartae donationum . . . ad monasterium sanctemmeranense O. S. Ben. attinentium continentur: »monumentum, inquit Pez, quo forte praestantius Bajoaria non possidet.« Edidit illud in suo thes. anecd. I, 3, 195—289, recusum a Migne P. L. CXXIX, 899—962.

462. Edidit Labbe *Gesta episcoporum antissiodorensium* a s. Pergrino ep. primo usque ad a. 1593 in bibl. nova I, 411-526; inde Migne CXXXVIII, 219-394, plenius et emendatius Quantin apud Duru Bibliothèque hist. de l'Yonne, Auxerre 1850, I, 309—505. Jam vero hujus historiae initium est scriptoris anonymi; ab a. 258—873 Herici monachi, Alagi et Rainagolae (Rainogalae) canonicorum (qui floruerunt altero dimidio sec. IX), partes ab a. 873-1057; ab 1087—1167 et 1207-1277 auctorum ignotorum, ab a. 1052—1076 et ab a. 1167—1181 Frodoni canonici antissiodorensi, pars ab a. 1183—1206 canonici Eustachii[2]). Porro Hericus (Herricus, Heiricus, Ericus, corrupte Liricus, Firicus) n. in oppido Hery c. 841 (juxta alios c. 834) monachus fuit O. S. Ben. in monasterio antissiodorensi s. Germani, juxta alios in monasterio grandivallensi, discipulus Haimonis et Lupi Servati, forte et Scotti Erigenae, magister Remigii remensis necnon et Lotharii filii Caroli Calvi, ordine subdiaconus. Non satis constat

[1]) Cf. Ild. ab Arx in not. hist. praemissa ed. suae; Potthast p. 954; Zimmermann Ratpert der erste Zürichergelehrte Ein Lebensbild aus dem IX. J. Basel 1878, quod caret pretio. Hist. lit. V, 637—641; Wattenbach I[5], 255 s.; Ebert III, 156 ss.

[2]) Cf. Potthast p. 608; Duru Bibliographie du Gesta pontif. antissid. in Bibl. hist. de l'Yonne I, 510—520.

de die obitus[1]): nam alii eam assignant, sed certo erronee, a. 851, alii eam differunt ad a. 883; juxta alios ea contigit c. a. 876. In nonnullis martyrologiis sanctis accensetur. — Tribuuntur ei *annales* breves ab a. 826—875, quos exhibet Waitz apud Pertz Mon. scr. XIII, 80. — Alia ejusdem opera sunt: *Vita s. Germani* a stilo Constantii soluto ad ligatum seu metricum ll. 6 revocata, quam hortante Lothario principe suscepit, eoque defuncto Carolo (Calvo) imp. dedicavit. Carmen hoc copiosam prodit eruditionem in literatura classica et sollers ingenium[2]). Prodiit Parisiis 1543; ei subjecit ll. 2 *de miraculis* s. Germani, utrumque opus habes in Actis SS. Jul. VII, 221—255—283 (etiam in Labbe bibl. nov. I, 531—569). *Sermo* in solemnitate s. Germani recitandus. Haec omnia prostant in Migne P. L. CXXIV, 1735; Duru Bibl. hist. de l'Yonne 1866 II, 2—192. — Plura alia ejusdem scripta latent adhuc inedita vel interciderunt, ut *Collectanea* seu excerpta ex praeceptorum suorum dictis; *homiliae,* quarum aliquae additae fuere Homiliario Pauli Diaconi. — Propter eruditionem dictus est theologus, atque etiam in philosophia (logica) haud parum innotuit, imo famoso dubio methodico Cartesii praeivisse dicitur. — Exstant *Gesta domni Aldrici* cenomanicae urbis episcopi († 857), quod opus diu habebatur falsatoris figmentum documentis spuriis refertum, sed demum Julien Havet quaestione iterum sagaciter retractata censet[3]) illud esse ab ipso Aldrico compositum (usque ad c. 44) atque documenta esse authentica. Opus vero *Actus pontificum cenomannensium,* quod pariter habebatur confictum, esse probabiliter Davidis chorepiscopi Aldrici, et ex documentis allatis non omnia esse spuria, sed ex 49 forte 28 esse authentica, quamvis plus minus interpolata. Imo conjicit et *vitas* s. Almiri († 560) in Act. SS. Sept. III, 803—806; s. Turibii ib. Apr. II, 418; s. Pavatii ep. cenom. (sec. IV.); ib. V. Jul. 540-543; s. Domnoli ep. cen. († 581), ib. 16. Maj. III, 606-610. — Erchempertus (Rembertus, Erembertus, Herempertus etc.) langobardus[1]) nobili genere ortus, monachus casinensis et diaconus scripsisse dicitur *Chronicon* sive historiam Langobardorum fusiorem, quae intercidisse videtur, tum fusioris epitomen seu *historiam langobardorum Beneventi* ab a. 774—889, hinc continuationem historiae langobardorum Pauli diaconi (cf. supra 680). Eam edidit A. Caraccioli inter Chronologos antiquos IV, Neapoli 1626; plene cum castigationibus Cam. Peregrini in Hist. princ. Langob., Neapoli 1643 I, 25; cum notis fusioribus in hujus nova ed. cur. Fr. M. Pratilli Neapoli 1750. 1751. t. 3 in 8., cum aliis Peregrini opusculis; Migne CXXIX, 745—782; G. Waitz in Mon. G. hist. script. rer. lang. p. 231—264 et iterum SS. III, 240-264. Anonymus illud continuavit ad a. 912. Ejus *martyrologium* est adhuc ineditum[2]). Obiisse dicitur post a. 888.

[1]) Cf. Potthast p. 1337; Mittermüller KL. VI, 1735; Hist. lit. V, 535-544; L. Traube in N. Arch. der Ges. für ä. d. Geschichtskunde eidem tribuit et l. *de computo* a Pez thes. anecd. II, 2, 182 ss. editum, ut infra dicemus.

[2]) Cf. Ebert II, 285—292.

[3]) Quest. Merovingiennes VII Les Actes des évêques du Mans in bibl. de l'Ecole des Chartes (1893) LIV, 597—662; LV, 5—60; 306—336. Cf. Anal. Boll. XIV, 446—448. *Vitam* ipsius *Aldrici* scripsit auctor anonymus, quam edidit Piolin in historia ecclesiae cenom. II, 535—546 et Dümmler inter poetas lat. II, 623—636.

[1]) Alius ab eo est Erchambertus (Erchanbertus), cujus *Breviarium regum Francorum* non tanti pretii et jejunum inde a sec. V—826, cum continuatione jejuna ab a. 841—881 monachi augiensis f. Notkeri sangellensis exstat apud Ussermann Prodr. Germaniae sacrae p. XXXIX—LII; ab a. 741—881 ap. Pertz Mon. II, 328—330.

[2]) Cf. Potthast p. 428; Fabricius Bibl. lat. med. aet. I, 515; Pertz in no-

463. Hagiographorum ingens est numerus, quorum plerumque non magnum est pretium. Plura jam prodierunt *martyrologia*. Praeter Rab. Maurum, Adonem, Florum, Erchempertum, de quibus jam egimus, Wandalbertus n. a. 813 diaconus et monachus prumiensis monasterii c. a. 850, et scholarum rector († c. 870) concinnavit c. a. 848 *martyrologium* praesertim ex Beda et Floro carmine heroico constans v. 840, sed cum prooemio, conclusione et duplici appendice prolixa, quarum una agit de argumentis profanis, altera de creatione mundi, adeo ut totum opus constet v. 1919. Prodiit inter v. Bedae opera, cum Usuardi martyrologio, Lovanii 1568; in P. L. Migne CXXI, 577—624 et cur. Dümmler in Mon. G. hist. poët. lat. aevi Car. II, 569—604. Reliquit[1]) praeterea *carmina*, quorum plura interciderunt: aliqua habes ibidem (p. 604-622); et ll. 2 *de vita, translatione et miraculis s. Goaris* presb. confessoris (flor. sec. VI), apud Mabillon in actis SS. II, 281—299 et IV, 1, 611; inde in Migne P. L. CXXI, 639—674; miracula in Act. SS. 6. Jul. II, 337—346; in MG. SS. XV, 1, 362—373. — Vulgatissimum tamen martyrologium composuit Usuardus (Husward) Gallus, monachus O. S. Ben. s. Germani Pratensis, cujus quo notius martyrologium, eo minus nota vita. Rogantibus sodalibus in Hispaniam se contulit, ut inde reliquias afferret s. Vincentii patroni principalis monasterii. Ob nimias difficultates missio caruit fructu optato: illarum tamen loco attulit corpora ss. Georgii et Aurelii et caput s. Nataliae[1]). Jussu Caroli Calvi novum collegit *martyrologium* tam felici successu, ut eliminaret alia martyrologia, inductum fuerit gradatim in monasteria O. S. Ben. et ecclesias dictumque sit Martyrologium secundum morem romanae curiae. Duplicem videtur elaborasse recensionem. Scopum in eo componendo ita expressit in praef. „Venerabilium Hieronymi ac Bedae Presbyterorum piis quamvis succinctis super hoc provocabar descriptis. Quorum prior brevitati studens, alter vero quamplures dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus operis praeterisse necessaria: quos tamen secutus, censui et Flori memorabilis viri latiora jam in eo ipso negotio sequi vestigia, praesertim in 2. ejus libro (qui videtur esse Adonis martyrologium): ibi enim multa, quae in priori omiserat, et correxit et addidit." Cum ubique esset in usu, mirum videri non debet illi temporis lapsu alias atque alias factas esse additiones, aliqua quoque fuisse mutata: quare Gregorius XIII, card. Sirletum jussit illud emendare atque retractare, et ita emendatum prodiit Romae 1583 inscriptum *Martyrologium romanum*, quod deinde fundamenti instar fuit novi Martyrologii romani a Baronio elaborati. Saepissime prodiit[2]); cum additionibus et annotationibus magna diligentia Jo. Molani, Lovanii 1568; 1573; cura Jo. Hessels, qui jussu curiae romanae

titia hist. suae ed. praemissa. — Fini hujus seculi vel sequentis initio assignari solet quidam Eutropius, quem Longobardum fuisse dicunt, imo nonnulli presbyteri titulo ornant, qui scripserit tr. *de juribus et privilegiis imperatorum* in imperio romano (Migne CXXIX, 961-968). Sed auctor vel fictitius est vel nullius auctoritatis sublestaeque fidei, ut ostendit Schüz in suo comment. de scriptis et script. hist. p. 189—191.

[1]) Cf. Hist. lit. V, 377—383; Marx KL. XII, 1211; Potthast p. 1106. 1343; Ebert, qui accurate de ejus agit martyrologio II, 185—191.

[1]) Hanc *translationem* cum miraculis describit Aimonius monachus s. Germani a Pratis († 889); quam narrationem habes in Act. SS. 27. Jul. VI, 459—469; in Actis Mabillonii IV, 2, 45—58; Migne CXV, 939—960.

[2]) Harum ed. (41) elenchum exhibet lld. Veith hist.-pol. Bl. 1896. CXVII, 181, quem cf. p. 469 ss. de editione Sirleti.

quaedam omisit Antverpiae 1583; cura Sollerii Antverpiae 1714. 1717 ed. optima; Venetiis 1745; in Actis SS. t. VI et VII. Junii, hinc recusa Migne CXXIII, 453—992 et CXXIV, 9—860 ditissimo apparatu illustratum; cura Bouillartii, Parisiis 1718; cur. Rigollot et Jo. Carnandet, ib. 1866 ed. novissima[1]). Obiit Usuardus 13. Jan. forte a. 875, vel 876/877.

464. Plurium martyrum elogia complexus est in suo *Memoriali sanctorum* s. Eulogius Cordubae natus e senatoria stirpe, ad s. Zoyli templum presbyter, qui »multis et clarissimis virtutibus, ut ejus biographus Alvarus testatur, floruit, magnis et laudabilibus[2]).« Sub doctrina praesertim Speraindei abbatis una cum Alvaro domum ejus frequentans, evasit non solum in literis valde doctus, sed et in moribus ante alios probatus. Ingruente persecutionis turbine, qui in Christianos sub Abderrahmane II rege Cordubae a. 850 excitatus fuit, contumelias, terrores plurimos, carcerem quoque infractus ipse sustinuit: magno animi robore invictos martyres utriusque sexus non solum ad martyrii subeundum agonem incendit, sed et decollatorum cadavera collegit ac tumulo composuit. His virtutibus meruit, ut etsi alterius urbis civis eligeretur in episcopum toletanum (858). Eam tamen sedem nunquam adiit rerum obviantium adversitate impeditus, 11. Mart. 859, ut creditur, ipse occubuit martyr. Ejus opera collegit, longis ac fere perpetuis commentariis illustravit ediditque Ambr. Morales Cordubae 1574 in f.; prodierunt in tribus bibliothecis PP., in Schott Hisp. illustrata t. IV, ed. quae mendis sunt inquinatae; inter patres toletanos ed. a Lorenzana, Matriti 1781. II, 391 ss.; in Migne P. L. CXV, 731—912. *Memoriale sanctorum* III ll. constat, in quorum primo (in carcere conscripto) ora eorum occludit, qui martyribus, quorum gesta narrat, martyrii gloriam adimere non verebantur, eo quod propria se ipsos voluntate discrimini offerrent, non ulla violentia fidem suam negare compellerentur. Dein (in ll. 2 et 3) »passiones singillatim martyrum claro fonte locutionis explicuit et prosecutione sufficienti quaecunque acta sunt (ad a. 856) in martyribus Domini et dicta secuturis generationibus propalavit.« Morales e sua editione dicta quaedam Mohammedi blasphema in Christum ejusque ss. matrem expunxit, ne lectoribus scandalo essent. *Documentum martyrii* seu *martyriale,* quod in carcere positus virginibus Christi Florae et Mariae ergastulo mancipatis dicavit, quo illas eloquenter ad martyrium subeundum solidavit. Harum virginum vitam et passionem fusius in Memoriali II, 8 describit. *Liber apologeticus martyrum* (a. 857), prioris op. velut continuatio, in quo rursum ultroneam sui exhibitionem et fidei confessionem sanctorum heroum a quibusdam reprehensam tum iisdem, quibus in Memoriali utitur, tum novis tuetur argumentis. Narrat in eo etiam gesta et martyrium Roderici et Salomonis. — Supersunt etiam quaedam ejus *epistolae.* Tanta autem scribit

[1]) Hist. lit. V, 436—446; Hld. Veith KL. XII, 512 s.; Potthast 1081; Fabricius bibl. lat. III 599; praesertim vero Sollerius in doctissimis proleg. ad suam ed., etiam in Migne P. L. CXXIII, 453—582.

[2]) Illustrissimus hic abbas Speraindeus (Sperandeus) qui teste Alvaro (Vitae Eccl. c. 1) „totius Baeticae fines prudentiae rivulis dulcorabat, vel inter mohammedanos positus, veritus non est adversus Coranum Saracenorum scribere et ss. martyrum certamina celebrare: sed utrumque scriptum periisse videtur. Superest tantum ep. admodum modesta, responsoria ad Alvari postulationem, in qua disputat contra haereticos quosdam negantes in Deo trinitatem personarum in unitate substantiae atque divinitatem in Christo. Eam habes apud Migne P. L. CXV, 960—966. Cf. Nic. Antonius Bibl. hist. vet. lib. VI c. 7 n. 135.

unctione, vehementi fervidoque fidei zelo ac caritatis ardore, ut Baronius affirmet, sibi videri, Eulogium cum scriberet, in pixide Spiritus s. calamum intinxisse[1]).

465. Eulogii martyris vitam fideliter et pie narrat ejus condiscipulus sub Speraindeo ab. et amicus admodum familiaris Paulus (per errorem dicitur a nonnullis Petrus) Alvarus, aliis Aurelius Flavius Alvarus, cordubensis. »Profiteor, inquit in hac sua vita, me non audita et dubia, sed visa et per me probata retexere: quoniam gratia Dei cooperante a primaevo adolescentiae flore caritatis dulcedine et Scripturarum amore uno vinculo concordi innexi hujus vitae, licet non pari ordine, tamen pari affectu, in cunctis quaestionibus duximus jugum.« Fuit autem Avarus a Judaeis ortus, neque ullo ecclesiastico munere functus, sollicitudinem tamen pervigilem circa utilitatem fidei catholicae Cordubae ostendit. Haec autem ejus opera, in quibus stilo utitur vehementi, metaphoris redundante, subinde eloquenti: *Vita* et passio d. *Eulogii* in Act. SS. 11. Mart. II, 90—97; in ed. opp. Eulogii cur. Ambr. Morales et in Migne P. L. CXV, 705—720 etc.; *Indiculus luminosus* (scriptus a. 854), cujus argumentum est defensio illorum, qui martyrio se non perquisiti obtulerunt, pro quibus et s. Eulogius decertavit, et prophetiarum de Mohammede et ejus nefanda haeresi explicatio. »Hic liber, inquit ipse operis initio, ideo ‚luminosus indiculus' dicitur, quia luminose quae sequenda sunt docet, et apertis indiciis hostem Ecclesiae, quem omnis vitare christianitas debet, ostendit.« *Confessio* ipsius demississimi ac poenitentiae malleo contriti animi signa praeferens, in forma orationis seu soliloquii cum Deo; plures *epistolae*, inter quas eminent quatuor (vel quinque) inscriptae Eleazaro transgressori, quia ex Christiano factus est Judaeus, in quibus disserit luculenter de promissionibus et prophetiis jam adimpletis venturi Messiae et christianae religionis veritatem adversus Judaeorum perfidiam tuetur. Sequuntur *carmina* (in MG. poetae III, 1, 122—142 cur. L. Traube), inter quae et hymnus *in s. Eulogium*. Opera, quae supersunt, habes in Florez Esp. sagr. X et XI et Migne CXV (inter scripta Eulogii) et CXXI, 397—566. De Alvari obitu nihil habemus certi: Florez tamen Hisp. s. XI, 30 n. 33 eam ad a. 861 refert[1]). — Forte ipsius est *liber scintillarum* collectus de sententiis ss. patrum, qui reperitur inter opp. v. Bedae VII, 515—627 ed. Basileae 1563.

466. Singulorum sanctorum vitas et miracula multi describunt[2]). Odo

[1]) Cf in primis Alvarus in ejus vita, de qua mox; Nic. Antonius Bibl. vet. Hisp. l. VI c. 6; Schroedl KL. IV, 985—987; Baudissin Eulogius und Alvar, ein Abschnitt spanischer Kirchengesch. aus der Zeit der Maurenherrschaft, 1872 et Realenc. 6³, 594—597; Gams die Kirchengesch. von Spanien II, 2, 1874, cap. 4; Ebert II, 299—311.

[1]) Cf. Nic. Antonius Bibl. Hisp. vet. Il. 6. c. 8; Wolf Baudissin Realencycl. 1, 427; plenius in ejusdem op. supra cit. Eulogius und Alvar.

[2]) Praetermittimus Nithardum Angilberti filium, Caroli M. ex Bertha filia nepotem, scriptorem cordatum et prudentem proque iis temporibus egregie disertum, qui et legationibus inter filios Ludovici Pii functus est. Scripsit clare, cordate et veraciter, subinde tamen non satis ira et partium studio vacuus *de dissensionibus filiorum Ludovici Pii* ab a. 814-843 historiarum ll. IV. Prodierunt primum inter Petri Pithoei script. coaet., Parisiis 1588; Francofurti 1594 p. 433-488; apud Pertz Mon. G. II, 649—672; inter Script. rer. Germ. in usum schol. Hannoverae 1839; 1870 ed. 2; Migne XCVI, 45—76; cur. A. Holder Friburgi 1882 etc. De eo censet Ebert II, 370 Ein Werk, das ohne Frage den Höhepunkt der Historiographie in dieser Periode bezeichnet. Obiit vulneribus confossus forte in bello cum Normannis Galliam in-

O. S. Ben. abbas glannofoliensis, *vitam s. Mauri* a quodam Fausto adornatam recognovit et retractavit. Diximus illam a recentioribus criticis haberi apocrypham (p. 578), et revera pro hac assertione plures viri spectatae eruditionis adducuntur in quadam notitia, quam habes in Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner Orden 1898 p. 108—110. Sed mox Dr. Beda Fr. Adlhoch ib. p. 310—326 stetit pro traditione benedictina de adventu s. Mauri in Galliam, quae illi innititur biographiae, atque ardenti zelo ostendit causam illius vitae non esse adeo desperatam, rem esse adhuc integram illamque traditionem nullatenus esse fabulosam, ideo injuria Odonem haberi pro interpolatore vel falsario, imo fuisse virum sua aetate plane conspicuum, optimum religiosum, historicum haud contemnendum[1]). Vixisse autem ad a. 863 vel 864. — Alemannus (Almannus, Altmannus) O. S. Ben. in monasterio altvillarensi, sacerdos († 22. Jun. 882, juxta alios p. 882), exemplo Hieremiae prophetae Franciam et monasterium a Normannis vastatum quadruplici planxit alphabeto, ut scribit Sigebertus gemblac. de script. eccl. c. 98. Scripsit *vitas s. Nivardi* archiepiscopi remensis († c. 672) in Act. SS. 1. Sept. I, 278—284; *s. Sindulphi* presb. eremitae Alsontiae (Alsonce) in agro remensi († c. 600) in actis SS. 20. Oct. VIII, 892—896; in Mabillonii actis I, 368—371, cum ejus (et s. Helenae) translatione in monasterium altvillarense, ib. IV, 2, 153—156; *vitam s. Helenae* imp. seu potius laudationem panegyricam non ineruditam, quae tamen caret pretio seu veritate historica, nititur enim Actis apocryphis: in actis SS. 18. Aug. III, 580—599; et hortante Theudoino praeposito catalaunensi (c. a. 868) *vitam s. Memmii* primi ep. catalaunensis (sec. III): quae pariter modicae aut nullius est auctoritatis, neque prodiisse videtur: sed Theudonii ep. *de detectione sepulcri* ejusdem Memmii cum Alemanni responso habetur[1]) Migne CXXI, 385-388. — Aimonius (Aymonius) notarius et monachus s. Germani de Pratis in suburbio parisiensi († 9. Jun. 889) scripsit[2]) satis fabulose *de inventione et translatione b. Vincentii Levitae et M.* ex Valentia Hispaniae a. 864 ad monasterium Castrum dioecesis albigensis ll. II prosaice et ll. II metrice, quos ed. Jac. du Breul Parisiis 1603 in f. (cum Aimonio alio Franciae historiae scriptore); in Actis SS. 22. Jan. II, 400—406; in Mabillonii Actis IV, I, 644—654; Migne CXXVI, 1011-1028 etc.; *de s. Germani ep. parisiensis miraculis* patratis ab a. 846—874 in Actis SS. 28. Maj. VI, 796—805 (cf. Anal. Boll. II, 69—99); in Mabillonii Actis III, 2, 104—118; Migne CXXVI, 1027—1050; *de translatione s. Georgii* etc. Praeter haec ipsi tribuuntur et *Acta translationis s. Savini M.* apud Martene Ampl. coll. II, 805—810; Migne CXXVI, 1051—1056. — Hildegarius ex monacho sandionysiano O. S.

---

vadentibus acceptis c. a. 858 vel 859. Cf. Hist. lit. V, 204—209; Wattenbach 1, 2, § 11.

[1]) Alius ab Odone ex abbate corbejensi episcopus bellovacensis (859-28. Jan. 881) magni factus ab Hincmaro remensi, qui eum cum actis conc. suessionensis a. 862 in causa Rothadii Romam misit. Scripsit *vitam s. Luciani ep.*, Maximiani presb. et Juliani, quos ferunt apostolos fuisse bellovacenses et socios Dionysii paris., quam habes in Act. SS. 8. Jan. 1, 461—466; Migne CXXIV, 1111—1129. Ejus *responsiones* ad decem objecta graecorum interciderunt. *Collectio* vero *canonum* conc. potigonensis a. 876 (apud Labbe coll. conc. XI, 289 ed. ven.) dubiae est auctoritatis. Cf. Hist. lit. V, 530—531.

[1]) Cf. Fabricius, bibl. lat. 1, 53; Busse § 630 s.; Hist. lit. V, 618—625; Ebert III, 203 s.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 641—648; Ebert II, 352—357.

Ben. episcopus meldensis († 875) reliquit stilo diffuso et affectato[1]) *vitam s. Faronis* ep. meldensis († c. 672), apud Mabillon Act. SS. II, 606—625. — Coënechair lat. Probus natione Hibernus, monachus, ut videtur[2]), s. Albani O. S. Ben. Moguntiae († 26. Maj. 859), scripsit *vitam s. Patricii* ll. 2 olim Bedae tributam (hinc inter ejus opera recepta III, 225-242 Coloniae 1688), quae prostat in Act. SS. Mart. III, 97. Fuit theologiae lector in Slane († 948). Utitur vita a Muirchu conscripta (p. 619), ipsiusque vita laudatur. Cf. Bellesheim Gesch. der k. Kirche in Irl. passim.

467. Ermenricus (Ermanricus, Hermanricus, Hemricus, Ermenold) Rudolfi fuldensis aliorumque virorum doctorum discipulus[3]), O. S. Ben. in monasterio ellwangensi, adhuc diaconus (ante a. 842) scripsit sermonem *de vita s. Solae* (Soli, Sualonis) abbatis solenhovensis in Norico, discipuli s. Bonifatii († 3. Dec. 794) in Canisii lect. ant. IV, 2, 544—558 (recensio brevior) col. 732—741 (recensio longior); ed. 2. II, 2, 169—175; in Mabillonii Actis SS. III, 2, 429—438; apud Pertz MG. SS. XV, 1, 153—163 cur. Holder-Egger[4]). — *Vita s. Hariolfi*[5]) fundatoris vel primi abbatis monasterii ellwangensis et episcopi lingoniensis in forma dialogi stilo simplici et naturali concinnata, in qua hujus monasterii narratur fundatio, in Pez thes. anecd. IV, 3, 747—753; Pertz Mon. script. X, 11—14; Giefel in Württemberg. Geschichtsquellen 1888. II, 8—12. — Transiit scriptor noster discendi cupidine in monasterium augiense, ut institutione Walafridi Strabi frueretur, quo defuncto (849) invisit monasterium sangallense, ibique coepit *vitam s. Galli* metrice describere: inde etiam misit *Epistolam* ad Domnum Grimaldum archicapellanum Ludovici Germani et abbatem sangallensem, omnigena eruditione nonnihil a longe quaesita theologica, grammatica, mythologica refertam, sed ideo pretiosam pro historia culturae et scholarum monasticarum. Eam edidit Dümmler Halis 1873. Non constat num fuerit abbas ellwangensis; juxta quosdam idem est cum Hermanrico episcopo passaviensi, qui profectus est hortante Ludovico Germaniae rege a. 867 ad Bulgaros, ut eis praedicaret Christi Evangelium, quae tamen missio caruit fructu. Decessisse dicitur[1]) a. 874. — Luidolfus (Liutolfus) presbyter moguntinus (fl. 858), *vitam et translationem s. Severi* ep. ravennatensis (a. 347) descripsit, cujus reliquiae prius Moguntiam, dein Erfordiam intra a. 856—862 translatae sunt, in Act. SS. 1. Febr. I, 88—91; Jaffé bibl. rer. Germ. III, 507—517; cur. L. v. Heine-

[1]) Cf. Hist. lit. V, 474—77.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 209 s.

[3]) Non est alius ab Ermanrico Walafr. Strabonis discipulo O. S. Ben. in monasterio augiensi, de quo cf. Fabricius Bibl. lat. med. aet. I, 518.

[4]) Cf. Fabricius bibl. lat. I, 518; Potthast p. 430; 1444; 1580; Dümmler Ueber Ermenreich von Ellwangen und seine Schriften in Forschungen zur d. Gesch. XIII, 473—485; XIV, 403 s.; qui etiam primus edidit Ermenrici *grammaticam* Halle 1873; Busl KL. V, 1834-1837; Ebert III. 5 c. 5; Wattenbach I, 264—267.

[5]) Haec vita tribuitur Adelberoni O. S. Ben. abbati ellwangensi sive elephantiaco, postea episcopo augustano (ab a. 887-28. Apr. 909). Cf. Fabricius Bibl. lat. I, 6.

[1]) *Vitam s. Magni* abbatis et fundatoris cellae campidonensis a Theodoro monacho elaboratam retractasse scribitur jussu Lantonis ep. augustani: de quo alii dubitant, qui vitam illam confictam censent. Ceterum haec retractatio interpolata et reformata pervenit ad nos cum supplemento etiam retractato et satis fido: illa prodiit apud Canisium V, 913—947; ed. 2. I, 651—673; in Actis SS. 6. Sept. II, 735—759; hoc in Mon. G. SS. IV, 425—427. De vita Theodoro tributa cf. egregiam disquisitionem Mabillonii in Act SS. O. S. B. sec. II. p. 505—510.

mann apud Pertz Mon. SS. XV, 1, 289—293 etc.

468. S. Ansgarius (Anscharius, Aasgejr, Osgejr, Asker, Eske) Septemtrionis apostolus n. 8. Sept. 801 prope Ambianum nobilissimo genere puer traditus est instituendus religiosis O. S. Ben. in vetere Corbeja. Vix natus a. 13 ipse habitum s. Benedicti induit vitamque rigidam duxit spe martyrii ex coelestibus visionibus jam tunc repletus. Paschasium habuit praeceptorem, et cum in studiis insigniter proficeret, mox et ipse admodum juvenis ad regendas scholas est destinatus, nam Walam ab. secutus est ad novam Corbejam recenter conditam (822), ubi scholis praefuit et populum concionibus in fide erudivit. Missus est missionarius apostolicus ad Danos et Suecos magnoque fructu apud illas gentes fidem propagavit. Post aliquot annos in Germaniam rediit, et cum Ludovicus Pius consentiente Gregorio IV. pro fide apud populos septemtrionales propaganda et confirmanda de erigendo archiepiscopatu hamburgensi cogitaret, ipse Ansgarius electus est primus illius sedis praesul (831). Accepta ordinatione Romam est profectus, ubi a Gregorio IV. honoratus est pallio et legatus apostolicus ad illas gentes missus. Multum laboravit pro dilatanda fide, gravia subiit pericula, magna passus est damna in Danorum invasione, in qua Hamburgum fere fuit deletum. Hinc conjunctus fuit iterum archiepiscopatus hamburgensis sedi bremensi, atque ita praefuit nunc ipse duplici huic vastissimae missioni. Non diu tenuit haec dispositio: a. 864 restitutus fuit archiepiscopatus hamburgensis, atque sedes bremensis ei subjecta. Non obstantibus laboribus apostolicis durissimam duxit vitam, quam pane solo et aqua sustentabat: labore manuum sibi suisque collegis comparavit victum, simul effusissimae erat caritatis in pauperes, captivos e servitute redimebat. Martyr non sanguine effuso, sed laboribus pro infidelium conversione animarumque zelo consumptus decessit 3. Febr. 865. Ab Ecclesia inter sanctos colitur 3. Febr. Reliquit stilo simplici et amoeno conscriptam *Vitam*, quae tamen dubia est, et *miracula s. Willehadi* primi episcopi bremensis († 789 vel 791) ll. 2, cum pulchra praefatione in Mabillonii Actis SS. III, 2, 404-418; inde in Migne P. L. CXVIII, 1013—1032; melius ed. in Pertz Mon. II, 378-390. — Unicuique psalmo propriam aptavit oratiunculam, quod ipse *pigmentum* vocitare solebat, ut psalmi ei hac de re dulcescerent, ed. Lappenberg Zeitschr. für hamb. Gesch. II, 1 ss., Hamburgi 1844. Ejus *Diarium* sive manuale suae missionis (siquidem illud composuerit) intercidit. — *Vitam* ipsius[1]) narrat candide, pie cumque sano judicio Rembertus (Rimbertus) Flander, aliis Frisius, monachus turholtensis et scholae in nova Corbeja rector, Ansgarii discipulus carissimus et in sede hamburgensi successor († 11. Jun. 888), quae saepe prodiit, ut in Act. SS. 3. Febr. I, 408-427; in Mabillonii actis SS. IV, 2, 78—114; Migne CXVIII, 959—1012; Pertz Mon. II, 683—725; cur. Waitz Hannoverae 1884, cum

[1]) Cf. praeterea de ipso inter alios C. Berlage KL. I, 902—906; Drewes Leben Ansgars, Paderborn 1864; Tappehorn Leben Ansgars, Münster 1863; H. v. Schubert Ansgar und die Anfänge der Schleswig-Holsteinschen Kirchengesch., Kiel 1891 etc.; Potthast p. 1170; ubi literaturam de eo reperies; Hauck Realenc. I³, 573—577. De vita a Rimberto scripta ita censet Wattenbach I⁵. II § 15: Anskars Leben gehört ohne Frage zu den bedeutendsten Quellenschriften des MA.: die ganze reiche Wirksamkeit des glaubensstarken Erzbischofs, das volle Bild seiner grossartigen kindlich demüthigen und doch so verständigen Persönlichkeit tritt uns lebensvoll darin entgegen, und über die Zustände des Nordens verbreiten die einfachen und zuverlässigen Aufzeichnungen Rimberts das erste Licht. Ebert II, 339—344.

vita s. Rimberti[1]) ab anonymo conscripta inter a. 888—909 (minoris pretii), quae exstat in MG. SS. II, 764—775; in Migne P. L. CXXVI, 991—1010. Cf. etiam Mabillon Acta SS. IV. 2, 472—484.

469. Agius forte monachus corbejensis fideliter, pie et belle, stilo nitido et puro, sed nonnihil diffuse, narrat (c. 874) *vitam Hathumodae* abbatissae gandersheimensis primae, sororis forte suae, cum dialogo poetico de ejus obitu[2]), apud Pertz MG. Script. IV, 166—189; Migne CXXXVII, 1169-1196 (dialogus solus in MG. poet. lat. aevi carol. III, 369—388): utrumque opusculum venustissimum merito aestimatur; et germanice redditum fuit a Fr. Rueckert das Leben der Hadumod, Stutgard 1845. — Iso (Yso) ex nobili stirpe Alemanniae c. 840 ortus, puer traditus est monachis sangallensibus instituendus. Habitum s. Benedicti ipse induit et cum esset egregie excultus docendi munus suscepit factus doctor nominatissimus. Sub ipso schola sangallensis magnum adepta est florem, hinc plures accurrerunt undique discipuli, inter quos viri postea doctrina celebres, ipse vero expetitus fuit magister ab aliis monasteriis. Vocatus est ad docendum in monasterium granvallense in Burgundia, quod brevi sua eruditione in arte etiam medica revera illustravit: obiit tamen in flore aetatis 14. Maj. 871 vel 872. Scripsit[3]) *de miraculis* s. Othmari ab. sangallensis († 759) ll. 2, excursum historicum de s. abbate addens, opus accuratum, apud Mabillon Act. SS. III, 2, 162—173: Migne CXXI, 779—796; Mon. Germ. Script. II, 47—54; etc.; reliquit et egregium *glossarium* in Prudentii carmina ed. a Jo. Weitzio inter Prudentii opp., Hannoviae 1613. II, 771-904. — *S. Amandi* trajectensis ep. († 684) *vitam* metrice non infeliciter ll. 4 narrat juxta Baudemundi vitam (cf. p. 618) Milo[1]) monachus et presbyter s. Amandi in dioecesi tornacensi literis clarus, cui Carolus Calvus duos filios instituendos tradidit († 20. Jun. 872), quam cum duplici *sermone* de translatione et elevatione corporis s. Amandi et supplemento habes in Migne P. L. CXXI, 927-983; cf. Acta SS. 6. Febr. I, 873—888; et Mabillonii acta II, 719—732; 967—974; recentissime cur. Lud. Traube in MG. poet. lat. aev. Carol. 1897 III, 567-676 cum carmine prolixo *de sobrietate* ll. 2. Reliquit quaedam alia minoris momenti, quae cf. in Fabricii bibl. lat. III, 77.

470. Joannes O. S. Ben. in Monte Cassino diaconus romanus, cognomento Hymonides, ex Joannis VIII. mandato concinnavit stilo urbano pro illo tempore egregiam *s. Gregorii Magni vitam* ex ejusdem operibus aliisque archivi romani monumentis ll. 4, in Actis SS. 12. Mart. II, 137-211; in Mabillonii Actis SS. I, 398-496; Migne LXXV, 50—242 aliisque opp. s. Gregorii editionibus. Distribuit suum opus in ll. IV, ut ipse in praefatione nos docet, secundum distributionem ejusdem doctoris, „qua l. Regulae pastoralis quadripartita ratione distinxerat, ego quoque illum, qualiter ad culmen regiminis venerit, in l. hujus operis l. perhibui; et ad hoc rite perveniens, qua-

[1]) Cf. de Rimberto Hist. lit. V, 631-637. Reliqua est etiam *epistola* s. Remberti ascetica ad quandam monialem, quae inserta est ejusdem vitae. Vitam s. Ansgarii a Remberto compositam metrice reddit Gualdo O. S. B. corbejensis, quae cum illa prodiit ed. Arrhenio Holmiae 1677; in Mabillonii Actis SS. IV, 2, 115-120 etc.

[2]) Potthast p. 1361; Katholik 1850. V, 458—464; Hist. lit. V, 448; Ebert II p. 294—297.

[3]) Baeumer O. S. B. KL. VI, 1026 de ejus scriptis censet: Ihr literarischer Werth übertrifft den der meisten Werke seiner Zeit; Potthast p. 1503.

[1]) Cf. Hist. lit. V, 309; Ebert II, 277—285.

liter vixerit in 2. disserui, et bene vivens qualiter docuerit, in 3. designavi; et recte docens infirmitatem suam quotidie quanta consideratione cognoverit, in 4. conclusi.« Familiaris fuit Anastasio bibliothecario, qui in ejus historiam ecclesiasticam meditantis gratiam plura ex graeco latine reddidit. Num revera historiam ecclesiasticam composuerit, non satis liquet: non desunt, qui eum conjiciant *Historiae*, quae dicitur *miscella* (p. 679), compilatorem. Hortante Gaudericō episcopo velletrensi (867—879) collegit *Gesta Clementis I.*; cum vero inter hunc laborem mortem obierit (ante a. 882), ipse Gaudericus ll. 3 omnia est complexus[1]). Exstare adhuc dicitur brevis expositio manuscripta *in Heptateuchum* collecta ex scriptis patrum. Epistola Joannis diaconi ad Senarium virum illustrem *de variis ritibus* ad baptismum pertinentibus et aliis observatione dignis videtur esse antiquioris Joannis diaconi (cf. supra p. 436). — Egini monachii, (fl. 840) *vita s. Ansovini* episcopi camerinensis in Piceni Umbriaeque confiniis (c. a. 840) prodiit in Actis SS. 13. Mart. II, 322—327.

471. Praetermittimus Miconem monasterii centulensis monachum, qui *Miracula s. Richarii* ab. et fundatoris hujus monasterii (St. Riquier † 645) intra a. 814—865 patrata ll. 2 collegisse et breve martyrologium metrice (ineditum) concinnasse dicitur. Praefuit et ibidem scholis et discipulos in omni doctrinarum genere nobilissimos reliquit[1]). Vixit saltem ad a. usque 865. Leguntur illa miracula in Act. SS. 26. Apr. III, 447-457; apud Mabillon Act. SS. II, 213—227. Plurima ejusdem carmina exhibet L. Traube in MG. Poet. lat. III, 279—332 et 359—368. — Ermentarium abbatem (860/61, † c. 865) monasterii tornusiensis[2]) seu trenorchiensis in insula Heri (Hermoutier, quod dictum est monasterium nigrum, Noirmontier), qui ll. 2 (quorum 1. intra 836—840, alter a. 873 scriptus est) narrat *translationem* s. Philiberti ab. ex heriensi monasterio ob Normannorum irruptiones (836) in varia loca in Actis SS. Mabillonii IV, I, 539—564; in Actis SS. 20. Aug. IV, 81-95; — Ruthardum O. S. Ben. monachum fuldensem et hiersaugiensem, auditorem R. Mauri et Walafr. Strabi, qui post Haimonis obitum (852) episcopatum halberstadiensem recusavit, et gesta s. Bonifacii heroico carmine cecinit († 25. Oct. 865), quod tamen prodiisse non videtur. — Wormonocum monachum landevenecensem (fl. 884), qui narrat prolixe sed inculto sermone *vitam s. Pauli* ep. leonensis apud Armoricos in Britannia minori († 573), primum a Fr. Plaine editam in Anal. Bolland. 1882, I, 209—238. — Ulmarum presbyterum et monachum s. Vedasti altrebatensis (fl. 875), qui collegit *s. Vedasti* attrebatensis ep. († 540) *miracula* facta diversis temporibus, in Actis SS. 6. Febr. I, 805-808; apud Mabillon Acta SS. IV, I, 599-606, ex parte ed. ab Holder-Egger in Pertz Mon. Scr. XV, I, 397. 398. — Gurdestinum (Wurdestinum) monachum, dein abbatem landevenecensem (sec. IX med.), qui *vitam* narrat *s. Winwaloei* ab. et fundatoris monasterii landevenecensis († 18. Apr. 483,

[1]) Haec tamen vita nunquam integra prodiit. Ex l. 3 derivata videtur *historia translationis corporis s. Clementis*, quae in Act. SS. 9. Mart. II, 19—22, legitur. Ceterum cf. *epistolam* Anastasii bibliothecarii ad Gaudericum de vita et translatione s. Clementis, quam edidit J. Friedrich scriptam inter a. 855—879 in Sitzungsber. der phil.-philol. u. hist. Cl. der k. baier. Ak. der Wissenschaften zu München 1892 fasc. 3 p. 393—442. Gaudericus interfuit synodo VIII, et sedem suam resignavit rediens in Montem Casinum.

[1]) Hist. lit. 319—321.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 316 s.; Ebert II, 350.

aut 504, juxta aliquos 3. Mart. 532) ed. a C. de Smedt in Anal. Bolland. 1888. VII, 172—249. — Gislemarum O. S. Ben. monachum s. Germani de Pratis († 886), cujus est exilis et non magni pretii *vita s. Droctovei* ab. basilicae s. Vincentii in suburbio Parisiaco, quae postea s. Germani est dicta, ed. in Act. SS. 10. Mart. II, 37—40; in Mabillonii Act. I, 252—257; in MG. SS. rer. merov. III, 535—543 ed. Krusch. — Marcuardum O. S. B. abbatem prumiensem († 27. Febr. 853), cujus forte est *translatio* SS. Chrysanthi et Dariae MM. († c. 283) Romain Novum Monasterium (Münstereifel ad Erft fluvium) in P. L. Migne CXXI, 673—682; apud Floss in Annalen des histor. Vereins für den Niederrhein 1869, XX, 172-183 cum commentario. — Constantinum Tii (Tion) episcopum (879), cujus *historia* corporis s. Euphemiae V. et M. (303) saepius translati legitur graece et latine in Act. SS. 16. Sept. V, 274—283 etc.

472. Jam veniamus ad theologiam practicam. Haud pauci canones vel statuta ediderunt vel collegerunt. Primo loco nominandus esset famosus Isidorus Mercator (vel Peccator), si constaret quis sub eo nomine lateat. Alii alium suspicantur collectionis decretalium sub ejus nomine vulgatae auctorem. Haec collectio, quae in duplici recensione exstat, longiori atque breviori, complectitur quam plurimas romanorum pontificum epistolas confictas, quae, si materiam spectes, saepe ex monumentis authenticis vel genuinis haustae et compilatae sunt, sed falso supponuntur antiquis pontificibus, ac si ab his fuissent editae. Invaluit ea primum altero sec. IX. dimidio per Galliam, inde transierunt plures epistolae decretales in alias collectiones, in ipsum Gratiani decretum, atque ita nactae sunt auctoritatem, atque toto medio aevo nemo de earum dubitabat genuinitate. Dubium quoddam moverunt Nic. de Cusa et Jo. Torquemada, sed nullo fructu. Sec. XVI coeperunt viri critici eorum genuinitatem solidioribus in dubium vocare rationibus, et a sec. XVIII. vix forte aliquis erit, qui eam serio adhuc tueatur. Quod vero collectionis auctorem spectat, ea initio quidem s. Isidoro hispalensi tribuebatur, quod in praefatione ejus compareret nomen, et ea revera niteretur quadam collectione hispana: quam cum Riculphus archiepiscopus moguntinus (787-814) per Gallias vulgari curasset, et ipse auctor habitus est. Postea in suspicionem vocati sunt Benedictus Levita, Otgarius seu Autgarius, Wenilo senonensis, Lupus Servatus, Aldricus episcopus cenomanensis (fl. c. 840), Ebo, Rothadus, Wulfadus, Leodaldus diaconus, uterque Hincmarus etc. — Pariter dissentiunt eruditi sive circa locum originis hujus collectionis, quae juxta alios prodiit vel Moguntiae, vel Remis, vel apud Cenomannos etc.; sive circa suppositionis tempus, quod sat probabiliter est circa sec. IX. medium (847—856). — Id vero jam apud eruditos convenit, suppositionis originem neque quaerendam esse in Italia generatim, neque speciatim Romae, atque rom. pontifices nullam in ea compilatione habuisse partem, primumque pontificem, qui ep. decretali spuria hac collectione comprehensa usus sit, fuisse Hadrianum II. († 872), imo e Gallia primum illatas esse merces pseudoisidorianas Romam. Hinc vel prudentiores protestantes concedunt, compilationis hujus scopum nullatenus fuisse urgere apostolicae sedis primatum, ampliare ejusdem jura, augere ejusdem potestatem, sed potius (saltem ex parte) tueri episcoporum jura adversus laicorum et subinde metropolitanorum usurpationes, eosque adversus nimis leves injustasque praemunire accusationes. Agit autem Pseudo-Isidorus in hisce

decretalibus de universa fere qua late patet disciplina ecclesiastica nullumque jus novum condit, sed multa quae jam in usu erant et in conciliis particularibus aliisque in monumentis authenticis constituta legebantur, ut majorem eis conciliaret auctoritatem tamquam jam ab antiquis pontificibus romanis sancita proponit. Integram collectionem habes junctim apud Merlin Concilia gen. graeca et lat., Parisiis 1523. 1535; Coloniae 1530; Migne CXXX; in aliis conciliorum collectionibus decretales ep. distributim exhibentur sub eorum pontificum nominibus, quae praeferunt. Optimam ed. cum docta commentatione curavit Hinschius[1]) Lipsiae 1863.

485. S. Radulphus (Rodulphus, Raoul) nobilissima stirpe progenitus ex abbate archiepiscopus bituricensis (840-21. Jun. 866), collegit praesertim ex capitulari Theodulfi aurelianensis capitula 45 circa varia peccata et clericorum munera, quae suo clero servanda proposuit[2]); habes ea apud Baluzium Miscell. VI, 139—173; Migne CXIX, 703—725. — Walterius (Gualterus, Gautier, Vautier, Wautier) episcopus aurelianensis (fl. 890), *capitula XXIV* clero proposuit[3]): ea passim in conc. collectionibus prostant et in Migne PL. CXIX, 725—747. — Isaac mirandae sanctitatis refulgens gratia, hinc cognomento Bonus vel Pius, episcopus lingoniensis (c. 856. † 18. Jul. 880), collegit canones, ut sui in restauranda ecclesiastica disciplina et procuranda canonum exsecutione severi studii obtrectatores comprimeret, seque novatorem non esse probaret, ex decretis synodorum a s. Bonifatio sedis apostolicae per Germaniam et Gallias legato congregatorum Zachariae P. M. auctoritate confirmatis et ex tribus posterioribus ll. capitularium Benedicti Levitae (cf. p. 762), quos in titulos XI distinxit[1]). Eos exhibet Sirmondus conc. Gall. III, 644—677; Baluze Capitul. I, 1233—1284; Migne CCXXIV, 1075 ss. — Luitperti (Liudberti, Ludiberti, mendose Lamberti, Huberti, Wiberti etc.) archiepiscopi moguntini (863-889) *epistola* pro reformatione quorundam abusuum ad Ludovicum II, Ludovici Pii filium, legitur in bibl. maxima lugdunensi t. XVI. — Herardus turonensis archiepiscopus (855—870 vel 871) admodum sollicitus erat de instituendo clero et populo: hinc animarum pastoribus praescripsit, ut in locis ubi residerent scholas erigerent. In synodo dioecesana turonensi a. 858 *capitula* 140 hausta ex prioribus synodis et ex capitularibus regum memoriter tenenda et servanda praescripsit, quae habes in coll. conc. Hardouin V, 449; in Baluzii Capit. I, 1283—1296; Migne CXXI, 763-779 (cum quibusdam aliis). Descripsit quoque succincte *vitam s. Chrodegangi* episcopi sagiensis et M. († 770), sed stilo affectato, implexo et obscuro[2]). Legitur in Actis SS. 3. Sept. I, 768—773. — Subjicimus Grim-

[1]) Ingens est literatura de hoc argumento. Sufficiet paucos auctores citasse. Cf. ergo Ballerinii de antiquis collect. et collectoribus can. III c. 6 ad 8 in sua ed. opp. s. Leonis (Migne LVI, 240 ss.); Gallandi diss. sylloge, Moguntiae 1799 I, 239—676; Möhler gesamm. Schr. Regensburg 1839 I, 283 ss.; Knust de fontibus et consilio pseudoisid. collect., Göttingen 1832; Philips Kirchenrecht IV, 61-102; Maassen Pseudoisidorische Studien, Wien 1885; Schneider KL. X, 600—624; Meurer hist. Jahrb. der Görresges. 1886. VII, 114—127; Gietl ib. 1899 XX, 441—456.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 321—324.

[3]) Cf. Hist. lit. V, 655—657.

[1]) Cf. Hist. lit. V, 528—530.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 391. 396. 771. Etiam Guillebertus episcopus cabillonensis (868—876/77) capitulare simile illi Herardi collegit ex capitularibus regum, quod pro sui cleri reformatione praescripsit. Edidit illud Baluzius in append. Capitularium reg. II, 1377 s.

laicum presbyterum (fl. exeunte sec. IX), cui tribuitur praeclara *regula Solitariorum*, quorum nomine non intelliguntur eremitae vel anachoretae, sed inclusi et sponte incarcerati monachi, qui ex diuturna monasterii probatione, ut ait s. Benedictus, ad singularem non eremi, sed augustae cellae pugnam descendunt. Continetur cc. 69 et inscribitur alteri Grimlaico presbytero, sed de neutro certius aliquid constat, quam quod unus saltem eorum Formoso papae (891—896) familiaris et episcopatu dignissimus fuerit (juxta Mabillonium in annal. bened. ad a. 900). Edidit[1]) eam regulam d'Achery Parisiis 1653 in 16; Holstenius in cod. reg. Romae 1661; Parisiis 1663 II, 278-300; Migne CIII, 575-661.

474. In argumento liturgico versati sunt praeter Florum Aldricus, Metis scholarum rector et Ludovico Pio imp. a confessionibus, cenomanensis episcopus (832—7. Jan. 856), cujus gesta fusius enarrat Baluzius in Miscell. III, 1 ss. Ejus *collectio canonum* in cleri sui utilitatem in varios distributa titulos intercidit; supersunt *statuta* quaedam, quae respiciunt cultum divinum[2]). — Grimoaldus (Grimaldus, Grimoldus) nobili stirpe progenitus in monasterio augiensi institutus est. Muneribus splendidis in aula Ludovici regis est functus, factus archicapellanus et aliquoties cancellarius. Ab eodem rege impositus est, quamvis non esset religiosus, monasterio sangallensi abbas (841). Impensam habuit de hoc monasterio sollicitudinem, ejusque, aedificia, bibliothecam, studium literarium auxit. Cum saepius in aula degeret, pro fovenda disciplina religiosa Hartmut, virum egregium, Rabani discipulum, decani munere sibi substituit († 13. Jun. 872). Dicitur[1]) suscepisse in se provinciam emendandi atque ad pristinam antiquitatem et puritatem restituendi *Sacramentarium* s. Gregorii, in qua tamen negligenter se gessit atque plura novae institutionis reliquit, ut potius illud corrupisse quam correxisse a nonnemine dicatur. Adjecit autem per modum appendicis plures praefationes, orationes, collectas, exorcismos, benedictiones, quas reperit in auctoribus antiquis, etiam tales, quae non erant in usu romanae Ecclesiae, vel illi conformes. Correxisse autem dicitur eodem modo *Antiphonarium* s. Gregorii, de quo non satis constat. Ejus opus edidit Pamelius in sua Liturgica II, 176—388—516, Coloniae 1571; inde ille appendix reperitur in Migne P. L. CXXI, 796—926. — Joannes archiepiscopus nicaenus (fl. 900) in *epistola* ad Zachariam archiepiscopum armenum quaestioni respondet, quare nativitas Domini non 6. Jan., sed 25. Dec. celebretur, quam edidit Combefisius in Auct. III, Parisiis 1648 t. 2, et Migne P. G. XCVI, 1435-1451. Non tamen satis constat de hujus responsi genuinitate juxta Hergenroether Photius 1, 497—500.

475. Addemus Wolfhardum (Wolfadi) monachum et presbyterum haserensem (Herrieden), quem inter hagiographos casu praetermisimus, sed ob argumenti affinitatem et hic laudare licet. Jussu enim Erchanboldi episcopi eichstetensis c. 895 collegit »passionalem librum revera utilem utpote singulorum in anno dierum festa pleniter continentem.« Ita anonymus in lib. de episc. eichstetensibus c. 10. Exstat

[1]) Cf. Hist. lit. V, 685—688.
[2]) Cf. Hist. lit. V, 141—144.

[1]) Meyer v. Knonau Allg. d. Biogr IX, 709 de hoc abbate disserit, sed de ejusmodi opere prorsus tacet. Cf. Werner Alcuin p. 220; Hist. Lit. V, 402—408, ubi p. 408—409 alterius Grimaldi aequalis mentio fit, qui clarus fuerit poëta, adeo ut Homerus diceretur. Eum vitam s. Galli metrice narrasse ferunt.

ejus apographum, quod tamen rationem potius martyrologii prae se fert. Auctor magni Legendarii austriaci[1]) ex Wolfhardo tum alia tum praefationes in singulos menses fere ad verbum exscripsit; ita et compilator Legendarii windebergensis 55 breves vitas seu laudationes sanctorum ex eo desumpsit. Cum vero farrago quaedam sit, in qua multis contractis, resectis, mutatis, depravatis congesta sunt fragmenta ex documentis, quae alibi melius, plenius, fidelius nobis sunt servata, inde forte factum est, quod luce publica nondum fuerit donatum. Fusius illud describunt et specimina hactenus inedita ex eo afferunt Anal. boll. 1898 XVII, 1—23 et 123—216. Vitam seu potius *miracula s. Walburgis* copiose ll. 4 exhibet, quo opere biographi posteriores libenter utuntur[2]). Utitur autem stilo turgido, tumido ac contorto, et verborum inani strepitu narrationem deformat, ut censet Holder-Egger, qui illud edidit pluribus miraculis omissis in MG. SS. XV, 1, 535—555. Plenius illud habes in Mabillonii Act. SS. III, 2, 287—306; in Act. SS. 25. Febr. 523—542; Migne CXXIX, 867-894.

476. In Mariae V. laudes excurrunt duo auctores graeci. Georgius nicomediensis, de quo tamen dubitandum, num locum mereat inter theologos catholicos, cum fuerit assecla Photii, qui eum ex magnae ecclesiae CP. chartophylace praesulem constituit nicomediensem. Photio dejecto et ipse fuit depositus, illoque restituto et Georgius ad ecclesiam rediit nicomediensem. Plures quoque exstant Photii ad eum epistolae. Reliquit orationes plurimas (forte 170, si sunt genuinae), e quibus X tantum prodierunt; IX de b. Maria V. agunt, cujus immaculatam conceptionem egregie testatur[1]). Habes eas in Auctario Combefisii t. I et Migne P. G. C, 1335—1528. — Alter est Petrus natione Siculus[2]), qui Saracenos patriam suam invadentes fugiens in Peloponnesum commigravit ubi Argorum sortitus est episcopatum († v. 3. Maj. 890; juxta alios p. 920). Hic reliquit *orationes* IV, inter quas orationem *in conceptionem s. Annae,* quando concepit s. Dei Genitricem, quam habes in Migne P. G. CIV, 1351—1366 et in Ballerini sylloge cum docta historica disquisitione I, 105—147. Ejusdem est etiam oratio funebris *in s. Athanasium* Methones episcopum, quae legitur in Act. SS. 31. Jan. II, 1125—1130 et in Migne l. c. p. 1365—1380. Quae supersunt habes cur. Cozza-Luzi in Nova PP. bibl. IX Romae 1888 3, 1—80. — Quibus addes Josephum in hymnographum, de quo mox inter poëtas redibit sermo.

477. Ex scriptoribus hactenus laudatis quam plurimi fuere, qui et carmina reliquerint. His poëtas haud paucos addere licet. Audradus Modicus (ita forte se ipsum modestiae gratia cognominavit), chorepiscopus senonensis (847—848), sed in conc. parisino (849) cum omnibus aliis chorepiscopis, qui erant in Francia, depositus († p. a. 853), *librum revelationum,* quo plura pro historia sui temporis

[1]) Fuse de hoc op. inedito, quo 580 vitae passionesve descriptae sunt, disserunt Analecta boll. 1898 XVII, 24—96; de Legendario windebergensi, ib. 97-122.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 682-685; Potthast p. 1630.

[1]) Cf. Ballerini in Monito praemisso fragmento, quod edidit in sua sylloge monum. ad mysterium conc. immac. V. Deiparae illustrandum, Parisiis 1855. I, 148 ss., ubi etiam (p. 147) conqueritur de versione Combefisii „quae nedum perspicuitate, sed interdum ita caret etiam fidelitate, ut in iis, quae ad Virginis conceptionem referri queant, vim sententiae vel enervatam vel fere exstinctam reperias.“ Ehrhard apud Krumbacher p. 166

[2]) Alius tamen est a Petro siculo, cujus supra p. 783 mentionem fecimus. Cf. Ehrhard apud Krumbacher § 167.

utilia continentur, a. 853 obtulit Carolo Calvo [1]). In eo prophetae personam induit. Ejus particulas quasdam exhibet Duchesne Scr. rer. Franc. II, 390—393; Bouquet Recueil VII, 289—391, collectas L. Traube in op. O Roma nobilis, München 1891 p. 374-391, qui et ejus carmina: scil. l. *de fonte vitae* (ed. ab Oudin inter veterum opuscula primo loco Lugduni B. 1692), in honorem s. Petri ap. et b. passionum s. Juliani et sociorum ejus, edidit in MG. hist. poët. lat. aev. Car. III, 1, 67—121. Inedita adhuc est prolixa versibus c. 1100 constans *Passio bb. Juliani et sociorum ejus.* — Idem Traube l. c. p. 392—402 exhibet versus Bertharii ab. casinensis *de miraculis almi P. Benedicti.* De hoc abbate jam supra egimus p. 609 a. Verum quae de ejus martyrio diximus, juxta Traube non satis certa videntur; Anticemenon ll. ipsius non esse idem probat; duo carmina *de s. Scholastica* ipsi tributa sunt dubia; alia perierunt; sermo in s. Lucam evang. exstat in Alcuini Homiliario. — B. Tutilo (Tuotilo) O. S. Ben. sangallensis insignibus animi corporisque donis ornatus, condiscipulus P. Ratperti et Notkeri Balbuli, Itinerarius cognomine, quia saepius excurrere solebat, fuit poeta, pictor et musicus egregius, troporum, qui intra missam cantabantur, auctor († 28. Mart. probabiliter a. 898; juxta Werner 912), cujus ingenii pauca supersunt documenta in Canisii Ant. lect. II, 3, 212 ss.

478. Celeber est s. Josephus cognomine hymnographus, patria Syracusanus, qui florente adhuc aetate Saracenorum Siciliam invadentium furorem declinans in Peloponnesum confugit, ubi relictis parentibus, ut Deo liberius vacaret, Thessalonicam petiit ibique monasticum s. Basilii institutum amplexus in coenobio Latomi dicto. Ob egregiam vitae sanctimoniam dignus existimatus est, qui etsi ob humilitatem invitus, sacerdos ordinaretur. Gregorius Decapolita, qui tunc sanctitate et miraculis florebat (cf. supra p. 728), ejus virtute captus eum comitem habere voluit in itinere suo constantinopolitano. Cum vero Leo Armenus imp. immani furore ss. imagines earumque cultores insectaretur, jussit Gregorius Josephum Romam ire ad pontificem, ut ei Ecclesiae exponeret calamitates: at in itinere a piratis captus in Cretam insulam abductus est, ubi in vincula conjectus obscuro mancipatus est carceri. Miro modo inde ope s. Nicolai ereptus CP. venit, ubi Gregorium Decapolitam mortuum invenit a. 820. Dum sacris hymnis componendis operam daret et populum ad cultum ss. imaginum adhortaretur, a Theophilo imp., qui iconomachiam resuscitaverat, in Chersonam relegatur. Morte imperatoris sopita tempestate a Theodora in urbem regiam revocatus, a s. Ignatio patriarcha custos creatur sacrorum vasorum magnae Ecclesiae (skeuophylax): quo in munere etiam sub Photio, qui eum magni aestimabat, fungebatur. Photio sedem patriarchalem tenente decessit 3. Apr. a. 883. Dum viveret multos in haeresim lapsos ad fidem catholicam revocavit multosque a seculi illecebris, ut vitam profiterentur monasticam, persuasit. Composuit innumeros hymnos passim per ecclesiasticos graecorum libros sparsos. Hinc Lud. Marracci ex Menaeis, ex Horologio, Paracletico, Triodio, Pentecostario, Rituali aliisque Graecorum voluminibus omnes quantum fieri potuit *canones* illius collegit et in Mariale plane aureum totumque gemmeum concinnavit, latine reddidit notisque illustravit, Romae 1662. Est illud gazophylacium innumeris Marianarum laudum et praeconiorum talentis refertissimum, quo tenerrima auctoris

[1]) Cf. Hist. lit. V, 131-133; Potthast p. 125; Ebert II, 273—277.

erga bb. Virginem devotio et amor elucet. Accedunt *Canon* in terrae motus periculo, et laudatio *in s. Bartholomaeum* ap., quae omnia habes in Migne P. G. CV, 983-1426. — *Vitam s. Josephi* seu sermonem in ejus vitam circa a. 890 scripsit Joannes magnae ecclesiae CP. diaconus et orator, quam habes in Act. SS. 3. Apr. I, 269—276, cum docto Henschenii commentario (etiam apud Migne l. c. p. 931-976); et scriptori anonymo tributam apud Octavium Caetanum in vitis SS. Siculorum II, 43 ss., ubi plures etiam ejusdem *hymni* latine redditi ab Ang. Florito leguntur[1]).

479. Nominasse denique sufficiet Adventitium Lotharii regis cancellarium et episcopum metensem (855—c. 873), qui in causa divortii ejusdem regis a legitima sua uxore Theutberga non bene se gessit, sed a Nicolao I. graviter monitus errorem agnovit atque literis ad pontificem datis veniam impetravit[2]); Güntherum archiepiscopum coloniensem († 869), qui in eodem hoc negotio muneris sui oblitus pejus adhuc se gesserat atque contumax adversus Nicolaum I., ab eo fuit excommunicatus atque depositus. Ejus sunt *acta concilii aquisgranensis* a. 862, in quo Lothario fuit permissum, ut repudiata Theutberga matrimonium possit inire cum Waldrada[3]). — Fulconem abbatem s. Bertini, dein successorem Hincmari in sede remensi (882) ob suam erga regem fidelitatem nefarie interemptum († 17. Jun. 900), cujus ep. prodierunt[1]) inter Flodoardi opera et in Migne P. L. CXXXI, 11—14. — Bernardum[2]) abbatem s. Galli cognomento Sereneum (fl. 883—890), cujus *Memoriale* seu monita duodecim fratri monacho data exstant inter Canisii lect. ant. V, 2, 728 ss.; ed. 2. II, 3, 225 ss. — Michaelem patriarcham alexandrinum († 872), cujus exstat ep. *ad Basilium* Macedonem imp. in causa s. Ignatii episcopi CP. et usurpatoris Photii in coll. conc. Labbei VIII; Hardouin V., Mansi XVI etc. — Eliam Theodori patriarchae hierosolymitani syncellum, dein et successorem (881; † 907), cujus exstat *ep. encyclica* pro malaceno episcopo a Saracenis male habito, in Mabillonii Anal. t. III; et *literae* ad Carolum Crassum, quibus ejus auxilium pro Christianis sub Saracenorum jugo gementium implorat, in d'Acherii Spicil. t. II (ed nov. t. III).

---

[1]) Cf. Mongitore bibl. sic. I, 384 ss.

[2]) Cf. Hist. lit. V, 429—436; Hefele Conciliengesch. IV, 496 ss. Adventitii literas hoc in negotio suis analibus ad a. 862—866 inseruit Baronius.

[3]) Cf. Hefele IV § 466 etc.; Hist. lit. de Fr. V, 364—368.

[1]) Cf. Hist. lit. V, 688—694.

[2]) Alius a Bernardo Sapiente, monacho forte anglo vel gallo, qui benedictione accepta a Nicolao I. cum duobus sociis loca sancta Hierosolymis invisit, quod *itinerarium* succincte sed non sine lectoris utilitate descripsit. Prodiit in Mabillonii Actis SS. III, 2, 523—526; ed. ven. III, 2, 473—475; Migne PL. CXXI, 569—574; in Tobler Descriptiones terrae sanctae, Lipsiae 1874 p. 85-99 col. 393—408; et Itinera hierosol. lat. 1877 I, 307—320. Cf. Hist. lit. V, 375 s.; Potthast p. 153.

XVI.

Scriptores ecclesiastici seculi X.

Pars altera (901—950).

480. Quo copiosior scriptorum etiam illustrium in periodo praecedenti numerus, eo sterilius praesens comparet sec. X. dimidium. Nullus inter romanos eminet pontifices: fere omnes brevi tantum tempore sedem occuparunt apostolicam (quatuordecim enim eorum numerantur hoc seculi dimidio). Controversiae antea acriter saepe agitatae conticuerunt, de cultu scil. ss. imaginum, de praedestinatione, de processione Spiritus s., de eucharistia[1]) etc. Nullum reperimus, qui inter theologos vel polemicos referri possit, quod hactenus nunquam nobis contingit. Primus, qui nominari meret, est b. Notkerus, inter magistros sangallenses forte praecipuus, a linguae vitio Balbulus cognominatus, nobilibus parentibus ortus (intra 830—840), discipulus Isonis et Marcelli (Moengall) scotigenae, monachus sangallensis. Bibliothecarii et Hospitarii munere fungebatur in monasterio: scholis etiam claustralibus seu interioribus praefuit. Vir erat non solum insigniter doctus sed et omnium virtutum ornatu illustris. Ita eum depingit Ekkehard junior in casibus monasterii s. Galli c. 3: „Notkerus corpore, non animo gracilis, voce, non spiritu balbulus, in divinis erectus, in adversis patiens, ad omnia mitis in nostratium acer erat exactor disciplinis, . . . in orando, legendo, dictando creberrimus, et ut omnes ejus sanctitatis in brevi complectar dotes, sancti Spiritus erat vasculum, quo suo tempore abundantius nullum[1]).“ Decessit 6. Apr. 912 at-

[1]) De hac libellum composuit Gezo primus abbas s. Petri et s. Martini Tortonae in Liguria (fl. circa hujus sec. medium), sed fere Paschasium Radbertum, exscripsit: hinc Mabillon in Mus. it. I, 89—95 praefationem tantum et capitum indicem edidit, alia Muratori Anecd. III, 237 ss. omissis iis, quae ex P. Radberto et ex aliis patribus hausit; inde Migne CXXXVII, 340—407.

[1]) Distingui debet ab aliis hujus nominis, de quibus infra redibit sermo. De nostro cf. vita ab Ekkehardo Minimo conscripta (erroribus referta juxta Mabillon) in Canisii lect. 2, 552—576; in Actis SS. 6. Apr. 1, 226—247; Mabillonii elogium historicum in Act. SS. VII, 11—22 (apud Migne CXXXI, 983-994); Meyer v. Knonau Lebensbild des hl. Notker von St. Gallen in Mittheil. der antiquar. Gesellsch. in Zürich, 1877, XIX

que post mortem beatorum coetui fuit adscriptus. Inter ejus opera nobis praecipuum est *de interpretibus divinarum Scripturarum* seu de illustribus viris, qui ex intentione ss. Scripturas exponebant, aut ex occasione quasdam sententias divinae auctoritatis explanabant, scriptum ad Salomonem discipulum, postea constantiensis ecclesiae episcopum: in quo recenset etiam libros generatim sacerdoti necessarios; auctores christianos carminum, chronographos etc. Prodiit in Pez thes. anecd. I, 1, 17—41; in Fabricii bibl. lat. III, 293—300. Est introductio utilis in studium s. theologiae. — *Martyrologium,* in quo sequitur praesertim R. Maurum et Adsonem additis subinde notitiis de vita passionibusque sanctorum, in Canisii lect. ant. VI, 761; ed. novae II, 3, 89—184, in qua ed. desunt finis mensis Octobris (a 26. Oct.) et menses Novembris et Decembris. — Ep. *ad Ruodpertum,* qua de obtrectationis crimine se purgat; *Formulae IX.* — Praesertim meruit de s. musica et praeclaras condidit *Sequentias*[1]), quarum auctor salutatur. Habes haec collecta in Migne P. L. CXXXI, 993—1179. — *De gestis Caroli M.* ll. II, historia diffusa stilo barbaro conscripta a monacho sangallensi[2]), ex relationibus Adalberti militis, qui hunnico saxonicoque et slavico Caroli bello interfuit, ejusque filii Werinberti sacerdotis. Canisius conjecit hujus op. auctorem esse nostrum Notkerum, Zeppelin vero et Zeumer Der Mönch von St. Gallen in hist. Aufsätze dem Andenken von G. Waitz gewidmet, Hannover 1886 p. 97—118 id probarunt. Prodiit in Canisii lect. ant. I, 360—428; ed. 2. II, 3, 57—84; Migne XCVIII, 1371—1410; Jaffé bibl. rer. Germ. IV, 631—700; MG. Script. II, 726—763. Multa alia quoque ei veteres scriptores tribuunt, quae cf. Hist. lit. VI, 134—144. *Ex vita* metrica *s. Galli* fragmentum repertum fuit atque editum a. Weidmann Gesch. der Stiftsbibliothek von St. Gallen, 1841 p. 483—493. Duae quoque *epistolae,* quae in l. Formularum Salomonis reperiuntur, ipsius esse dicuntur.

481. Varios s. Scripturae libros interpretatus est Remigius (Rhemigius) O. S. Ben. monachus coenobii s. Germani antissiodorensis, Herici ab. discipulus et in regenda schola c. a. 877 successor[1]). Ita in literis profecit, ut forte totius hujus periodi praecipuus sit theologus. A Fulcone archiepiscopo remensi ad scholam ibidem collapsam regendam et ad florem revocandam invitatus est (c. a. 893) cum Hucbaldo: ipse archiepiscopus cum clericis lectioni ac meditationi sapientiae operam dedit (Flodoardus hist. eccl. rem. IV, 9). Interfecto Fulcone a. 900, ut narravimus p. 871, Parisios transiit, primusque scholam ibidem aperuit, de qua certam saltem notitiam habemus, quaeque incunabulorum instar fuit celeberrimae universitatis parisiensis. In ea docuit philosophiam juxta scripta (*de decem categoriis,* et *de dialectica*), quae s. Augustinus pro Adeodato filio suo

---

fasc. 4; Potthast p. 1496; Fabricius III, 137 ss.

[1]) Baeumker KL. IX, 532: Notkers Bedeutung liegt auf dem Gebiete der Kirchenmusik. Er ist der Begründer derjenigen Art von Kirchengesängen, welche mit dem Namen Sequenzen bezeichnet werden. Quot vero ejusdem Sequentiarum et melodiarum supersint, controvertunt viri critici. Diligenti inquisitione plurimas ei tribuit Werner Notker Sequenzen. Beiträge zur Geschichte der lateinischen Sequenzdichtung, Aarau 1901. Cf. Baumgartner pag. 311; Ebert III, 144—152.

[2]) Cf. Potthast p. 790 s., et p. 995.

[1]) Alius a Remigio lugdunensi fere aequali, de quo supra p. 809 egimus. Ab anonymo sec. XII. dicitur, nescitur qua de causa, „Heymon Sapiens“: hinc forte factum, ut quaedam opera Remigii tribuerentur Haimoni halberstadiensi. Cf. de nostro Hist. lit. VI, 99—122; Zeck KL. X, 1043 s.; Ebert III, 234—236.

composuisse credebatur. Celebres habuit discipulos, inter quos s. Odonem postea abbatem cluniacensem. Obiit 2. Maj. non post a. 908. Haec sunt potiora ejus opera: Commentarius *in Genesim*[1]) succinctus, epitome fere commentariorum praecedentium interpretum, in quo exposito sensu literali allegoricum libentius assectatur qua utiliorem pro animae aedificatione. Editus a Pez Anecd. IV, 1—120; Commentaria (bona et utilia) *in Psalmos* ex Ambrosio, Augustino etc. bene consarcinata, Coloniae 1536 in f.; in bibl. PP. lugd. XVI, 1041—1300; Commentaria *in Cantica canticorum,* quae alioquin nomen praeseferunt Haymonis halberstadiensis, Coloniae 1519; 1529; 1533 etc., cum commentariis *in prophetas minores,* quae pariter prodierunt sub Haymonis nomine (etiam in bibl. lugd. XVI, 961—1040); in aliis ed. deest commentarius *in Oseam,* qui tamen legitur in ed. coloniensi 1529. Haec commentaria, quae non sunt merae compilationes, se pariter commendant brevitate, singulari claritate, utilitate. Scripsisse dicitur et *in quatuor Evangelia,* quae tamen commentaria nondum videntur prodiisse. Commentarius *in epistolas s. Pauli* saepissime prodiit, ut Parisiis s. a.; 1533; 1538; 1541; 1542; Argentorati 1519 ed. praestans et rara; Hagenau 1531; 1534; in bibliothecis PP. etc., sed sub nomine Remigii remensis vel lugdunensis, vel Primasii, plerumque sub nomine Haymonis: cui tributus fuit, et commentarius *in Apocalypsin* saepius editus Coloniae 1529; 1531; Parisiis 1531; 1535; 1540 etc., qui verius est Remigii nostri: est autem veluti epitome commentarii b. Ambr. Autperti (p. 676) atque affinis Alcuini commentario in hunc eundem sacrum librum. — *Expositio de celebratione missae* succincta, utilis, pia epitome l. Flori *de actione missarum,* quam probabiliter pro suis concinnavit discipulis. Eam integram recepit auctor op. *de divinis officiis* Alcuino suppositi ut diximus p. 708, est enim, ut conjicitur, sec. XI. Saepe prodiit, ut in bibl. PP. lugd. XVI, 932—961; Migne CI, 1246 etc. — Exstant praeterea *homiliae XII* in Matthaeum apud Fontani Novae erud. deliciae III, 83—220; tr. *de dedicatione Ecclesiae* apud Martene de ant. Eccl. ritibus III, 305—323; ed. novae II, 768—786; *Glossae* in Sedulium poetam[1]), *Musica, epistolae* etc. Nulla prodiit operum collectio; pleraque habes in Migne P. L. CXXXI, 51—970 et CXVII inter Haymonis opera. — Multa alia adhuc ei tribuuntur, ut Grammaticalia, seu glossae in Prisciani et Donati grammaticas per totum medium aevum celebres, vel quae nondum prodierunt, vel perierunt vel sunt dubia, ut *interpretatio nominum hebraicorum* ordine alphabetico (inter Bedae opera); ep. *ad Dadonem* ep. virdunensem, in qua explicat, quid de Gog et Magog apud Ezechielem intelligendum sit, et de Hungarorum origine quaedam narrat, apud Martene coll. ampl. I, 230—236; qui et VIII, 282—284 prolixum exhibet *de eucharistia* fragmentum.

482. Leo Patricius, de cujus fatis nihil nobis innotuit (fl. c. 910), auctor est *eclogarum* sacra Biblia illustrantium scil. in Octoteuchum, in ll. Regum et Paralipomenon, in Evangelia

[1]) Praetermittimus Moysen Bar Kepha auctorem syrum episcopum jacobitam, Severum cognominatum (n. c. 813; † 12. Febr. 903, juxta Streber KL. I, 1986 † 13. Febr. 913), qui plurima composuit opera, inter quae et *Hexaemeron,* et commentarium *de paradiso,* quem latine vertit Masius Antverpiae 1569; in bibl. PP. lugd. t. XVII. Cf. Duval La Littérature syriaque passim, praesertim 391.

[1]) Cf. J. Huemer Ueber ein Glossenwerk zum Dichter Sedulius, zugleich ein Beitrag zu den grammatischen Schriften des Remigius von A., Wien 1888.

Matthaei, Lucae et Joannis, in actus apostolorum, in epistolas Jacobi, Petri (2), Joannis (3) et Judae. Harum eclogarum specimen in Gen. caput 1. exhibet Mai bibl. novae PP. VI, 541; inde apud Migne P. G. CVI, 1019—1022. — Neque aliquid certi innotuit de Basilio[1]) neopatrensi metropolita (fl. c. 930), qui elaboravit *interpretationem XII prophetarum*, cujus tantum prologum edidit Mai ib. VII, 540, et Migne CXI, 411—417. — Arethas archiepiscopus caesariensis, de cujus aetate magna inter eruditos fuit dissensio[2]), hanc cathedram occupasse videtur ab. a. c. 901 usque ad a. forte 940. Vir erat admodum eruditus, qui diligenter veterum scriptorum codices colligebat, quibus manu propria scholia et notas adjecit. Ex patrum scriptis, in primis ex Andreae caesariensis (cf. p. 489) et Oecumenii (p. 575) commentariis, in Apocalypsim concinnavit c. a. 895 (juxta alios p. a. 913) *synopsin scholiasticam* (σχολικήν) in eandem cc. 72 comprehensam, quae primum prodiit Veronae 1532 in app. opp. Oecumenii; Parisiis 1631 etc.; cur. Cramer in op. Catenae in ep. catholicas; accesserunt, Oecumenii et Arethae commentarii in Apocalypsim, Oxonii 1844, VIII, 176—582, cujus textus in nonnullis locis uberior est textu ed. veronensis[1]); Migne P. G. CVI, 487—787. — Praeterea supersunt Oratio *de ss. MM. Samona, Guria et Abibo* (apud Surium latine 15. Nov.); oratio insignis *de translatione s. Euthymii* archiep. CP. († 911) apud Lipomanum de vitis SS., Venetiis 1554 t. III, utraque apud Migne p. 787—806.

483. Huc referri potest s. Odo „ardentissimus amator monasticae religionis, qui monachorum gemma, qui discipulorum suorum gloria fuit," ut merito dicitur ab Anonymo mellicensi de script. eccl. c. 75. Parentibus pietate et nobilitate illustribus precum fructus natus est a. 879. A patre armis addictus praetulit in claustro sequi castra Christi: hinc juvenis a. 19 ingressus est coenobium canonicorum s. Martini Turone, ubi et archicantoris munere fungebatur. Lectione regulae s. Benedicti ad plenius renunciandum mundo impulsus ingressus est ordinem s. illius patriarchae. Receptus a b. Bernone in Balmae monasterium c. a. 909, cui intulit bibliothecam suam centum voluminum. Probatione facta puerorum seu novitiorum curam gerere est jussus. Post Bernonem († 927) electus est invitus admodum in ejus successorem ipsiusque curae commissa tria monasteria, cluniacense, masciacense ac dolense. In cluniacense monasterio residere statuit illudque exacta religiosae disciplinae custodia promovit ad tantum

[1]) Ab hoc distingui debet Basilius Caesareae Cappadociae episcopus (945—956), qui, ne cum s. Basilio M. confunderetur, pro modestia sua voluit vocari Minimus. Hic scripsit amplissima in s. Gregorii naz. *orationes* commentaria haud spernenda, ex quibus *Scholia* ad orationes Steliteuticas contra Julianum imp., ad ejusdem encomium Heronis philosophi et ad orationem funebrem in Caesarem fratrem edidit Boissonade († 1857) in Notices et Extraits des Mss. de la Bibl. du Roi, Parisiis 1827 XI, 55 ss.; Migne P.G. XXXVI, 903-916; 1073-1226.

[2]) Cf. Harnack die Ueberlief. der griech. Apologeten des 2. Jahrh. Leipzig 1882 p. 28 ss., praesertim p. 36—46. Der Erzb. Arethas v. C. seine Studien und seine Bibliothek; Diekamp hist. Jahrb. 1897 XVIII, 8 ss.; Fr. Delitzsch Wann lebte Arethas, Ztschr. f. luth. Theol. 1863 XXIV, I, 12-16; Otto über das Zeitalter des Erzb. A., Zeitschr. für wissensch. Theol. 1878 XXI, 539; Ehrhard apud Krumbacher p. 130 s. et hunc ipsum p. 524 s.

[1]) Heinrici Realenc. II, 5: Die Ausgabe Cramers giebt nicht den eigenthümlichen Text des Archetypus wieder, den die erste Ausgabe des A. (Verona 1532) hat, sondern verfährt im Abdruck desselben grundsatzlos und willkürlich (Delitzsch handschr. Funde II, 1862, S. 26 s.).

splendorem, ut factum sit congregationis cluniacensis centrum et reformationis fons. Ob virtutis et prudentiae famam magni factus est a romanis pontificibus et principibus, hinc ter in negotiis ecclesiasticis Romam est accitus et pacis sequester constitutus. Decessit Turone 18. Nov. 942 (juxta alios alio anno) magnis encomiis ab aequalibus et posteris fuit celebratus et sanctorum catalogo adscriptus[1]). Ejus *opera* collecta (non tamen omnia) habentur in bibliotheca cluniacensi, quae prodiit Parisiis 1614; et in Migne P. L. CXXXIII, 107—858. *Moralia s. Gregorii* M. diu reluctans sed fratribus instantibus in compendium redegit[2]) l. XXXV, „igne lectionis praefatae historiae flagrans, ut ait in praef., quam toto nisu memoriter ut intellectam retinere valeam laborans", Parisiis 1617 in 8; in bibl. PP. lugd. XVII, 315-465. — *Collationum* seu etiam Occupationum ll. III, in quibus tristissimam morum corruptionem, superbiam praesertim, luxuriam et malitiam laicorum, clericorum et monachorum sui temporis deplorat, in Bibl. PP. lugd. XVII, 272—213. — *De vita s. Geraldi* auriliacensis comitis († 909) ll. IV stilo simplici et claro conscripti, in Actis SS. 13. Oct. VI, 300—332. Hujus operis duplex exstat recensio, altera prolixior et ut videtur originalis scripta post a. 923; altera brevior, illius epitome ab ipso s. Odone vel ab aliquo monacho auriliacensi confecta[1]), primum edita a G. M. F. Bonange S. Géraud d'Aurillac et son illustre abbaye, 1870 I, 361—387; ed. 2. 1881 I, 370—397. — *Vita s. Gregorii turonensis,* quam non integram describit, sed tantum quaedam ex ejus opp. vel ex Fortunato pictav. ad aedificationem excerpit[2]). Optime reperitur in ed. opp. s. Gregorii cur. Ruinart. — Supersunt et *sermones* V, *hymni* aliquot, *Antiphonae* XII, quibus „nihil in symphoniae modulationibus reperiri dulcius posse videtur", ut legitur in ejus vita auctore Joanne I, 10; *opuscula musica,* nam s. Odo laudatur ab antiquis ut musicus insignis. Alia ejusdem scripta perierunt, ut commentarius *in ll. Regum;* suppositus omnino est tr. *de reversione b. Martini* a Burgundia, qui potius est Adami Persennae ab. Supposita pariter videntur tr. *quod b. Martinus par dicitur apostolis; Chronicon* ab o. m. usque ad a. 937 etc. — Opus majus seu carmen eruditum *Occupatio* inscriptum, in quo agit de opificio Dei i. e. de opificio sex dierum, de angelorum creatione et lapsu, de peccato et gratia, de patriarchis V. T. etc. usque ad consummationem seculi, prodiit cura et diligentia Ant. Swoboda, Lipsiae 1900. —

[1]) Ejus *vitam* scripserunt Joannes prius canonicus, sed qui Odonis sanctitate allectus Roma eum secutus est Cluniacum, ubi induit vestem s. Benedicti, ll. 3 stilo simplici et candido scriptis (in biblioth. cluniac. p. 13—56; Migne CXXXIII, 43—86 etc.), quae vita merito laudatur, de qua cf. E. Sackur in N. Arch. der Gesellsch. für ältere deutsche Geschichtsk. 1889. XV 105—16; Hist. lit. VI, 265—271. — Nagoldus monachus cluniacensis c. 1090, cujus *vita* extat in bibl. cluniac., Migne ib. p. 85—104; in actis SS. Mabillonii V, 186—199, et scriptor anonymus sec. XI. Cf. Mabillon s. Odonis elogium hist. in Act. SS. V, 124—150 et apud Migne l. c. 9-44; Hist. lit. VI, 229—253, ubi ejus opera, etiam perdita et supposita diligenter recensentur. Potthast p. 1499.

[2]) Idem praestitit Adalbertus O. S. Ben., qui erat scholarum rector in monasterio s. Vincentii metensi (fl. c. 970). Hujus compendii, quod inscripsit *Speculum*, per Galliam satis vulgati, Martene vulgavit in Anecd. thes. I, 84 tantum praefationem. Cf. Hist. lit. VI, 395-397.

[1]) Cf. de controversia hinc oborta, quaenam sit originalis et num utraque auctorem habeat s. Odonem Anal. boll. 1895 XIV, 89-107; Sackur die Cluniacenser in ihrer kirchl. und allgemeingesch. Wirksamkeit II, 334 not. 3; Ebert III, 197—201.

[2]) Monod Études critiques sur les sources de l'hist. Mérovingienne Parisiis 1872 p. 25 genuinitatem hujus historiae in dubium revocat.

nasterii sangallensi (fl. 925), qui alius est a Waldramno episcopo argentoratensi (cf. p. 891 a.), tribuitur *versio Psalmorum* in linguam vernaculam. De ejus carminibus cf. Ebert III, 152 s. — Adastonis monachi corbejensis (fl. 901) commentarius *in Danielem* periit.

484. Plures jam versati sunt in historia[1]). Regino, si annalibus prumiensibus sec. XVI descriptis fides, nobilibus parentibus Altrepii (Altrip) ad Rhenum natus est. Prioris vitae fata, donec a. 892 prumiensis in Arduenna monasterii regimen accepit, nobis sunt incomperta. Quo aemulis agentibus, ut ipse conqueritur, destitutus, a. 899 Richarium fratrem Gerhardi et Mathfridi potentissimorum in Lotharingia comitum »invidiosum sui negotii successorem« sustinuit, et reliquo vitae in monasterio s. Maximini prope muros Treviricae urbis exacto, ibi etiam diem supremum obiit (915). Otium, quo ultimis vitae annis fruebatur, conscribendis libris impendit, inter quos eminet *Chronicon* (ad a. 906) una cum anonymi[1]) continuatione (egregia) usque ad a. 967, saepius typis datum, quod illud historiae illustrandae multum conferre dudum omnibus persuasum esset. Re tamen diligentius inspecta magnam illius partem parum utilitatis legentibus afferre fatendum est. Nam l. 1. (a Christo n. — 718) Bedae Chronico de sex aetatibus mundi veluti fundamento suo superstructus in rebus enarrandis nihil fere nisi ipsa fontium verba sententiasque profert. Exscribuntur in eo praeter Bedam martyrologium aliquod an-Waldramno O. S. Ben. decano mo-

[1]) Praetermittimus Josephum Genesios, qui in sua *historia* de rebus constantinopolitanis ll. IV (βασιλειῶν) gesta quinque imperatorum (813—886 stilo inculto et implexo narrat, Leonis V. scil., Michaelis II; Theophili, Michaelis III et breviter Basilii I. (813—886). Prodiit (mendose) inter scriptores byz. cum notis Steph. Bergler t. XXIII. Venetiis 1733; cur. C. Lachmann (parum accuratius) Bonnae 1834; Migne CIX, 991-1156. Floruit auctor noster medio hoc sec. Cf. Krumbacher Gesch. der byz. Lit. p. 164 s. — Asserio O. S. Ben. ex Menevia, Cambriae metropoli, episcopo schireburensi in Anglia († 909), tribuitur *Chronicon* sive Annales a Julii Caesaris in Britanniam adventu usque ad suam aetatem, ab anonymo ad a. 914 continuatum, ed. a Thoma Gale Hist. Brit. script. p. 141—175, Londini 1861 t. 2 cum versione anglica, quod tamen ab aliis ipso plane indignum judicatur. Neque plane certum est, num ipsius sint *Annales rerum gestarum* Aelfridi magni regis, seu gesta Alfridi, seu Historia de rebus gestis Alfredi Anglo-Saxonum regis (ab a. 855—887), saltem ea forma, qua habentur edita; cum notis Henr. Spelmani, Oxonii 1678; apud Hearne 1707 I, 1 ss.; cur. Fr. Wise Oxonii 1722 ed. optima; in Monum. hist. Brit., Londini 1848 I, 467—498. Asserius erat Alfredo a consiliis eique auctor condendae academiae oxoniensi et in promovendis literis strenuus adjutor. Cf. Potthast p. 222s. — De Cormac Mac Culinam rege, belli duce et episcopo († 907 vel 903) cf. Bellesheim l. c. I, 267. — Alphonsus III hispanus, a rerum gestarum claritudine Magnus dictus, 45 a. rex rex victoriosissimus († 912, juxta alios 910), scriptor quoque creditur brevis *chr. nici* Sebastiano cuidam inscripti (hinc a nonnullis Sebastiano salmanticensi episcopo per errorem attributum fuit). Prosequitur in eo sermone non inepto historiam ab a. 612—856, atque inscribitur *Chronica Visigothorum* a tempore Wambani regis usque nunc (856), apud Prud. Sandoval Historia de cinco obispos (scil. cum chronicis Idacii, Isidori pacensis, Sampiri asturicensis et Pelagii ovetensis) Pampelonae 1615; 1634; Florez España sagr. XIII, 467-477; Migne CXXIX, 1111—1124. Cf. Nic. Antonius Bibl. vet. hisp. l. VI c. 10.

[1]) Giesebrecht Gesch. der deutschen Kaiserzeit 1[5], 778 conjicit hunc esse Adalbertum Lotharingum, antea monachum s. Maximini trevisensem, dein ab a. 968—981 primum archiepiscopum magdeburgensem, indefessum in munere pastorali propagandae confirmandaeque religionis christianae in magna sua divecesi. Cf. Wattenbach Allg. deutsche Biogr, 1, 62 et Geschichtsquellen I, 342, qui hanc continuationem plurimum laudat; Bresslau in N. Arch. der Ges. für ä. d. Geschichtsk. 1899—1900 XXV, 664—671.

tiquum aut vitae sanctorum, tum gesta regum Francorum, Pauli diaconi historia Longobardorum, gesta rom. pontificum, gesta Dagoberti, et ubi Bedae chronicon non amplius sufficeret, annales petaviani et laurissenses etc. Annis 814—870 ordinem rerum gestarum in tantum pervertit, ut omnia ea non monumentis, sed quas ipse fontem suum esse confitetur, patrum relationibus et memoriae non satis fidae deberi pateat. Tamen post a. 870 ipse non indiligens temporis sui spectator plurima alias incognita memoriae servavit, sed vel in iis fieri potuit, ut non omnia suo anno assignaret, cum totum opus post a. demum 900 inchoaret. Auctorem vero consulto nunquam veritatem adulterasse tota operis ratio et ea, quae a. 892 et 899 de se ipso profitetur, persuadent[1]). Dividitur in ll. II, quorum primus inscribitur de temporibus dominicae incarnationis et pertingit ad mortem usque Caroli Martelli, et est quasi praeambulum ad l. alterum, qui inscribitur de gestis regum Francorum, quae ab a. 741 ad a. 906 more annalistico persequitur. Stilus est satis purus et naturalis, ubi fontes non loquuntur. Prodiit primum Argentorati 1518; Moguntiae 1521 ed. rara; et aliis edit. omissis cur. Pertz Mon. Germ. I, 536—612 cum contin. 614—629; Migne CXXXII, 13-174; inter Script. rer. Germ. in usum schol., Hannoverae 1890, ubi etiam habes ep. ad Hattonem I. archiep. moguntinum; et ad Radbodum archiep. trevirensem *de harmonica institutione* scil. de cantu, apud Gerbert SS. eccl. de musica sacra I, 230-247, plenius apud Coussemaker SS. de musica medii aevi, Paris 1867 II, 1-73 (Migne p. 483-502). Ejus praeterea sunt ll. II *de synodalibus causis et disciplinis ecclesiasticis* jussu Radbodi ex diversis ss. patrum conciliis atque decretis collecti, in synodo ab eodem archiepiscopo a. 906 promulgati et praescripti qui essent per modum enchiridii et pro norma in visitatione dioeceseos servandi. Prior l. continet praescripta circa cleri disciplinam, alter respicit disciplinam pro laicis. Uterque l. complectitur pp. duas, unam inquisitionum (95 et 89), alteram decretorum et statutorum (443 et 446) secundum materiae ordinem[1]). Prodiit Helmstadii 1619 cur. Jo. Hildebrando, sed textu pro arbitrio mutato; cur. Baluzio Parisiis 1671 notis illustratus; rec. Viennae 1765; apud Harzheim Conc. Germ. II, 438; cur. Wasserschleben Lipsiae 1840; Migne p. 185—370.

485. In Oriente[2]) Eutychius, qui cognominatus est Said Ibn Batrik, celeber fuit medicus, et patriarcha alexandrinus ab a. 933 († 4. Maj. 940). Juxta accuratam veri rationem collegit historiam seu annales de cognitione historiarum universalium (seu contextionem gemmarum, syntagma substantiae, medullam historiae) a tempore Adami ad annos Hegrae islamiticae (ad a. 938), qui arabice scripti sunt ad ipsius fratrem Isa: quod opus quamvis complectatur fabulosa peccetque in chronologiam, non caret pretio ob notitias ex fontibus nobis deperditis in eo asservatas. Illud versum edidit Seldenus Londini 1642; Migne CXI, 907—1156. Ex ipsis periocham excerpsit Seldenus *de Ecclesiae alexandrinae originibus* ediditque seorsim cum magno commentariorum apparatu ib.

[1]) Cf. Pertz in praef. suae ed., ex quo haec decerpsimus (etiam apud Migne CXXXII, 9—14); Marx- de Lorenzi KL. X, 944 - 947; Potthast p. 956 s.; Hist. lit. de la Fr. VI, 148—154; Ebert III, 226—231.

[1]) Cf. ejus conspectum apud Werner Alcuin p. 243 ss.

[2]) De Joanne Kameniate presbytero thessalonicensi, qui testis oculatus describit stilo fideli et vivaci expugnationem urbis suae patriae (31. Jul. 904), cf. Krumbacher l. c. p. 265 s. Reperies eam in Migne P. G. CIX, 519—653.

1642, sed versione sua adulteravit praecipuos Eutychii locos vel commentariis sensum pervertit, ut Eutychium non lubentem, sed invitum ac nimium reluctantem in suorum conduxerit castra, adeo ut personatum anglum sub Eutychii nomine et larva in scenam prodeuntem et errores contra hierarchiam ecclesiasticam, quae juris sit divini, confirmantem comperies. Seldeni perversa placita de ordine hieratico confutanda in se suscepit Abraham Ecchellensis in suo *Eutychio vindicato* Romae 1661 edito. — Magnae utilitatis pro historia Orientis hujus temporis sunt *epistolae CLXIII* s. Nicolai, qui fuit Leonis Sapientis imp. non solum secretioris ejus consilii senator sed ipsius senatus oculus seu praeses (hinc »Mysticus« cognominatus) et ab hoc munere translatus ad patriarchatum CP. (a. 901): sed quia imperatoris nuptias quartas reprobabat, sede pulsus est a. 907: quam nonnisi a. 911 sub Alexandro Leonis fratre recuperavit (a. 911 vel 912) atque tenuit ad a. 924 vel 925. Laudatur a pastorali zelo, constantia et eximia caritate. Edidit illas ex cod. vatic. Mai in Spicilegio rom. X, 2, 164—440; Migne CXI, 27—322; dein subjicitur 391—406 opus *ad praepositum sacri Montis,* ut typum in ordine vitae ex ejusdem Spicil. IX, 611 ss.

486. Ad historiam Formosi romani pontificis (891—896) referri possunt scripta Auxilii natione forte Franci vel Germani[1]), qui tamen in Italia commorabatur et a Formoso ordinatus fuerat, sed num diaconus vel etiam presbyter non liquet. Cum vero in necrologio montecassinensi legatur ad diem 25. Jan. mors cujusdam Auxilii diaconi et monachi, qui *in Genesim* commentaria reliquerit, cujus Mai in Spicil. rom. t. IX. fragmenta edidit, suspicati sunt nonnulli, eum esse eundem cum nostro Auxilio. Post Formosi mortem duplex agitabatur controversia, num scil. ejus ad sedem apostolicam electio fuerit canonica, et num ejusdem ordinationes fuerint validae: declaratae siquidem fuerant ab ejus successoribus Stephano VI (VII) et Sergio III invalidae. Pro earum valore magna libertate pugnavit pluribus opusculis noster Auxilius: *De ordinationibus* a Formoso papa factis; *Infensor et Defensor* per modum dialogi cum ep. praevia ad Leonem episcopum nolanum, utrumque stilo claro et forti scriptum c. 411, et editum a Morino ad calcem op. de eccl. ordinationibus, Parisiis 1655 p. 348; Antverpiae 1694 p. 282-309; Migne CXXIX, 1059—1102; in quo tamen non omnia approbanda sunt, quae auctor asserit; l. cujusdam requirentis et respondentis seu libellus *super causa et negotio Formosi papae,* in forma dialogi inter Insimulatorem et Actorem magna arte dialectica conscriptus. Eum reperit Mabillonius absque auctoris nomine, sed Auxilii esse censuit suisque Analectis intulit IV², 28—32. Migne p. 1103—1112. Videtur tamen esse Vulgarii juxta Dümmler op. mox. cit. — *Invectiva in Romam* (vehemens) inventa et edita sine nomine auctoris a Bianchini in proleg. ad l. pontificalem est pariter pro Formoso et a Dümmler (qui illam edidit cum Gestis Berengarii p. 137—154 coll. 66—72) adscribitur Eugenio Vulgario alteri Formosi apologetae (fl. intra 887—928); juxta Hergenroether vero est compilatio ex scriptis Auxilii (Photius II, 370. 373 not. 9). Exstat etiam in Migne P. L. CXXIX, 823—838. — Dümmler in op. Auxilius et Vulgarius, Quellen und Forsch. zur Gesch. des Papstthums im Anf. des 10. Jahrh., Lipsiae 1866 edidit insuper

[1]) Hefele Conciliengesch. IV², 562 suspicatur Auxilii nomen esse fictum. Cf. Hist. lit. VI, 122—127; Potthast p. 128; 1101; Ebert III, 236—239. De ejus operibus cf. Ceillier Hist. génér. des Auteurs sacros et eccl., Paris 1862 XII, 748—753.

alia duo Auxilii opuscula: *In defensionem sacrae ordinationis* papae Formosi p. 59—95 (c. a. 908 vel 909); libellus *in defensionem Stephani ep.* et praefatae ordinationis. Stephanus scil. pariter transierat a sede sorrentina ad neapolitanam: hinc ejus electio in episcopum neapolitanum et ordinationes in dubium ab aemulis fuere vocatae. Ib. p. 96—109. Idem reperit alia cc. 6 libelli, quem supra primo posuimus loco; et Vulgarii scriptum *de causa Formosiana,* in quo valorem ordinum a Formoso collatorum tuetur, ib. 117-139. Vulgarii *epistolas* et *carmina* ibidem habes p. 139—156.

487. Joannes diaconus seu praeses diaconiae i. e. xenodochii ad ecclesiam s. Januarii Neapoli[1]), unus ex doctioribus et cultioribus viris Italiae hac aetate continuavit stilo fide digno et vivaci *chronicon episcoporum neapolitanorum* ab. a. 762—872, ab anonymo coeptum medio sec. IX, et a Petro subdiacono († p. 960) tertia auctum parte[2]); hujus tantum superest fragmentum. Prodiit illud integrum inter Muratorii Ital. rer. script. I, 2, 291-318; in Mon. G. script. rer. langob. p. 402—436; ed. Bart. Capasso inter Monumenta ad neapolitani ducatus historiam pertinentia, Neapoli 1881. I, 155—221. Seorsim ex eo prodierunt *vita Joannis II.* ep. neapolitani († 653) in Act. SS. Jan. I, 32; *vita s. Athanasii* ep. neapolitani (850—872) in actis SS. 15. Jul. IV, 75—77; apud Muratori op. cit. II, 2, 1046 VII—XII. Cum ob Saracenorum invasiones reliquiae s. Severini transferendae essent in castrum Lucullanum, ipse hanc descripsit lectu dignam translationem, quam habes in Act. SS. Jan. 1, 1098-1103; in MG. l. c. p. 452—459. In eo narrat *Martyrium s. Procopii* ep. tauromenitani ejusque sociorum a Saracenis in ejusmodi invasione occisorum a. 909, apud Octavium, Vitae SS. Sic. II, 6 et apud Muratori l. c. p. 269, qui textum exhibent nonnihil a Bollandistis diversum; *Translatio s. Sosii* (a. 910) in MG. SS. l. c. p. 459 s.; cum *vita s. Januarii,* in actis SS. Sept. VI, 874 s.; quae omnia conscripta sunt stilo rhetorico et vivaci. Latine vertit ex textu graeco Evodii *martyrium XL martyrum sebastenorum* († 320), in Act. SS. 10. Mart. II, 22—25. *Vita s. Nicolai* Mirae ep. reperta a Mai in Spicil. IV, 323 s. — *Chronica s. Benedicti* casinensis (529—867) videtur esse Joannis Capuae illustri loco nati, qui ex archidiacono capuano factus est monachus et ob singularem morum maturitatem abbas electus est († 934). Ipse enim teste Petro diacono de viris ill. casin. c. 15, »de persecutionibus ejus coenobii et de mirabilibus inibi factis chronicam succinctam, sed valde necessariam loco descripsit.« Integram dedit[1]) Waitz in Mon. G. Scr. rer. langob. p. 468—488; partem priorem Muratori op. cit. II, 1, 264—269; Pertz sub inscriptione Chronicon casinense 568—867 in MG. script. III, 222—230; Migne CLXXIII, 977—990; p. alteram inscriptam *Chronica* de monasterio ss. Benedicti in Pertz in op. cit. p. 198—205; apud Tosti Storia di Monte Casino 1842. 1, 129. Opere nostri Joannis usus est Leo Ostiensis in suo Chronico. Tribuitur ipsi et *Chronicon* postremorum comitum Capuae editum ab Ant. Caraccioli inter quatuor antiquos chronologos, Neapoli 1626 in 4; a Camillo Peregrino in hist. princ. Langob. Napoli 1643; in Muratori Script. rer. It. t. II. 1, 272—279 et in

[1]) Cf. Streber KL. VI, 1651: Potthast p. 516.

[2]) Ab hoc distingui debet alius Petrus subdiaconus ecclesiae neapolitanae, qui exeunte sec. XI. SS. vitas e graeco latine vertit; et forte ille, cujus esse dicitur Miracula s. Agnelli ab. urbis Neapolis protectoris († 14 Dec. 596) ed. B. Capasso in Monum. ad neapol. ducatus hist. pertinentibus 1881 I, 307—322.

[1]) Cf. Potthast p. 224.

Graevii thes. antiq. It. t. IX. 1, 168.

488. Bertarius (Bertharius, ex amanuensium mendo Bercharius, Bercarius) canonicus s. Vitoni (S. Vannes) reliquit *historiam* hortatu Dadonis episcopi ex fontium, quos incendium ecclesiae cathedralis a. 916 vel 917 combusserat, defectu satis brevem, sed fidelem, *episcoporum virdunensium* ab a. 332—887, quae exstat apud d'Achery Spicil. XII, 251; ed. novae II, 234—262; Calmet Hist. de Lorraine I, 193—206; Pertz Mon. script. IV, 36—45; Migne CXXXII, 501—516. Eam continuarunt anonymus quidam, Laurentius leodiensis aliique, ut diximus t. IV n. 47. Vitam produxisse videtur Bertarius [1]) ad a. 917. — Agio ex abbate vabrensi archiepiscopus narbonensis († 926) narrat [1]) *historiam fundationis abbatiae vabrensis* (Aveyron) in pago ruthenico (Rovergne) 860—906, in Migne P. L. CXXXII, 781—786. — In ep. Thiadmar (Theodmar, Dietmar) archiepiscopi salisburgensis († 28. Jun. 907) cum episcopis Bavariae ad Joannem IX. papam non unius urbis, sed totius orbis, quaedam continentur, quae spectant ad Slavorum conversionem. Saepius fuit edita, ut a Cordes inter opuscula Hincmari rem. Parisiis 1615 1, 641-646; Hund Metrop. salisb. p. 44—46; bibl. PP. lugd. XVI, 766 s. — Exstat et Hattonis O. S. Ben. archiepiscopi moguntini (891—912) ep. ad eundem pontificem ad tuendos Bavariae episcopos adversus Slavorum exceptiones (Labbe coll. conc. IX, 496—498; Migne P. L. CXXXI, 1179—1182). Ei videntur tribuendi *canones* 58 conc. triburensis a. 895, de quibus cf. Hefele Conciliengesch. IV § 509. — Aliquot epistolas Hermanni archiepiscopi coloniensis (c. 890—925) reperies apud Floss Die Papstwahlen unter den Ottonen.

489. Sequuntur plures hagiologi. Benedictus O. S. Ben. wessofontanus abbas († 934) collegit *Kalendarium,* quod reperies apud Leutner Hist. monasterii wessofontani, Augustae V. 1753. II, 1—14; Mon. Germ. hist. Necrol. I, 42—52. — Nicephorus [1]) philosopus et orator patriarchae CP. scripsit *orationem funebrem* sive narrationem encomiasticam *s. Antonii* cognomento Cauleae patriarchae CP. († 891), quam habes latine tantum in Actis SS. 12. Febr. II, 621-629; Migne P. G. CVI, 177—200 (cum commentario praevio). — Archanaldus a. 905 jussu Rainonis ep. andegavensis *vitam s. Maurilii* ep. andegavensis († 453) a Magnobodo (cf. p. 613 a.) compositam recognovit et sub Venantii Fortunati nomine vulga-

[1]) Cf. Hist. lit. VI, 154-156; Potthast p. 156. — Dado ipse historiam sui temporis scripsisse fertur, quae tamen periit. Exstat tantum fragmentum historicum *de vita Hattonis et Bernhardi* praedecessorum suorum (Migne CXXXII, 779). Sedem tenuit ab a. 881—923. In ejus laudes excurrunt carminibus Waldrammus (Baltrannus) episcopus argentoratensis († 12. Apr. 905 vel 906) et Salomo discipulus Notkeri clarissimus, vir egregiis animi dotibus ornatus abbas sangallensis, dein episcopus constantiensis (893-919), quae habes in Migne P. L. CXXXII, 561—574. Huic tribuuntur *Formulae alsaticae* collectio scil. formularum et epistolarum magni momenti pro historia illius temporis. Illas primum integre et critice edidit Dümmler *Das Formelbuch des B. Salomo,* Lipsiae 1857. Cf. Zeumer N. Arch. der Ges. für ä. d. Gesch. VIII, 506—540; Wattenbach I[5], 257 s.; Ebert III, 154 ss.

[2]) Cf. Hist. lit. VI, 199—201; Potthast p. 26.

[1]) Alius ab eo est Nicephorus presbyter CP., qui s. Andreae Salo († 956) a confessionibus fuit, et psius *vitam* composuit prolixam ob narrationem multorum miraculorum, visionum, revelationem etc., quam habes in Actis SS. 28. Maj. VI, Cor. 4*—11*; in Migne P. G. CXI, 627—888. Hic Nicephorus juxta quosdam (cf. Oudin I, 1580 s.) idem est cum Nicephoro Simeonis Stylitae junioris biographo, de quo supra p. 547 a. egimus.

vit. Eam habes inter hujus opp. ed. Lucchi Romae 1786 II, 156—171; Migne P. L. LXXXVIII, 563—576; plene in H. Bordier Les livres des miracles et autres opuscules de G. Fl. Grégoire de Tours, Paris 1864 IV, 125—159; in Mon. Germ. auct. ant. IV, 2, 82—101 cur. B. Krusch [1]). — Alius hic est ab Erchanbaldo (Erganbaldo) O. S. Ben. ineunte sec. X abbate s. Trudberti in Brisgovia, qui scripsit *vitam s. Trudberti* (Rudberti) hiberni martyris (a. 607), quae est retractatio et ampliatio Actorum Trudperti M. omnium quae exstant antiquissimorum ed. ab J. M. Lorenz, Argentorati 1777 in 4. Prodiit[2]) in Pezii ep. ad M. Hansizium S. J. . . . in qua vetustissima acta s. Trudperti M. in Brisgovia auctore Erganbaldo . . . nunc primo publici juris facit, Viennae A. 1731 in 4. coll. cum Hansizii responsione ib. 1731; apud Lorenz op. supra cit. etc. — Stephanus comes salmensis, clericus metensis, abbas lobiensis, episcopus tandem leodiensis (901—18. Jun. 920) urbanius scripsit[3]) *vitam et passionem s. Lamberti* († c. 700) apud Chapeaville Gesta pontif. leod. I, 350—370; in Actis SS. 17. Sept. V, 581—589; Migne CXXXII, 643—660. Liber ejus *de divinis officiis* prodiisse non videtur.

490. Fere eodem tempore Hucbaldus, Milonis (cf. p. 858) ex sorore nepos, monachus s. Amandi O. S. Ben., vir sophicis disciplinis nobiliter eruditus, quem Fulco Archiepiscopus remensis cum ejus condiscipulo Remigio (cf. p. 876) c. a. 893 Remos accersivit ecclesiamque suam per eum praeclaris illustravit doctrinis, teste Flodoardo hist. eccl. rem. IV, 9, vitam ejusdem sancti poëtice depinxit, quam edidit J. Demarteau *Vie de s. Lambert* écrite en vers par Hucbald de S. Amand, Leodii 1878; 1891. Antequam Remos venerat rexerat cum magna eruditionis fama scholas in suo monasterio s. Amandi, cujus bibliothecam libris locupletavit, quorum plures ipse descripsit. Adhuc supersunt codices duodeviginti ejus manu scripti. Decessit 20. Jun. 930, dictus a morum candore ‚Simplex sine felle columba'. Musicus quoque excellens fuit et cantus in multorum sanctorum honorem composuit. Hinc Gerbertus in suo magno op. de Musica sacra 1, 103 ss. plura ejusdem *de musica* edidit scripta: de quibus tamen cf. Müller Hucbalds ächte und unächte Schriften über Musik, Leipzig 1884. — Alia ejusdem opera sunt: *Vita s. Rictrudis*[1]) abbatissae marcianensis († c. 668) candide et fideliter a. 907 scripta, in Actis SS. 12. Maj. III, 81—89; in Mabillonii Actis SS. II, 939—950. — *Passio ss. Martyrum Quirici et Julittae* ex actis apocryphis apud Mombritium p. II n. 18. — *Acta s. Aldegundis V.* († c. 683), in Mabillonii Actis II, 807—815; in Actis SS. 30. Jan. II, 1040—1047. — *Vita s. Lebwini* presb. et conf. apostoli Saxoniae et Frisiae († 773), quae ceteris nostri auctoris vitis praefertur: segmenta ex illa exhibent MG. SS. II, 360—364. — Fragmenta sermonis *de s. Jonato* conf. abbate primo marchianensi (Marchiennes) in Belgio (sec. VII) exhibet Sollerius in comment. de hoc sancto in Act. SS. 1. Aug. 1, 70—75. — Panxit et carmina, inter quae notissima est ejus ecloga ad Carolum Calvum imp. *de calvis* seu de laudibus Calvitii versibus 136 (juxta alios 141) hexametris con-

[1]) Cf. Potthast p. 1471.
[2]) Cf. Potthast p. 1609.
[3]) Cf. Hist. lit. VI, 168—173.

[1]) De hac exstat sat prolixum carmen Joannis monachi O. S. Ben. in monasterio s. Amandi (fl. exeunte sec. X), ex quo quaedam fragmenta leguntur in Act. SS. 2. Febr. I, 300—302 scil. de Adalbaldo viro s. Rictrudis, et 16. Mart. II, 455—457 de s. Eusebio. Cf. Hist. lit. VII, 184—186.

stans, artificiose ex vocibus, quae incipiunt litera c, concinnata, Valenciennes 1876 cur. J. Desilve cum versione gallica etc. Haec et alia collecta habes in Migne P. L. CXXXII, 825-1050. — S. Radbodus [1]) ex nobili prosapia ortus et in schola palatina Caroli Calvi institutus electus est episcopus trajectinus (899): quod munus ut sanctius obiret factus est monachus O. S. Ben., et revera praesulum exstitit lucidum exemplar († 917 vel 918). Concinnasse videtur *chronicon,* cujus breve fragmentum exhibet Mabillonius in Act. SS. VII, 267. — Supersunt adhuc carmen allegoricum et sermo *de s. Suitberto,* Westphaliae apostolo († 717), in Act. SS. 1. Mart. p. 84 s.; Sermo seu tomellus *de vita* et meritis paradoxae virginis *Amalbergae* († 772); Ecloga et homilia *de s. Lebwino* (Lebuino † p. a. 773), apud Surium ad 12. Nov. suppl. p. 839—841, qui stilum infeliciter deformavit; necnon aliqua *carmina,* quae omnia habes Migne CXXXII, 547—561. — Sermo *de gemina felicitate s. Servatii* primum editus fuit in Analectis bolland. I, 104-111. — Bisoni episcopo paderbonensi († 9. Sept. 908) tribuit Wattenbach I[5], 238 *vitam s. Liborii* ep. cenomanensis, patroni paderbornensis († c. finem sec. IV), fide dignam, quam habes in Act. SS. 23. Jul. V, 414—425; in MG. SS. IV, 149—157; germanice in Ge. Grandaur Leben des Abtes Eigil von Fulda, Leipzig 1888; 1890. Ab aliis tamen tribuitur Agio corbejensi.

491. Quibus addantur [1]) Aldelmus (Aldhelmus) episcopus sagiensis (Seez in Normania † 13. Nov. 910), scriptor *vitae s. Opportunae V.* († 770) in Act. SS. 22. Apr. III, 62—67; in Mabillonii Actis III, 2, 222—231, quam Histoire lit. VI, 132 commendat a sobrietate et stili nitore ea aetate raro. — Odilo monachus O. S. Ben. s. Medardi apud Suessionenses in Gallia (fl. 920), alius a celeberrimo s. Odilone ab. cluniacensi, de quo alias, scripsit fuse admodum et apparatu rhetorico *de translatione reliquiarum* s. Sebastiani M. et Gregorii M. papae in suessionense s. Medardi coenobium a. 826 facta, in actis SS. 20. Jan. II, 278—295 sine auctoris nomine; cum hoc et praefatione in Mabillonii Actis IV, 1, 383—410; in MG. SS. XV, 377—391; Migne CXXXII, 579—622, ubi (622—642) habes et ep. ad Ingrannum *de adventu et susceptione corporum ss. MM.* Tiburtii, Marcellini et Petri, Marcelliani et Marci Proti et Hyacinthi, Marii et Marthae, Audifax et Abacuc, Abdonis

[1]) Alius a Radhodo (f. Radbodo) praeposito doensi aequali (fl. c. 923), cujus exstat ep. *ad Adelstanum* regem Angliae (Migne CXXXII, 719-722), et Radbodo archiepiscopo trevirensi († 30. Mart. 915), cujus exstat ep. canonica *pro Gislemaro* presb. ad Rotbertum ep. metensem, ut ei deinde in ipsius parochia degere liceat. Nostri auctoris *vitam* ab anonymo conscriptam habes in Mabillonii Actis SS. V, 26-31, inde in Migne P. L. CXXXII, 539—547; textus primigenius in Anal. Boll. 1897. VI, 5—15; textum integrum et authenticum se edidisse contendit Holder-Egger ap. Pertz Mon. script. XV, 1, 569 ss. Cf. Potthast p. 1540; Hist. lit. VI, 158—164; Ebert III, 184—188.

[1]) Herberno (Heberno) archiepiscopo turonensi (887—917) ex abbate majoris monasterii s. Martini supponuntur *Miracula b. Martini* post ejus translationem ab Antissiodorensibus ad Turonenses a. 887 facta, apud Baluze Miss. VII, 169—195; Migne CXXIX, 1035—1052. Cf. Hist. lit. VI, 146—148. — De Winebrando monacho claromontano (cf. 920) scriptore vitae patroni sui monasterii cf. ib. VI, 176. — De Flohario presbytero parisiensi (fl. 923), cui tribuitur *vita et translatio s. Eugenii* ep. toletani primi et martyris (sec. III) cf. ib. 194—196 (in Anal. bolland. III, 29—57). — Cappidus stauriensis, frisius sacerdos, cui tribuitur *s. Odulphii vita* (c. 865) in Actis SS. 12. Jun. II, 952-955; Migne CXXXII, 857—862 ex Surio, juxta Analecta boll. XIII, 178, forte ne exstitit quidem.

et Sennis (a. 820), quam tamen Papebrochius in Act. SS. 2. Jun. 1, 206 s. suppositi tiam et nullius fidei esse censet, necnon tres *sermones,* qui probabiliter ipsius sunt[1]). — Letaldus (Lethaldus, Lietaldus) scripsit[2]) jussu Gerardi broniensis († 959) c. 935—937 *Translationem s. Eugenii* toletani ep. ex monasterio s. Dionysii apud Parisios ad monasterium broniense (Brogne prov. namurcensis) in Anal. Bolland. 1884. III, 29—57 coll. V, 385—395; ex parte etiam apud Pertz MG. scr. XV, 2, 646—652. — Richarius monachus gemblacensis[3]) c. a. 950 scripsit metrice *vitam Erluini* primi ab. gemblacensis, quam jam sua aetate conqueritur auctor de gestis abb. gemblacensium a Dacherio editus Spicil. II, 759 „dissipatis et intercisis schedulis a memoria hominum deperisse". Idem tamen p. 760 unam ex eadem laciniam conservavit. — Eberhardo monacho in monasterio s. Eucharii trevirensi († 909) tribuitur *vita ss. Eucharii, Valerii et Materni,* quos ferunt s. Petrum Treviros misisse primosque fuisse ibidem episcopos, quam habes in Act. SS. 29. Jan. II, 918—922 et in Hillarii Vindiciis hist. trevir. de tribus primis Trevirorum ep. . . . contra impactam recentium crisin (i. e. Hontheim) Metis 1763 p. 146—159; in Act. SS. 29. Jan. II, 918—922. Alii vero eam tribunt cuidam Goldschero seu Gloschero O. S. Ben. trevirensi, qui scripserit ante a. 990.

492. Ad historiam literariam referri potest Suidas, scriptor byzantinus, de cujus fatis nihil plane innotuit, nisi eum, forte circa medium sec. X, laudabili diligentia compilasse magnum *Lexicon,* in quo praeter notitias grammaticales et etymologicas exhibet plurimas notitias biographicas et bibliographicas ad historiam spectantes literariam, quae non obstantibus plurimis mendis (amanuensibus vel interpolatoribus saepe tribuendis) sane pretiosae sunt. Prodiit cura Thom. Gaisford Oxonii 1834 t. 3; melius cura Godofr. Bernhardy t. 2 in 4 pp.; etiam cur. Imm. Bekkeri, Berolini 1854 graece tantum et omisso apparatu critico, quae ed. non magni aestimatur[1]).

493. Riculfus episcopus[2]) suessionensis († 901 vel 902) proposuit clero suo egregiam utilemque constitutionem seu *statuta,* quae tamen integra non pervenerunt ad nos. Jo. de Cordes canonicus lemovicensis ea primum edidit post opuscula Hincmari rem., Parisiis 1615 p. 685—696; recepta dein fuere in varias conc. collectiones, ut in supplementum conc. Galliae Sirmondi a Petro de la Lande editum p. 304—308; a Labbe IX, 416—423; Migne P. L. CXXXI, 15-24. — Ejusmodi *statuta* reliquit et Walterus (Gualtierus, Vautier), archiepiscopus senonensis († 19. Nov. 923), quae recepta fuere in bibliothecas patrum et conc. collectiones, in Migne P. L. CXXXII, 717—720. — Herveus (Heriveus) archiepiscopus remensis (900—2. Jul. 922), Caroli Simplicis cancellarius (911—920), pastor fidelis, *epistolam* scripsit ad Witonem archiepiscopum rotomagensem compilatam ex patrum testimoniis et canonibus, in qua exponit „qualis poenitentia debeat injungi non baptizatis gentibus et rebaptizatis, et postea more paganico ecclesias devastantibus et christianitatem delentibus, quam habes

[1]) Cf. Hist. lit. VI, 173—176; Ebert III, 210—214.

[2]) Est forte idem cum alio Lethaldo, de quo agemus periodo sequenti. Cf. interea Walther Schultze Forsch. zur d. Gesch. 1885 XXV, 221 ss.

[3]) Ita Fabricius III, 390.

[1]) Cf. Krumbacher Gesch. der byz. Lit. ed. 2 p. 562—570.

[2]) De Roberto (Ruodperto, Ruperto) O. S. Ben. in monasterio sangallensi, cujus scholas rexit, dein episcopo metensi (883—916) cf. Hist. lit. VI, 156 s.

post opuscula Hincmari remensis editam a Jo. de Cordes p. 697-711; in collectionibus conc., in bibliothecis PP. ut lugd. XVII, 246—254; Migne CXXXII, 659—716, ubi reperies acta conc. Troslejani a. 909 habiti, cujus pulchra *capitula* XV seu exhortationes pateticae ab ipso videntur compositae[1]). Habes ea et in coll. conc. ut Mansi XVIII, 263—308. — Martinianus monachus (sec. X) disseruit fusius[2]) *de monachorum laude et institutione* ll. 4, cujus operis praefationem tantum et initium publicae luci dedit Mabillon in Annal. O. S. Ben. III, 695 s.

494. His subjicimus Leonem VI. cognomento Sapientem, seu Philosophum, qui etsi imperator (887—911) in sacris etiam literis a Photio institutus, reliquit[3]) *orationes* (33, ex quibus editae 19) in Christi D., b. Mariae V. et sanctorum festivitates, in quibus agit de argumentis christologicis, Judaeos impugnat, etiam Latinos. Eas ediderunt Gretser Ingolstadii 1600; Combefisius in Auctario nov. t. 1. Parisiis 1648 in f.; Migne P. G. CVII, 9—298, ubi (p. 300—324) alia ejusdem scripta reperies, ut epistolam (latine tantum servatam) *ad Omarum* Saracenorum regem *de fidei christianae veritate* et mysteriis et de variis Saracenorum haeresibus et blasphemiis.

495. Praeter tot alios, qui qualiacunque demum carmina panxerunt et quorum jam fecimus mentionem, nominari adhuc possunt Cyprianus, cordubensis ecclesiae archipresbyter (fl. 928), de cujus *epigrammatis* et *carminibus* genuinis (in MG. poet. III, 1, 143 s. ed. Traube) et suppositis (quorum plura reperiuntur passim in Jo. Tamaji martyrologio hispano) fuse disputat Nic. Antonius in bibl. hisp. vet. I, l. VI cap. 7 p. 469, etiam apud Migne CXXXII, 787—797, ubi CXXI, 567 aliqua (octo) reperies. — Abbo Cernuus seu Humilis vel Extimus cognominatus[1]), Aimonii discipulus, patria Neustrasius et monachus s. Germani a Pratis Parisiensis O. S. Ben. conscripsit stilo nimis quaesito, contorto et subinde valde obscuro carmen *de bello parisiaco* (885—886) ll. 3, cui ipse non solum spectator, sed qui praeliatores medias inter flammas elevata cruce excitaret, interfuit. Magni fit a viris literarum humaniorum studiosis ob varias quas suppeditat notitias. Edidit illud post varias editiones plenius Pertz in Mon. Germ. hist. II, 776—805; inde Migne l. c. p. 723-762, quibus ibidem p. 761—778 subjiciuntur ejus *sermones V* selecti, quos d'Achery reperit ediditque Spicilegii IX, 80—110, ed. novae I, 336 ss. Obiit 9. Mart. forte a. 923. — Hartmannus O. S. Ben. R. Mauri discipulos et abbas sangallensis († 924 vel 925), qui reliquit hymnos (cf. Ebert III, 159), litaniam humili texuit prece et melodiam fecit. Illa habes in Canisii Ant. V p. 2; II², 3, 192 ss.; in Bibl. PP. lugd. XXVII, 509 ss. *Vitam* quoque reliquit *s. Wiboradae* V. inclusae apud s. Gallum († 926) in Act. SS. 2. Maj. I, 284—293; apud Mabillon in Act. SS. V, 44-61; inde Excerpta ed. Pertz in MG. IV, 452-457.

---

[1]) Cf. Hist. lit. VI, 182—188.

[2]) Cf. Hist. lit. VI, 95—97.

[3]) Cf. Ehrhard apud Krumbacher p. 168. Hujus forte tempore Cosmas Vestitor seu Protovestiarius floruit, cujus edidit Ballerini in Sylloge Monument. etc. Parisiis 1857. II, 680-697 sermonem haud spernendum *in ss. Joachim et Annam* gloriosos Dei genitricis parentes, etiam in Migne P. G. CVII, 1005—1052. Cf. de eo Scherer KL. VII, 1810.

[1]) Alius ab Abbone floriacensi, de quo infra. Cf. Hist. lit. VI, 189—194; Ebert III, 129—139.

XVII.

Scriptores ecclesiastici seculi X.

Pars altera (951—1000).

496. Neque laetior fuit altera sec. X pars: vix incidimus in theologos[1]), quorum nomen et eruditionis fama ad posteras pervenerint generationes. Inter theologos, hoc nomine vere dignos praecipuum forte reperimus Ratherium, qui tamen aerumnarum vicissitudinibus et singulari sortis instabilitate magis est celeber. Natus est in dioecesi, forte in ipsa civitate leodiensi exeunte ut videtur sec. IX, adolescens vitam professus monasticam O. S. Ben. in coenobio lobiensi. Insignibus ingenii talentis ornatus et discendi ardore impulsus plurimum profecit in literis. Hilduinum in episcopum electum leodiensem, sed non praevalentem contra aemulum suum Richarium in Italiam est comitatus, ubi ille ab Hugone rege ejus affine factus est episcopus veronensis, et ab hac sede promotus ad sedem archiepiscopalem mediolanensem a. 931. Huic successit in sede veronensi noster Ratherius invito Hugone (932). Cum vero Veronenses Hugoni infensi Arnolfum Bajoariae et Carinthiae ducem evocassent et venientem libenter excepissent, Hugo cum exercitu accucurrit eumque devicit, Ratherium captum Papiae in carcerem detrusit (934), in quo multas perpessus est calamitates. Duobus annis et dimidio in carcere exactis Comum est relegatus: exsilio solutus in Galliam secessit, ubi angustiis coactus praeceptoris munere functus est, qua occasione concinnavit grammaticam *Sparadorsum* (»pro eo, quod qui scholis assuesceret puerulus, dorsum a flagris servare posset«, Folcuinus in gestis abb. lob. c. 20), quae periit. Dein Laubias ad suum reversus est monasterium (944). Hugo interim poenitens eorum, quae in Ratherium egerat, ejus videndi et restituendi desiderium aliquoties expresserat, hinc ille Hugonem conventurus Laubiis discessit, sed incidit in itinere

[1]) Praetermittimus s. Niconem natione Armenum, a prima aetate vitae asceticae deditum, poenitentiae per Armeniam, Asiam minorem, Graeciam etc. praeconem († 998), cui tribuuntur aliquot scripta, ut *de impia Armeniorum religione*, sed ea videntur esse recentioris Niconis, de quo infra redib.t sermo. Hujus sancti vitam ab anonymo scriptam habes in Martene ampl. Coll. VI, 837—886; Surium 27. Nov. et Migne P. G. CXIII, 975—988.

in Berengarii Hugonis aemuli insidias (946). Tribus et semis mensibus Ratherius fuit sub custodia retentus: inde autem emissus demum redditus veronensi ecclesiae. Multas tamen aerumnas post restitutionem pertulit, et cum Manasses archiepiscopus alioquin arelatensis, qui eam sedem antea invaserat, quendam suae dioecesis clericum in episcopum veronensem ordinasset, ipse iterum sede pulsus est (948). Profectus est in Germaniam et ope Brunonis fratris Ottonis regis factus est episcopus leodiensis (953), sed brevi post et hac sede expulsus rebellione factionis praepotentioris eique suffectus fuit Baldricus. Cum Ottone I. rege rediit 961 in Italiam, eoque agente accedente summi pontificis atque papiensis concilii decreto sedem veronensem recepit. Sed cum novae orirentur temporis lapsu in eum turbae ob ejus acriorem agendi rationem et reformationis studium, e re censuit sedem hanc dimittere (968) atque in patriam redire, ubi ab Everaclo leodiensi episcopo quam humanissime receptus, aliquot abbatiolis fuit praefectus, demum etiam lobiensi (971), quam tamen anno proximo iterum cedere debuit Fulcuino. Alnam concessit, ubi tandem post tot vitae turbas quievit et 25. Apr. 974 vitam hanc mortalem cum aeterna commutavit. Characteris erat nimis ardentis et impetuosi; habuit zelum, sed non secundum prudentiam: hinc subditorum confidentiam et amorem sibi conciliare non valuit. In calamitatibus defuit ei constantia.

497. Plurima reliquit[1]) opuscula, quae collecta prodierunt Veronae a. 1765 cura fratrum Petri et Hier. Ballerini et in Migne P. L. CXXXVI, 9—768. Ea testantur magnam eruditionem, assiduum in patrum operibus legendis studium atque diligentiam, etiam in literis humanioribus peritiam auctorumque classicorum cognitionem: et cum saepius in iis cleri reformationem respiciat, ex iis ecclesiastica sec. X. disciplina colligitur: hinc et pro historia hujus seculi admodum sunt utilia. Occurrunt identidem in iisdem praeclara pro fide catholica adversus novatores sec. XVI. testimonia. Stilo utitur praeter illius aetatis morem satis polito, sed inaequali, acri, vehementi, vocibus barbaris vel proprio arbitrio formatis, hinc saepe nimis quaesito, obscuro et implexo. — Praecipua porro sunt: *Praeloquiorum ll. VI,* quibus omnium cujusvis aetatis, sexus, conditionis et ordinis hominum, etiam principum et episcoporum, officia explicat et vitia atque abusus eo tempore invalescentes perstringit. Ubi episcopalem dignitatem et auctoritatem commendat, non pauca de suis aerumnis inspergit ac de his, quae suarum aerumnarum occasione acciderant. Ne vero quis se ob aliquem circa fidem errorem in tantas incidisse miserias suspicaretur, suam doctrinam ostendit consonam doctrinae s. Augustini professionemque fidei s. Athanasii symbolo conformen. Opus hoc inscripsit etiam *Meditationes* cordis, *Medicinalem* et *Agonisticon,* quia multae meditationis praebet materiam et christianum hominem velut athletam ad certamen informat. Prodiit in Martene ampl. coll. IX, 785—914. Licet illud in carcere papiensi, librorum supellectili plane destitutus, conscripserit, copiosam tamen praefert eruditionem sacram atque profanam. — *Conclusio deliberativa* Leodici acta sive Clymax Syrmatis ejusdem, 40 rationibus tamquam scalae cujusdam gradibus ad deliberativam conclusionem statuendam non cedendi sedi leodiensi contra Baldricum ei suffectum ascendit. In eadem causa composuit opus admodum obscurum, implexum, difficile *Phrenesis* inscriptum, complectens 20 scripta i. e. epistolas, libellos etc., divisum in ll. XII, quorum aliqui tantum supersunt. — Excerptum *ex dialogo*

[1]) Cf. Ebert III, 373—383.

confessionum, in quo sibi gravissima omnisque generis vitia exprobrat, quorum vix erat reus, nam bonae alioquin erat famae: hinc species quaedam censurae est, cui fervidum et acerbius Ratherii ingenium ita indulget, ut non tam in alios, quam in semetipsum identidem invehatur: cui affine est opusculum *Qualitatis conjectura* cujusdam, in quo omnes accusationes in eum, cum esset episcopus veronensis, prolatas refert atque se ipsum ad vivum depingit (a. 966). — *De Contemptu canonum* (a. 964) partes duae seu volumen perpendiculorum vel visus cujusdam appensi cum aliis multis in ligno latronis, in quo gravissimis verbis conqueritur de canonum contemptu tunc penes clericos vigente, prae primis eorum canonum, qui continentiam clericis praescribunt. *Synodica* ad presbyteros et ordines ceteros forinsecus i. e. per universam dioecesim constitutos (a. 966), in cujus exordio conqueritur, clericos suae dioeceseos (veronensis), ter licet fuerint vocati, ad synodum dioecesanam non convenisse. — *De nuptu* cujusdam illicito (quadragesimae tempore initio); *de otioso sermone;* Ratherii Romam euntis *itinerarium* (a. 966) in d'Achery Spicilegio I, 379—384; *de clericis* sibi rebellibus (a. 967); *Discordia inter ipsum et clericos* (a. 968); *Liber apologeticus* (a. 968). — *Epistolae XIV*, inter quas eminent ep. ad Patricum *de corpore et sanguine Domini,* in qua egregie tueturtranssubstantiationem; ad Joannem XII etc. — Supersunt et *sermones XI*, inter quos II. de quadragesima est valde prolixus, in quo et contra Anthropomorphitas disputat. — *Invectiva* satis acris in quosdam ac lugubris relatio de translatione s. cujusdam Metronis, unde derivata est *Vita s. Metronis* ed. a Barth. Campagnola in append. ad Librum juris civilis veron., Veronae 1728, 231—242; *Vitam Ursmari* ab. lobiensis († 713) ab Ansone conscriptam († 809) emendavit ac stilo clariori retractavit, dum Comi exsul degeret (937); eam habes in Mabillonii Act. SS. III, 1, 250—255. Alia ejusdem scripta interciderunt vel adhuc latent.

498. In s. literis illustrandis pauci versati sunt[1]). Illustris est inter exegetas et generatim inter theologos hujus periodi Atto (Hatto): cujus tamen gentis fuerit incertum[2]). Id unum liquet, eum electum fuisse in episcopum vercellensem a. 924, eamque sedem ornasse ad a. 960—961. Tristissima erat tunc temporis Italiae conditio ob barbaros undequaque eam vastantes, ob intestinas seditiones et bella. Tot malis insignis noster praesul se opposuit atque in episcopali cathedra positus tamquam e sublimi loco diffusa pietatis et ecclesiasticae doctrinae splendida luce Vercellensibus primum,

---

[1]) Serloni O. S. Ben. Cantuariae in monasterio s. Augustini, deinde episcopo cornubiensi (fl. 960) tribuitur commentarius, sed ineditus, *in Pentateuchum* (cf. Fabricius III, 457). — S. Wolfgangi in monasterio Augiae divitis educati, decani clericorum Treviris, qui se ad cellam s. Meinradi Deo consecravit atque aliquandiu missionarium apud Hungaros egit, demum factus est episcopis ratisbonensis sanctitatis fama rebusque gestis celeberrimus († 994), *Paraphrasis in Ps. 4.* edita est a Pez in thes. nov. anecd. II, 1, 11 ss. — Cf. M. K. Kolbe die Verdienste des B. Wolfgang v. Reg. um das Bildungswesen Deutschlands, Bresslau 1894; J. B. Mehler der h. Wolfgang B. v. R., hist. Festschrift herausgeg. in Verbindung mit zahlreichen Historikern, Regensburg 1894. — De Rudigero monacho O. S. Ben. et scholastico epternacensi († 16. Mart. 990) refert Trithemius in chron. hirsaug. p. 135, eum epistolas s. Pauli necnon et epistolas canonicas septem commentariis illustrasse non spernendae utilitatis, quae tamen intercidisse videntur. Cf. Hist. lit. VI, 462.

[2]) Cf. auctoris eruditi sed anonymi sec. XVIII diatribam *de Attonibus* (apud Mai Vet. script. coll. novae t. VI, qui ostendit nomen hoc innumeras apud veteres formas induere, et ab a. 740—1197 ultra nonaginta reperiri hoc nomine insignitos. De nostro cf. Hist. lit. VI, 281—288.

tum finitimis populis ac universali resplenduit Ecclesiae, et remedium ferre gravissimis damnis summa vigilantia atque indefessis curis studuit. Huc pertinet ejus in visitanda singulis annis dioecesi sollicitudo; huc eximium illud ab eo editum *Capitulare* ad cleri populique reformationem atque ad ecclesiasticam disciplinam reparandam C constans decretis ex prioribus synodis et capitulari Theodulfi aurelianensis (cf. p. 698) haustis; huc *conciones* ad populum frequenter habitae et *epistolae* quaqua versus missae. Harum exstant tantum IX; illarum XVII perbreves, simplices et perspicuae. Praecipuum vero opus est ejus expositio *in epistolas s. Pauli,* quae distinguitur stili puritate, doctrinae praestantia, sententiarum selectu ratione singulari ab operibus illius aevi satis obscuri. Sequitur R. Mauri methodum, cujus forte commentario usus est. Non desunt tamen, qui eam recentiori Attoni asserunt: sed Burontius canonicus ejus operum editor criterio tam interno quam externo genuinitatem vindicat. — *De pressuris ecclesiasticis* pp. 3 apud d'Achery Spicil. I², 414 ss., quo in libello agit de judicio episcopis proprio, quod spirituale esse debeat (p. 1), de eorum electionibus et ordinationibus deque abusibus, qui in eas se immiscere soleant (p. 2), demum (p. 3) de bonis ecclesiasticis: qua occasione graviter conqueritur de vexationibus, quibus laici opprimunt clericos, de usurpationibus principum in eligendis episcopis et circa bona ecclesiastica, de ordinationibus simoniacis et personarum indignarum ineptarumque, atque opportune allegat leges Ecclesiae romanorumque pontificum, Gregorii M. praesertim, decreta contra ejusmodi abusus. — Aliud ejusdem opusculum edidit card. Mai in Vet. script. coll. novae VI, 2, 43 ss. *Polypticum,* quod appellatur Perpendiculum, duplici forma ab auctore editum, primo quidem obscurissime, ut vix possit intelligi; iterum paulo planius: quae posterior recensio cum glossis et scholiis edita est a. Jo. D. Mansi in sua ed. Miscell. sacrorum Baluzii ed. luc. p. 560 ss. Dictum est Polypticum i. e. multorum descriptio, non enim specialiter tantum de uno loquitur, sed plurimorum corripit vitium, praesertim principum ambitionem et cetera vitia late castigat. Ebert tamen III, 369 genuinitatem negat illudque vindicat auctori hispano. Attonis opera ediderunt d'Achery in suo Spicil. t. VIII, ed. novae t. I.; plenius C. Burontius del Signore canonicus. Vercellis 1768 t. 2 in f. ed. splendida, quam recudit pluribus auctam Migne CXXXIV, 9—916.

499. Omnes fere scriptores hujus periodi inter historicos referre licet. Praetermittimus [1]) tamen Leonem diaconum c. a. 950 natum (qui idem videtur cum Leone Asiate vel Kario), nam ejus *Historiae* ll. X ab a. 959—975 ab obitu Constantini imp. usque ad obitum imp. Joannis cognomento Tzimiscae versantur in describendis bellis adversus piratas Arabes in insula Creta, Saracenos, Bulgaros et Russos, pro quorum historia est magni pretii, cum auctor fuerit testis auritus et oculatus [2]). Prodiit Parisiis 1819 in f. cur.

---

[1]) Multo magis praetermittimus Pilgrimum (Peregrinum, Pelegrinum, Piligrinum), qui dicitur fuisse ultimus episcopus laureacensis (Lorch) et primus passaviensis (971— 12. Jun. 991), et cui tribuuntur duae epistolae ad Benedictum VII, in quarum una agit de Hungarorum conversione, in altera petit pallium et privilegiorum confirmationem et simul edit fidei confessionem, quae a nonnemine dicitur „propugnaculum fidei“ (in bibl. PP. lugd. XVII, 456). Nam duae hae epistolae sunt spuriae atque ad ementita illa documenta non pauca pertinent, quae duobus aut tribus a morte Piligrini seculis conficta eique supposita fuere, et laureacensis ipsius episcopatus aliud non est, quam una ex fabulis ibi contentis.

[2]) Cf. Krumbacher Gesch. der Byz. Lit. p. 266—268; Knöpfler KL. VII. 1807.

Ben. Hase cum eruditissimo ejusdem commentario, ed. admodum rara, quia pleraque (150) exemplaria naufragio perierunt, recusa Bonnae 1828 in Corp. script. hist. byz.; Migne P. G. CXX, 339—434 solum latine cum Hasii praef. ib. 319—339; CXVII, 655—926 graece et latine. — Helpericus, cujus nomen aliter atque aliter scribitur (Helpricus, Elpricus, Hulpricus, Hilpericus, Chilpericus etc.), et de cujus aetate eruditi inter se dissentiunt (inter 880—1090), sicut et de monasterio, cui erat addictus (sangallensi vel grandivallensi), disseruit *de Computo* apud Pez thes. Anecd. II, 2, 182-222; Migne CXXXVII, 17—49. Stilo nitido et simplici refert quid alii ante ipsum de hoc argumento docuerint. — In tr. de divinis officiis, qui sub Alcuini vel Remigii antissioderensis nomine circumfertur, et compilatio est ex variis veterum scriptis, legitur et *epistola* cujusdam Elprici vel Helprici monachi de quaestione, quare Ecclesia diem Veneris ritu tam lugubri celebret, cum tamen diem obitus sanctorum tam solemniter agat. Hic non alius esse videtur a nostro[1]). — Verum L. Traube in neues Archiv der Ges. für ä. d. Geschichtskunde 1892 XVIII, 71—105 ostendit Helpericum l. de Computo auctorem esse Heiricum, de quo egimus supra sec. IX., quod suspicatus jam erat Mabillon in Vet. Annal. I², 431.

500. Famosus inter historicos hujus temporis est Liudprandus (Liutprandus, Luitprandus, Litobrandus, Eutrandus etc.) Longobardus, patria, ut nonnullis visum est, Ticinensis. Puer literas latinas graecasque fuit edoctus, et in aulam Berengarii marchionis moxque regis ob dulcem cantilenam receptus, literarum regiarum signator est constitutus. Clero quoque ticinensi fuit adscriptus et diaconus ordinatus. Annis 948-950 sicut quondam pater et vitricus suus CP. legatus ab Hugone rege, ita ipse a Berengario ad Constantinum Porphyrogenitum fuit missus, quo in itinere graecorum historiam, mores et instituta didicit, et linguae quoque et auctorum graecorum notitiam haud mediocrem sibi comparavit, quam et in scriptis suis ostentat. In patriam redux Berengarii et Willae, incertum qua de causa, odium vehemens incurrit: hinc Italia relicta ad Ottonem I. Germaniae regem confugit. A Recemundo ep. illiberitano, Abderahamensis regis apud Ottonem legato, cujus inierat familiaritatem, rogatus de rebus sui temporis scribendis cogitavit. Hinc Francofurti positus a. 958 coepit consilium exsequi in op. *Antapodoseos* seu rerum per Europam gestarum ll. VI ab a. 887—950, quod ita inscripsit, quia eo amicis bona, Berengario et Willae mala sibi illata retribuere statuit. Illud non uno calamo perfecit, sed temporis lapsu (958-963), neque penitus absolvit, substitit enim in l. VI c. 9. Non desunt tamen qui c. 6 et sequentia ab alio adjecta, imo conficta putent. In narratione non satis servat rerum ordinem neque debitam chronologiae rationem habet. Interseruit autem et versus et carmina ad imitationem Boetii in sua consolatione philosophiae: nam hoc ipso opere videtur quaesivisse contemplatione justitiae divinae in mundi cursu elucentis solatium in suis calamitatibus. Utitur stilo vivaci et vario, et non solum narrare, sed et lectores oblectare nititur. Ab Ottone interim a. 963 in fidei et servitiorum praemium episcopus cremonensis dictus est et deinceps gravissimis imperii negotiis admotus praecipuas in rebus italicis et graecis agendis partes suscepit. Missus est legatus ab imperatore ad Joannem XII. ejusque interpres fuit in concilio contra Joannem habito, atque Leoni VIII eligendo et Benedicto deponendo haud dubie interfuisse credendus est; dein

[1]) Cf. Hist. lit. VI, 397—403.

iterum post Leonis VIII. obitum unacum Otgero ep. spirensi legatus caesareus electioni novi interfuit pontificis. Bis adhuc ab imperatore CP. ad conciliandas nuptias Theophanae cum filio suo Ottone missus est. Supremum diem aut in Graecia aut in Italia prioribus mensibus a. 972 obiisse videtur. Juxta Pertz in notitia historica et bibliographica de eo „vir erat ingenio, eruditione, eloquentia, loco historiae sui temporis scribendae velut natus. Unum erat quod veritati officere potuisset vehemens partium studium et odium Berengarii . . . Oratio acris, copiosa, variata, nunc brevis, nunc verbosa et tumida, faceta, haud raro tamen nimis involuta et subobscura . . . posteriora tamen opera . . . ab ea quoque parte magis laudaveris . . . Libri ejus inter primarios seculi decimi fontes referantur necesse est.“ Quae tamen laus cum grano salis accipi debet, cum sit scriptor satis maledicus et partium studio deditus[1]).

501. Liudprandi opera saepe prodierunt. Prodiit ejus Antapodosis, de qua supra egimus, primum cura Guil. Parvi 1514 in f. ed. princeps; Muratori Script. rer. It. II, 1, 425—476; Pertz Mon. G. SS. III, 264—339 etc. — Liber *de rebus gestis Ottonis M.* imp. ab a. 960—964, ad finem non perductus, pacatius et accuratius conscriptus, in quo refert etiam gesta in synodo romana, in qua depositus fuit Joannes XII. (a. 963), apud Pertz MG. SS. III, 340—346; Watterich Rom. Pont. vitae I, 49—63; Relatio *de legatione constantinopolitana* ad Nicephorum Phocam a. 968. 969, quam ad finem non perduxit, et cujus textus est corruptus, apud Muratori l. c. p. 479—489, et in MG. III, 347—363. Stilo utitur acri et amarulento in Graecos. Collecta exstant ejus opera apud Migne CXXXVI, 769—938; Dümmler Luitprandi opera omnia, Hannoverae 1877 ed. 2. Supponuntur autem ipsi immerito aliqua scripta[1]), ut *Adversaria* scil. notitiae historicae sine ordine congestae; *Chronicon* ab a. 606-960 confictum ab Hier. Rom. de la Higuera; opusculum de vitis romanorum pontificum seu *liber pontificalis* ad a. 890 compilatus a monacho germano corbejensi in Saxonia, vel osnabrugensi ex ipso et Anastasio bibliothecario compilatus, quem habes in Migne P. L. CXXIX, 1151—1256; duo priora cum disquisitione Nic. Antonii in bibl. hisp. vel t. I. l. 6 c. 16, ib. CXXXVI, 937—1180.

502. De romanis pontificibus scripsit Flodoardus (Frodoardus, Sigeberto et Trithemio Flauwaldus, Flohardus, Floardus etc.) Sparnaci (Epernay) prope Remos[2]) c. 893 vel 894 natus, juxta Mabillonium „nunquam satis laudatus, nec scio an ulli temporum illorum scriptori secundus“. Remis egregie fuit institutus, inter canonicos receptus et archivo ecclesiae praefectus. Multa passus est sub Hugone archiepiscopo intruso.

[1]) Ita censet Knöpfler KL. VIII, 294: Wenn auch sein Urtheil in einzelnen Punkten scharf und treffend zu nennen ist, so muss ihm doch im Ganzen die historische Begabung abgesprochen werden, und seine Angaben müssen als vielfach von Leidenschaft und Hass dictirt, mit Vorsicht verwendet werden. Cf. praeterea Hefele passim Conciliengesch. IV § 510. 511. 512; Damberger Synchronistische Gesch. IV Kritikhefte p. 108 ss.; Duret Geschichtsbl. aus der Schweiz 1854 t. 1. fasc. 3; Wattenbach I, III § 12; Ebert III l. 8 c. 13.

[1]) Cf. Potthast p. 742 s.; Schüz S. J. commentar. criticus de scriptis et script. histor. p. 256—266.

[2]) Fabricius bibl. lat. med. aet. III, 614 memimit cujusdam Frodoardi monachi s. Albani, qui auctor fuerit *chronici* ab Octaviano imp. usque ad a. 996, continuati a Reinaldo sive Reginaldo archidiacono s. Mauricii andegavensi usque ad ad a. 1277, quod videtur mansisse ineditum.

Romam profectus sub a. 536 a Leone VII. perhonorifice fuit exceptus, a quo presbyteratus ordinem accepit. Electus legitur episcopus noviomensis (Noïon) et tornacensis, sed Fulcherio seu Folcario cedere coactus est[1]). Quare ordinem s. Ben. est ingressus factusque abbas monasterii, cujus nomen non satis innotuit. Anno 963 et huic dignitati renunciavit decessitque 28. Mart. 966, »vir, ut legimus in continuatione sui chronici, vitae venerabilis . . . honore sanctitatis venerandus, castitatis splendore angelicus, fulgore sapientiae coelicus ceterarumque virtutum insignibus abundanter oppletus« etc. Haec ejusdem opera: *De triumphis Christi* sanctorumque Palaestinae ll. 3; *de triumphis Christi* Antiochiae gestis ll. 2; *de Christi triumphis* apud Italiam ll. XIV, in quibus metrice (versibus hexametris) rom. pontificum gesta usque ad a. 935 describit, necnon et martyrum sanctorumque, eorum praesertim, qui speciali ratione cum romanis pontificibus erant conjuncti. Totum opus prodiit in Migne P. L. CXXXV, 491-886; fragmenta hujus tertiae p. passim pro opportunitate apud Mabillon, Muratori, Bouquet, in Actis SS. etc. — *Annales* seu Chronicon ab a. 919—966, opus ob notitiarum de Lotharingia et generatim de Gallia copiam, accurationem chronologicam, laudabilissimam veracitatem atque sinceritatem plurimum aestimatum, editum primum a Pithoeo Ann. script. coaet. Parisiis 1588. XII, 147; Francofurti 1594 p. 109—213; emendatius a Duchesne Hist. Franc. Script. II, 590-623; optime a Pertz MG. SS. III, 368—408; inde in Migne t. c. p. 417—490; Baudeville *Flodoardi chronicon,* Reims 1855, inter opera Flodoardi t. III latine et gallice. — Sed praecipuum ejusdem opus est *Historiarum ecclesiae remensis ll. IV* ad a. 948, ed. a Ge. Colvenerio Duaci 1617 in 8; apud Migne p. 327—406 et in ed. opp. cura Baudeville mox laudata[1]). Pretiosa sunt Flodoardi opera, praesertim haec duo posteriora et ab historigraphis magni fiunt ob documentorum authenticorum et notitiarum copiam, ob narrationis sinceritatem et diligentiam. Scripta autem sunt stilo simplici et plerumque claro, subinde ob longas periodos implexo et ob voces nunc non amplius usitatas obscuro.

503. Flodoardi fere aequalis erat Richerus monachus O. S. Ben. pariter remensis, celebris Gerberti discipulus, cujus hortatu exeunte hoc seculo ‚pulchrum et compendiosum opus' aggressus est, scil. *Historiarum ll. IV*, (884—995), quibus prosequitur res Galliae. Opus diu neglectum, quod demum Pertz mira dexteritate ex cod. ut videtur originali luci publicae dedit in MG. SS. III, 561-694 (cum append.); inter script. rer. Germ. in usum schol., Hannoverae 1840; 1877 ed. 2. cur.

[1]) Qua forte occasione S. Adelagus (Adeldagus) archiepiscopus bremensis (936—988) pulchram misit epistolam consolatoriam et exhortatoriam, qua eum monet, ut perfectionis ineat viam. Ea praemissa est ejus historiae remensi et legitur in Migne CXXXV, 14.

[1]) Cf. Potthast p. 449; Streber KL. IV, 1557; Hist. lit. de Fr. VI, 313-329; Ebert III, 354—357; 409—414. Inseruit suae historiae IV, 35 pretiosam epistolam Artaldi (Artaud) archiepiscopi remensis (932—961), in qua stilo claro et sincero narrat gesta et turbas contra ipsum suscitatas ab ejus aemulo et competitore Hugone comite parisiensi. Inscripta est Marino legato pontificio, qui praefuit synodo Ingelheimensi (948), in qua sedes adjudicata fuit ipsi Artaldo. Habes eam etiam in Migne CXXXIII, 957—963; Labbe coll. conc. IX, 627—631 etc. Cf. Hist. lit. VI, 295—300. Ceterum ad historiam remensem referri potest et epistola Leonis ab. romani et legati apostolici (fl. 991) ad Hugonem et Robertum reges, quae respicit Arnulfum et Gebertum archiepiscopos remenses, apud Pertz MG. SS. III 686—690; Migne CXXXIX, 337—344.

Waitz; Migne CXXXVIII, 9—170. »Opus ad lancem appensum, scribit Pertz in notitia suae ed. praemissa, auctorem ostendit benevolum, gravem sagacem, varia eruditionis specie instructum, rerum in causas inquirere sollicitum, hominum et rerum, qui ad historiam sui temporis facerent, bene gnarum, quique Romanorum exemplo historiam scribere didicisset . . . Errores nimio gloriae patriae studio et vanitati tribuendi. . . . Oratio dilucida, brevis, vigore et simplicitate placet.« Fere in sensum contrarium censet Wattenbach I[5], 381—384, juxta quem opus quidem utile est ob notitiarum copiam, sed caute ad hibendum, cum auctor non sit satis verax et fidelis, qui prae nimio apparatus rhetorici studio ipsam narrationis accurationem negligat stiloque utatur nimis quaesito, hinc minus aperto. Non multum dissentit ab eo Ebert III, 434—443. Gallice etiam prodiit[1]) *Les derniers Carolingiens* d'après le moine Richer et d'autres sources originales, texte traduit et établi par M. Babelon, Paris 1877. — Benedictus monachus s. Andreae in monte Soracte prope Romam reliquit stilo barbaro *Chronicon* ab a. 360—973. Reperit illud edidit-que initio mancum et fine carens Pertz MG. SS. III, 695—719 (inde Migne CXXXIX, 9-50), de eoque contemptim loquitur, quod auctor optimis male sit usus fontibus, fabulas tradat multas, ordinem non servet: fatetur tamen in eo aliqua fide digna et quae novam historiae lucem affundant reperiri.

504. Magni fiunt a historiographis *Res gestae saxonicae* sive Annalium ll. III ad a. 973, qui Widukindum (Witikind) natione Saxonem O. S. Ben. monachum corbejensem habent auctorem, de cujus fatis fere nihil aliud scimus. Aemulatur veterum scribendi rationem, Salustii in primis brevitatem, hinc est haud raro obscurus: utitur stilo vivaci et candido, et prosequitur magis gesta secularia seu politica (praesertim Ottonis I) quam ecclesiastica. Commendatur auctoris veracitas et animi candor, amor, quo res patrias studiose persequitur: unde saepe unicus est fons, quo circa res saxonicas potimur[1]). Saepius prodierunt, ut antiquioribus ed. praetermissis in MG. SS. III, 416—467 cur. Waitz, in de in Migne CXXXVII, 123—212 cum Waitzii proleg. p. 115—124; in usum scholarum Hannover 1840 in 8; 1866; 1882 ed. tertia recognita a Waitz.

505. Erkembaldus (Erchenbald, Archembold) Uthonis episcopi argentoratensis primum coadjutor[2]), dein a. 965 successor († 10. Oct. 991), bibliothecam novis ditavit libris, quos describi fecit, et ipse plurimorum ex antecessoribus (346—991) *vitas* describit[3]) metrico sermone, apud Oberlin *Alsatia literata* sub Germanis sec. IX et X. diss. argent., Argentorati 1786 p. 64; apud Boehmer Fontes III, 1—4 etc.

506. Folcoinus (Fulcuinus, Folquinus, Volquinus etc.), abbas lobiensis (965—990), narrat sincere et fideliter, *gesta abbatum lobiensium* ab a. 637—980, quae auctor anonymus continuavit ad a. 1162, opus praestans

---

[1]) Cf. Potthast p. 971; Werner Gerbert p. 211 ss.; Reinmann de Richeri vita et scriptis, Olsnae 1845, qui pariter de ejus veracitate saltem circa synodum ingelheimensem dubitat. Hist. lit. VI, 503 s.

[1]) Cf. Kleffner KL. XII, 1464; Potthast p. 1113; Wattenbach I, III § 2; Ebert III, 428—434.

[2]) Alius ab Erchambaldo O. S. Ben. abbate s. Trudberti, cujus supra p. 893 fecimus mentionem. Cf. de nostro Grandidier Oeuvres hist. inéd. t. I.

[3]) Cf. Potthast p. 1087; Hist. lit. VI, 467—471; Guillimani de ep. argentor. p. 163 ss., qui aliorum ejusdem carminum, quae composuit, meminit.

etiam propter documenta et diplomata, quae exhibet, ed. a Pertz MG. SS. IV, 52—74; Migne P. L. CXXXVII, 545—582. Scripsit[1]) et *vitam s. Folcuini* (Folquini) episcopi Tarvanensis († 854), quae judice Mabillonio non magni est momenti et in locos communes excurrit. Eam edidit in Actis SS. IV, 1, 622—629 mendose; Migne l. c. p. 633—642; Holder-Egger apud Pertz MG. SS. XV, 1, 424—430. *Historia miraculorum s. Ursmari* ab. laubiensis († 713) exstat in Act. SS. Belgii VI, 256—309 etc. — Idem, non alius Fulcuinus[2]), narrat non indiligenter et pro suo tempore fideliter, sed nimis breviter, *gesta abbatum s. Bertini* Sithiensium seu l. de gestis abbatum et privilegiis sithiensis coenobii ab a. 638—962, qua occasione exhibet ipsa documenta et diplomata. Illud simili modo continuavit sed nonnisi ab a. 1021-1145 Simon monachus et (1131—1136) abbas s. Bertini († 1148), et anonymus ab a. 1145—1187. Edidit omnes tres Holder-Egger absque chartis seu documentis in MG. SS. XIII, 607—673. Opus retractavit, nova donavit forma et additamentis auxit Allard Tassart monachus s. Bertini († 1532) atque ita prodiit cura Guérard in *Collection de documents inédits* sur l'hist. de France nr. 10 inscriptum Cartulaire de l'abbaye de s. Bertin, Paris 1840.

— Ajo croilandensis in Anglia monachus O. S. Ben. († 974) scripsisse narratur[1]) *Chronicon* de rebus memorandis monasterii croilandensis et de statutis Turketuli abbatis ab a. 664—974, quod Ingulphus, de quo infra, totum suo inseruit Chronico edito inter Script. rer. angl., Londini 1596, et longe integrius a Th. Galeo Oxonii 1684 in f. — Purchardus monachus augiensis O. S. Ben. cecinit satis feliciter forma dialogi carmen[2]) *de gestis Witigowonis* ab. Augiae divitis (985—997), quod edidit Pertz MG. SS. IV, 621—632; Migne CXXXIX, 351—364.

507. Hagiographorum[3]) magnus est numerus. Primum inter eos locum meret unus, qui instar multorum est, celeber Simeon Metaphrastes[4]). Quando vixerit satis est controversum apud veteres; eum tamen floruisse sec. X. atque vitam produxisse ad a. saltem 965 videtur praeferendum. Non solum doctrina et scriptis floruit, sed etiam auctoritate et publicis quae gessit muneribus. Ad primarias enim imperii orientalis dignitates est promotus: fuit imperatoris protosecretarius, patricius, magister et Logetheta, qui sumptibus atque redditibus fiscalibus et publicis praeesset: quamvis non desint qui Simeonem Logothetam a Metaphraste distinguant. Non autem ita se dedit muneribus publicis, ut non etiam vires ingenii omnes in colligendis, corrigendis, retractandis et scribendis sanctorum vitis impenderet: et

---

[1]) Cf. Hist. lit. VI, 451-459; Potthast p. 453; 1315; 1615.

[2]) Juxta Hist. lit. VI, 384—385, Mabillon et Guérard Cartulaire de s. Bertin Fulcuinus, qui auctor est Chartularii s. Bertini ab a. 638-962 alius est a Fulcuino ab. lobiensi. Oblatus ille dicitur a parentibus (948) s. Benedicto, pie vixisse eo in monasterio factusque diaconus. Collegit suo op. ll. 2 *gesta abbatum* et chartas seu donationes, privilegia etc. sui monasterii obiitque circa 975. Sub ejus nomine prodiit in Guérard op. cit. et Migne CXXXVI, 1183—1279. Desunt pauca in fine, quae in cod. exciderunt. Sed contra hanc opinionem cf. Holder-Egger N. A. VI, 415—438.

[1]) Cf. Fabricius bibl. lat. med. aet. I, 33.

[2]) Cf. de eo Ebert III, 339—342.

[3]) Num inter eos spectet etiam Reginoldus eichstettensis episcopus († 989), cui a nonnullis plures tribuuntur sanctorum vitae, est dubium. Cf. Fabricius III, 365; Bussel § 731.

[4]) Cf. praeter Allatium infra cit. Pselli encomium apud Allatium de Symeonibus Parisiis I, 664. (Migne CXIV, 183—209), qui Psellus etiam *Officium* in eum composuit, nam Graeci ejus memoriam inter sanctos recolunt 28. Nov.

a studio illas ad meliorem reducendi formam Metaphrastes est cognominatus. Magnam famam sibi hoc opere comparavit: innumeri fere codices confecti sunt, in quibus vitae sanctorum ex editione ejus descriptae sunt et ubique fuerunt propagatae. Verum quidem est Simeonem subinde errasse, nimis credulum se exhibuisse, minus criticum fuisse: sed plane injusti sunt defectusque exaggerant, qui contendant, eum in vendendis fabulis totum esse, vetera monumenta corrupisse mendaciaque historica congessisse nullamque merere fidem[1]) etc. Magna sunt auctoris nostri de hagiologia merita, nam ejus diligentia monumenta multa vetera nobis servata sunt; e vitis sanctorum oscitanter scriptis multa miracula fide indigna, narratiunculas futilissimas, prodigia suspecta aut ficta resecuit, quaedam in compendium redegit et plures digniori forma edidit. Verum quidem est, ut notat Bellarminus de script. eccl. sub ejus nomine, eum multa addidisse ex proprio genio, non ut res gestae fuerant, sed ut geri poterant; inserere colloquia et dialogos martyrum cum persecutoribus, adstantium paganorum conversiones miras et incredibiles, sed propterea non est statim contemnendus, cum et aliis biographis non dissimilia in usu esse soleant ad narrationem ornandam. Prae oculis autem et illud habeatur, multas ei a posteris vitas esse suppositas. Ita jam Allatius sagax censor CXXII vitas pro genuinis agnoscit, CXV vero, quae ejus in codd. praeferunt nomen, ei abjudicat, quin illarum auctorem legitimum detegere potuerit; vitis vel encomiis CCCCXLIV alios assignat parentes.

508. Passim hagiographi, ut Lipomanus, Surius, editores actorum SS. etc., vitas a Metaphraste adornatas pro rei opportunitate divisim ediderunt, demum plurimas collectas graece et latine edidit secundum mensium ordinem dispositas Migne P. G. t. CXIV—CXVI. *Vita s. Eusthathii* et sociorum, quae forte ipsius est, primum prodiit in Anal. boll. 1884. III, 65—113. Ut vero vitae genuinae a suppositis secernantur, consulendi sunt indices quos confecerunt hunc in finem Leo Allatius in sua doctissima diatriba de scriptis Simeonis Metaphrastae (apud Migne CXIV, 19—158); Mart. Hanckius de byzant. rer. script., Lipsiae 1677, ib. p. 293—300, et Dan. de Nessel in Catal. bibl. vindob. msc. graec. in f. 1, 109, ib. p. 299—304. Praesertim vero consulatur diss. sagax et erudita auctore Ehrhard Die Legendensammlung des S. Metaphrastes und ihr ursprünglicher Bestand in Festschrift zum 1100 jähr. Jubiläum des deutschen Campo santo in Rom, Freiburg 1897 p. 46-82 et 531 ss., in qua ostendit, facile esse dignoscere vitas Metaphrastis ope codicum, editionem in Migne P. G. pluribus laborare defectibus, cum et vitas Metaphrastis ineditas omittat, eas non debito ordine exhibeat (non juxta Kalendarium graecum) et plures interserat, quae ipsius non sint. Novum hinc proponit ordinis schema, censetque vitas genuinas Metaphrastis esse circa 150, e quibus 22 nondum sunt editae., Cf. tamen Analecta boll. 1897 p. 312 ss.; 1898 p. 448 ss. — Reperiuntur praeterea apud Migne ib. p. 209—292 Simeoni tributa: *Oratio* in lugubrem lamentationem ss. Deiparae pretiosum corpus D. N. J. Christi amplexantis; Sermones *de moribus* XXIV selecti ex omnibus s. P. N. Basilii archiep. Caesareae Cappodociae (inter opera s. Basilii Migne XXXII, 1115); commentarius in *sermones L* s. Macarii in Migne P. G. XXXIV, 841—965; *Precationes, carmina, epistolae IX; epitome* (jejuna) canonum

[1]) Cf. Honoratus a s. Maria, qui in op. Réflexions sur le règles et sur l'usage de la critique eum contra ejusmodi accusationes tuetur (apud Migne CXIV, 157—184); Bollandus in praef. ad. Acta SS. (ib. p. 11).

a canonibus ap. usque ad conc. Trullanam in Justelli bibliotheca juris canonici veteris II, 710. Num ipsius sit *Chronographia* seu Chronicon ex diversis decem historicis collectum ab o. c. — 963 (continuatum ab anonymo ad a. 1071, quae continuatio, si excipias jejunum fragmentum, intercidit), sit ipsius, est dubium[2]). Prodiit inter scriptores post Theophanem cura Combefisii ed. Parisiis 1685 p. 401—498; in Im. Bekker Theophanes continuatus etc. Bonnae 1838 p. 603—760; Migne P. G. latine tantum edita LVII, 327—406; et graece P. G. CIX, 663—822. Ipsius potius videtur *chronica byzantina* nondum edita.

509. Sequuntur qui de singularibus scripserunt sanctis. Adso (Azo, Asson), quem nonnulli in duos distinguunt scriptores, ditissimis nobilibusque parentibus in seculo est natus. A prima juventute in pietate et literis institutus est in monasterio luxoviensi (Luxeuil). Hinc a Gauzlin episcopo tullensi vocatus est, qui studia apud suam restauraret ecclesiam: inde transiit ad monasterium dervense. (Montier-en-Der), cujus electus est abbas (968) et agente Brunone episcopo lingoniensi a. 981 praepositus est monasterio s. Benigni divionensi, cujus disciplina satis erat relaxata. Decessit plenus meritis in itinere hierosolymitano a. 992. Cum hominibus sui temporis gravissimis ut Gerberto, Abbone floriacensi etc. familiaritate conjunctus rerum ecclesiasticarum cura, morum gravitate, eruditione et scriptis, quibus praesertim sanctorum vitas et miracula exposuit, in Lotharingia et Francia floruit. Reliquit plures sanctorum vitas, retractationes vitarum antiquiorum, quas ad meliorem redegit formam. Eae spirant unctionem et candorem, et compositae sunt stilo pro illo tempore satis puro et claro, sed deest eis judicium criticum. Haec ejusdem opera: *De antichristo*, opusculum celebre, multum lectitatum et citatum, hinc variis tributum auctoribus: sed et ab aliis auctum et interpolatum. Reperitur inter opp. s. Augustini opp. VI, 243-246; inter opera R. Mauri VI, 277—279; plenius inter opera Alcuini in P. L. Migne CI, 1289-1298. *Vita s. Frodoberti* ab. primi cellensis († c. 673) prope Trecas (Moutier la Celle), bono ordine conscripta, in Act. SS. 8. Jan. I, 506—513; in Mabillonii Actis SS. II, 626-639. — *Vita s. Mansueti* s. Petri ap. discipuli et Leucorum apostoli, »apertis contradictionibus juxta Act. SS. et crassis quae palpari queant figmentis deformata.« — *Vita s. Basoli* confessoris († 620), seu quae tradita jam erant ex antiquorum memoria, copiosius retulit, praecepto venerabilum patrum inductus, ut ipse in praefatione testatur, apud Mabillon Acta SS. II, 67—75 cum libello de translatione et miraculis s. Basoli, ib. IV, 2, 137-142. — *Vita* (non magni pretii) *s. Bercharii* ab. altivillarensis et dervensis primi († 865) ib. II. 832-843: anonymus sec. XII. adjecit miracula; *de miraculis s. Waldeberti* ab. luxoviensis tertii († 665), praemissa brevi ejus vitae epitome ib. III, 2, 452-460; in Act. SS. 2. Maj. I, 277—282. Haec collecta habes in Migne P. L. CXXXVII, 590—700. Alia quaedam adhuc ei tribuuntur, de quibus cf. Hist. lit. VI, 471—492. Ita *catalogus pontificum tullensium* (sine pretio historico) apud Calmet Hist. eccles. et civile de Lorraine, Nancy 1722 I, 83 ss.; *Vita s. Apri* (s. Evre) Leucorum urbis ep. et confessoris (fl. sec. V.), apud Calmet l. c. 107—111; in Actis SS. 15. Sept. V, 66—69 omissis quibusdam miraculis[1]). — *Vita s. Amantii* eremitae

[1]) Cf. Potthast p. 1021 s.; Ehrhard KL. XI, 1068-70, et apud Krumbacher p. 200—203; et hunc ipsum p. 358—361.

[1]) Cf. Potthast p. 16; Ebert III, 474—482; Schroedl KL. I, 250.

(† c. 600) conjicitur esse Hugonis engolis mensis episcopi, „viri astuti et eloquentis et literati“ (ab a. 973 vel 974 ad a. 990 vel 994), qui eam hausit ex „ipsis antiquis grammis partim, partim viva voce veracium attestatione[1]).“ Habes eam in Anal. bolland. VIII, 330-355. — *Vitam s. Idae* viduae Egberti Saxonum principis Herzfeldi in ducatu monasteriensi († c. 813) reliquit Uffingus (Ulfin, Usso) O. S. Ben. monachus werthinensis (c. 980—983) in Act. SS. 4. Sept. II, 260-270; potiora ex ea apud Pertz in M. G. SS. II, 569—576. Ea parum fide digna videtur juxta Potthast p. 1386.

510. Joannes O. S. Ben. abbas s. Arnulfi Metis, sub quo hujus monasterii scholae maxime floruerunt, vir admodum pius († c. 983), vitam s. *Glodesindis* seu Chlodesindis abbatissae metensis († c. 609, juxta alios c. 830) ab anonymo compositam retractavit reformavitque, adjectis narratione duplicis translationis et miraculis, quae immerito a Pertz Joanni gorziensi tribuuntur. Ea exstat in Labbe Bibl. nov. msc. p. 724—740; in Mabillonii Actis II, 1087—1090 et IV, I, 435—448; in Act. SS. 25. Jul. VI, 210—224; Migne CXXXVII, 211—240; excerpta in MG. SS. IV, 235-238. — Coepit et stilo fusiori *vitam* describere *s. Joannis* abbatis gorziensis (960-974) amici sui, cui morienti adstitit: sed dolendum, eum non pervenisse nisi ad a. 956, adeoque de tempore, quo Joannes monasterium rexit suum, nihil nisi quae in praefatione attingit, narrare. Laudatur haec historia a veracitate et sinceritate, notitiarum copia, praesertim de monasteriorum per Lotharingiam reformatione, atque inter biographias hujus temporis eminet[2]).

[1]) De aliis, quae ei tribuuntur cf. Hist. lit. VI, 492—497.

[2]) Cf. Hist. lit. VI, 421-430; Potthast p. 1342. 1399; Wattenbach I[5], 344 s.; Ebert III, 454—459.

Prodiit apud Labbe op. cit. I, 741—776, sed cum lacunis; in Actis SS. 27. Febr. III, 690—715; in Act. Mabillonii annotationibus illustrata V, 365—412; cur. Pertz in MG. SS. IV, 337—377; Migne CXXXVII, 241—310. — Ceterum Joannes metensis et s. Joannes gorzensis a nonnullis confunduntur. S. Joannes gorzensis unus est ex illustrissimis hujus seculi viris. Licet esset in seculo ditissimus, a juventute ad majorem semper anhelabat perfectionem. Cum Einoldo, archidiacono quondam tulensi, sanctae atque rigidae vitae studioso monasterium gorziense ita reformavit, ut inde novus spiritus et fervor in plura alia redundaverit monasteria[1]). Post Einoldi primi abbatis mortem a. 960, ipse ei successit († 7. Mart. 974). Ipsius forte est *s. Chrodegangi* ep. metensis († 766) *vita* in MG. SS. X, 552—572 cur. Pertz. Juxta eundem in admonitione praevia ad ipsius vitam a Joanne metensi scriptam hic s. Joannes auctor est et l. *de miraculis Glodesindis,* de quo supra egimus, et l. *de miraculis s. Gorgonii* martyris nicomediensis[2]) apud Mabillon in Act. SS. III, 2, 206—217; in Actis SS. 9. Sept. III, 343—345; Pertz MG. SS. IV, 235—247. Verum W. Schulze in N. Arch. der Gesellsch. für ä. d. Geschichtsk. 1884 IX, 3, 495—512 statuit, vitam Chrodegangi posse esse quidem hujus Joannis, sed id certo argumento non evinci; vitam et l. miraculorum Clodesindis esse ejusdem auctoris, hunc esse Joannem metensem; auctorem l. miraculorem s. Gorgonii non esse Joannem gorzensem sed monachum anonymum hujus monasterii, qui vixerit post a. 964.

[1]) Schroedl-Streber KL. VI, 1684-1686.

[2]) Aliqua de hoc sancto continentur in *epistola* Milonis episcopi mindonensis (Minden † 996) ad gorziense monasterium (i. e. Immonem ab. et monachos) apud Mabillon in Act. SS. III, 2, 204.

511. Ruoperto monacho mediolacensi (fl. 985), discipulo Gerberti, asserit Holder-Egger *vitam s. Adalberti* diaconi clariegmondani (fl. sec. VIII) et miracula[1]), cujus epitomen exhibet in MG. SS. XV, 2, 700—704; reperitur in Act. SS. 25. Jun. V, 97—103 additis miraculis aliis per monachos egmondanos, ib. 104—109; apud Ghesquière Act. SS. Belgii VI, 661 etc. — Letaldus (Lethaldus) O. S. Ben. in monasterio miciacensi (Mici, S. Mismin) prope Aurelianum, alius ab eo cujus supra p. 897 meminimus, vir singularis scientiae et judicii critici, l. reliquit *de miraculis s. Maximini* ab. miciacensis et confessoris († 520) apud Mabillon Act. SS. I, 598—613; ed. ven. I, 579—594, quo in l. breviter monasterii historiam attingit usque ad suum tempus, et ex parte etiam historiam dioeceseos; Migne CXXXVII, 795—824. Dolendum Letaldum ambitionis aestu abreptum turbas in Robertum suum abbatem movisse, in cujus locum subire nitebatur: hinc graviter reprehensus fuit ab Abbone floriacensi suo alioquin amico. Secessit postmodum in monasterium cenomanense p. a. 996, quo occasionem praebuit distinguendi duos hagiographos Letaldi, nomine, alium miacensem, alium cenomanum fere aequales. Scripsit vel ex integro fere reformavit praeterea *vitam s. Juliani* ep. Cenomanorum apostoli, in Act. SS. 27. Jan. II, 762—767. — *Delatio corporis s. Juniani* ab. mariacensis in pictaviensi provincia († 587) in synodum karrofensem c. a. 988 apud Mabillon IV, 1, 434. Haec tria scripta habet Migne CXXXVII, 781-826: laudantur a judicio, ordine, accuratione[2]). — *Vitam s. Hunegundis* abbatissae Humolariensis († 690) cum historia translationis et miraculis descripsit Bernerus (Wernerus) O. S. Ben. ex monacho s. Remigii remensi primus c. a. 948—981/82 abbas humolariensis (Homblières in Vermanduis), cui monasterio mirum est quantum splendorem ac bona contulerit, adeo ut viri nobilissimi vitam monasticam sub eo amplecti gestierint. Habes illam apud Mabillon in Actis SS. II, 1018—1030; V, 214—226; in Act. SS. 25. Aug. V, 227—232; Migne CXXXVII, 49—68. — Utho Secundi Hermanni Sueviae ducis ex fratre nepos, episcopus argentoratensis (950—965), *vitam* narrat breviter et stilo simplici *s. Arbogasti* decessoris sui († 678), quam habes in Act. SS. 21. Jul. V, 177—179 et apud Grandidier Hist. de l'église et des évêques de Strasb., Strasburg 1776 I, inter Pièces justif. § 18; Migne CXXXIV, 1001-1008.

512. *Historiam translationis et miraculorum* s. Swithuni wintoniensis ep. († 862) scribendi genere perspicuo et expedito refert Lanthfredus (Lamfridus) anglus monachus O. S. Ben. in veteri coenobio wintoniensi c. a. 980, ab excellenti doctrina ‚Doctor eximius' appellatus, omnis perfectionis studiosus. Habes opusculum non carens pretio in Anal. boll. 1885 IV, 367—410 coll. Act. SS. Jul. 1, 331—337; miracula forte quaedam postea adjecta fuere. — Swithuni vitam metrice celebrat Wolstanus (Wulfstan) O. S. Ben. wintoniensis (fl. c. a. 990) apud Mabillon Act. SS. V, 628—635 et in Actis SS. 1 Aug. 1, 98—100, ubi reperies etiam p. 88—98 *vitam s. Ethelwoldi*[1]) ep. wintoniensis ex abbate abendoniensi († 984) et in Migne P. L. CXXXVII, 181—214 cum quibusdam Wolstani carminibus.

---

[1]) Cf. Potthast p. 1134.

[2]) Cf. Hist. lit. VI, 528—537; Braunmüller KL. VII, 1851.

[1]) Cf. Ebert III, 496—501. Hujus Ethelwoldi *vita* alia tribuitur cuidam Alfrico abbati (fl. 992), quam edidit Jos. Stevenson in Chronicon monasterii de Abingdon t. II. append. 1.

513. *S. Udalrici* episcopi augustani († 973) *vitam* prolixiorem notitiis copiosam stilo aperto scripsit Gerardus[1]) presbyter augustanus ejusque familiaris, cui innixus Joannes XV. in synodo lateranensi a. 991 illustrem illum praesulem solemniter inter sanctos retulit atque ita primum solemnis canonizationis per romanos pontifices proclamatae exemplum dedit. Prodiit ea vita, quae fuit fons aliarum biographiarum, inter *vitas s. Udalrici* a Marco Welsero Augustae V. 1595 editas, sed absque auctoris nomine; in Mabillonii Actis V, 419-460; Migne CXXXV, 1009—1070; in Actis SS. 4. Jul. II, 97—130; ed. Waitz in MG. SS. IV, 381-425, etc. — Theodoricus monachus s. Eucharii sive s. Matthiae trevirensis (fl. c. 1000) descripsit *inventionem,* miracula et translationem *s. Celsi* episcopi trevirensis († c. 980), quae habes cum *sermone* in ejusdem solemnitate in Actis SS. 23. Febr. III, 396—405; Migne P. L. CLIV, 1233—1244; eorum epitomen ed. Waitz in MG. SS. VIII, 204—208. Alius ab eo est Theodoricus archiepiscopus trevirensis († 977), qui *Acta s. Lutrudi* (Lintrudis) V. in dioecesi catalaunensi Campaniae gallicae (Châlons sur Marne sec. VI.) collegisse fertur, in Act. SS. 22. Sept. VI, 451—453. — Alius pariter ab eo est Theodoricus metensis († 7. Sept. 984), auctor forte et ipse actorum sanctorum, de quo cf. Hist. lit. VI, 431—438; et Theodoricus floriacensis, de quo mox.

514. Rotgerus (Ruotgerus) O. S. Ben. clericus coloniensis, vir eruditus et cultus, literis mandavit[1]) *vitam s. Brunonis* archiep. coloniensis, fratris Ottonis I. imp. († 965), viri sanctitate, cultura muneribusque gestis plane celeberrimi, quam invenies in Act. SS. 11. Oct. V, 765—788; in MG. SS. IV, 254-275 ed. Pertz; in usum scholarum Hannover 1841; Migne CXXXIV, 941—978. Liber est egregius, fide dignus, cum Ruotgerus fuerit defuncti praesulis familiaris et comes, hinc inter primos aevi illius fontes referendus statimque ut prodiit doctis viris plurimum se commendavit, ut notat Pertz in notitia praemissa. — Otto II. imp. Gumboldo (Gumpoldo) episcopo mantuano (981—985), de quo alioquin nihil constat, *vitam s. Wenceslai* Bohemiae ducis M. († 935) scribendam demandavit. Qui quaecunque tanto temporis spatio elapso veracium virorum testimonio comperire poterat, collegit et stilo diffuso et tumido, contorto et saepe obscuro explicavit. Ejus liber omnium fere, qui postea de illius

[1]) Alius a Gebehardo episcopo augustano (996—1000), qui vitam s. Udalrici a Gerardo scriptam recognoscere et expolire coepit, sed non perfecit (cf. inter vitas a Welsero editas); et a Gerardo decano s. Medardi suessionensi, qui *vitam s. Romani* ep. rothomagensis († 639) ab alio editam misit a. 960 ad Hugonem archiepiscopum rotomagensem in carmen reformatam heroicum praemissa ep. Cf. Acta SS. 23. Oct. X, 91—94; Migne CXXXVIII, 171—184; Potthast p. 1552. 1612; Hist. lit. VI, 277—280. — Alius quoque a Gerardo abbate broniensi (Brogne † 959), qui factus est monachus s. Dionysii parisiensis et asceta sanctissimae vitae et reformator ardens aliorum coenobiarum, de quo cf. Wattenbach I[5], 357 s. — Apud eundem Welser p. 573 et in Actis SS. 4. Jul. II, 125 reperitur et alia *vita s. Udalrici*, quae dicitur esse Ludolfi (Luitolphi Luitholdi ep. augustani († 996).

[1]) Cf. Ebert III, 447—451; Wattenbach I[5], 336: Sein Werk gehört zu den besseren Biographien des Mittelalters, ist reich an Inhalt, wenn auch für unsere Wünsche zu kurz und gedrängt, und fasst das wesentlichste von Bruns Leben und Wirken mit richtiger Auffassung und wahrheitsgetreu zusammen. Alius est auctor noster a Rotgero (Ruotgero, Rutker) archiepiscopo trevirensi (915—931) cujus nutu adornata fuit canonum collectio, quam promulgavit in synodo trevirensi (a. 929), cujus pars tantum mscr. asservatur. Cf. Marx KL. X, 1318.

s. ducis vita prodierunt, radix et fundamentum est[1]): eam edidit Pertz in MG. SS. IV, 211 ss.; inde Migne CXXXV, 923—943. — *Acta* (potius Legendam, ut ajunt) *s. Christophori M.* poetice, sed stilo turgido (a. 983) cecinit[2]) ll. IV Waltherus subdiaconus spirensis, scholae cathedralis magister, in quorum 1, qui est inscriptus ‚Scholasticus', rationem vitae juvenilis et studiorum suorum reddit, qua occasione notas septem artes celebrat; ejusdem vitam etiam prosaice stilo nitido, simplici, pro ea aetate egregio narrat. Utramque vitam habes in Pez thes. anecd. II, 3, 27—124; illos ed. W. Harster Monachii 1878, cum diss. de auctore Spirae 1877.

515. Theodorus Daphnopata primus a secretis, patricius atque praefectus urbis CP. (fl. a. 956) reliquit *Encomium s. Joannis Baptistae* in Migne P. G. LXXXIV, 33—48 inter Theodoreti opp., cui etiam tributum fuit; *orationem* in translationem manus s. praecursoris Antiochia CP. (a. 956), ib. CXI, 611—621 latine tantum. — Ejus Historia sive *Chronicon byzantinum* intercidit. — Inter Ἐκλογάς (48) sive *Flosculos* ex variis s. Joh. Chrysostomi opp. collectos (in ed. Saviliana VII, 655 ss.; Frontoniana VI, 663 ss.; Migne P. G. LXIII, 567-902) pleraeque videntur juxta codd. ipsius esse: sed quia magnus inter codd. est dissensus, difficile est statuere, quoadusque se extenderit ejus diligentia. Inter eas reperitur et *Encomium s. Pauli ap.* ex diversis collectum. Hic Theodorus postmodum legitur aula imperatoris relicta, monasticam elegisse vitam[3]).

[1]) Cf. Pertz in observ. praeviis.

[2]) Cf. Baumgartner IV, 374; Ebert III, 333—339.

[3]) Cf. Oudin de script. eccl. II, 448; Ehrhard apud Krumbacher p. 170 et hunc ipsum p. 459.

516. Supersunt plures quos nominasse sufficiet[1]). *S. Basilii* junioris anachoretae CP. († c. 952) *vitam* scripsit Gregorius ejus discipulus, in Actis SS. 26. Mart. III, 668—691 ex graeco latine. Exstat ejusdem et longior recensio nondum edita. Cf. Analecta boll. X (1891), 487. — *Miracula s. Maximini* ep. trevirensium († 349), quae praesertim reperto ejus corpore exeunte sec. IX. contigerunt, narrat Sigehardus[2]) O. S. Ben. monachus sanmaximinianensis (fl. 957) in Act. SS. 29. Maj. VII, 25—33; ed. Waitz in MG. SS. IV, 230—234; Migne CXXXIII, 967—978. — Reimanno (vel Ousmanno) monacho gorzensi tribuitur *vita s. Cadroae* ab. Metis, antea walciodorensis monasterii (Waussor) in Lotharingia († 978), ejus aequalis, quam habes in Actis SS. 6. Mart. 1, 474-481; in Mabillonii Actis SS. sec. V p. 489-501. — Widbertus (Guibert) abbas s. Petri carnotensis, disciplinae monasticae reformator studiosus et diligens custos († 981—986) auctor est *vitae s. Emani* presb. et M. in agro carnotensi (sec. VI), quam habes tacito auctoris nomine in Act. SS. 16. Maj. III, 595—599. Cf. Hist. lit. VI, 406—408. — Stephanus monachus coloniensis stilo rudi descripsit inventionem et translationem s. Maurini ab. et M. (fl. 670) in monasterium s. Pantaleonis (a. 966 vel 967) in Actis SS. 10. Jun. II, 279—283;

[1]) Baltherus (Baltharius) monachus seckinganus in Suevia scripsit vel interpolavit exeunte sec. X. *vitam s. Fridolini* ab. Seckingae, apostoli Germaniae († 530, juxta alios 538 vel 540), quam habes in Actis SS. 6. Mart. I, 433—441; optime in Mone Quellensammlung der badischen Landesgesch., Karlsruhe 1848 p. 4—17. Aliis tamen videntur ea vita et ipsum Baltheri nomen conficta. Cf. Al. Schulte Jahrb. für Schweizerische Gesch. XVIII. (1893) 134—152; quam opinionem rejicit Krusch, qui et ipse hanc vitam accurate edidit in MG. SS. rer. merov. III, 350—370.

[2]) Cf. Hist. lit. VI, 300.

in Actis Mabillonii V, 336—341; in MG. SS. XV, 2, 683-686. — Fridegodus O. S. Ben. cantuarensis (fl. c. 960), cui immerito juxta Hist. lit. de la Fr. VI, 273—277 tribuitur[1]) *vita s. Audoeni* († 677) in Actis SS. 24. Aug. IV, 810—819, auctor est prolixae *vitae* metricae (vers. circiter 1500 constantis) *s. Wilfridi* ep. eboracensis († 709) apud Mabillon Act. SS. III[1], 169—196 col. IV[1], 722—726; ed. Ven. III, 150—175 col. IV, 1, 679—682; Migne CXXXIII, 981—1012; J. Raine The historians of the Church of York 1879, 105—159. Ea autem est retractatio vitae antiquioris a Steph. Eddis concinnata (cf. supra p. 650). — *Vitam s. Wiboradae* V. inclusae, ab Hungaris a. 926 interfectae, describit Hartmann O. S. Ben. sangallensis fere coaevus in Act. SS. 2. Maj. I, 284—293 coll. VII, 552; Mabillon in Actis SS. V, 44—61; exc. in MG. SS. IV, 452—457. — Raguel presbyter forte cordubiensis coaevus (fl. 966) *acta* exhibet *s. Pelagii* pueri ob fidem interfecti Toleti sub Chalifa Abderrahmano III, quae reperies in Act. SS. 26. Jun. V, 206—208; inter opera s. Eulogii ed. A. Morales, in Florez Esp. sagrada XXII[2], 41—49.

517. Ad theologiam practicam[2]) praeter tot alios, quos jam laudavimus, referri possunt: Odo cognomento Severus, origine Danus, pietate et eruditione in Anglia clarus, archiepiscopus cantuariensis (933—958), qui *capitula* seu constitutiones cum epistola synodali edidit de officio regis, magistratuum et cleri et de juribus Ecclesiae, quas habes in Speelmanni Angliae Conc., Londini 1639 1, 415—418; in Coleti coll. conc. t. XI; Migne CXXXIII, 947—952. — Richardus abbas floriacensis (16. Febr. 979) consuetudines et jura Ecclesiae *de regula* proponit apud Labbe bibl. nova msc. II, 744 ss.; Migne P. L. CXXXVI, 1303—1310.

518. S. Dunstanus natus forte c. a. 925, in literis et artibus liberalibus egregie institutus pingui patrimonio in pauperes et pia opera distributo habitum s. Benedicti induit factusque est abbas glastonburiensis (f. a. 946). Cum corripuisset Eadwicum regem lascivientem, iram in se concivit concubinae, cui fuga in Flandriam se subtraxit. Ab illius successore Eadgaro revocatus factus est episcopus wigorniensis, dein archiepiscopus cantuariensis (959). Exinde magna sollicitudine et zelo imperterrito disciplinam moresque corruptos cleri et populi restauravit, egregios instituit episcopos, scholas et monasteria condidit atque de ipso regno insigniter meruit: fuit enim unus e primariis regis Eadgaris consiliariis. Postquam eodem die ter esset concionatus, inter sacra solemnia obiit[1]) plenus meritis 19. Maji 988.

---

[1]) Plura alia ei tribuuntur, sed inedita Cf. Fabricius I, 608; Potthast p. 1636.

[2]) Aliqua *decreta* et prohibitiones circa matrimonium Sisinnii II. patriarchae CP. (995—999) habes in Migne P. G. CXXIX, 728 ss.; Pitra Spicil. Solesm. IV, 464 s. Photii spiritu animatus animum etiam a Latinis gessit aversum. Cf. Ehrhard KL. XI, 365 s. et apud Krumbacher p. 170[3].

[1]) D. bietet das Bild eines frommen, gerechten, hilfsbereiten, lern- und lehrlustigen, aber durchaus nicht herrsch- und verfolgungssüchtigen Mannes, wie ihn manche schildern, wohl aber eines erfolgreichen Staatslenkers, so dass die Zeiten, in denen er Rathgeber der unerfahrenen Könige war, immer als glückliche erschienen. Ita Hahn Realenc. V[2], 78. — Bridferthus (Bridfrithus, Brightefertus) Saxo, Abbonis discipulus et monachus O. S. Ben. ramesiensis (fl. 980), censetur auctor, non tamen omnium consensu, egregiae *vitae s. Dunstani*, cujus ipse erat familiaris, hinc testis oculatus: ea reperitur in Actis SS. 19. Maj. IV, 346—359 (cf. VII, 809); in Migne P. L. CXXXIX, 1423—1456; ed. Will Stubbs in Memorials of saint Dunstan 1874 (inter

Promulgavit *Regularem concordiam* anglicae nationis monachorum sanctimonialiumque, apud Reinerum Apostolat. O. S. Ben. in Ang. p. 77; Migne P. L. CXXXVII, 475—502. Ea nititur regulas et consuetudines variorum monasteriorum praesertim circa cultum divinum ad harmoniam revocare atque ita uniformitatem in eadem inducere. Num vero ipse sit ejus auctor, dubitatur. Plura alia, quae Dunstano tribuuntur, fere inedita, recenset Fabricius Bibl. lat. med. aet. 1, 481; aliqua edidit Stubbs op. cit., ut *epistolas XL*, poëmata, fragmenta ritualia etc. — Adalgeri (Algeri), O. S. Ben., forte Augustani († 964), exstat *Admonitio* ad Nonsvindam Reclusam seu l. *de studio virtutum* in Pez Anecd. thes. II, 2, 19 et Migne P. L. CXXXIV, 915—938.

519. Guido II episcopus aniciensis (Le Puy) illustribus natalibus progenitus († c. 996) praeter formulam quandam *confessionis* erratorum juventutis suae et *diploma*, quo plura continentur, quae spectant vitam suam, ecclesiam s. Michaelis, quam aedificaverat, et ecclesiam aniciensem (apud Mabillon Act. SS. O. S. Ben. VII, 835—839), cum aliis episcopis praelusit[1]) quibusdam statutis celebri Treugae Dei, in Mabillonii de re diplom. l. 6 n. 144. — Gunzonis novariensis diaconi exstat *epistola* de casu matrimoniali ad Attonem ep. (inter hujus ep. 6. in Migne P. L. CXXXIV, 111). Celeber hic fuit grammaticus, quem Otto I sollicite in Germaniam invitavit pro studiis promovendis. Demum invitationi cessit venitque copiosa librorum supellectili (c. 100) onustus. Legitur ejus ep. eruditione grammatica referta (Migne CXXXVI, 1283-1302), qua linguae lapsum contra grammaticae regulas colorare nititur adversus sangallenses monachos[2]).

520. Praetermittere nolumus Salvum abbatem alveldensis monasterii in Navarra, qui ab auctore anonymo, sed antiquo (apud Fabricium Bibl. eccl. II, 68) dicitur „Vir lingua nitidus et scientia eruditus, elegans sententiis, ornatus verbis, (qui) scripsit sacris virginibus regularem libellum et eloquio nitidum et rei veritate perspicuum. Cujus oratio nempe in hymnis, orationibus, versibus ac missis, quas illustri ipse sermone composuit, plurimam cordis compunctionem et magnam suaviloquentiam legentibus audientibusque tribuit. Fuit namque corpore tenuis, parvus robore, sed valde fervescens spiritus virtute. O quanta ex illius ore dulciora super melle manabant verba, cor hominis quasi vina laetificantia. Obiit (962) ... sana doctrina praestantior cunctis et copiosior operibus caritatis.“ Ex hujus auctoris scriptis nihil prodiisse videtur. — *Epistolae XLI* brevissimae, sed non inutiles pro historia illius temporis Adalberonis archiepiscopi remensis (969—23. Jan. 988), praesulis eruditi, intrepidi et prudentis, cancellarii magni Lotharii et Hugonis Capet re-

---

rer. brit. med. aevi script. n. 63) p. 3—52 etc. Reliquit et *commentaria* in Bedam de rerum natura et de temporibus, inter hujus opera edita, necnon *Computum* Latinorum, Graecorum, Hetruscorum, Aegyptiorum et Anglorum (ut videtur ineditum): erat enim insignis plane mathematicus. — Bridferthi vitam retractavit Osbernus O. S. Ben. (de quo infra), quam vitam retractatam reperies apud Mabillon Act. SS. V, 19. Maj. IV, 359—384; Migne CXXXVII, 407—456 et in op. Stubbs cit. p. 69—161. Cf. Potthast p. 1277, qui plures alias ejusdem enumerat vitas; Hefele Conciliengesch. IV § 522 s.; Schroedl KL. IV, 21 ss.; Hahn Realenc. V, 75-78. Apud Stubbs p. 53—68 legitur et ep. Adelardi monachi blandiniensis (fl. c. 1010) ad Elfegum archiep. cantuariensem († 1012) *de vita s. Dunstani.*

[1]) Cf. Hist. lit. VI, 507—511.

[2]) Cf. Werner Gerbert von Aurillac, Wien 1881 S. 33 s. Ebert III, 370—372.

gum, qui ope Gerberti scholas Remis restauravit et ad magnum provexit florem[1]), prodierunt primum inter epistolas Gerberti, dein cum *introductione* monachorum in monasterium mosomense in Migne P. L. CXXXVII, 505-530. — Ibidem p. 9—16 reperies epistolas XIII breves Wigonis decani monasterii Feuchtwangensis in Franconia (fl. 980). — S. Adalberti[2]) episcopi pragensis viri sanctissimi, missionarii vere apostolici, demum pro fide martyris († 23. Apr. 997) exstat *homilia* in Natale s. Alexii confess. Romae habita in Act. SS. Jul. IV. 257; Migne P. L. CXXXVII, 897—900. Reperit quoque Kolberg canonicus hujus sancti praesulis epistolam ad Milonem ep. mindensem († 996), quam et edidit: *Ein Brief des h. Adalbert von Prag* an den B. Milo von Minden aus dem J. 993, Braunsberg 1897., eique etiam tribuit prologum et epilogum passionis ss. Gorgonii et Dorotheae, quam Miloni miserat. Sed cf. accuratam disquisitionem in Anal. boll. 1899 XVIII, 5—21, juxta quae s. Adalbertus ipse retractavit ampliavitque brevem de illorum passione notitiam. — Wiboldus noviomensis ecclesiae archidiaconus, vir tam secularibus quam ecclesiasticis disciplinis satis imbutus, qui consecratus est in episcopum cameracensem (965), clericis aleae amatoribus regularem ludum artificiose composuit, quo videlicet se in scholis exercentes caritate vitia vincere assuescerent secularemque ac jurgiosam aleam refugerent. Illum habes cum annotationibus D. Leglay in Migne P. L. CXXXIV, 1007—1017.

521. Denique memorandus est Ekkehard (Ecchardus) dictus Primus, ut distinguatur a quatuor aliis hujus nominis, qui temporis lapsu monasterium sangallense illustrarunt[1]). Natus nobili genere eo in monasterio egregie institutus est scholasque internas rexit. Diu praefuit sodalibus decani munere omniumque amorem sibi conciliavit, atque misericordia in pauperes prae primis emicuit. In abbatem electus (958) tanto honori renunciavit decani munere contentus. Plures *hymnos* et *sequentias* composuit, quos habes in Kehrein Lateinische Sequenzen des Mittelalters, Mainz 1873 n. 138. 350. 513. 539. Juvenis composuit metrice

[1]) Cf. Hist. lit. VI, 444—500. Ab hoc distingui debet Adalbero metensis episcopus (984-1005), cujus vitam magna devotione bene omnino descripsit Constantinus s. Symphoriani extra muros metenses abbas, qui illi fuerat comes assiduus eique aegrotanti et morienti astiterat. Continet ea plura memoria dignissima, atque reperitur in MG. Scr. IV, 658 ed. Pertz et apud Migne CXXXIX, 1553-1557. Obiit Constantinus juxta Hist. lit. VII, 248 d. 10. Sept. 1024. — Alius quoque est ab Adalberone wirceburgensi (1045—1090), monasterii lambacensis fundatore, cujus vita (non sine pretio) sec. XIII legitur in MG. SS. XII, 127—147.

[2]) Mox ab ejus morte *vitam et passionem* stilo brevi, sed gravi, bene et veraciter descripsit Joannes Canaparius abbas monasterii s. Alexii Romae († 12. Oct. 1004) c. a. 1000 in Act. SS. 23. Apr. III, 178—187 (absque auctoris nomine); in MG. SS. IV, 581-595; in Migne CXXXVII, 859—888 etc. Genuinitatem quidem hujus vitae in dubium revocavit Kentrzynski, sed eam propugnarunt M. R. F. Kaindl Canaparius und Brun in Mittheil. des Ver. f. Gesch. der Deutschen in Böhmen XXXII (1894) 338—347; iterum Mitth. des Inst. für österr. Geschichtsforschung XVI (1895) 349—357; et Perlbach Zu den ältesten Lebensbeschr. des h. Adalberts N. Archiv XXVII, 35—70. — Canaparium excepit Bruno Querfurtensis c. a. 1004-1005, cujus vita pulchra et aucta legitur in Act. SS. l. c. p. 187—198; in MG. SS. IV, 577. 596—612 cur. Pertz etc. Bruno dein c. a. 1007—1008 vitam a se concinnatam retractavit et ad breviorem reduxit formam. Cf. Potthast p. 1134 ss.; Werner Gerbert p. 114 s.; Voigt Adalbert von Prag. Ein Beitrag zur Gesch. der Kirche und des Mönchthums im 10. Jahrh., Berlin 1898.

[1]) Cf. Potthast p. 397 cum copiosa literatura de auctore nostro; Greith KL. IV, 347—355; Ebert III, 265—276, qui fuse de ejus Walthario disserit.

celebrem *Vitam Waltharii* manu fortis, Aquitanorum principis, sed dictione adeo barbara, ut Ekkehardus IV. illam vix potuerit emundare. Ita emundatam illam edidit Jac. Grimm in Lat. Gedichte des X. und XI. Jahrh., Göttingen 1838 p. 1—126 col. 383—385; Jos. Vict. Scheffel et Alfr. Holder in op. Waltharius lat. Gedicht des X. Jahrh. mit deutscher Uebertrag. u. Erläut., Stuttgart 1874; Peiper Ekkehardi I. Waltharius, Berolini 1873 etc. Obiit poëta magno sodalium moerore 14. Jan. 973. — Ejus ex fratre nepos Ekkehardus II. Palatinus et scholarum rector, ‚doctor prosper et asper' dictus, ad aulam Ottonis vocatus est ejusque filium Ottonem II instituendum suscepit. Magna valuit gratia apud imperatorem, qua usus est in sui monasterii commodum. Obiit praepositus moguntinus 23. Apr. 990 relictis *epigrammatis* et *sequentiis*, quae tamen perierunt, unam si excipias apud Kehrein op. cit. n. 544. Visitationem monasterii ab octo episcopis institutam descripsit, quam relationem legere poteris in casibus monasterii s. Galli ab Ekkehardo IV descriptis, de quo infra. De Ekkehardo III. qui dictus est Junior, ex sorore nepote, nihil, quod nos spectet, relatum est, et de Ekkehardo V egimus t. IV p. 186.

XVIII.

Scriptores ecclesiastici seculi XI.

Pars prior (1001—1050).

522. Nondum refloruerunt studia theologica: rari iterum sunt scriptores, quos theologos vere dicere possimus quique de argumentis dogmaticis scripserint, neque graviores de rebus fidei comparent controversiae: magnus vero est numerus eorum, qui in argumentis historicis sint versati. Inter eos, qui pontificatus apicem conscenderunt magno, suo saltem tempore, nominis famam est consecutus Gerbertus, postea Silvester II dictus, non tam gestis, vix enim per quadriennium sedem tenuit apostolicam, quam eruditione, qua ante suscepta Ecclesiae gubernacula inclaruit. Gerbertus (Girbert, Gerlent) patria Alvernus, obscuro loco natus c. a. 935, a prima juventute professus est vitam monasticam in coenobio aurilliacensi O. S. Ben. Ab abbate in Hispaniam missus (967—970) mathesis aliarumque disciplinarum naturalium se addixit studio, in iisque adeo profecit, ut apud rudes magiae incurrerit suspicionem et ridiculae calumniae seu potius fabulae in eum fuerint divulgatae apud posteros. Ab Ottone I. imp., cui in itinere romano innotuit, dictus est abbas bobiensis: quod tamen monasterium ob tristem ejus conditionem temporalem, nobilium vexationes sparsasque in eum calumnias reliquit retento abbatis nomine. Aliquamdiu degit in aula caesarea, ubi Ottonem II. in variis instituit disciplinis; inde Remos transiit, intimusque factus est Adalberonis archiepiscopi familiaris et a secretis. Scholas ibidem rexit, quas floridissimas reddidit, ut undique illustres atque nobiles accurrerint discipuli, divitemque condidit bibliothecam. Magnam ita apud episcopos, principes et imperatorem sibi conciliavit auctoritatem. Adalbero moriens eum sibi optavit successorem, sed eo defuncto (23. Jan. 988) electus est agente Hugone Capet rege in archiepiscopum Arnulfus filius Lotharii regis Galliae. Cum vero hic post triennium ob proditionis crimen, de quo accusabatur, a synodo ad s. Basolum fuisset depositus[1]), in ejus

[1]) In hac synodo magnas habuit partes Arnulfus II episcopus aurelianensis (986-p. a. 997), qui inter aequales eloquentia emicuit. Habuit in ea sermonem acrem adversus sedem apostolicam. Cf. Hist. lit. VI, 521—528, et de ea synodo, cujus

locum electus est Gerbertus (991). Verum Joannes XV. Arnulfi depositionem non probavit illegitimamque declaravit Gerberti electionem. Invitatus ab Ottone III ut „philosophorum peritissimus atque tribus philosophiae partibus laureatus,“ Magdeburgum ad aulam venit, ut eum doceret linguam graecam eique arithmeticae aperiret secreta.

523. Imperatorem comitatus est in Italiam (996), et a Gregorio V. factus archiepiscopus ravennatensis (998) et mox defuncto pontifice 18. Febr. 999 agente Ottone III electus est primus nationis gallicae in ejusdem successorem, voluitque exinde dici Silvester II. Factus pontifex solemniter probavit restitutionem sui quondam aemuli in archiepiscopatum remensem; Stephano Hungarorum duci ad fidem cum sua natione converso, regnum gentemque per Astricum episcopum colocensem b. Petro offerenti gratias egit utrumque ea lege restituit, ut ejus successores per optimates electi a pontificibus romanis approbentur, coronam ei misit nomenque regis et ecclesiarum sua vice ordinandarum potestatem concessit[1]). Tribuitur ei a nonnullis primum de Hierosolyma recuperanda consilium. Verum a magnis negotiis gerendis eum impedierunt mors praematura Ottonis III., qui inter ejus exspiravit brachia, obortae gravissimae Romae et in Italia turbae, adeo ut Urbe excedere debuerit, et propria mors, qua 12. Maj. 1003 decessit[2]). Plurima reliquit scripta de variis argumentis, quae collecta habes apud Migne CXXXIX, 85—350 et A Olleris Oeuvres de Gerbert . . . Clermont et Paris 1867. Praetermissis operibus mathematicis[1]) huc referri possunt Sermo pulcher *de informatione episcoporum;* etiam *de dignitate sacerdotali* inscriptus et s. Ambrosio tributus, inter ejus opera vel in eorum appendice editus, a Mabillonio Anecd. V, 2, 216—237 Gerberto restitutus; ab Olleris iterum in dubium revocatus. — Libellus *de corpore* et sanguine Domini, quem Cellotius tamquam anonymi edidit in app. ad historiam Gottescalchi, Mabillonius Herigero tribuit in Proleg. Sec. IV p. 2 Bened., cui assentiunt recentiori aetate Boehmer et Koepke, ut infra dicemus; Pezius vero in thes. anecd. noviss. I, 2, 131 ss. auctori nostro. In eo tuetur fidem catholicam, et Stercoranorum errores refutat. — *Epistolae* quamplurimae (circa 230), sed breves ante pontificatum editae, aliae cum jam esset pontifex; priores praesertim magni sunt momenti pro historia sui temporis, quas accurate ediderunt Duchesne II, 789—844; Olleris (236), Migne (231) et Jul. Havet[2]) Paris 1889. — Accedunt insuper acta vel *decreta* (accurate et

---

acta habes apud Pertz MG. III, 658 ss. et Migne P. L. CXXXIX, 287—338, Hefele IV § 524.

[1]) Cf. Jaffé Regesta Pont. rom. ed. 2 I, 497, ubi ejusdem epistolas recenset n. 3900—3940.

[2]) Cf. de eo Hock Gerbert oder Papst Silvester II, Wien 1837; Axinger Hist. du pape Sylvestre II et son siècle, Paris 1842; Olleris in praef. suae ed. p. XVII—CCV; Werner Gerbert von Aurillac, die Kirche und Wissenschaft seiner Zeit, Wien 1878; Ebert III, 384—392; Lausser Gerbert Etude hist. sur le X. siècle, Aurillac 1866, de quo cf. Revue des qq. hist. I, 620; F. Picavet G. un pape philosophe, Paris 1898; aliosque apud Wurm. KL. XI, 1035—1038 et Potthast p. 501; Colombier in Etudes relig. des PP. de la C. de Jes. 1869 ser. IV. III, 83—110; 248—280. IV, 299-315; 445—458. Rol. Allen Gerbert Pope Silvester II in the English historical review 1829 n. 28 p. 625—668.

[1]) Cf. Boubnov Gerberti . . . opera mathematica. Accedunt aliorum opp. ad Gerberti libellos aestimandos et intelligendos necessaria, Berolini 1899.

[2]) Cf. tamen examen accuratum et criticum, quod circa ep. Gerberti instituit J. Lair in Etudes critiques sur divers textes de Xe et XIe siècles t. 1. Parisiis 1899; Werner Gerbert p. 244—266.

clare exhibita) synodorum in ejus causa vel sub eo habitarum, quorum plura edidit Pertz in MG. hist. III 658-693; cum acri responso (ib. 686-690) Leonis abbatis rom., de quo supra egimus p. 914 a. Aliquot *epitaphia* et versus graves adhuc supersunt. — Tribuitur ipsi et rarissima *disputatio* Christianorum et Judaeorum, Roma 1544 in 4; num vero sit ipsius est dubium. Immerito vero ei adscribit Bzovius *vitam s. Adalberti* pragensis, quae etiam sub ejus prodiit nomine Romae 1629; neque ipsius est *vita s. Adalheidae* imperatricis. Vir erat ad magna natus, qui morum candore et comitate facile sibi conciliavit principum favorem, aequi et veri amantissimus sine dolo, in gerendis negotiis prudens et dexter, qui magno moderamine animarum salutem tractavit. Etiam archiepiscopus, imo pontifex studiorum erat amantissimus.

524. Clarus hujus periodi theologus fuit Fulbertus, n. intra 952—962, qui „non opibus nec sanguine fretus, ut ipse canit, conscendit cathedram pauper de sorde levatus[1]).“ Remis Gerberti erat discipulus, condiscipulus Roberti postea regis, atque in omnibus disciplinis bene institutus. Carnuti rexit scholas, quas ad magnum perduxit florem celebresque reddidit, ut undique accurrerent discipuli, inter quos et Berengarius turonensis[2]). Cancellarius etiam erat carnotensis ecclesiae. Insignis vita et eruditione lucernaque ardens a Domino super candelabrum accensa ecclesiae gallicanae, Roberti regis, cui gratissimus erat, favore carnotensis creatus est episcopus (1007). Episcopalem gradum assecutus libertatem ecclesiasticam egregie tutatus est adversus laicorum usurpationes, ut ex ejus colligitur literis. Tanto captus erat amore literarum, ut et post susceptum munus pastorale lectiones in scholis continuaret, abstineret solum a dandis consiliis medicis. Ob tam impensum literarum studium aptamque instituendi methodum dictus est a discipulis ‚venerabilis Socrates‘. Cum a. 1020 ecclesia cathedralis diro concremata esset incendio, eam splendide reaedificavit opem conferentibus vel regibus Angliae atque Daniae eamque Dei Genitrici dicavit. Obiit illustris praesul „in sanctitate laudabilis, in sapientia mirabilis, in cujus morte studium philosophiae in Francia periit et gloria sacerdotum pene decidit (monachus Sylviniaci in vita Odilonis)“ 10. Apr. 1028. Praeclaris encomiis celebratur ab aequalibus et posteris propter virtutum splendorem, eruditionis et doctrinae famam, ut sui haberetur aevi veluti oraculum. Aliquot scriptores et martyrologia eum sanctis accensent, non vero Ecclesia romana, neque ipsa ecclesia carnotensis. Scripta ejus collegerunt ediderunt que le Masson Parisiis 1585; plenius, sed mendose Car. de Villiers ib. 1608; inde in bibl. PP. coloniensi XI, 1 ss., et lugdunensi XVIII, 1—55; plenius in Migne P. L. CXLI, 189—369. Haec potiora sunt: *Epistolae* (ultra c) plerumque breves, sed pretiosae et utiles pro cognitione illius temporis, inter quas mentione praesertim dignae V., in qua praeter alia egregie disserit de ss. eucharistiae sacramento, et CXII. de episcopis ad bella procedentibus, quos gravissime carpit et hoc nomine ne dignos quidem censet[1]). Tr. in illud Act. XII, 1: *Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia* etc.; Tr. *contra Judaeos*, in quo Jacobi vaticinium Gen. 49, 10 in Christo adimpletum bene ostendit. Eum priores editores absque sufficienti ratione in

[1]) Alius a Fulberto rotomagensi et F. monacho gemeticensi, de quibus infra.

[2]) „Cum in extremis positum, refert Guilelmus Malm, op. infra cit., multi visitarent... ille inter opositas catervas oculo rimatus Berengarium nisu quo valuit, expellendum censuit, protestatus immanem draconem prope eum consistere, multosque ad eum sequendum blandiente manu et illice anhelitu corrumpere.“

tres resolverunt sermones. Aliquot (10) *sermones,* inter quos V in b. Virginem, cujus erat devotissimus. »Quanto enim amore, refert Guilelmus Malmesb. de gestis reg. angl. l. 2 c. 11, in honorem Virginis anhelaverit, poterit conjicere qui audierit cantus coelestia vota sonantes.« Ipsius tamen non est sermo de assumptione b. M. V. olim s. Augustino, dein ipsi tributus. Reliquit et brevissimum *poenitentiale* laicorum et mulierum, *hymnos* et carmina (27) ecclesiastica. — *Vita s. Autberti* episcopi cameracensis (633-669), apud Surium 13. Dec.; Ghesquière in Act. SS. Belg. III, 529 et apud Migne l. c. sub ipsius nomine edita saltem est dubia[1]).

525. Nullum alicujus momenti exegetam reperimus[2]). Unum forte nominare licet s. Brunonem. Ortus is est ex illustri ducum Saxoniae, Franconiae et Carinthiae prosapia, quae Ottones et franconicos Caesares germinavit. Patrem habuit Conradum I. Carinthiae ducem, consanguineos Gregorium V. summum pontificem, Conradum II. et Henricum III. imp. Quae ante episcopatum gesserit latent, episcopus vero herbipolensis est electus a. 1034. »Vir erat, inquit Trithemius Annal. 1, 169, per omnia Deo et hominibus acceptus, justus, doctus et christianae legis cultor et propagator integerrimus.« Episcopus vero factus »in omni sanctitate et justitia omni tempore diligentissime studuit, et omne bonum, quod verbo docuit, prius opere demonstravit.« Multas ecclesias et scholas in sua dioecesi vel exstruxit vel redditibus ditavit. Magna fruebatur gratia et auctoritate apud Conradum II. et Henricum III: quem secutus in Hungariam, corruente prae vetustate solario, in quo cum imperatore aliisque stabat, lapsus est et in lapsu gravissime laesus ex vulnere mortem contraxit 27. Maj. 1045. Ab Ecclesia inter sanctos colitur. Exstat ejus *expositio Psalmorum,* canticorum (quae scil. in Officio divino occurrunt), orationis dominicae et symboli apostolorum et symboli Athanasii, apud Migne CXLII, 39—568, compilatio undequaque ex patrum, Cassiodorii in primis, scriptis collecta, ita tamen ut negare non possimus, judicium in ea et crisin ex ipso colligendi modo elucescere. Singulis psalmis ex antiquissimo usu subjecta est oratio quaedam, quae psalmi fructum quodammodo colligat. Expositio orationis dominicae et symbolorum fit per interrogationes et quaestiones et simillima est catechismo, qui in scrutiniis ante baptismum adhiberi solebat[2]). Sequitur autem illam gallicani psalterii formam, qualis in Britanicis insulis temporis defluxu evaserat. Saepius prodiit s. Brunonis opus, cur. J. Regeri Herbipoli 1480; ed. Korberg Norimbergae 1497; ed.

---

[1]) Cf. de auctore nostro Hist. lit. VII, 261—279; Fechtrup KL. IV, 2092—2094; Ch. Pfister de Fulberti carnot. ep. vita et opp., Nancy 1885; Werner in vita Gerberti passim, praesertim p. 273-286, ubi de pretio ejusdem epistolarum disserit.

[2]) Erhardi (Ethardi) O. S. B. (c. 1050) commentarium *in Pentateuchum* (inedituni) et *homilias* laudat Trithemius de script. eccl. c. 337. — Petri carnotensis ecclesiae cancellarii, Fulberti carn. discipuli et in regendis scholis successoris († c. 1039) paraphrasis *in Psalmos* et glossae *in Job* aliosque sacros ll. typis impressae non sunt. Cf. Hist. lit. VII, 341 s. — De Erardo scholastico s. Michaelis Lüneburgi († 1004), si est alius ab Erhardo mox memorato, et de Luitgero ejus successore († 1028), qui ambo reliquerunt commentaria inedita in s. Scripturam cf. Krause allg. d. Biogr. VI. 159.

[1]) Cf. G. Baier Der h. Bruno von Würzburg als Katechet, Würzburg 1893 — Alius ab eo est Bruno episcopus lingoniensis († 31. Jan. 1016), cujus forte est *de confessione clericorum,* quam his impense commendat in Mart. Anecd. I, 79—84; Migne P. L. CXXXIX, 1533—1539.

Cochlaeo Lipsiae 1533; hinc in bibl. PP. coloniensi t. XI, et lugdunensi t. XVIII; Herbipoli 1721, demum cura H. Denzinger cum doctis prolegomenis in Migne P. L. CXLII, 9-568. — Ipsius non est commentarius *in Pentateuchum*, sed Brunonis astensis; neque commentarius sive *in Proverbia* Salomonis sive *in epistolas* s. Pauli. Cum ea aetate plures vixerint eruditione et sanctitate insignes, qui Brunonis nomen gererent, s. Bruno coloniensis, herbipolensis, astensis sive signiensis, cassinensis et fundator Carthusianorum, factum est, ut inter se confunderentur et opera unius alteri tribuerentur.

526. Ex Theodorici[1]) O. S. Ben. amorbacensis (qui etiam Kersfeldensis dicitur, vel Floriacensis, quia diu ibidem degerat, et fl. c. 1018) commentario *in ep. canonicas* specimina quaedam exhibuit Dümmler in Abhandl. der k. Ak. der Wissensch. zu Berlin, Philos. und hist. Abth. 1894 p. 1.—30. Ejusdem est l. (pretii dubii) *de illatione reddituque corporis s. Benedicti* Aureliani ad Floriacum, ex majori parte apud Mabillon in Act. SS. IV, 2, 350—355, qui tamen laborat confusione chronologica. — Psalterium glossavit et s. Romualdus auctor ordinis Camaldulensium († 1027), cujus prodiit tantum expositio in Ps. LXVIII in Migne P. L. CXL, 1125-1128. Vitam hujus sancti scripsit alter sanctus Petrus scil. Damiani, quam habes inter hujus opera, et Florentiae 1513 in 4. ed. valde rara, et aliis ed. omissis in Migne P. L. CXLIV, 953-1008. — Psalterium, cantica et symbolum athanasianum germanice vertit et illud juxta s. Augustinum interpretatus est Notker[1]) cognomento Labbeo O. S. Ben. monasterii sangallensis illustrissimum decus, in necrologio „magister doctissimus et benignissimus", ab aliis „Teutonicus" dictus. Praefuit ibidem scholis et in discipulorum commodum indefessae erat operositatis. Vertit praeterea felicissime opera classica scriptorum profanorum et ecclesiasticorum in linguam theodiscam: hinc magna sunt ejus in literaturam patriam merita[2]). Obiit peste correptus ingenti sodalium moerore 29. Jun. 1022. Plura ex ejusdem operibus interciderunt, plura ediderunt J. Schilterus et post hujus fata Scherzius in thes. antiq. teuton. t. I; P. Piper Die Schriften Notkers und seiner Schule, Freiburg in B. und Tübingen 1882—1883. — Aliquot s. Scripturae libros in Anglo-saxonum linguam vertit Aelfricus O. S. Ben, cognomine Grammaticus, illustre anglo-saxonicae ecclesiae sidus. Num fuerit idem cum Aelfrico archiepiscopo cantuarensi (996—1006) vel cum Aelfrico eboracensi archiepiscopo (1023—1051) controvertitur. Quidquid sit, certum tamen est ingentia ejus fuisse merita de institutione et cultura sui populi, deque literis anglo-saxonicis. Concinnavit *grammaticam* cum glossario; ver-

[1]) Alius ab eo est Theodoricus Cassinensis monachus, ei aequalis, cujus *vitam s. Firmani* edidit tecto nomine Hier. Lagomarsini S. J. typis tarvisinis seu potius lucensibus 1727.

[1]) Hoc nomine insigniuntur plures viri eruditi, qui monasterium sangallense illustrarunt. De Notkero Balbulo jam egimus p. 873; de leodiensi infra occurret mentio. — Notker cognomento „Physicus", ob rigorem, quo servatam voluit disciplinam, „Piperis granum" dictus, clarus erat medicus et pictor. Ei adscribuntur aliquot *hymni* (cf. Migne P. L. LXXXVII. 48). Obiit a. 975. — Hujus nepos historiographus dictus, pariter Notker appellabatur, eratque monasterii abbas et obiit eodem anno. De his omnibus cf. Seidl KL. IX, 531—537. — Notkerus O. S. Ben. abbas altvillarensis († c. 1099) composuit libellum *de veritate reliquiarum s. Helenae*, cujus magnam partem habes in Act. SS. 18. Aug. III, 607—611.

[2]) Cf. J. Kelle Gesch. der deutschen Lit., Berlin 1892 p. 232 ss.; 402 ss.

tit homilias patrum et vitas SS., quas edidit t. 2 Thorpe *The Homilies of the anglo-saxon church.* The first part containing the Sermones catholici or homilies of Aelfric, Londini 1844; *Aelfrics Lives of Saints,* ed. Skeat ib. 1881. Versio Heptateuchi, l. Esther et forte l. *Job.* in Grein Biblioth. der angelsächs. Prosa, Kassel t. 1 ipsius est, cum introductione in V. et N. T. Praeter haec alia adhuc opera edidit, quae cf. apud Thorpe Ancient Laws ... of England 1840 p. 441 et 452 ss. In ipsius honorem a. 1842 instituta fuit societas literaria Aelfric Society, cujus scopus est edere opera vetera anglo-saxonica. Cf. Fabricius bibl. lat. 1, 24; C. Schoell Realenc. 1^3, 222—224; Ebert III, 509-516. — *De distantiis locorum terrae sanctae* breviter disseruit Eugesippus, scriptor alioquin ignotus (fl. 1040), cujus l. vulgavit Leo Allatius in Symmictis p. 104—120, Coloniae 1653 in 8.

527. In argumentis historicis quam plurimi versati[1]) sunt. Haud pauci reliquerunt chronica, inter quos Thietmarus (Ditmar, Dithmar, Theodomar etc.) haud ultimus est. Patria erat Saxo, claris natalibus oriundus n. 25 Jul. 976. Puerum Ricdago pater abbati s. Joannis Magdeburgi commendavit, cujus schola tunc temporis inter praeclarissimas florebat. Anno 14. aetatis suae receptus est qua frater spiritualis inter canonicos s. Mauritii. Factus est 1002 praepostitus walbeccensis, presbyter ordinatus 1003; et in episcopum merseburgensem electus a. 1009. Magna prudentia et solertia praefuit suae ecclesiae, cujus conditio spiritualis et temporalis satis erat tristis, quam tamen in laetiorem provexit statum. Fortiter stetit pro libertate canonica electionum ad munera ecclesiastica. Obiit anno aetatis 43. die 1. Dec. 1018

---

[1]) Praetermittimus Leonem, qui dictus est Grammaticus vel etiam Asianus, scriptorem si vitae fata spectes, plane ignotum (fl. c. 1013). Ejus *chronographia*, cujus initium deest, incipit ab Adamo usque ad diluvium, persequitur dein historiam Judaeorum, regum babyloniorum et persarum, Alexandri M., Ptolemaeorum, imperatorum romanorum ad a. 948. Partem postremam ab a. 813-948 sub inscriptione *chronographia recentiorum imperatorum* prodiit interprete Goar cum notis Combefisii inter scriptores byzantinos n. 6. Parisiis 1655 (cum Theophanis chronographia) p. 443—510, Venetiis 1729; ed. Bekker Bonnae 1842; Migne P. G. latine tantum editae LVI, 829–888; in P. G. graece et latine, CVIII, 1037—1164. Plurimum utitur opere Simeonis Magistri et Logothetis, quem (et continuatores) in ultima praesertim parte fere transcribit. Cf. Krumbacher pag. 361 ss. — Ejusdem fere rationis scil. merae compilationis est *Chronicon* Theodosii Meliteni (ed. Tafel inter Monumenta secularia ed. ab r. academia scient. monac. III. Cl. p. 1 Monachii 1859) et *historia physica* et chronicon Julii Polydeukes (Pollucis) ab o. c. ad Valentinianum et Valentem imp. ed. a J. B. Biancoui, Bononiae 1779; ab Ign. Hardt Monachi et Lipsiae 1792; a Ph. Schiasio, Bononiae 1795. Nomen Julii Polydeukes censetur tamen fictum. — Dudo Neustrius decanus s. Quintini scripsit ad Adalberonem ep. laudunensem *de moribus et actis* primorum Normanniae ducum ll. 3 a Hastingo rege Daniae et Rollone primo Normanniae duce, qui a. 912 baptismo suscepto Christo nomen dedit usque ad a. 996 (vel 1002) sive obitum Richardi I, a cujus fratre, comite Rudolpho narrata sibi collegisse eaque „scholastico dictamine scripta“ relinquere posteris Dudo testatur. Prostat hoc opus apud Duchesne inter hist. Normanniae script. p. 49 ss., inde in Migne P. L. CXLI, 609—758; ed. J. Lair, Caen 1865. Utitur quidem sermone turgido et inflato, versibus inanibus, obscuris, interdum nimis puerilibus librum deformat potius quam exornat: multa nihilominus continet, judice Waitz, qui in Mon. Germ. IV, 93—106 excerpta exhibet, minime spernenda, adeo ut ipsius librum non dubitet inter pretiosiora hujus aevi monumenta reputare: quare juxta ipsum levissimum est judicium illorum, qui potius fabularum quam rerum scriptorem Dudonem judicarent. Cf. Potthast p. 385; Hist. lit. VII, 236—239; Dümmler Forschungen zur d. Gesch. VI, 361—390.

(al. 1019). Concinnavit sermone quidem rudi, vocibus multis cum barbaris immixtis tum alia significatione indita adhibitis *chronicon* ll. VIII, quibus complectitur vitas quinque imperatorum[1]) Henrici I, trium Ottonum et s. Henrici II[2]), et gesta non solum per Germaniam, sed et per regiones adjacentes. Magnae utilitatis et pretii est hoc opus historicum propter scriptoris veracitatem et sinceritatem, bonosque quibus usus est fontes, et quod ipse temporum recentiorum fuerit testis[1]). „Hunc Ditmarum, inquit Leibnitius, etsi rudem stilo et obscuriusculum scriptorem, merito in pretio habemus, quod res sui temporis pene solus posteris tradidit ex fide peritissimus eorum, quae scripsit. Ita Andr. Brunnerus merito opus ejus „unicum sui aevi thesaurum“ appellat. Germanica quidem et certe Saxonica pleraque sine ipso ignoraremus. Misnicas antiquitates nemo ipso luculentius dedit. Urbis Lipsiae . . . meminit omnium primus, et Silesiae etiam . . . Item de Slavicis, Polonicis Hungaricisque dicendum est. Historiam veterem earum gentium sine Ditmaro mancam fore. Et prae his, quae ille tradidit, nihili sunt quaecumque de suo afferre possunt Poloni, serius scriptores nacti“. Spiritu quoque fidei animata est ejus historia, cum supernaturalem in rebus gestis cernit providentiam. Superest adhuc codex originalis, in quo cernuntur additamenta et supplementa manu auctoris diligentis paullatim addita: hinc deest ultima manus, qua historiam magis accurarit et ad harmonicam redegerit formam. Prodiit cur. Rein. Reinecii, Francofurti 1580 ed. mendis admodum

[1]) *Gesta Conradi II* (1024—1039), qui post s. Henricum imperium tenuit, bene stilo naturali et vivaci descripsit Wipo (Wippo), ejusdem et Henrici III capellanus (fl. 1048), quae cum *Panegyrico* Henricii III. metrico et *proverbiis* (egregiis) ad Henricum III edidit Pertz in MG. SS. XI, 243—275; Hannoverae 1853; emendatius 1878; Migne CXLII, 1217-1264. Alias editiones et versiones cf. apud Potthast p. 1118 s. „Nemo eruditorum est, inquit Schüz comment. crit. p. 554, qui non Wiponis laborem tum ob distinctiorem, quam continet, publicorum imperii negotiorum ac jurium notitiam, tum ob ingenuae, quam in ep. nuncupatoria et in ipso sui operis prologo palam profitetur, scriptionis fidem atque sinceritatem summopere probet.“ Ipsius est etiam sequentia „Victimae paschali“ etc. Cf. de eo Wattenbach II, IV § 2.

[2]) Hujus s. imperatoris gesta narrat Adalboldus (Adelboldus, Athalbaldus etc.) ex clerico Lobiensi et scholastico episcopus ultrajectinus (1010 — 27. Nov. 1027, juxta alios 1025 vel 1026). Discipulus erat clarissimorum virorum, Notgeri ep. leodiensis et Herigeri ab., condiscipulus Gerberti; scientia, doctrina literisque grammaticis, philosophicis, mathematicis valde excelluit. Episcopus factus rebus publicis incubuit, bella gravia gessit, ecclesias et monasteria restauravit et magnam sibi famam per totum regnum conciliavit. Historiam suam hausit magna ex parte ex Thietmari opere: multis locis narrationem ampliavit, ornavit et ut sibi videbatur illustravit, nam dicendi genere usus est culto et ornato. Magnis laudibus historici librum efferunt et pretiosum habent antiquitatis monumentum: non tamen integro illo fruimur, sed tantum fragmento, quod complectitur vix annos binos. Habes illud apud Gretser Divi Bambergenses, Ingolstadii 1611, 430-54; in Act. SS. 14. Jul. III. 744—754; in MG. SS. IV, 683—695 cur. Waitz; Migne P. L. CXL, 89—108. Ibidem reperies alia Adalboldi opera, quae Moll reperit ediditque cum introductione in Kerkhist. Archief v. Kist et Moll III 161—213. Ad illa spectat et libellus *de ratione inveniendi* crassitudinem Sphaerae ad Silvestrum II etc. Migne CXL, 1091—1120. *Vita* tamen *s. Walburgae* ipsi tributa ib. 1091—1102 non videtur genuina. Cf. Hist. lit. VII, 252—259; Alberdingk-Thijm Allg. d. Biogr. I, 71 s., qui cum Moll de genuinitate vitae Henrici II dubitat.

[1]) Cf. Lappenberg in notitia praevia suae ed.; Welte KL. III, 1861—63; Potthast p. 1061; F. Kurtze in N. Arch. der Gesellsch. für ält. deutsche Gesch. 1888. XIV, 59—86; Wattenbach I[5], 332—336; Schüz p. 175—179.

depravata et lacunis hiulca, recusa 1600; cur. J. J. Mader Helmstadii 1667, ed. negligentia etiam depravata; cur. Leibnitii primum inter Script. rer. brunsv. 1, 323—427, lacunis suppletis, ed. nondum satis accurata; Wagner Norimbergae 1807 cum bonis adnotationibus; cur. Lappenberg in MG. SS. III, 733—871 egregia ed., recusa in Migne P. L. CXXXIX, 1183—1422; inter Scr. rer. Germ. in usum schol. recognoscente Frid. Kurze Hannoverae 1889.

528. Odorannus monachus O. S. Ben. in monasterio s. Petri Vivi senonensi[1]), in artibus etiam mechanicis dexter et peritus († 1046), collegit *chronicon* ab. 675—1032; breve et chronologiam si spectes, minus accuratum, quod edidit Duchesne inter Hist. Franc. script. II, 636—641; Duru Bibl. hist. de l'Yonne 1863 II, 391—402. In eo fere tantum s. Saviniani, primi senonensis episcopi, atque monasterii s. Petri, in cujus ecclesia sancti illius corpus erat reconditum, rationem habet. Ejus quoque est *Historia translationis ss. Saviniani, Potentiani sociorumque MM.* in senonense s. Petri coenobium apud Mabillon in Act. SS. VI, 1, 256—266. In ea exhibet archiepiscorum senonensium seriem. Duru p. 288—339; *opuscula XIII* valde brevia (inter quae II. est chronicon), edita a Mai Spicil. rom. t. IX; Duru II, 389—431; omnia collecta apud Migne P. L. CXLII, 769—829.

529. Ademarus[2]) ex nobili Aquitaniae familia ortus a. 988, puer monasterio s. Eparchii (S. Cybard, falso de Chabanais cognominati) engolismensi traditus, Lemovicae postea apud s. Martialem, ubi patruus ejus Adalbertus decani et praepositi dignitate fungebatur, ab altero patruo Rotgerio educatus est, ibique procul dubio literis, quibus excellebat, instructus et amore et veneratione s. Martialis imbutus. Juvenis 22 a. nocte quadam Crucifixi imaginem in coelo pendentem conspexisse sibi visus est. »Ipse autem, qui haec vidit, attonitus nihil aliud potuit agere quam lacrimas ab oculis profundere. Et quod vidit semper in corde celavit (Hist. III, 46).« Inde Engolismam reversus presbyter est ordinatus ibique in libris describendis et componendis desudavit. Brevem *abbatum lemovicensium* basilicae s. Martialis ap. commemorationem seu *historiam* ab a. 848 usque ad a. 1025 perduxit, in qua praecipuas harum regionum res ecclesiasticas memoravit; exstat apud Labbe bibl. msc. II, 271—275, incomplete et mendose; continuata ab Helía de Rufico (Ruffec) ad a. 1174, ab anonymis ad a. 1473, cum his continuationibus integre edita ab H. Duplès-Agier in Chroniques de s. Martial de Limoges, Paris 1874, 1—27. — Paulo post majus opus aggressus est. *Historiam* enim *Francorum* ab origine ad sua usque tempora (a. 1028) ll. 3 conscripsit, iisque potissimum res aquitanicas exposuit: non tamen penitus siluit res aliarum regionum, etiam constantinopolitanas et hierosolymitanas. Haec vero probabili stilo conscripsit, et quamvis sermoni culto et ornato minime studuisse videatur, lingua tamen latina satis bene usus est, et in rebus disponendis quadam arte laboravit: nusquam vero, quod valde dolendum, certos rerum gestarum an-

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 356—359; Potthast p. 874.

[2]) Alius est Ademarus (Adhemarus, Aimer, Aymar) podiensis episcopus (Puy) immortalis memoriae, legatus pontificius et dux primae expeditionis sacrae pro recuperanda terra sancta, qui tamen Antiochiae summo exercitus christiani damno obiit 1. Aug. 1098. Tribuitur ei a multis celeberrima Antiphona „Salve regina“ aliis tamen refragantibus, juxta quos est vel s. Bernhardi, vel Gregorii II, vel alterius auctoris, de qua controversia cf. Hist. lit. VIII, 468—472. — De alio Ademaro jam supra p. 744a. egimus.

nos notavit. Advertit etiam Janningus in Act. SS. Jun. VI, 221 n. 26 eum quidem fidem merere de rebus gallicis, quodammodo ei domesticis, non vero in pluribus, quae extra Galliam gesta recenset. Integra antea non prodiit, quia priora ex aliis fontibus sunt descripta, sed passim ejus segmenta: optimam ed. etsi non integri operis cur. Waitz in MG. SS. IV, 113—148: demum integra prodiit cur. J. Chavanon in Collection de Textes pour servir à l'étude et à l'enseignement de l'histoire, Parisiis 1897 ed. optima: verum ostendit Lair Etudes critiques sur divers textes de X^e et XIe siècle t. 2: Historia d'Ademar de Chabannes, Parisiis 1899, ll. 1. 2 et 3. usque ad c. 16 haustos esse ex gestis regum, continuatione Fredegarii et ex annalibus laurissensibus majoribus: reliqua l. 3 a c. 16—69, quae ib. exhibet, non esse Ademari, quamvis forte ad illa aliquid contulerit: audax quidem conjectura contra opinionem communem, sed forte non temeraria. — In ep. *ad Jordanum* lemovicensem ep. diserte, eloquenter et ferventer conatur ostendere s. Martialem unum fuisse ex LXX Christi discipulis verumque (secundi ordinis) apostolum (apud Mabillon Annal. O. S. Ben. IV, 717—726); quae omnia cum tribus *sermonibus* dubiis collecta habes in Migne CXLI, 19—124. Quando obierit non satis liquet[1]): juxta plures jam ante a. 1031, juxta alios verisimiliter circa a. 1035. Ferunt eum obiisse in itinere hierosolymitano.

530. Rodulfus (Radulfus, Raoul) cognomento Glaber i. e. calvus in Burgundia, ut videtur, natus jam duodecimo anno ab avunculo monacho disciplinae traditus est monasticae in coenobio s. Leodegarii Campellis dicto, sed propter animum levem, turbidum et truculentum, ipso teste V, 1, a fratribus expulsus est. Hinc per varia monasteria profectus ultimis vitae annis in cluniacensi moratus est, ubi hortante s. Odilone cum sodalibus historiam suam absolvit († v. 1050). Res circa et post a. millesimum in quatuor mundi partibus gestas conscribere ipsi propositum fuit, quas initio brevius, postea accuratius exposuit, ita ut usque ad a. 1044, quo narrationem finivit, multa notatu digna congereret. Sed nullo ordine[1]), nullo certo consilio ductus, tempora valde turbavit, plerumque annos aperte falsos etiam in rebus suae aetati proximis annotavit, multa quae nullo modo historiam illustrant recepit: quod si addas sermonis inelegantiam, ne dicam horrorem, non valde commendandum auctorem putes. Verum tamen quaecunque ipse vidit aut a coaevis accepit, fideliter in schedas retulit, animo satis

---

[1]) Cf. Waitz in notitia hist. et bibliogr. praevia suae ed. (apud Migne p. 9-20); Hist. lit. VII, 300—308; Potthast p. 14. — Pro apostulatu s. Martialis stetit et Gauzlinus (Gauslin, Gauscelin) filius naturalis Hugonis Capet, Abbonis discipulus, abbas floriacensis et archiepiscopus biturícensis († Mart. 1030). Ejus *sermo* de hoc argumento reperitur inter acta concilii lemovicensis a. 1031 de hac causa discutienda congregati (Migne CXLII, 1353-1410; cf. Hefele IV § 535). Aliquot *epistolas* habes ib. CXLI, 759—768. Cf. Hist. Lit. VII, 279—284. Ejus *vitam* descripsit Andreas ejusdem monasterii monachus ll. 2, quam edidit Leop. Delisle Orleans 1853; melius Ewald in N. Arch. d. G. für ält. Gssch. III, 1878, 351—383. Cf. Hist. lit. ib. p. 349 s., ib. p. 346 est sermo de Odolrico abbate s. Martialis († 1040), qui pariter patronus fuit apostolatus s. Martialis.

[1]) Contra hanc censuram a Waitz in praef. in Rodulfum in MG. VII. latam censet Ernst Sackur: Studien über Rodulfus G. in N. Arch. für ä. d. Gesch. 1889. XIV, 379—418, opus ipsius non esse sine consilio et ordine chronologico dispositum: interpolatum tamen suspicatur, quod non probat Havet in Note sur R. Glaber in Revue hist. Paris 1889 XL, 41—48. Cf. ib. 1892 XLVIII, 283—299 de auctore nostro Ern. Petit; Potthast 987.

candido et justo seculi genium descripsit moresque depravatos coloribus vividis pinxit. In historia gallica multa sunt, quae ex ipsius testimonio pendent: etiam de rebus in Germania et Italia gestis habet, quae alibi frustra quaeras. Prodiit opus inscriptum *Francorum historiae ll. V* seu Historiarum sui temporis ll. V ab electione Hugonis Capeti[1]) in regem 987 ad a. usque 1046, apud Duchesne Hist. Franc. Script. IV, 1—58; Migne CXLII, 611—698; excerpta in MG. VII, 48—72; Raoul Glaber *Les cinque livres de ses histoires* (900—1044) ed. par Maur. Prou, Parisiis 1886. Scripsit quoque *vitam s. Guilelmi* ab. s. Benigni divionensis († 1031) in Actis SS. 1 Jan. I, 57—64; in Mabillonii Actis VI, 1, 322—334; Migne l. c. p. 697—720. Obiisse dicitur c. 1050.

531. Celebrioribus atque doctioribus hujus aetatis viris accenseri debet Abbo[2]) in territorio aurelianensi natus circa a. 945 piis parentibus, qui eum adhuc puerum s. Benedicto in monasterio floriacensi tradiderunt. In variis disciplinis egregie institutus „imbuendis praeficitur scholasticis, quos ille per aliquot annorum curricula lectione simul et cantilena erudivit“ (Aimon in Vita s. Abbonis). Ut tamen magis excoleretur Parisiis et Remis scholas frequentavit. In Angliam missus est, ut in abbatia Ramesiana (Ramsay) disciplinam cluniacensem induceret atque studia reformaret. Magni factus est a rege Ethelredo universaque aula et ab archiepiscopis s. Dunstano cantuarensi et s. Oswaldo eboracensi hujus missionis auctore. Reversus a. 987 mox (988) electus est in abbatem, monasterii tamen regimen nonnisi post aemuli vi intrusi mortem adire potuit. Ad magnum splendorem provexit monasterii sui scholas, ut undique accurrerent discipuli ipseque dictus sit ‚totius Franciae magister famosissimus‘. Romam missus (997) a Roberto legatus regius negotia ecclesiastica ad optatum perduxit exitum. Disciplinam monasticam variis in monasteriis restauravit firmavitque: tantusque zelus mortis occasio ei fuit. Nam in Vasconiam profectus pro reformando priorato La Reolle orta seditione lancea fuit transfixus decessitque 13. Nov. 1004. Mortem miraculis Deum illustrasse tradunt, hinc variis in Galliae ecclesiis inter sanctos et martyres colitur. Plurima reliquit scripta, quorum haud pauca perierunt, alia non sunt edita; ex editis potiora sunt: *Epistolae* ad rom. pontifices, ad Ottonem III., Robertum regem, s. Odilonem ab., in qua agit de canonibus pro harmonia evangelica, ep. prolixa de juramento etc. Prodierunt cura Pelletier Parisiis 1687 ad finem corp. juris can. Petri Pithoei 1, 393 ss. — *Apologeticus* (etiam inter ep. editus) ad Hugonem et Robertum reges Francorum, in quo tuetur suam agendi rationem pro tuendis religiosorum juribus in concilio s. Dionysii a. 995 habito, quae gravibus adversus episcopos tumultibus sed et vexationibus in ipsum abbatem occasionem dedit. — *Collectio canonum,* quae complectitur capitula LII, collecta ex conc. canonibus, rom. pontificum epistolis, operibus s. Augustini praesertim etc., ed. a Mabillon in Anal. II, 133—148. — *Epitome* de XCI rom. pontificum vitis ex l. de vitis rom. pontificum, qui olim Anastasio bibliothecario tribuebatur, in Anastasii historia etc., Moguntiae 1602; Migne CXXXIX, 535—570. — *Vita s. Eadmundi* regis Anglorum et M. († 870)

[1]) Helgaldus (Heligaudus, Helgaudus, vitiose Helgandus etc.) monachus floriacensis († v. 1048) scripsit Epitomam vitae Roberti regis filii Hugonis Capeti, cui erat acceptissimus. Eam habes apud Duchesne Hist. Franc. script. IV, 59-79; Bouquet Rec. X, 98—117; Migne CXLI, 909—936. Cf. Fabricius bibl. lat. II, 185; Hist. lit. VII, 405—409.

[2]) Alius ab Abbone Cernuo, de quo supra p. 900 egimus.

aliaque ad computum spectantia, quae habes in Migne P. L. CXXXIX, 417—578.

532. Vitam ipsius[1]) bene et accurate descripsit stilo puro et polito praeter illius aevi morem Aimonius (Anonnius, Haymo) n. in oppido ad Francos (Villefranche) O. S. Ben. Abbonis discipulus[2]) et martyrii ejusdem testis († 1008). Eam habes in Jo. de Bosco bibl. floriacensi, Lugduni 1605 p. 299-348; in Mabillonii Act. VI, 1, 37-58; in Migne P. L. t. cit. p. 387—414. Praecipuum tamen ejus opus, non tanti tamen pretii, est *Historia Francorum* seu ll. IV de gestis Francorum ab a. 252, quae prosequi cogitabat ad a. 752, sed substitit in fundatione monasterii floriacensis c. a. 654. Cetera igitur a l. IV c. 42 et l. V. usque ad a. 1165, quae comparent in quibusdam codd. et editionibus, addita sunt a monacho quodam s. Germani aliisque, qui et Aimonii textum interpolarunt. Opus est stilo latino satis bono, sed non tanta cura, ut par est, concinnatum. Prodiit Parisiis 1514, ed. mendosa; studio J. Nicolii emendata, ib. s. a. (1567); apud Duchesne Hist. Fr. Script. III, 1, 120, (absque interpolationibus additionibusque alienis), Bouquet Rec. III, 21—143; XI, 274-276; Migne CXXXIX, 627-798 (ll. IV). — Ejusdem quoque sunt *Translatio P. Benedicti;* ll. 2 *de miraculis s. Benedicti* in Act. SS. Mabillonii IV, 2, 356 cum *sermone* in festivitate s. P. Benedicti, cui adjunctum est carmen, omnia in Migne t. cit. p. 797-871; et etiam in du Bois bibl. flor. p. 79—148. — Liber *de vita et actibus* abbatum floriacensium, cujus meminit in sua vita Abbonis c. 16, periisse videtur.

533. *Gesta pontificum tungrensium et leodiensium* a b. Materno primo leodiensi episcopo usque ad b. Remaclum ep. XXVII (c. 667) narrant Heriger et Anselmus, quorum ille etiam Hariger dictus, unus e doctioribus periodi hujus viris, ingressus est monasterium lobiense (Laubach, Lobbes) O. S. Ben. c. a. 955, in quo munere scholastici rexit scholas magna eruditionis fama. Notger leodiensis episcopus negotiis status sub Ottone II. implicitus ejus opera haud parum ob prudentiam et dexteritatem usus est, eumque romani itineris socium habere voluit. Electus est unanimi sodalium suffragio in abbatem a. 990 († 31. Oct. 1007). Inter sapientes habebatur celeberrimus, quem maximo cum fructu literis docendis navasse operam probant discipulorum, quos erudivit, clarissima nomina. „Raram illis temporibus, judice Koepke, ex veterum et patrum ecclesiasticorum scriptis sibi comparavit eruditionem; multa legit et secum cogitavit: unusque ex paucis fuit, qui judicio saltem aliquantum critico uteretur[1]), ut liquet ex ejus ad Hugonem quendam monachum ep., in qua respondet quaestionibus sibi ab eo propositis de diversitate, quae Dionysium (Exiguum) inter et Bedam occurrit, circa cyclum paschalem, aliasque (VII) ipse illi vicissim proponit enodandas difficultates chronologicas (apud Martene Thes. Anecd. 1, 112-118). Cogitaverat quidem gesta illorum pontificum ad sua usque tempora

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 159-183; Pardiac Histoire de s. Abbon . . . avec un introduction sur le Xe siècle, Parisiis 1872, opus eruditum quidem, sed forte minus criticum: Werner Gerbert passim ut pag. 124 ss.; 205 ss.; 266 ss.

[2]) Cf. Hist. lit. VII, 216—228 (apud Migne l. c. p. 617—628); Potthast p. 28; Schüz p. 49—51. De alio Aimonio, qui cum hoc saepe fuit confusus, supra egimus p. 852.

[1]) Cf. Werner Gerbert p. 202 ss.; 208 s.; 224 s., ubi de eo dicit: Das verdiente Lob, einer der fleissigsten und achtsamsten Sammler und Bearbeiter geschichtlichen Stoffes gewesen zu sein, kann ihm nicht versagt werden.

prosequi, substitit tamen in s. Remaclo c. a. 667. Ea continuarunt ad a. 1048 Alexander canonicus leodiensis († 1056), cujus tamen opera merito jam in dubium vocatur, et Anselmus [1]) vir nobilis genere, sed nobilior moribus et ecclesiastica religione, s. Lamberti leodiensis canonicus et scholasticus, Wazoni et Theoduino episcopis carus et familiaris, postea decanus namurcensis († p. a. 1056). Prodiit Herigeri pars cum Anselmi continuatione cur. Chapeaville inter auct. de gestis pont. tungr., Leodii 1618 1—98—310; melius cur. Martene ampl. coll. IV, 837—912; in MG. SS. ed. Koepke VII, 161-189-234; excerpta ex Anselmi *gestis episcoporum leod.* ad a. 1048 juxta aliam recensionem, ib. XIV, 107—120 cur. Waitz; Migne CXXXIX, 999—1065—1102. — Herigero praeterea tribuuntur *vita s. Berlendis V.* († c. 702), in Act. SS. 3 Febr. 1, 378—381, cujus tamen vitae genuinitas est dubia, juxta alios est omnino neganda; *vita s. Landoaldi* († 667) jussu Notgeri (vel eo cooperante) conscripta, in Act. SS. 19 Mart. III, 35—42; in Ghesquière Act. SS. Belg. III, 349—368; sub inscriptione Translatio s. Landoaldi sociorumque in MG. XV, 2, 601—607 cur. Holder-Egger; *vita s. Usmari ab.* († 713) metrice, sed barbare, cujus fragmentum habes in Mabillonii Act. SS. III, 1, 608; integram editam a Gilles Waude Mons 1628 cum aliis documentis pro historia abbatiae lobiensis; quae collecta habes in Migne t. c. p. 999—1136. — Non desunt qui ei tribuant suffragantibus Boehmer Realenc. VII [3], 704 et Koepke l. *de corpore et sanguine Domini,* quem Gerberto tribuimus [2]); *Vitam Landelini* ab. laubacensis et crispiniensis († 698); *Vitam s. Theodardi* ep. leodiensis, martyris apud Nemetes in Germania c. 668, ed. a Jos. Demarteau, Leodii 1890, cujus tamen argumenta pro genuinitate non satis valida censentur in Actis Boll. 1892 XI, 111. Alia perierunt vel adhuc latent inedita.

534. Alpertus (Albertus), Sigeberto auctore de scr. eccl. c. 143, s. Symphoriani metensis monachus, juxta alios clero dioecesis trajectensis adscriptus (fl. 1020), scripsit *de diversitate temporum* ll. 2 (1002--1018): in quibus refert absque determinato ordine magna varietate res tempore Ansfridi et Adalboldi ep. in dioecesi trajectensi gestas nullo partium studio ductus, at in homines improbos acriter invectus: hinc res potius provinciae quam imperii enarrandas sibi proposuit: narrat vero quae aut ipsi expertus fuerat aut a viris, qui ipsi fide digni videbantur, audierat. Hinc opus ad intelligendam terrae illius historiam est valde utilis [1]). Editum est a Pertz in M. G. IV, 697—720; Migne CXL, 445—490 cum fragmento libelli ipsius *de episcopis metensibus,* qui periit (978—984); germanice redditum cum commentario a Dederich, Münster 1859. — *De institutione episcopatus bambergensis* (ab Henrico II a. 1006|7) scripsit ad Henricum ep. herbipolensem Arnoldus ep. halberstadensis (996—1023), cujus ep. ediderunt Baluzius Misc. IV, 435; Migne CXXXIX, 1493—1498. — Tagino archiepiscopus magdeburgensis (1004—1012) concinnavit *Chronicon archiepiscoporum magdeburgensium* a fundatione urbis — 1004, quam eruere et reconstruere conatus

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 472—477.

[2]) Cf. Koepke in accurato monito suae ed. praemisso, etiam apud Migne CXXXIX, 957—1000, Hist. lit. VII, 194—208. Refert Sigebertus de eo c. 137 „congessit etiam contra Ratbertum multa catholicorum patrum scripta de corpore et sanguine Domini.“ Trithemius SE. c. 306 pariter ei l. de corpore et sanguine Domini adscribit.

[1]) Ita Pertz in notitia praevia; cf Potthast p. 36.

est F. Kurze ex ejusdem retractatione a Brunone Thietmari (cf. supra 950) fratre juniore abbate magdeburgensi (1025—1034), vel hujus hortatu ab alio facta, in diss. Die älteste Magdeburger Bisthumschronik in Mittheil. des Instit. für österr. Geschichtsforsch. 1892, Ergänzungsbd. III, 397—450.

535. *Chronicon venetum et gradense* ad a. 1008 (quondam Chronicon Sagornini dictum, quia huius putabatur) concinnavit Joannes diaconus, Petri Urseoli ducis (991-1009) minister, vir summae apud suos existimationis, non semel legatus ad Germaniae imperatores missus, duci deditus et ab eo arcanis regiminis admotus. In antiquioribus et rectam temporis computationem et justum judicium nonnunquam desideres, in recentioribus plurimum laudes. Scribendi genus ut plurimum simplex et dilucidum, lingua tamen dialectum venetam prodit[1]). Primum a Zanetti luci datum est Venetiis 1765 cur. Farsetti, sed cum lacunis et mendis, accurate a Pertz in MG. VIII, 1—38, hinc in Migne P. L. CXXXIX, 871—940; a Jo. Monticolo in Fonti per la storia d'Italia. Cronache venez. antich. 1890. I, 59—171. — Sampirus antea presbyter et notarius regis legionensis, dein episcopus astoricensis (1035—1040) scripsit historiam seu *Chronicon* post Isidorum pacensem et Sebastianum salmanticensem Alphonsum regem ab a. 858—985, quod ediderunt Prud. Sandoval in Historias de cinco obispos, Pampelonae 1615; 1634; Florez España Sagr. XIV, 438—472.

536. Praetermittimus B. Guilelmum I. genere nobilem, qui longe nobilior religione totum pene vitae suae tempus in monasticae vitae exercitiis transegit, nam vix septimum aetatis suae annum eggressus in Italiae coenobio luciacensi vestem s. Benedicti induit. Cluniacum transiit factusque est prior s. Saturnini de portu ad Rhodanum (le Pont-Saint-Esprit), postea divinionensis abbas s. Benigni: inde ad renovandum pluribus in locis disciplinae regularis vigorem frequenter est evocatus. Circa 40 monasteria condidit vel reformavit: plura rexit monasteria. In his fuit germanense a Pratis, quod jussu Roberti regis suam in curam susceptum sanctioribus informavit disciplinis († 31. Jan. 1031). Vir erat, teste Glaber[1]) Hist. III, 5 »acer ingenio et insignis prudentia, idcirco summum in palatiis regum ac ceterorum principum obtinebat locum.« Propter exactam disciplinae religiosae observantiam »super regulam« dictus. Scripsit ep. ad Odilonem cluniacensem ab. *de obitu Wilhelmi* Burgundiae comitis, de morte Richardi Normannorum comitis et de rebus maxime ad Viceliacense coenobium pertinentibus (Migne CXLI, 869—872), et *ep. duas* ad Joannem XIX. (ib. p. 1155—1157), quarum prior notanda: nam pontificem monet, ne ecclesiam constantinopolitanam »universalis« nomen sibi attribuere patiatur. — Praetermittimus pariter Hugonem O. S. Ben. abbatem farvensem († 1039), qui reliquit quaedam de monasterio farvensi, ut ejus *destructionem* c. 900 in Mon. G. Scr. XI, 532—539; de rebus ejus perditis apud Muratori Scr. rer. It. II, 2, 447; de ejus *diminutione* in Mon. G. Scr. XI, 539—543. — Garciam

[1]) Ita Pertz in not. hist. et lit. praevia; Potthast p. 666; Wattenbach I[5], 399.

[1]) Hic etiam ejus vitam scripsit, quam habes in Migne P. L. CXLII, 697—720, et in Actis SS. 1. Jan. I, 57—64. Cf. alia de eodem in Migne P. L. CXLI, 835—874; Hemling KL. XII, 1602 s.; Hist. lit. VII, 318—326; G. Chevallier Le v. Guillaume abbé de S. Benigne de Dijon, réformateur de l'ordre bénédictin au XIe siècle, étude sur l'influence religieuse et sociale des institutions monastiques au moyen âge, Dijon-Paris 1875.

monchum cuxanensem, qui in ep. ad Olivam ep. ausonensem (c. a. 1040) stilo obscuro et erroribus contra grammaticam inquinato disseruit *de initiis monasterii cuxanensis* et de sacris reliquiis in eo custoditis ed. a Baluzio in append. ad Marcam hispan. p. 1072-1082 et Migne P. L. CXLI, 1443—1456. — Othelboldum abbatem s. Bavonis gaudensis (1019- 5. Dec. 1034), qui in ep. *ad Otgivam* comitissam Flandriae recenset sanctos ac possessiones s. Bavonis, in Migne P. L. CLXI, 1337—1342.

537. Ingens est hagiographorum numerus, ex quibus potiores forte sunt: Notgerus (Notkerus) in Suevia nobilibus parentibus natus, ex sorore Ottonis I nepos, in monasterio sangallensi egregie institutus. Ibidem videtur religiosam professum esse vitam. Inde ab Odilone stabulensi ad suos erudiendos evocatus fuit. Eraclio ep. leodiensi e vivis sublato in ejus electus est successorem (972). Vir fuit eximiae pietatis, singularis pro illis temporibus eruditionis, summae in agendo sapientiae, mirae in pertractandis negotiis sagacitatis et vix non immensae erga omnes benevolentiae simul et munificentiae. In aula acceptissimus, dum Otto III adolesceret, regni tractabat negotia per Italiam et Lotharingiam, illius pueritiae praeceptor a Germaniae principibus delectus; etiam romani pontifices in gerendis negotiis ejus utebantur opera. Suam interim non negligebat ecclesiam. De ejus conditione temporali maxime fuit sollicitus eamque plurimum promovit, neque minus spiritualis boni solertem egit curam: inprimis incubuit reformando et instituendo clero: hinc studia impense coluit et fovit, ita ut ab iis, teste Anselmo, vix potuerit avelli et cum in via pergeret, secum scholas scholaresque circumduceret cum omni libraria supellectili († 8. Apr. 1008). Cum viros literatos ad componenda opera excitaret, imo et juvaret, factum est, ut aliorum opera, Herigeri praesertim, de quo egimus, ei tribuerentur. Ipsius videntur esse *vita s. Hadalini* Conf. conditoris monasterii Cellensis prope Dionantum ad Mosam († 690), in Actis SS. 3. Febr. I, 372—377; in actis Mabillonii II, 1013—1017; et *vita s. Remacli* ep. trajectensis († 668), (utraque in Migne CXXXIX, 1141—1168), cujus ep. nuncupatoria ad Verinfridum ab. saltem est Notgeri[1]).

538. Meginfredus (Maginfredus) praepositus magdeburgensis (fl. 1020), quem plures eundem esse opinantur cum Meginfredo monacho fuldensi († 1010), cui Trithemius *Chronicon fuldense* aliaque plura tribuit (quae tamen nuspiam comparent), scripsit *vitam s. Emmerammi* (in Act. SS. 22. Sept. II, 486—494; Migne CXLI, 971—986) eamque dicavit Arnoldo (Arnolfo), qui ex comite Vohburgensi factus est monachus emmeramensis et decanus. Hic (Arnoldus) multa res notatu valde dignas, sed et plane singulares collegit intra a. 1035—1037, hinc se Collectitium appellavit, ideoque inter gravissimos historiae bajoaricae est referendus fontes. „Sed quod aegre ferimus, addit Pertz in notitia in Arnoldum, per ambages progressus et sermone nimium copioso usus, adeo librum auxit et pretiosas illas narrationes tantis et tam multis interlocutionibus et disquisitionibus, quae ad historiam illustrandam nihil conducunt, obtexit, ut integrum opus hic nemo legere vellet". Adjecit scil. vitae a Meginfredo adornatae ll. 2 *de miraculis et memoria b. Emmerammi,* quorum 2. forma dialogi inter Admonitium et Collectitium est conscriptus variisque notitiis et factorum historiis refertus. Habes eos in Act. SS. 22. Sept.

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 208—216; Godefr Kurth Biographie de l'ev. Notger Bruxellis 1891.

VI, 495—511; cur. Waitz in MG. SS. IV, 543—574 omissis tamen nonnullis minoris momenti; his restitutis ex Canisii lect. ant. III², 1, 105-160 in Migne P. L. CXLI, 989—1094, cum ejusdem homilia *de octo beatitudinibus* et s. Emmerammo ex Pez thes. Anecd. IV, 2, 29 ss. Obiit ante sec. XI. medium.

539. Thangmarus (Thankmar) natione Saxo, presbyter ecclesiae cathedralis hildesheimensis et primicerius scholae puerorum Bernwardum literis imbuendum moribusque instruendum sibi tradidum tanta dilectione fovit, ut per totam deinde vitam quasi filium sibi devinciret. Bernwardo ad episcopatum hildesheimensem provecto ipse decanus, bibliothecarius et notarius rebus gerendis plurimum interfuit eumque etiam Romam est comitatus. Cum ergo summa cum episcopo familiaritate viveret, imo et confessarius ejus fuisse videatur, maxime idoneus fuit, qui magnifica ejus gesta describeret, quod et praeclare praestitit stilo simplici et perspicuo: de veritatis studio in tali viro minime dubitaveris[1]). Prodiit *vita s. Bernwardi* († 1022), una ex melioribus biographiis medii aevi apud Brower inter Sidera ill. vir. Germ. Moguntia 1616 ex cod. interpolato, ordine narrationis inverso et sermone depravato; inde et in Mabillonii actis SS. VI, 1, 202—236; in MG. SS. IV, 757—782 (cum miraculis 782-786 alio auctore); inde Act SS. 26. Oct. XI, 996—1024; Migne CXL, 393—443. Forte ipse auctor fuit partis *annalium Hildesheimensium*, quos habes in MG. SS. III, 22—116; et inde in Migne CXLI, 447—604, plenius inter SS. rer. Germ. in usum scholarum ed. Waitz pp. V Hannoverae 1878 (ad a. usque 1137) cum continuationibus: ii autem magni aestimantur[1]). Conjiciunt etiam nonnulli ipsius esse *translationem s. Epiphanii* in Hildesheim stilo simplici conscriptam, quam habes in Act. SS. 21. Jan. II, 378—380, melius in MG. SS. IV, 248—251. Obiit Thangmarus ante a. 1027. — Bernwardi vitam a Thangmaro adornatam continuavit Wolfherius (Wolferius) canonicus Hildesheimensis (in MG. SS. XI, 165—167), qui et *vitam Godehardi*[2]) Bernwardi successoris (1022—1038), cujus erat discipulus, admodum pretiosam stilo tamen affectato composuit, quam ib. habes p. 167-196; germanice interprete H. Hüffer inter Geschichtschreiber des deutschen Volkes, Berlin 1857 t. 3., Leipzig 1890 t. 40., ed. altera cur. W. Wattenbach. Hujus vitae prodiit c. 1054 quaedem retractatio, *vita Godehardi* posterior dicta, stilo simpliciori, cui adjecta sunt plura miracula: eam habes post priorem in MG. SS. XI, 196—218—221; Migne CXLI, 1161—1230. In nonnullis codd. tribuitur cuidam Arnoldo ex canonico Herwaldensi altahensis monachus O. S. Ben. — Ex Godehardi vita derivata est *Vita b. Guntheri eremitae*, quae propterea Wolfherio tribuitur[3]); legitur in Actis SS. Mabillonii VI, 1, 480—486; in Actis SS. 9. Oct. II, 1069—1084, cum miraculis; Bonav. Piter in op. Thesaurus absconditus in agro seu monasterio Brzewnoviensi prope Pragam O. S. Ben. Brunae 1762 p. 17-35, sine pretio, in hac ed. cum monumentis spuriis. — Conjiciunt

[1]) Cf. Pertz in Monito praevio; J. R. Dieterich N. Arch. der Ges. für ä. d. Geschichtsk. XXV, 425—451; Wurm KL. XI, 1455; Wattenbach I⁵, 324 ss., qui vitam Bernwardi dicit Eines der schönsten Denkmale des Mittelalters, welche wir besitzen, und eine der wichtigsten Quellen für jenen bedeutenden Zeitraum.

[1]) Cf. Wattenbach I⁵, 326 s.; Potthast p. 71.

[2]) S. Godehardi supersunt tantum *ep. IV*, in Mabillonii Analect. IV², 435 s.; Migne P. L. CXLI, 1229—1032.

[3]) Cf. Potthast p. 1344; 1359.

viri eruditi Wolfherium partem quoque habuisse in componendis Annalibus altahensibus majoribus, (ab a. 708-1032), quos demum reperit ediditque W. Giesebrecht, Berlin 1841; cum ab Oefele in MG. SS. XX, 782—824.

540. *S. Majoli* celeberrimi abbatis cluniacensis et de restauratione disciplinae monasticae tam benemeriti (948-994) *vitam* primus scripsit ll. 3 Syrus sancti abbatis familiaris, cujusdam monasterii abbas, mirae simplicitatis et innocentiae monachus, quae satis negligenter edita est a Mabillonio in Act. SS. V, 786—810; apud Migne CXXXVII, 745—778. Eam Aldebaldus perficere nisus est, sed quae supplevit, ornatus vicem tantum praestant; singulis libris prologum adjecit, carmina multa inseruit, sed fere nullum factum retulit a Syro praetermissum, in Act. SS. 11 Maj. II, 668—684 col. VII, 683—687. — Eandem vitam descripsit[1]) s. Odilo dignissimus tanti abbatis successor, quae vita seu potius *elogium* plane pretiosum exstat in Actis SS. 11 Maj. II, 684—690; Migne CXLII, 943—962. Nobilibus parentibus ortus est Odilo in Alvernia a. 962, ingressus ordinem s. Benedicti in monasterio cluniacensi (991), moxque a s. Majolo († 994) selectus sibi in successorem, sodalibus cunctis suffragentibus. Reformationem ab illo feliciter coeptam latissime propagavit, hinc maximi factus est a pontificibus, imperatoribus, regibus virisque omnis ordinis et conditionis († 1. Jan. 1049 a aetatis 87). Ipse induxit commemorationem omnium fidelium defunctorum, quam Ecclesia in usum universalem recipiens sua comprobavit auctoritate. Ipse forte auctor haud infimus fuit Treugae Dei. Alia ejusdem, quae supersunt, ut praeclarum *Adalheidae imp. epitaphium* (in MG. SS. IV, 633-649), *sermones* (utiles et solidi) XV etc. habes apud Migne ib. p. 961—1048. — Hujus abbatis *vitam*[1]) Jotsaldus (Jostaldus, Lotsaldus, Gottschalcus), Sylviniacensis, ejus discipulus et itinerum comes (fl. 1052) descripsit. Eam habes in Actis Mabillonii VI, I, 679—710; Migne CXLII, 897—940; MG. XV, 2, 813—820; duo capita reperit E. Sackur ediditque N. Arch. XV (1889) 118—121. Haec biographia una ex melioribus est totius seculi stilo nitido et candido, pie fideliterque conscripta.

541. Jeremias Orestes (996—1012) patriarcha hierosolymitanus disseruit *de vita et laudibus Sabae et Mucarii* (ejus fratris) Siculorum, scil. de viris juxta Pitrae Anal. sacra Spicil. Solesm. parata I, 311, „qui in Sicilia orti ob saracenicam invasionem patria extorres, Calabriam appulsi, ibi moram traxere et in superioribus regionibus obierunt. In horum historiis non modo de praedictis regionibus agitur, ac insuper de locis atque de casibus personisque celebribus, inter quos patricii byzantini, Saracenorum et Rossanensium primores, principes salerni ac amalphitani, imp. Otto et conjux Theophania, episcopus placentinus, postea antipapa, recensentur". Prodiit cura J. Cozza-Luzi (sed editio textus non est accurata) in Studi et documenti di storia e diritto 1891 XII, 33—56; 135—168; 311—324; Ro-

[1]) De Majoli biographiis cf. W. Schulze in Forsch. d. deutschen Gesch. 1884. XXIV, 153-172 coll. Ernst Sackur in N. Arch. der Ges. f. ä. d. Gesch. 1887 XII, 503-516; Traube Abermals die Biographien des Majolus ib. 1892 XVII, 402-407; Potthast p. 1445; Hist. lit. VII, 409—414.

[1]) Cf. de s. Odilone praeterea Mabillon in Elogio hist. in Act. SS. VI, I, 631—678, etiam in Migne CXLII, 831-896: Potthast p. 1498; Ringholz Studien u. Mitth. aus dem Benedictiner- und Cist.-Orden 1884 II, 1—30; 279-312; KL. IX, 687—695, et der hl. Abt Odilo in s. Leben und Wirken, Brünn 1885; Jardet S. Odilon ... Sa vie, son temps, ses Oeuvres, Lyon 1898.

mae seorsim 1893 graece et latine; *Vita et conversatio s. Christophori* patris Sabae et Macarii, ib. 1892 XIII, 375—400.

542. Alios nominasse sufficiet[1]). *Vitam et passionem s. Adalberti M.* pragensis († 997) descripsit praeter Joannem Canaparium s. Brunus (Brun, Bruns) querfurtensis, ut supra p. 935 a. jam diximus. Porro Brunus erat monachus s. Alexii Romae ibique Bonifacius dictus, missus ad praedicandum Evangelium Polonis et Hungaris, hinc consecratus episcopus paganorum[2]). Obiit martyr a paganis interfectus 14. Febr. († 1009). Ejus quoque est *Vita quinque fratrum* missionariorum a Polonis occisorum 11. Nov. 1003, ib. XV, 2, 709—738 ed. Kade, quem cf. etiam in diss. De Brunonis querf. Vita quinque fratrum Poloniae nuper reperta, Lipsiae 1883; ep. *ad Henricum II* imp. (ap. Giesebrecht Gesch. der d. Kaiserz. II⁴ 689—692 etc.). — Warmanno ex antiqua comitum Kiburgensium et Dilingensium stirpe orto, monacho primum Augiae divitis, post a. 1026 episcopo Constantiensi († 1034), adscribitur a Mabillonio *vita s. Pirminii* fundatoris Augiae divitis et episcopi meldensis († 755), ab aliis vero aliis, ut Othloni Frisingensi, vel Gasemanno abbati hornbacensi († 1008), vel monacho anonymo hornbacensi[1]). Ea reperitur apud Brower inter Sidera ill. Germ. p. 5—24; Mabillon in Act. SS. III, 2, 140—153; in Act. SS. 3. Nov. II, 1, 33—45. — *Vitam s. Symeonis eremitae* sive monachi de monte Sinai († 1035) scripsit Eberwinus (Everbinus, Eberrenimus) O. S. Ben. ab., cui s. Symeon ex itinere in Palästinam redeunti se adjunxit, quae exstat in Act. SS. 1. Jun. 1, 89-95; Mabillon in Act. SS. VI, 371—381. Sed acris orta est controversia inter viros eruditos, quinam fuerit iste Eberwinus, num abbas Tholeyae sive Tholejensis (Tholey) in ditione trevirensi, an s. Martini in civitate trevirensi. Illum jam Trithemius auctorem esse statuit, quem plurimi sunt secuti: sed Henschenius dubium movit stetitque pro altero, suaque auctoritate jam multos nactus est asseclas. Recentissime Lager canonicus trevirensis in Studien u. Mittheil. aus dem Benedictiner- und aus dem Cistercienser-Orden 1899 XX, 374—381 priori iterum hanc vitam asseruit. Alter Eberwinus († 1047) videtur esse auctor *Vitae s. Magnerici* fundatoris monasterii s. Martini et archiep. trevirensis († c. 596), quam habes in Act. SS. 25. Jul. VI, 183—192. — Narrat quoque monasterii vastationem ep. restitutionem per Theodoricum archiep.

[1]) Praetermittimus Valcandum monachum Mediani monasterii (fl. c. 1014), cui Hist. lit. VII, 239—243 tribuit *vitas* retractatas et interpolatas tam *s. Hildulphi* (Migne CLI, 587—606), quam *Deodati* (Dié), et *historiam abbatum* (ad a. 1016) *Mediani* Monasterii (Moyenmoutier) in Vosago siti (Migne ib. p. 611 ss.): sed Waitz in proëmio ad l. de successoribus s. Hidulphi in MG. SS. IV, 86, ostendit eas esse posterioris scriptoris, qui floruerit circa medium sec. XI. — Dubiae sunt *vita s. Burchardi* herbipolensis († 754) in Act. SS. 14. Oct. VI, 575-594 (ex parte in MG. SS. XV, 1, 50—62 ed. Pertz), et *vita s. Kiliani* ejusdem urbis ep. († 689) apud Canisium IV, 2, 628; III², 174, Jo. P. Ludewig Script. wirceb. p. 966 ss., quae tribuuntur Egilwardo (Egilwaldo) monacho s. Burchardi herbipol. (fl. 1030). — *Miracula* s. Maurilii andegavensis ep. († c. 430) occasione suae translationis (intra 966—973) patrata narrat non diu postea Harmer (Hermer, Hadmerus, Hermericus, Chermer) andegavensis in Act. SS. Sept. IV, 76—79, quibus adjecerunt aliqua Anal. boll. XVIII (1899) 417.

[2]) Ejus *vitam* descripsit Thietmar in suo Chronico. Cf. Lohmeyer allg. d. Biogr. III, 433; Kolberg der hl. Bruno v. Querfurt, Breslau 1884; Potthast p. 1135; 1225; Kaindl hist. Jahrb. 1892 XIII, 493—500; Pfülf Stimmen aus Maria Laach 1897 LIII, 266 285; 375—389, et ea, quae supra diximus p. 935 a.

[1]) Cf. Potthast p. 1529.

(965—977), quam narrationem edidit F. X. Kraus Jahrb. der Rheinl. XLIV, 167—170. — Leodegarii (S. Léger) ep. augustodunensis († 678) *vita* scripta ab Frulando monacho murbacensi c. 1041 legitur apud Pitra Histoire de St. Léger p. 527—568. — *S. Meinolphi* (Meinulphi, Mainulphi) diaconi ecclesiae paderbornensis et confessoris († c. 857) *vita,* quae est retractatio antiquioris, tribuitur Sigewardo, qui conjicitur fuisse abbas fuldensis († 1043). Ea legitur in Actis SS. 5. Oct. III, 209—216; ex parte cur. Holder-Egger in MG. SS. XV, 1, 412—417.

543. Hugo turonensis in *dialogo* ad Fulbertum ep. (carnotensem) disseruit (c. 1020) de quodam miraculo, quod contigit in translatione s. Martini et dedicatione monasterii ab Hervaeo thesaurario fundati in Mabillonii Anal. II, 349 vel ed. 2. p. 213—217. — Multa *miracula s Fidis* Concathensis (de Conchis, Foi de Conques) martyris Angennensis (c. 286) narrat Bernardus[1]) scholasticus Andegavensis (fl. c. 1020), quae legere poteris in Migne P. L. CXLI, 131—164; in Actis SS. 6. Oct. III, 300—324; plenius in Anal. boll. 1889 VIII, 65-85; plenissime in A. Bouillet *l. miraculorum s. Fidis* juxta cod. Schlestadiensem, Parisiis 1897, qui dividitur in ll. IV, quorum duo priores sunt nostri Bernardi, duo posteriores monachi concathensis. — Aganoni (Haganon) canonico chastellonensi (fl. ineunte sec. XI) tribuuntur[2]) *Acta s. Veroli* presbyteri Castellione ad Sequanam et Marcennaci († c. 600), quae absque auctoris nomine prodierunt in Actis SS. 17. Jun. III, 382—388. Hic alius est ab Aganone episcopo augustodunensi († 1098), de quo cf. Hist. lit. VIII, 461—464. — Letselinus (Lezcelin) O. S. Ben. abbas crispiacensis (Crêpyen Valois † p. 1031) metrice describit *Vitam s. Arnulphi* M. et forte ep. turonensis (ante med. sec. VI) in Actis SS. 18. Jul. 407—414; non integre apud W. Harster Novem vitae SS. metricae, Lipsiae 1888 p. 86—126. — *Miraculum,* quoddam a Mansueto episcopo tullensi primo († c. 575) patratum narrat Petrus diaconus cardinalis, Ecclesiae romanae cancellarius († 1050) in Act. SS. 3. Sept. 1, 653-655.

544. *Historiam s. Veroni* conf. lembecensis (Lembecq-lez-Hal) prov. Brabantiae *inventionis* miraculorumque et translationis describit Olbertus[1]), (Obbertus, Albertus, Adalbertus). A prima juventute familiaris admodum erat Wazoni, illustrissimo illi praesuli, de quo infra p. 982 agemus. Puerulus in monasterio lobiensi fuit egregie institutus auditor Herigeri et Fulberti ep. carnotensis. Vestem induit s. Benedicti factusque ex monacho laubiensi abbas gemblacensis (1012), cujus disciplinam restauravit, bibliothecam quam plurimis auxit libris, damna in bonis temporalibus reparavit. Postea Baldericus episcopus leodiensis eum praefecit etiam novo monasterio s. Jacobi leodiensi. Collaborator fuit strenuus Burchardi in componendo celebri hujus decreto († 14. Jul. 1047 vel 1048). In epitaphio celebratur „Abbatum speculum, decus et monachorum". Edidit illam notisque illustravit Ge. Galopinus, Montibus 1636 in 12 ed.

---

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 308—310; Potthast p. 1311.

[2]) Cf. Hist. lit. VII, 259—261.

[1]) Alius ab Odberto seu Oetberto, qui ex iis, quae puerulus decem annorum audierat, narrat *Acta s. Friderici* ep. ultrajectini († 838), quae (forte retractata) leguntur in Act. SS. 18. Jul. IV, 452-471; in MG. SS. XV, I, 344-356. 574. Floruit c. 1015. Cf. de nostro Hist. lit. VII, 392-399.

rara; in Actis SS. 30. Martii III, 845-850. — Angelrannus (Enguerramus, Ingelramnus) »Sapiens« cognominatus O. S. Ben. Fulberti carnotensis discipulus[1]), abbas monasterii s. Richarii centulensis († 1045) metrice ll. 4 descrisit *vitam s. Richarii* abbatis et fundatoris monasterii centulensis (S. Riquier † 645), quam habes ex parte in Migne P. L. CXLI, 1423-1438, neque enim integra a Mabillonio fuit impressa. — Rainer (Reinerus) O. S. Ben. literis consignavit (fl. intra a. 1035—1042) *vitam s. Gisleni* (Guilain, Guislain, Ghislain) confessoris, fundatoris et abbatis monasterii celebris St. Guislain dicti in Hannonia († c. 685), quam integram cum miraculis et sermone super miracula habes in Anal. bolland. 1886 V, 212—288 col. VI, 209—256, ubi accurata disquisitio instituitur de auctore; excerpta in MG. SS. XV, 579-585. — Drogo (Draco) bergensis seu winnocibergensis monachus[2]) O. S. Ben. († c. 1070) descripsit *vitam et miracula s. Winnoci* ab. woromholtensis in Flandria primi, apud Mabillon Act. SS. III, 1, 315—327; *Translationem s. Lewinnae* M. anglae (sec. VII.) in monasterium s. Winnoci Bergis in Belgio a. 1058, apud Mabillon op. cit. VI, 2, 112-126; in Act. SS. 24. Jul. V, 613—627; *vitam s. Oswaldi* regis et M. (642) in Anglia, in Act. SS. 5. Aug. II, 94—103. — *Vitam s. Judoci* (Josse) filii Juthail regis Britonum, presbyteri et confessoris († 669) narrant praeter anonymum Isembardus O. S. Ben. floriacensis (fl. 1003), ex parte Ordericus Vitalis H. E. l. III ad a. 1006, et Florentius abbas britannus (1015) apud Surium Vit. SS. 13. Dec. VII, 1007—1011.

545. *Vitam s. Zenobii* ep. florentini (sec. V) narrat Laurentius archiepiscopus amalphitanus (1040-1048), Gregorii VII. praeceptor, quam habes in Ughelli It. s. III, 11; in Act. SS. 25. Maj. VI, 58—62. — Alius ab eo est Laurentius O. S. Ben. casinensis (sec. XI), qui conflavit l. erroribus scatentem *de passione s. Wenceslai* Bohemiae ducis et M. († 935), cujus excerpta dedit Pertz in Archiv V, 136-143 col. VII, 386; integram Dudik Iter romanum I, 304—318; Truhlař Fontes rer. boh. I, 167—182. Cf. Potthast p. 1633. — Nicephorus barensis clericus (fl. 1035) describit *translationem corporis b. Nicolai* Myrae in Lycia ep., in Anal. boll. IV, 169-192. — *Acta s. Marci* ep. atinensis[1]) et M. et duorum presbyterorum (sec. III) in Campania exhibet Adenulphus, archiepiscopus capuanus (1008—1032), apud Ughelli Ital. s. VI, 408—417; in Act. SS. 28. Apr. III, 551—558. — *Acta ss. Nicandri et Marciani* etc. habes in Actis SS. 17. Jun. III, 274—278. — *Passio ss. Rufi et Respicii* con-

---

[1]) Cf. ejus *vitam* ex Hariulfi chronico desumptam in Mabillonii Act. SS. VI, 1, 494 et Migne P. L. CXLI, 1403—1422; Hist. lit. VII, 351—356.

[2]) Cum hoc praepostere confundi solent Drogo episcopus boloniensis Teruanae ab a. 1031 (1024) — 1078 vel 1079, „vir divinae religioni totus mancipatus“ cujus exstat tantum ep. ad quendam episcopum apud Baluzium Capit. II, 1549 s.; et Drogo monachus et sacerdos ghistellensis (c. 1118) in Flandria (qui confundi solet cum Drogone episcopo), cujus est *Vita s. Godelevae V. et M.* († 1070) Ghistellae dioecesis brugensis, in Actis SS. 6. Jul. II, 402—413. Cf. Hist. lit. VIII, 11—17. — Alius quoque est Drogo O. S. Ben., dein cardinalis († 1138), de quo egimus t. IV p. 56 ed. prioris.

[1]) *Historiam inventi et translati c rporis* hujus s. ep. a. 1056 descripsit Petrus diaconus casinensis, de quo egimus in alio t. (fl. 1138); *sermonem* de eo habuisse dicitur Leo ep. atinensis (1044; † 1072) in Migne P. L. CXLIII, 1415—1424, cum aliis duobus *sermonibus* in eundem sanctum p. 1425—1431; alium sermonem Joannis atinensis ep. († 1087) exhibet (cum praecedentibus) Ughelli It. s. VI, 408—438.

scripta fuit a Leone[1]) presbytero romano (fl. 1006), cujus prologum edidit Mai in Spicil. rom. IV, 290, sicut et prologum in *vitam s. Jo. Chrysostomi* de graeco Metaphrastis potissimum adjutore Christophoro derivatam. Utrumque habes in Migne P. L. CXX, 593—598. — *Vita s. Bernardi* Menthonensis archidiaconi seu de Monte Jovis († 1081, juxta alios 1008) ab ejus familiari et in munere successore Richardo archidiacono Augustae Praetoriae in Pedemontio conscripta legitur in Actis SS. 15. Jun. II, 1074-1082. Hic, juxta aliquos auctor fictus, sane alius est a Richardo O. S. Ben. ab. Bellilocensi (Beaulieu), auctore *vitae s. Rodingi*[2]) ab. ejusdem monasterii († 680), quam habes in Mabillonii actis SS. IV, 2, 532—536; in Act. SS. 17. Sept. — Oliva (Oliba) eximius multarum abbatiarum pater, ausonensis seu vicensis episcopus (1017-30. Oct. 1046 vel 1047) narrat[3]) in sermone in natali s. Narcissi ep. et M. († 297) *conversionem b. Afrae* apud provinciam Ariciensem civitate Augustana apud Florez Espana sagrada t. XXVIII, Migne (cum aliis scriptis P. L. CXLII, 142, 589—608). Optimam ed. conversionis et passionis s. Afrae curavit Krusch in MG. SS. rer. merov. III, 41—65.

546. Jam nos convertamus ad theologiam practicam. Prae ceteris hoc tempore inclaruit Burchardus patria Hassus, Lobii forte monachus et discipulus Olberti, dein episcopus wormatiensis dignissimus († 20. Aug. 1025). Magna sollicitudine praefuit suae ecclesiae, ejusque commodum spirituale et temporale omni promovebat cura[1]). Cum in sua dioecesi, ut ipse fatetur in praef. sui op,, canonum jura et judicia poenitentium confusa, atque diversa et inculta, imo discrepantia videret, ut aut ex toto neglecta aut omni pene auctoritate destituta essent, et propter dissonantiam vix a sciolis potuerint discerni, rogatu Brunichonis praepositi ecclesiae wormatiensis coepit collaborante magistro suo Olberto abbate, congerere et digerere jura ecclesiastica ad utilitatem suae ecclesiae suorumque sacerdotum, atque ita condidit magnum *canonum volumen* seu *decretum*, Librum decretorum Burchardus, Brocardica, Brocardicorum opus, volumen decretorum, collectorium etiam dictum, compilatum ex conciliorum tam Orientis quam Occidentis canonibus, ex rom. pontificum ep. decretalibus (etiam pseudoisidorianis), ex patrum operibus variisque poenitentialibus, illudque distribuit in ll. viginti, quorum 19. continet poenitentiale, 20. inscribitur l. Speculationum: „speculatur enim cc. 110 de providentia et de praedestinatione divina, et de adventu antichristi[2]), de ejus operibus, de resurrectione, de die judicii, de in-

[1]) Hic alius videtur ab eo Leone, cujus supra p. 914 a. fecimus mentionem.

[2]) Haec adscribitur in Hist. lit. VII, 363 b. Richardo O. S. Ben. ab. vannensi (s. Vilenis) seu virodunensi, uni ex illustrioribus reformatoribus vitae monasticae, quam in monasteriis saltem 21 ad floridum promovit statum, et patri multorum discipulorum celebrium († 14 Jun. 1046). Hujus est *Vita s. Vitonis*, cujus prologum et l. 2 *de miraculis* edidit Mabillon in Act. SS. VI, 1, 565-569. Cf. Hist. lit. VII, 359—366.

[3]) Cf. Hist. lit. VII, 366—370.

[1]) Cf. ejus vitam conscriptam ab anonymo, qui aliquot a Burchardi morte annis exactis literis consignavit „quae viderat et quae religiosis viris referentibus bona de illo didicerat,“ atque ita teste Waitz „historiae monumentum pretiosum et magni faciendum posteris reliquit.“ Prodiit ejus curis in MG. SS. IV, 829 ss., inde apud Migne CXL, 505—536; Grosch Burchard I. B. zu Worms 1890.

[2]) *De antichristo* juxta Adsonom, de quo p. 921 egimus, disseruit quoque hoc tempore Albinus (Albwinus, Albuinus) monachus gorzensis O. S. Ben. in opusculo Heriberto archiepiscopo coloniensi († 1021) inscripto, quod edidit Floss Zeitschr. für d. Alterth. X, 265.

fernalibus poenis et de felicitate perpetuae vitae[1]«. Exhibet proinde summam quandam partis theologiae. Prodiit Coloniae 1543 ed. princeps, recusa 1560; Parisiis 1549, inde in Migne P. L. CXL, 537—1058. Usus est in eo componendo Reginonis opere (cf. p. 883) et Collectione Anselmo dedicata, ipseque iterum fontis instar fuit Gratiano. Subjiciuntur operi Concilium in Salegunstat (1022) habitum, et Quomodo initianda sit synodus (apud Migne l. c. p. 1058—1067). Anonymus quidam ex hac collectione collegit ea, quae ad officium sacerdotum spectant: hinc prodierunt Statuta canonum *de officio sacerdotum* ib. p. 1067-1085.

547. In conc. seligenstadiensi a. 1022 proposuit Aribo archiepiscopus moguntinus (1020—1031) *XX capitula* in causa disciplinae ecclesiasticae probanda (Mansi XIX, 400; Migne CXL, 1057—1062). Scripsisse dicitur tr. *in Psalmos*[2]). — Wulstano (Wlstan) ep. wigorniensi (1003-1006) et eboracensi archiepiscopo (1002-1023) tribuuntur capitula XXVIII synodi euhamensis *de officiis fidelium et clericorum* apud Mansi XIX, 294 ss., Hardouin VI, 1, 77 ss. — Decreta quaedam Alexii patriarchae CP. (1025—1043) habes in Migne P. G. CXIX, 743—747 *de nuptiis* septimi gradus[3]), et p. 827—850 *de diversis causis*. — Etiam Demetrius Syncellus, metropolita (1030—1040) cyzicenus (ib. 1098—1119) quaedam *de matrimonii impedimentis* habet. Ad hunc videtur spectare tr. *de erroribus Jacobitarum* apud Combefisium Auct. novi II, 261—271 absque auctoris nomine, vel *de rebus Armeniae* Migne P. G. CXXVII, 879—903, quem Gallandi tribuit Philippo Solitario (fl. 1105).

548. Teraldus monachus quidam (v. c. 1001), forte floriacensis[1]), scripsit stilo satis polito ep. *ad Guidonem*, in qua ad quaestionem, cur in festivitatibus ss. Pauli et Laurentii versiculi antiphonis innectantur, subtilius forte et nimis mystice respondet, in Martene thes. Anecd. I, 120 s. — Magna de liturgia sacra sibi collegit merita Berno (Bern, Bernardus) O. S. Ben. ex monacho prumiensi a s. Henrico II imp. monasterio Divitis Augiae praefectus (1008—7. Jun. 1048), ut illius curaret reformationem, quod et feliciter regimine 40 a. praestitit. Praestantissimis illius monasterii viris est accensendus[2]): fuit enim inter poëtas sui aevi excellens, rhetor facundus, philosophus insignis musicesque adeo peritus, ut doctis illam commentariis illustraverit atque reformaverit († 7. Jun. 1048). Opera ejus prodierunt collecta in Migne P. L. CXLII, 1055-1210. Potiora sunt: Libellus *de quibusdam rebus ad missae officium pertinentibus* (etiam inter Hittorpii Vet. patrum ll. de div. Ecclesiae officiis, Coloniae 1568; Romae 1591; in bibl. max. PP. lugd. XVIII, 56—64). Hic tr. confundi non debet cum alio, qui inscribitur *De officio Missae*, et non alius est ac *Micrologus* de ecclesiasticis observationibus: ed. 1510 et alias sub

---

[1]) Praefationem genuinam primum ediderunt fr. Ballerinii de antiquis collectionibus et collectoribus ad Gratianum usque p. IV. c. 12, in Gallandi de vetustis canonum collectionibus diss. sylloge, Venetiis 1778 p. 248 s. et apud Migne p. 497—505. Cf. de ipso op. Alb. Hauck Ueber den l. decretorum Burchards von W. in Berichte über die Verhandl. der k. sächs. Gesellsch. der Wissensch. zu Leipzig Phil.-hist. KL. 1894 I, 65—86; Werner Gerbert p. 121—125.

[2]) Cf. Steindorff Allgem. d. Biogr. I, 524 ss.

[3]) Judicium *de nuptiis consobrinorum* protulit et Eustathius patricius CP. (fl. 1025), quod habes in Leunclavii jure gr. rom. l. VI ed. Freheri, Francofurti 1596.

[1]) Cf. Hist. lit. VI, 555 s.

[2]) Cf. Hist. lit. VII, 375-388; Hefele theol. Qtlschr. 1838 p. 201 ss.; Werner Gerbert p. 189—192.

Bernonis nomine, cum tamen non sit ipsius. — L. *qualiter Adventus Domini celebretur,* quando nativitas Domini feria II. evenerit (apud Pez Thes. IV, 2, 39); Ratio generalis *de initio Adventus Domini* secundum auctoritatem (non genuinam) Hilarii ep. (ib. p. 49); Dialogus, *qualiter quatuor temporum jejunia per sua sabbata sint observanda* (apud Pez ib. p. 54). Magna vigebat varietas circa tempus servandi illa jejunia: regulam statuit Berno, quae arrisit Ariboni archiep. moguntino, cui inscriptus est dialogus, nam eam sancivit in conc. salegunstadiensi a. 1022; verum alii eam non probarunt, neque ea in Ecclesiae praxim transiit. — *De varia psalmorum atque cantuum modulatione; epistolae* cum fragmentis (apud Pez VI, 1, 199—222) non sine pretio. — *Vita* (brevis) *s. Meginhardi* (Meginradi, Meinradi etc.) eremitae et martyris apud Helvetios († 861), in Mabillonii Actis IV, 2, 64—68; in Act. SS. 21. Jan. II, 382—385; in MG. SS. XV, 1, 445—448 cur. Holder-Egger: sed genuinitas in dubium vocatur. *Vita s. Udalrici* (non magni pretii), inter M. Velseri opera, Norimbergae 1682 p. 596—617; Schneller, München 1844. — Tria opuscula musica edidit Gerbertus inter script. eccl. de musica s. t. II; ejus *historia Alemannorum,* qua Trithemius se usum fatetur, nunquam forte exstitit. — Sed longe majora sunt merita circa cantum ecclesiasticum Guidonis O. S. Ben. in monasterio Pomposae prope Ferrariam, qui a patria Aretinus est dictus. Hic vere reformator musicae dici potest, a quo M. Gerbert Script. eccl. de musica, s. Blasii 1784 t. II praef., novam musicae epocham auspicatur. Ejus methodum admodum probavit Joannes XIX (1024—1033), amplexa est grata antiquitas[1]). Habes ejus opera *de musica* apud Gerbertum, Coussemaker Script. de musica medii aevi nova series, Parisiis 1865, II; Migne P. L. CXLI, 379—444. Dicitur obiise prior monasterii Avellanae O. Camald. 17. Maji 1050. Aliqui ipsi tribuunt *epistolam* ad Heribertum archiep. mediolanensem († 16. Jan. 1045) inter a. 1023—1025 scriptam, in qua simoniam impugnat. Ea legitur in Migne CLI, 637—640; in MG. Lib. de lit. I, 1—7 ed. Thaner.

549. *Epistolae XVI* supersunt Gozperti[1]) abbatis clarissimi tegernseensis de bono sui monasterii admodum solliciti († 21. Jan. 1001), quae partim reperiuntur in Pez Thes. Anecd. V, 1, 122—130; Migne CXLI, 1307-1312; partim in Anal. Mabillonii 1723 p. 431; una in egregio op. Pirminii Lindner: Familia s. Quirini in Tegernsee p. 277 (col. p. 13); ejus successorum Eberhardi I. († 4. Mart. 1003), quas habes apud Pez l. c. 135-141 (cf. Lindner p. 15); Peringer (Beringer 1004—3. Febr. 1012), apud Pez ib. p. 141—146; Migne p. 1313—1318; Ulrici I († 17. Maj. 1042), apud Pez p. 227—230; Migne ib. p. 1321—1324. — Wazonis *epistolae IV,* inter quas una ad Rogerium ep. catalaunensem, qua monet, ne haeretici errorum manichaeorum suspecti, supplicio afficiantur, et altera, ad Henricum III, ne electioni pontificis se immisceat, insertae sunt ejus

---

[1]) Cf. Luigi Agelloni Sopra la vita, le opere ed il sapere di Guido di Arezzo, Parisiis 1811; R. G. Kiesewetter Guido von A., sein Leben und Wirken, Leipzig 1840; Baeumker KL. V, 1355—1358; 2036 ss.; Baronius Annal. ad a. 1022 § 21. 22. Trithemius de S. E. c. 318 in ejus laudem refert; „In hoc etiam praeferendus ceteris, quod ignotos cantus etiam pueri et puellae per ejus regulam in manu sua facilius discant per se, quam per vocem magistri aut per usum alicujus instrumenti."

[1]) Alius ab eo cujus supra meminimus p. 586 a.

Vitae ab Anselmo canonico leodiensi inter gesta leodiensium episcoporum (cf. supra p. 961) concinnatae, quae reperitur in Martene ampl. coll. IV, 872 a cujus ed. satis differt ea, quam Chapeaville exhibet in gest. pontif. leod.; juxta ed. Martene apud Migne CXLII, 725—764; Mon. Germ. scr. VII, 210 ss. Porro Wazo (Waso, Vazo, Watho, Guatho, Guaso etc.) Herigeri in monasterio lobiensi discipulus, scholarum leodiensium magister, Henrici III imp. capellanus, decanus et praepositus leodiensis, demum episcopus factus est (1042—8. Jul. 1048). Praesul erat rigidissimae vitae, insignis virtutis tantique meriti, ut in epitaphio de eo breviter sed admodum honorifice diceretur: »Ante ruet mundus, quam surget Wazo secundus[1]).« — *Epistola* gravis exstat Warini clerici primum leodiensis, post monachi Gorziae, tandem abbatis metensis in monasterio s. Arnulfi († 20. Aug. 1050), eaque lectu digna est, qua respondet Joanni ab. fiscamnensi repetenti ab eo Benedictum monachum, ex judaeo christianum, qui in monasterium s. Arnulfi receptus per plures annos ibi versatus fuerat. Legitur apud Mabillon Annal. 1, 225—246. — Leonis ravennatis archiepiscopi, qui Gerberto (Silvestro II) successit († 1005), ad Durantem monachum aliosque eremitas exstat in Ughelli It. sacra II, 355—359 *epistola*.

550. Praeter tot scriptores, quos jam laudavimus, carmina panxerunt Froumund[2]) O. S. Ben. in monasterio tegernseensi, magister linguarum classicarum in ejusdem scholis († ante 12. Oct. 1012), et peritissimus sui temporis versificator. Ea exstant cum suis epistolis in sex diversis collectionibus, ut apud Pez Thes. V, 158-199; Migne CXLI, 1283-1308; Mabillon in Anal. ed. 1723 p. 435 ss. etc. — Heriberti[1]) episcopi eichstettensis (1021—24. Jul. 1042) *hymnos* habes in Migne P. L. CXLI, 1369-1374. — Godeschalchi cujusdam, qui floruisse dicitur c. a. 1039, legere poteris ibid. p. 1323-1334 *Sequentias V.*

551. Denique supersunt adhuc aliqui scriptores graeci. Insignis sua aetate orator et poeta fuit Joannes Kyriotes, cognominatus Geometra, protospatharius prius, dein monachus probabiliter in monasterio Studion et presbyter, ut ex ejus scriptis colligere licet, forte et metropolita melitinensis. Natus est priori sec. X. dimidio patre, qui insigni munere fungebatur publico: sed qua aetate vixerit plane est incertum: id unum affirmare licet vixisse intra sec. VIII et XI. Plura supersunt ejus scripta, ut Sermo prosphoneticus seu gratulatorius *in ss. Deiparae annunciationem,* apud Ballerini in Sylloge monument. ad mysterium conc. immaculatae V. Deip. illustrandum, Parisiis 1857 II, 132-210; Migne CVI, 812—848; fragmentum *Encomii* in s. Gregorium naz. ed. a P. Tacchi-Venturi de Jo. Geometra ejusque in s. Gregorium inedita laudatione, Studi e documenti di Storia e Diritto XIV (1893), 132—162; *hymni V* in bb. Dei Genitricem (Migne CVI, 855—868); *Paradisus* sive epigrammata tetrasticha XCIX moralis argumenti et dicta factaque ss. ascetarum (XX) referentia (Migne CVI,

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 388—392; Floss KL. XII, 1229 s.; Bittner Wazo und die Schulen von Lüttich, Breslau 1879.

[2]) Cf. Lindner l. c. p. 30; praesertim M. Kempf Froumund von Tegernsee, Programm des k. Ludwigs-Gymnasiums in München für das Schuljahr 1899—1900, München 1900.

[1]) Alius a s. Heriberto archiepiscopo coloniensi et cancellario Ottonis III. 999-1002), de quo cf. Jos. Kleinermanns die Heiligen auf dem bisch., beziehungsw. erzbisch. Stuhle von Köln, Köln 1895—1898 II p. 1.

867—890). — *Elogium* metricum prolixum s. martyris Panteleemonis, in Migne CVI, 889—902 mancum, integrum in L. Sternbach diss. classis philolog. academiae literariae cracoviensis XVI (1892), 218—303 cum apparatu critico, commentario et verborum indice, ed. omnibus numeris absoluta, *Epigrammata* varia argumenti sacri, historici, mythologici, geographici etc. CLXXIII, quae inter auctoris scripta eminent, ed. a Cramer in Anecd. graecis e codd. paris. IV, 265-366, Parisiis 1841 cum aliorum auctorum epigrammaticis, ed. neque completa, neque satis accurata; Migne CVI, 901—1002; eorum partem edidit E. Cougny in Epigrammatum Anthologia palatina, Paris 1890 t. III. Supersunt et scripta prosaica, e quibus plura adhuc sunt inedita. Deest[1]) accurata et critica operum omnium editio; aliquot collegit Migne CVI, 805-1002.

552. Symeon dictus theologus junior, ut a Gregorio naz. distingueretur vel a Symeone Stylita juniore, natus est intra a. 963—969 in Paphlagonia. Relicta aula, in qua munere functus erat, ingressus est celebre monasterium Studion dictum (988-991), unde transiit in coenobium s. Mamantis, cui praefuit hegumenos dignitate a. 25 (993/4—1018/19), et quod ad magnum perduxit florem, sed ob conflictum, quem habuit cum Stephano Syncello relegatus est in locum prope CP., ubi et obiit 1041-1042. Reliquit plura opera fere inedita[2]), quorum latine aliqua edidit Pontanus, Ingolstadii 1603; inde Migne P. G. CXX, 671—1008. Ea sunt *orationes XXXIII; Divinorum amorum* sive sacrarum commentationum l. singularis; *Capita* practica et theologica CLII; *de alterationibus animae et corporis,* quae ex varietate coeli aut aëris, quaeque ex elementis, ex cibis, interdum etiam ex daemonibus exsistere in nobis solent. Haec ejus scripta pietatem quidem spirant, sed occurrunt quaedam duriuscule dicta, quae lima judicii indigent: hinc Pontanus ea sua interpretatione eliminare nititur. Imo a nonnemine fons censetur et origo errorum Palamitarum, Hesychiastarum, Massalianorum, quos ex ipso parum cauti hauserint. Ipsius quoque est famosa *de confessione* epistola inter opera Jo. Damasceni edita, in qua asseritur, licitum esse monachis confessiones excipere, etsi presbyteri non sint, cum potestas remittendi peccata non sit alligata ordini, sed dignitati personali seu charismati spirituali, quo praediti sunt monachi. Alia ejusdem scripta nondum prodierunt, in quibus semina ejusdem erroris reperiuntur et exaggeratae de monachis opiniones[1]).

---

[1]) Cf. Ehrhard apud Krumbacher de op. theologicis p. 169 n. 4, et hunc ipsum de reliquis op. p. 731—737, qui eum passim laudat atque de eo testatur: Jo. Geometres gehört als Dichter ohne Zweifel zu den erfreulichsten Gestalten der byzantinischen Literatur. Das Beste erreicht er, wo er selbsterlebte geschichtliche Vorgänge, Zustände und seelische Stimmungen schildert etc.

[2]) Leo Allatius in sua diatriba de Symeonum scriptis, Parisiis 1664 p. 151-178 nostri Symeonis opera 79 recenset.

[1]) Cf. K. Holl Enthusiasmus u. Bussgewalt beim griechischen Mönchthum. Eine Studie zu Symeon dem neuen Theologen. Leipzig 1898, opus vere doctum, etsi non omnia sunt probanda; de qua cf. Ph. Meyer Gött. gel. Anzeigen 1898 p. 844—870; Ehrhard KL. XI, 1070 s.; Krumbacher Gesch. der byz. Lit. ed. 2 p. 152—154, qui eum (et Nic. Kabasilam) maximis ecclesiae graecae theologis mysticis accenset. *Vitam* Symeonis scripsit Nicetas Stethatos, quae nondum edita typis omnino esset digna.

XIX.

Scriptores ecclesiastici seculi XI.

Pars altera (1051—1073).

554. Ingens plane est scriptorum numerus, qui floruerunt ultima temporis periodo, quam hoc tomo describendam statuimus, illamque in duas dividere partes juverit, ne scriptorum multitudine obruamur. Priori parte exhibebimus scriptores qui scripserint usque ad electionem Gregorii VII., magni illius pontificis, qui Ecclesiae faciem vere restauravit; altera agemus de iis, qui ab illius pontificis exordio deinceps floruerunt ad s. Anselmum usque, a quo novam theologiae aeram auspicamur.

555. Incipit iterum splendescere romanae sedis primatus nonnihil obscuratus quorundam praesulum vita tanto honori et muneri minus digna, imo et indigna. Nam statim ab exordio hujus periodi occurrit nobis praesul sanctissimus Leo IX (1048—1054). Natus est Bruno, ita ante appellabatur, in Alsatiae oppido Egisheim 21. Jun. 1002 nobilissima stirpe. Puer educatus fuit Tulli ibique videtur professus vitam monasticam: inde transiit ad aulam Conradi II, cui sanguine erat junctus, propter morum candorem et cordis bonitatem dictus ‚Bruno bonus'. Juvenis a. 24 electus est unanimi suffrago episcopus tullensis (1026), cui electioni eo facilius assensit, quod electio esset canonica, ecclesia vero pauper. Magna fruebatur gratia ob suam prudentiam in aula tam caesarea quam regia Galliae. Defuncto Damaso II pontifice 9. Aug. 1048 in comitiis wormatiensibus praesentibus Romanorum legatis ab imperatore atque magnatibus praeter suam exspectationem et invitus designatus est illius successor, cui electioni nonnisi post triduum sub conditione consensus cleri populique romani cessit. Peregrini habitu Romam est profectus summoque consensu a Romanis in pontificem receptus 12. Febr. 1049. Mox toto conatu impensaque sollicitudine cogitavit de restauranda disciplina ecclesiastica adeo collapsa, de suscipienda pugna in primis adversus simoniam atque clericorum incontinentiam. Hinc plura (11) habuit concilia[1]), in quibus de episcopis pluribus ob simoniam judicavit, aliquot depo-

[1]) Cf. de his synodis Hefele IV § 539 ss.

suit, salutaria statuit decreta. Initio quidem magno usus est rigore, ut omnium simoniacorum ordinationes cassaret: sed cum protinus a Romanorum multitudine sacerdotum magnae seditionis tumultus oriretur, saniora s. Petri Damiani consilia secutus moderationem esse adhibendam statuit. Sibi adlegit Hildebrandum futurum quondam disciplinae libertatisque ecclesiasticae propugnatorem, quem subdiaconum ordinavit ejusque in gravissimis negotiis usus est opera. Aliquoties in Germaniam et Galliam rediit, bellum suscepit adversus Normannos Italiam semper magis invadentes, sed in proelio 18. Jun. 1053 habito exercitus ejus caesus ipseque captus est. Beneventi retentus morbum incidit: hinc Romam rediit, ubi illustris praesul, „a quo omnia ecclesiastica studia renovata et restaurata novaque lux mundo visa est exoriri (Desiderius abbas cassin. Dial. l. III),“ 19. Apr. 1054 pie in Domino obiit, qua die ejus memoria inter sanctos colitur.

555. Hac aetate fidelium animos turbarunt Berengarii turonensis circa eucharistiam errores, quos s. Leo IX. damnavit in concilio romano, dein et in concilio vercellensi a. 1050, necnon et Jo. Scoti l. de eucharistia, quo ille nitebatur. Interim aucta sunt etiam omina funesta schismatis impendentis ecclesiae orientalis. Classicum veluti cecinit Leo acridanus archiepiscopus, amicus Michaelis Caerularii, epistola, quam hujus nomine vel saltem eo conscio scripsit ad Joannem episcopum tranensem, in qua Latinis exprobat usum panis azymi in sacrificio missae aliosque usus liturgicos[1]). Latine eam vertit Humbertus card. ostenditque pontifici, qui luculento sermone longum concinnavit responsum in cc. 41 distinctum: quod tamen non fuisse redditum videtur. Cum vero tam Constantinus Monomachus imp. quam Michael Caerularius patriarcha ex motivis politicis literas satis pacificas misissent ad Leonem: pontifex legatos, inter quos Humbertum card., CP. misit cum binis literis ad imperatorem et patriarcham: quem de sua acriter redarguit ambitione: sed legati pervenerunt in urbem regiam Leone jam defuncto. Supersunt plurimae hujus pontificis *literae,* sed fere de privilegiis, quae concedit, de bonorum et jurium confirmatione, de abusibus tollendis etc. Eminet inter eas et illa (CI) ad Petrum antiochenum ep., qua ei gratulatur de ipsius erga sedem apostolicam observantia, fidem ipsius probat, summa capita fidei romanae Ecclesiae ad eum mittit. Collectas (CVI) eas habes in Migne P. L. CXLIII, 583—782; Jaffé in Reg. PP. rom. I, 529—549; II, 749, earum 182 recenset. Non desunt, qui ei tribuant bellum *de conflictu vitiorum atque virtutum,* opusculum apud Migne p. 559-578. Vitam tanti pontificis plures scripserunt[1]), inter quos Wibertus ejus quondam archidiaconus in episcopatu tullensi, cujus vita est fidelis et propterea pretiosa. Habes eam in Actis SS. 19. Apr. II, 648—665; in Mabillonii Actis SS. VI, 2, 49—80; in Migne p. 465—510; Watterich l. c. p. 93—177. — Libuinus Ecclesiae romanae subdiaconus, testis oculatus scribit *de obitu s. Leonis,* ib.

---

[1]) Textum graecum primum reperit Hergenröther ediditque in op. Will

Acta et scripta, quae de controversiis Ecclesiae graecae et latinae composita exstant, Lipsiae 1861 p. 65 ss.; in Migne P. L. CXLIII. 793—798. Cf. Hefele Conciliengesch. IV, § 548.

[1]) Cf. fontes et literaturam apud Watterich PP. rom. vitae 1862 I, 93—177; Potthast p. 1424; Höfler die deutschen Päpste, Regensburg 1839. II, 1 ss.; Brucker L'Alsace et l'Eglise au temps du pape s. Leon IX; Strassburg et Paris 1889 t. II; J. Felten KL. VII., 1787—1795; Prolegomena in Migne P. L. CXLIII, 457—560. Hist. lit. VII, 459—472 (etib. 485—487 de Wiberto); C. Mirbt Realenc. XI³, 379—386.

170—177; Migne ib. p. 525—548 (cum miraculis). — Anselmus remensis monachus (1049—1056) describit ejus *Itinerarium* Roma in Gallias, ob hoc maxime, teste Sigeberto gembl. de Scr. Eccl. c. 152, »ut notificaret, quanta auctoritate Remis vel in aliis urbibus synodum celebrarit; quanta subtilitate et justitia examinarit causas ecclesiasticas; qua discretione peccantes correxerit; quomodo ei virtus Dei cooperata sit« etc., apud Mabillon VI, 1, 713—727; ed. ven. p. 624—638; inscriptum *Dedicatio ecclesiae* et translatio s. Remigii in Act. SS. 1. Oct. 1, 176—185; Migne P. L. CXLII, 1415—1440; Watterich l. c. p. 113—127.

556. Vestigia Leonis in reformanda Ecclesia impugnandaque simonia atque clericorum incontinentia presserunt et ejus successores. Victor II (1055—28. Jul. 1057), prius dictus Gebehard et episcopus eichstettensis, invitus electus menses quinque haesit, donec in suam consentiret electionem[1]). Berengarii damnationem et ipse confirmavit. — Stephanus X (IX.) (2. Aug. 1057—29. Mart. 1058) antea Fridericus dictus e nobilissima familia Lotharingiae, a Leone IX creatus cardinalis diaconus et una cum Humberto CP. missus. Hinc particeps exhibetur a Petro diacono de vir. ill. casin. c. 17 in componendo responso ad Graecorum exceptiones. Postea ingressus ordinem s. Benedicti in monte Cassino, intra unum propemodum mensem abbas, cardinalis (presbyter) et summus pontifex[2]) renunciatur. Sed ne anno quidem pontificatus exacto locum cessit Nicolao II (1058—27. Jul. 1061), qui antea dictus est Gerardus de Burgundia, atque episcopus florentinus erat. Ejus est celebre decretum de electione pontificis toties factionibus politicis[1]) turbata. — Alexander II, antea Anselmus dictus, presbyter quondam mediolanensis, ubi magno zelo et fortitudine se opposuit corruptioni morum, agente Hildebrando electus est in pontificem (1061; † 21. Apr. 1073). Usus est in bello, quod incessanter cleri vitiis indixit, consilio et opera Hildebrandi in primis et s. Petri Damiani. Ejus *epistolas,* decreta, diplomata habes in Migne P. L. CXLVI, 1279—1436. Eorum CCCI recenset Jaffé 1, 567—592.

557. Inter legatos, quos s. Leo CP. miserat, praecipuus erat Humbertus († 5. Maj. 1061). Is patria Burgundus ordinem s. Benedicti (1015) professus est in s. Mansueti coenobio in Tulli suburbiis sito posito. Diligenter studiis operam dedit linguamque graecam addidicit. Scientia divinarum ac secularium literis apprime eruditus a Lanfranco contra Berengarium c. 2 celebratur. Cum s. Leone a. 1049 itineris socius Romam est profectus jugis ei comes consiliariusque fuit acceptissimus. Ab eodem dictus est archiepiscopus Siciliae (1050), sed propter Normannos gregem suum adire non potuit. Hinc creatus est cardinalis et episcopus Silvae Candidae seu s. Rufinae (1051). Cum in coenobio sublacensi abbatis incuria et oscitantia disciplina foede esset collapsa, tanto occursurus malo pontifex eum coenobii illius regimini praefecit. Pontificem trans alpes est comitatus (1052), forte et cum illo

[1]) Cf. Hefele IV, § 551 s.; Migne CXLIII, 801—831.

[2]) Cf. Hist. lit. VII, 480—485; Höfler die deutschen Päpste II, 269 ss.

[1]) Cf. de eo Hefele IV § 555, quaenam scil. forma seu recensio sit genuina, cum duplex reperiatur, altera in decr. Gratiani c. 1 d. XXIII, altera apud Mansi XIX, 905 et Pertz in Mon. leg. II append. p. 176. Ibidem et §§ seq. narrat Nicolai II zelum in reformanda disciplina ecclesiastica. Cf. ep. et diplomata XL apud Migne CXLIII, 1301—1362; Potthast p. 854; Hist. lit. VII, 515—527; Wurm KL. IX, 287—289.

Normannorum incidit captivitatem post tristem cladem ipsi 18. Junii 1053 illatam. Anno sequenti legatione functus est constantinopolitana cum Friderico Lothareno cardinali et Petro archiepiscopo amalphitano ad Constantinum Monomachum IX imp. et Michaelem Caerularium ad conciliandam ecclesiam graecam cum latina et ad implorandum auxilium adversas Normannos. Etiam sub s. Leonis successoribus magno fuit in honore et auctoritate factusque romanae Ecclesiae bibliothecarius et cancellarius: ipse et Bonifacius card. et episcopus albanensis dicti sunt (a Petro Damiano ep. I, 7), »oculi Nicolai II.« Multum semper laboravit pro reformatione disciplinae ecclesiasticae et contra Berengarii errores ipse composuit (1059) professionem fidei, cui ille subscribere debuit. Obiit 5. Maji 1061. Plura reliquit scripta, quae collecta exstant in Migne P. L. CXLIII, 931—1279. *Responsio* ad exceptiones et calumnias Leonis Acridani (cujus supra meminimus p. 989) contra Latinos instar dialogi inter Romanum et Constantinopolitanum (a. 1054), jussu Constantini Monomachi graece per Paulum quendam cum filio Smaragdo edita. Cum etiam Nicetas presbyter et monasterii Studii[1]) monachus Pectoratus dictus libellum contra Latinos edidisset, de azymo scil., de sabbatho et nuptiis sacerdotum, adeo solide graviterque eum Humbertus refellit, ut Nicetas ipse suos errores solemniter reprobaret, librumque suum igne tradiderit: num vero in sua retractatione perseveraret renovato iterum schismate per Michaelem Cerularium, non satis liquet. Dolendum tamen est, Humbertum usum esse stilo nimis acri in Graecorùm exceptiones, ejusque legationem optato caruisse effectu. Ejus reddidit rationem in brevi et succincta *commemoratione* eorum, quae gesserunt apocrisarii s. rom. et apostolicae sedis in regia urbe, et qualiter anathematizati sunt Michael cum sequacibus suis. Haec documenta praeter alios exhibet etiam Canisius Ant. lect. VI, 111—197; ed. secundae III, I, 277-328; Will Acta et scripta de controv. eccl. gr. et lat. sec. XI, Lipsiae 1864 p. 61. — *Adversus simoniacos ll. III,* apud Martene Thes. Anecd. V. 629—844, desunt tamen ultima (novem) capita, ed. juxta Thaner minus accurata: hinc ipse in MG. lib. de lite I, 95—253 novam curavit. Opus est eruditum, eloquens, cum unctione conscriptum (c. a. 1057—1058), sed prae nimia simoniae tunc tantopere grassantis detestatione, in aliud incidit extremum declarans ordinationes simoniacas invalidas[1]). Epistolam ardenti fortique stilo *ad Berengarium* datam, qua eum ad resipiscendum hortatur, edidit K. Franke in N. Arch. für ä. d. Geschichtsk. VII (1882), 614 s. — Brevem sed praeclaram *epistolam ad Petrum* patriarcham antiochenum (fi. 1054) contra graecorum exceptiones pro Ecclesia romana scripsit Dominicus Marengo episcopus gradensis (1045—1069), quam habes in Migne CXLI, 1455—1458.

557. Cum controversiae Berengerianae jam meminimus, statim eos nominemus, qui contra Berengarii

[1]) Fuit Nicetas fidelis discipulus Symeonis Junioris, cujus supra meminimus p. 985 atque plura edidit scripta, ut Capitum practicorum seu asceticorum *de purgatione animi*, de caritate et perfectione centurias III, apud Migne P. G. CXX, 1075—1152. Contra hunc *de clericorum castimonia* scripsisse videtur et Leo IX, cum fragmenta ejusmodi ep. habeantur (apud Migne P. L. CXLIII, 781; Mansi XIX, 695. Cf. Knöpfler KL. IX, 266 ss.; Werner Gesch. d. apol. u. pol. Lit. III, 86 s.; 142 s.; 166.

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 527—542 (apud Migne l. c. p. 915—928); Knöpfler KL. V, 411—414; Werner Gerbert p. 141 ss.

circa ss. eucharistiae sacramentum errores pugnarunt. Hugo de Breteuil episcopus lingoniensis (1031), propter simoniam aliaque crimina accusatus in concilio rhemensi (1049) praesente Leone IX excommunicationis sententiam incurrit, sed spiritu poenitentiae correptus pontificem Romam revertentem nudis pedibus secutus est, et synodum, quae tum habebatur, nudus et excalceatus ingressus est lacrymis ora perfusus, manu deferens virgas, quibus caederetur, veniam et misericordiam voce lamentabili implorans. Ad tale spectaculum flere omnes et veniam precari; commotus pontifex indulgentiam supplici concedit. In patriam rediens morbum incidit et habitum monachi in coenobio s. Vitoni petiit atque accepit pieque decessit 16. Mart. 1051. Unus e primis fuit, qui contra Berengarium, suum quondam amicum, scripserit nonnihil tamen obscure[1]) in tr. *de corpore et sanguine Domini* ed. a d'Achery in app. ad opera Lanfranci, Parisiis 1648; in bibl. max PP. XVIII, 417—419; Migne CXLII, 1321-1331. — Gozechinus[2]) rector clarus sed admodum rigidus scholae leodiensis, quam tamen temporis iniquitate coactus relinquere debuit, in proliza ad Valcherum itidem scholasticum, suum quondam discipulum, *epistola* post apologiam de relicto leodiensis cathedrae magisterio atque secessu moguntiaco studiorum interritum malaque sui temporis deplorat ex Berengarii, quem Satanae apostolum appellat, doctrina perversa maxime consecuta (fl. c. 1060). Prodiit in Mabillonii Anal. IV, 360—395; Gallandi bibl. PP. XIV; Migne CXLIII, 885—909. — Adelmannus (Almannus) acceptissimus Fulberti carnotensis eique gratissimus discipulus, ex scholastico leodiensi episcopus brixiensis (c. 1050; - obiisse videtur c. 1062), scripsit ad suum quondam discipulum Berengarium praeclaram epistolam *de eucharistiae sacramento*, testimonium insigne tenerae suae in amicum a veritatis semita aberrantem, quem reducere conatur, et caritatis et zeli pro fide catholica. Arguit eum, quod se divulserit ab unitate catholicae Ecclesiae dogmatizando et verbis et scriptis, corpus et sanguinem Christi, quae quotidie in universa terra in altari immolantur, non esse verum corpus Christi, nec verum sanguinem Christi, sed figuram et similitudinem corporis et sanguinis Christi (Sigebertus de S. E. c. 153). Prodiit ea saepe et cum aliis ejusdem argumenti opusculis Lovanii 1551; 1561; in bibliotheca FP. lugd. XVIII, 434—440; cum operibus ss. Philastrii et Gaudentii, Brixiae 1739; ultra tertiam partem suppleta ed. C. A. Schmidt Brunsvicae 1770. Ejus quoque sunt[1]) *rythmi alphabetici* de viris illustribus sui temporis, utrumque in Migne P. L. CXLIII, 1289-1301. Alia ejusdem ep. ad Paulinum[2]) ecclesiae metensis primicerium de eodem argumento intercidisse videtur. — His adjungi potest Maurilius quondam monachus O. S. Ben. et eremita, demum illustrissimus archiepiscopus rotomagensis (1055—1067) de reparanda disciplina ecclesiastica admodum sollicitus, propter insignem editam fidei catholicae *de sacramento eucharistiae* professionem probabiliter in aliqua synodo editam in Conc. Normanniae seu prov. rotom. coll.

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 438—443.

[2]) Alius ab eo esse videtur Goswinus canonicus moguntinus (fl. 1072), cujus dicitur esse *Vita s. Albani M.* († 406) apud Canisium Ant. lect. V, 2, 648—665; ed. secundae IV, 158—166, in Act. SS. 21. Jun. IV, 88 non complete, epitomen ed. Holder-Egger in Mon. G. scr. XV, 2, 985—990.

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 542—553.

[2]) Hujus Paulini exstat *epistola* ad Berengarium carissimum fratrem suum ante ejus condemnationem scriptam, qua illum fraterne monet de rumore adversus ejus opinione sparso, apud Martene in Anecd. 1, 196. Cf. Hist. lit. VII, 511.

Bessin p. I p. 49. Cf. Hist. lit. VII, 587—595. — Addimus propter argumenti affinitatem Samonam gazensem in Palaestina episcopum, qui circa hoc tempus (1056) disputavit adversus Achmetem Saracenum de eucharistia. Totius in eo est, ut probet panem ac vinum per sacerdotis consecrationem verum esse et integrum corpus ac sanguinem Domini: ad quod suadendum mohammedano homini hebeti ac rudi exemplis utitur apprime congruentibus. Eam disputationem habes in Gallandi vet. PP. Bibl. XIV, 225 ss.; Migne P. G. CXX, 1061—1068 etc.

558. Omnium tamen praecipuus hujus temporis theologus atque speciali mentione dignissimus est s. Petrus Damiani Ecclesiae doctor, quem Deus »sic hoc deploratissimo seculo, cum excrevisset ad Ecclesiam obruendam diluvium carnis, dedit mundo, ut austerissimo vitae exemplo verbique praedicatione et scriptis exsiccaret tantam putredinem pariterque pugnaret adversus simoniacam haeresim, quae ubique locorum grassabatur impune[1]).« Natus est Petrus honestis sed tenuis fortunae parentibus Ravennae 1006—1007. A matre numerosae prolis pertaesa abjicitur, sed domesticae mulieris opera semivivus exceptus genitrici ad humanitatis sensum revocatae redditur. Utroque parente orbatus tamquam vile mancipium sub aspera fratris tutela duram exercuit servitutem atque pascendis porcis adhibitus est. Alter frater Damianus dictus ejus misertus in filii locum habuit: hinc, ut plures censent, gratitudinis causa Damiani (juxta alios Damianus) voluit cognominari. Jam studiis operam dare potuit, in quibus adeo profecit, ut magna auditorum frequentia scholas ipse aperuerit. Exinde coepit divitiis et honoribus affluere, sed et se dure habuit, ut corpus rationi subderet atque insurgentes carnis stimulos exstingueret. Denique excussis mundi vinculis inter fontis Avellani eremitas sanctiorem degere vitam statuit (c. a. 1035). Postquam sodales etiam in aliis coenobiis vitae verbo et exemplo instituisset, ad suos reversus Avellanitarum familiae praeses elegitur. Totus incubuit exemplo, verbis et scriptis apud suos promovere vitae monasticae studium tanto profectu, ut sui ordinis alter parens ac praecipuum habitus sit ornamentum.

559. Sed non solum suis et aliarum familiarum coenobiis, verum et variis dioecesibus quam plurimum profuit sanctissimus vir: imo de restauranda disciplina ecclesiastica adeo ubique collapsa deque exstirpandis simonia, incontinentia aliisque cleri vitiis quam impensissime fuit sollicitus: quare Stephanus IX. eum plane invitum atque reluctantem in virtute sanctae obedientiae cardinalem creavit et episcopum ostiensem (1057). Hinc pie in ep. ad Nicolaum II. seu opusc. 19 praef. Stephanum suum vocavit persecutorem, et Hildebrandum cardinalem, quod votis de repetenda eremo conceptis pertinaciter postea obstitisset, ‚sanctum satanam.' A romanis pontificibus saepe adhibitus est in difficillimis negotiis. Ita a Nicolao II. (cum Anselmo lucensi) ad renovandam ecclesiam mediolanensem, in qua vix unum ex clericis reperit, qui non aut ordines collato pretio comparasset aut foeda feminarum consuetudine se contaminasset. Hinc in ejus adventu tantae ortae turbae et tumultus, ut vitae incurreret periculum: sed ipse nihil furore populi perterritus ita sobrie prudenter leniterque exasperatos animos tractavit, ut legatio ejus laetos tulerit fructus. Quae ibidem peregerit ipse nobis enarrat opusc. 5 infra citando. Alexandrum II. egregie adjuvit adversus Cadaloum pseudopontificem, quem datis ad eum literis graviter increpat et ad sanam reducere mentem satagit,

[1]) Ita Baronius ad a. 1072.

sed frustra. Ab eodem pontifice missus est (1069) legatus in Germaniam adversus Henrici IV. usurpationes, et jam antea in Gallias, qua occasione en quanto encomio a pontifice in ep. ad Gervasium remensem aliosque Galliae praesules fuit commendatus: „Quoniam igitur pluribus ecclesiarum negotiis occupati ad vos ipsi venire non possumus, talem virum vobis destinare curavimus, quo nimirum post nos major in romana Ecclesia non habetur, Petrum videlicet Damianum . . . qui nimirum et noster est oculus et apostolicae sedis immobile firmamentum. (Migne CXLV, 857).“ Adversus simonicam tum adeo grassantem labem et Nicolaitarum corruptionem seu incontinentiam ad mortem usque strenue decertavit. Demum ei concessum fuit, ut se cardinalatu et episcopali dignitate exueret, sed nihil propterea de pristina juvandi proximos sedulitate remisit. Jejunium fer. VI. in honorem s. Crucis J. Christi, horarias b. Dei Genitricis preces ejusque die sabbato cultum propagavit; inferendae quoque sibi verberationis morem ad patratorum scelerum expiationem provexit. Laboribus apostolicis consumptus, sanctitate, doctrina, miraculis et praeclare actis illustris, meritis plenus, dum a ravennatensi legatione contra Wibertum archiepiscopum schismaticum (qui postea fuit antipapa Clemens III.) rediret, Faventiae 23. Febr. 1072 migravit ad Christum[1]). Ab Ecclesia inter sanctos colitur et a Leone XII doctoris encomio honoratus fuit (1. Oct. 1828).

560. Opera s. praesulis collecta prodierunt cura Constantini Cajetani Romae 1606—1615 t. 3 in f., quibus 1640 t. 4. adjecit; Lugduni 1623 t. 3; Parisiis 1646; 1663 t. 4; 1743; Bassani 1783 pp. 4; Migne P. L. CXLIV, CXLV. Potiora sunt: *Epistolarum* (158) ll. VIII, quarum plures reperiuntur inter ejus opuscula; partem ep. XII l. 1 edidit Goldastus de monarchia imp. II, 43—45, inscriptam *de correctione episcopi et papae.* Prodierunt seorsim Romae 1609 in 4. — *Sermones LXXV* juxta mensium ordinem distributi luculento sermone de diversis materiis[1]): sed juxta Theoph. Raynaudum in

[1]) Plures ejus vitam et gesta descripserunt, quos cf. apud Potthast p. 1519; Chevalier, Kleinermanns KL. IX, 1904—1908; et der h. Petrus D. etc., Steyl 1882. Omnium primus Joannes laudensis O. S. Ben., ejus discipulus, dein episcopus eugubimus († 7. Sept. 1106) eam descripsit, quam habes in ed. opp. s. Petri D., in Actis SS. 23. Febr. III, 416—427; in Mabillonii Act. SS. VI, 2, 247—266; in Migne P. L. CXLIV, 113—146, ubi p. 17-204 invenies Gradii, Henschenii, Jo. Ant. Flaminii forocorneliensis aliorumque de s. Petro D. scripta. Cf. praeterea Laderchi Vita s. Petri D. Romae 1702 t. 3; Capecelatro Storia di s. Piero D. e del suo tempo, Firenze 1862 t. 2 in 12; Tournay 1888; Fr. Lanzoni S. P. Damiano e Faenza, Memorie e note critiche, Faenza 1898; Roth in Studien und Mitth. aus dem Benedictiner- und Cist.-Orden 1886 VII, 1, 110—134; 357—374; 2, 43—66; 321—336; 1887 VIII, 1, 56—64; 210—216; Würzburg 1886; Brünn 1887; L. Guerrier de Petro D. ostiensi ep. romanaeque E. card., Aureliae 1881; Fr. Neukirch Das Leben des P. Damiani p. 1 (ad. a. 1059), cum appendice, quae exhibet seriem chronologicam ejus operum, Göttingen 1875; Mirbt Realenc. IV³ 481-489. Non exstitisse graviorem dissonantiam vel discordiam inter ipsum et Hildebrandum, qui magna ea aetate valuit apud pontifices auctoritate, ut nonnulli opinantur vel exaggerant, ostendit O. Pfülf Stimmen aus Maria Laach 1891 t. XLI p. 281—307; 400—416; 508-528.

[1]) Sie (die Reden) sind, nach Inhalt und Form gewürdiget, in der That die reifsten und gefeiltesten Erzeugnisse der schriftstellerischen Musse Daminani's, und zeigen uns den Mann, der uns in anderen seiner Schriften nicht selten durch seinen extremen Wunderglauben, durch die schiefe Stellung seines gläubigen Bewusstsein gegen die säculare Bildung beirrt, nach der echten lauteren Beschaffenheit seines christlichen Denkens und Fühlens. Wir dürfen seine Sermonen unbedenklich als die besten, aus jenem Zeitalter uns erhalten gebliebenen Denkmale erbaulicher Beredsamkeit ansehen etc. Werner Gerbert p. 197. s.

Erotematis de bonis et malis libris p. 151 s. non omnes sunt s. Petri; aliqui auctorem habent vel s. Bernardum, vel Nicolaum claraevallensem, cui in ed. veneta 19 vindicantur etc. — *Vitae* s. Odilonis, s. Mauri O. S. Ben. ep. Caesenatis († 649); s. Romualdi ab. et conf. institutoris cong. camaldulensis, ord. s. Benedicti († 1072), pretiosa et utilis; in Migne CXLIV, 953—1008; MG. SS. IV, 846-854; s. Rudolfi ep. eugubini († 1063) et s. Dominici Loricati († 1062); *passio* ss. virginum Florae et Lucillae; *expositio visionum* ss. martyrum Mariani et Jacobi († c. 259).

561. Reliquit *Opuscula LX,* inter quae 1. *de fide catholica,* 2. *Antilogus* contra Judaeum; 3. *Dialogus* inter Judaeum requirentem et Christianum respondentem, praesertim de lege mosaica utpote typica, modo abrogata; 4. *Disceptatio* de electione pontificis inter regis (Germaniae, Henrici IV) advocatum et romanae Ecclesiae defensorem[1]) pro Alexandro II contra Cadaloum (Honorium II antipapam); 5. *Actus mediolanenses* de privilegio romanae Ecclesiae ad Hildebrandum card. archidiaconum, in quo de legatione sua quam Nicolai II. nomine susceperat, rationem reddit[2]); 6. Liber qui appellatur ‚*Gratissimus*', vel „quia de his compositus est, qui gratis a simoniacis ordinati sunt," vel juxta alios, quod gratus simoniacis fuerit, quia valorem ordinum quamvis illicite acceptorum strenue tuetur moderationemque commendat, ne omnes illimitate ordinum usu et muneribus suis priventur. Prodiit curis L. de Heinemann in MG. lib. de lite 1, 15 ss.; 7. Liber *Gomorrhianus* adversus sodomitas, in quo Leonem IX. implorat, ut tam foede peccantes sua auctoritate coërceat et a sacris ordinibus removeat; 8. *de parentelae gradibus;* 9. *de eleemosyna,* quam praeteris virtutibus commendat; 10. *de horis canonicis;* 11. quod appellatur *Dominus vobiscum* ad Leonem eremitam, quem consulit, num haec verba ab eo, qui in cella solus officium recitat, sint dicenda; 12. *de contemptu seculi,* in quo in monachos exleges gravissime invehitur; 13. *de perfectione monachi;* 14. *de ordine eremitarum* et facultatibus eremi Fontis Avellani, in quo sodalibus vivendi regulas describit, ut iisque utantur gravissime obtestatur; 15. de suae congregationis institutis; 16. *Invectio* in episcopum monachos ad saeculum revocantem; 17. *de coelibatu sacerdotum* ad Nicolaum II; 18. contra clericos intemperantes; 19. *de abdicatione episcopatus* ad Nicolaum II; 20. Apologeticus ob dimissum episcopatum. Pontifex offensus tam pertinaci sancti viri proposito poenitentiam ipsi imposuit, qua tenebatur per centum annos recitare quotidie Psalmum L. verberibus adjunctis. Hanc vero tam prompte tamque alacriter subivit, ut anni spatio illam exhauserit: qua persoluta elegantem ep. pietate ac submissione plenam ad eundem scripsit[1]) pontificem. 21. *De fuga dignitatum;* 22. *contra clericos aulicos* ambientes, ut ad dignitates provehantur; 23. *de brevitate vitae* pontificum rom. et de providentia; 24. *contra clericos* regulares proprietarios; 25. *de dignitate sacerdotii;* 26. *contra inscitiam* et incuriam clericorum; 27. *de vita communi* canonicorum; 28. *Apologeticus* monachorum adversus canonicos; 29. *de vili vestitu* canonicorum; 30. *de sacramentis* per improbos administratis; 31. *contra philargyriam* et munerum cupiditatem; 32. *de quadragesima* et de XLII mansionibus Hebraeorum; 33. *de bono suffragiorum* et variis miraculis, praesertim b. Mariae V.; 34. *de variis miraculis;* 35. *de picturis* principum apostolorum, cur Paulus ad dexteram, Petrus ad sinistram collocentur; 36. *de divina omnipotentia* in repara-

[1]) Cf. Hefele IV, § 559.
[2]) Cf. Hefele IV, § 557.

[1]) Cf. Eggs Purpura docta I, 25.

tione corruptae (virginis) et factis infectis reddendis: in quo s. Hieronymi dictum: „Cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam," refellere nititur; 37. *de variis sacris quaestionibus* ad dubitationes XII Alberici card., quarum occasione quaedam obscura s. Scripturae testimonia declarat; 38. contra errorem graecorum *de processione Spiritus s.;* 39. *contra sedentes* tempore divini officii; 40. *de frenanda ira* et simultatibus exstirpandis; 41. *de tempore celebrandi nuptias;* 42. *de fide* Deo obstricta non fallenda; 43. *de laude flagellorum* et ut loquuntur disciplinae; 44. *de X Aegypti plagis* et de decalogo; 45. *de sancta simplicitate* scientiae inflanti anteponenda; 46. *de ferenda aequanimiter correptione;* 47. *de castitate* et mediis eam tuendi; 48. *de spiritualibus deliciis;* 49. *de perfecta monachi informatione;* 50. *Institutio monialis;* 51. *de vita eremitica* et de probatis eremitis; 52. *de bono religiosi status* et variarum animantium tropologia; 53. *de patientia* in insectatione improborum; 54. *de jejunio sabbati;* 55. *de celebrandis vigiliis;* 56. *de fluxa mundi gloria* et seculi despectione; 57. *de principis officio* in coercitione improborum; 58. *de vera felicitate* ac sapientia; 59. *de novissimis* et antichristo; 60. *expositio* mystica historiarum libri geneseos. Sequuntur opuscula *de gallica profectione* (ad dirimendam causam quandam monasterii cluniacensis) et ejus *ultramontano itinere; expositio canonis,* egregium opusculum tum propter reconditam theologiam, tum propter eximios religiosae pietatis sensus; *carmina CCXXV* et preces. Ipsi tribuitur Sequentia in festo paschatis ‚Victima paschalis' etc. Quidam ex ejus discipulis collegit ex ipsius scriptis[1]) testimonia V. et N. T. In historicis tamen rebus, quae tam in illius epistolis quam in vitis sanctorum ab eo conscriptis passim occurrunt, non omnem ubique lectorum assensum mereri, facile eruditi conveniunt: fuit enim pie nimis credulus.

562. Operum in s. Scripturas ex hac periodo vix aliquid superest. Haimoni quidem archidiacono cantuariensi c. a. 1054 commentarii tribuuntur in Pentateuchum, Isaiam, ll. Machabaeorum, epistolas Pauli et Apocalypsin, sed prodiisse non videntur. — Niketas quondam diaconus constantinopolitanus et magister, non vero Serrae episcopus, ut olim putabatur et diximus p. 488, sed forte episcopi Serrae nepos, dein archiepiscopus heracleensis[1]) in Ponto (fl. c. 1070) praeter plura ad grammaticam spectantia magna sedulitate concinnavit Catenam *in Job,* ed. Comitolus latine, Lugduni 1585; Venetiis 1587; graece ed. P. Junio; Londini 1638; Migne P. G. XCIII, 13—470 sub nomine Olympiodori; Catenam duplicem *in s. Matthaei Evangelium,* ed. Corderio Tolosae 1646—1647 t. 2 in f., cooperante etiam, ut videtur, Possino S. J.; Catenae *in s. Lucae Evangelium* fragmentum ed. a Mai Script. vet. nov. coll. IX, 626—724; specimina exhibet Sickenberger in doctissimo op. infra cit. Constat ea ex scholiis 3300 scriptorum 66, quorum 877 sunt Jo. Chrysotomi, 575 Cyrilli alex.

[1]) Cf. de ejus scriptis Werner passim in l. Gerbert p. 136—141; 151—158 de ejus scriptis dogmaticis et liturgicis; p. 192—198 de scriptis moralibus et asceticis; p. 290—302 de ejus epistolis. De ejus carminibus cf. Baumgartner IV, 435.

[1]) Dividitur hic a nonnullis in duos vel tres scriptores. Cf. Leo Allatius in notitia de Nicetis apud Mai in bibl. nova PP. t. VI. et Migne P. G. CXXVII, 531-544; Ehrhard apud Krumbacher p. 211. 215; prae primis Sickenberger die Lukaskatene des Niketas von Heraclea untersucht, Leipzig 1902. Texte und Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit. VII. 2, quijam de ea disserueratinRöm.Qtlschr. p. 55—84.

etc. Ea nunquam integra prodiit: ea tamen plures copiose usi sunt. Catena *in ep. 1. ad Corinthios*, cur. Jo. Lamio in op. Deliciae eruditorum, Florentiae 1738, IV, 1—68; Commentarii in or. I al. XLI, et XI. al. VI. s. Gregorii naz. in Migne P. G. XXXVI, 943—985; Responsa ad Constantinum episcopum *de nuptiis*, ib CXIX, 935—938; *Refutatio epistolae* principis Armeniae et defensio synodi chalcedonensis inter L. Allatii Graeciae orthod. script. Romae 1652 I. Laudatur et ejus catena *in Psalmos*, ex qua excerpta tantum quaedam edidit Pitra in Anal. sacris Romae 1888, et cujus praefationem luci publicae dedit Mai in Migne P. G. LXIX, 700—715.

563. Inter historicos primum forte locum occupat Hermannus (Herimannus), a membrorum debilitate, qua laboravit ab infantia, dictus Contractus. Filius erat comitis Wolverad (Wolfra) sulgoviensis in Suevia, natus 18. Jul. 1013. Puerulus septennis traditus est instituendus monachis Augiae divitis, ubi victis omnibus difficultatibus, vix enim poterat distincte loqui, vix se movere absque aliorum auxilio, et ope b. Mariae V. ita in studiis profecit, ut fuerit poëta temporis sui clarus, historicus excellens, musicus insignis, philosophus theologusque praestans versatus in s. Scriptura operibusque patrum, mathematicus doctus et ingeniosus: nam »in horologicis et musicis et mechanicis instrumentis nulli non erat par componendis,« inquit ejus discipulus. Brevi tempore linguam graecam arabicamque ita perfecte addidicit, ut quamlibet earum veluti vernaculam pronunciaret. Vitam monasticam professus est in monasterio Augiae divitis, quod virtute et eruditione sua quam maxime illustravit. Plurimos habuit discipulos eosque plane insignes, quos in literis egregie juvit. Vir erat admodum amabilis et affabilis, religiosi 'lucidum exemplar. Post patienter toleratas plurimas maximasque corporis miserias animam Creatori suo, cui unice in hac vita placere studuit, reddidit[1]) a. 24. Sept. 1054. Plurima reliquit opera, inter quae eminet ejus *Chronicon* a Christo n. diligenter sagaciterque concinnatum ex scriptorum praecedentium chronicis, ab a. 1040 praesertim admodum pretiosum ob narrationis sui temporis fidelitatem et sinceritatem, ob accuratam rerum gestarum dispositionem et chronologiam: hinc est fons, quo plurimum usi sunt historici posteriores. Illud continuavit Bertholdus ejus discipulus († 1088), qui et bellum magistri sui elogium adjecit (cf. Migne CXLIII, 25—31). Saepe prodiit, sed variae editiones adeo sunt inter se diversae, interpolatae aut truncatae ut quaenam illarum germanum Hermanni partum exhibeat, incertum plane sit ac dubium, ut testatur Ussermann in diss. praevia suae ed. Triplex exstat recensio, altera brevior ed. ab Urstisio in Germ. histor. ill. I, 229-238; altera ab a. 378 multo amplior et emendatior, cum priori ab eodem edita; tertia ex cod. augustano ed. a Canisio Ant. lect. I, 429 ss.; ed. novae III, 1. 191 ss. Controversia est, quaenam ex his sit originalis, num duae vel omnes res debeantur nostro auctori, quod alterum non est improbabile[2]). Optimae editiones jam sunt Ussermanni in Prodromo Germ. sacrae t. I., inde in Migne t. c. 55—264; Pertzii in MG. SS. V, 67—133; germanice versum a K. Notke 1851; 1883 ed. 2. revisa a W. Wattenbach. — Apud Migne p. 379-458 alia ejusdem opuscula astronomica, musica etc. reperies. Ipsius esse ferunt antiphonae celebres »Veni s. Spiritus,« »Salve Re-

[1]) Cf. Hansjakob Hermann der Lahme. Sein Leben und seine Wissenschaft, Mainz 1875; Potthast 587; Schroedl KL. V, 1807 s.; Wattenbach II⁵, IV, § 5.

[2]) Cf. Schüz in comment. crit. de scriptis etc. p. 141—144.

gina,« et »Alma Redemptoris mater.« *De octo vitiis principalibus,* carmen ingeniosum et sollers ad moniales, utile pro historia culturae illius temporis, ed. Dümmler in Zeitschr. für deutsches Alterth. XIII, 385—434; ep. *de corpore s. Vicentii* diaconi Valentiae quiescente et de coenobio ejusdem nominis (i. e. monasterii s. Vinc. de Corvo) ibidem consecrato, in Anal. boll. 1883 II, 244-246; *Martyrologium* a Dümmler repertum, quod nititur martyrologio Notgeri, additionibusque, praesertim ex Adonis et R. Mauri martyrologiis haustis, est ditatum et ampliatum. Additiones tantum Hermanni proprias Dümmler in sua diss. Das Martyrologium Notkers und seine Verwandten in Forsch. zur deutschen Gesch. 1885 XXV, 208—378, typis dedit.

564. In Oriente Georgius Cedrenus, scriptor alioquin ignotus, probabiliter monachus, compilavit Synopsin historiarum, sive Annales seu *Chronicon* ab O. c. ad a. 1057 ex pluribus auctoribus, praesertim ex Georgio Syncello et Georgio monacho, Theophane etc.; ab a. 811 verbotenus descripsit chronicon Jo. Skylitzes. Vix aliquid de suo adjecit nisi forte fabellas aut recens sibi obtrusas aut jam in antiquioribus libris inventas, quas bona fide majorique credulitate quam delectu judicioque admisit, atque ita »pannos laceros sordidosve, ut censet Graveson p. 1. t. 4 coll. V p. m. 109 purpureis intermisceret«. Eo saltem meruit, quod quosdam exscripserit auctores, quorum opera perierunt vel nondum sunt edita. Prodiit Basileae 1566 cum versione latina, sed non fideli interprete G. Xylandro: Parisiis 1647 repletis multis et etiam magnis lacunis, inter byz. hist. script.; Venetiis 1729; Bonnae 1838. 1839 cur. Im. Bekker; in Migne P. G. CXXI: CXXII, 1—368, ubi subjiciuntur excerpta ex Breviario historico Jo. Skylitzae Protovestiarii ad a. usque 1080 pertinentia[1]).

565. Gotschalcus monachus benedictoburanus (fl. 1055) reliquit *Breviarium* chronici benedictoburani 740—1052 ed. a Wattenbach in MG. SS. IX, 221—224, ubi etiam p. 224—229 legitur *Translatio* s. Anastasiae patriciae in Aegypto († 567) in monasterium benedictoboranum a. 1053 eodem auctore, quod jam Meichelbeck in chron. benedictobur. p. 43—72 publicaverat. — Historiam monasterii s. Galli ab a. 891—971 continuat in *casibus s. Galli* Ekkehard (n. c. 980), dictus IV, ut ab aliis distingueretur, celeber poëta, glossator, criticus et musicus, aliquandiu (p. a. 1031) scholasticus Moguntiae, opus lectu jucundum propter narrandi pingendique artem et nitorem factorumque copiam, quibus internam monasterii vitam ad vivum repraesentat: sed neque semper satis historicum, neque a partium studio prorsus alienum, erroribus intermixtum[2]). Prodiit curis Ild. ab Arx in MG. SS. II, 74—147, commentariis illustratum a G. Meyer von Knonau in St. Gallische Geschichtsquellen Abth. III. St. Gallen 1877 p. 1—450, et seorsim in 12., eodem interprete germanice Leipzig 1878 inter Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit X. Jahrh. t. II; ib 1891 t. XXXVIII. ed. 2. — Ex ejus *libro benedictionum* aliquot benedictiones ad mensas edidit F. Keller Mittheil. der antiq. Ges. in Zürich III, 97—121, et magna cura J. Egli *Neue Dichtungen* (8) aus dem Liber Benedictionum Ekkehards IV . . . mit Ekkehards Glossen, St. Gallen 1898. Cf. Dümmler in Ztsch. ed. Haupt

[1]) Cf. Krumbacher Gesch. der byz. Lit. p. 368 s. ed. 2; Potthast p. 212: Schüzl. c. p. 121—123.

[2]) Cf. praeter Meyer in sua ed., Greith KL. IV, 353 s.; Potthast p. 399; Baumgartner IV, 315 ss.

XIV, 12 ss.; 52—70. Alterius ejusdem op. supra p. 937 meminimus. Obiisse videtur 21. Oct. 1060, juxta alios jam 21. Oct. 1036. Quinque auctores anonymi continuarunt ejus casus ad a. 1203, quos dein excepit Conradus de Fabaria, de quo in t. altero locuti sumus. — *Historia fundationis* monasterii s. Viti M. in Gladbach auctore Henrico ab. VI. († 1066) prodiit in Ropertz Quellen und Beitr. zur Gesch. der Benedict.-Abtei des hl. Vitus in M. Gladbach 1877 p. 1—10. — Petrus malleacensis monasterii O. S. Ben. (fl. 1070) reliquit[1]) ll. II *de antiquitate et commutatione* in melius malleacensis insulae (Maillezais) et translationis corporis s. Rigomeris apud Labbe Bibl. novae II, 222—238; Migne CXLVI, 1247—1272. — Pro historia monasterii fossatensis O. S. Ben. plura reperiuntur in historia *vitae Domini Burchardi* ven. comitis, qui sub regibus Hugone Capeto et filio Roberto floruit atque hanc abbatiam restauravit in eaque monachus vitam finivit (1012), auctore Odone (fl. c. 1058) ejusdem monacho. Eam habes apud Du Chesne Hist. Franc. Scr. IV, 115—124; duBreul Antiq. paris. suppl. p. 147—166.

565. Hagiographi hujus periodi minoris sunt auctoritatis et famae; quare eos nominasse sufficiet: Gilbertus (Gislebertus) O. S. Ben. in monasterio s. Remigii de Varaliis (Vareilles) dioecesis senonensis (quem aliqui erronee antissiodorensem dicunt), narrat (juxta Henschenium insulse) jejune et non sine errore ll. II *vitam s. Romani* ab. s. Benedicti in specu nutritii et miracula in ejus translatione in suum monasterium patrata, in bibl. floriac. Jo. a Bosco II, 65-110, in Mabillonii Actis I, 82—97, in Act. SS. 22. Maj. V, 153—165. — Gonzo O. S. Ben. religiosissimus abbas (1055—1059) florinensis (Florenne) stilo satis rudi scribit *historiam miraculorum* s. Gangolfi (Gengulfi) Conf. et M. Varennis in Burgundia († 760), sed ea tantum, quorum vel ipse fuerit testis, vel quae a fidis acceperit testibus (fl. c. 1080). Eam habes in Act. SS. 11. Maj. II, 648—655; excerpta in MG. SS. XV, 2, 791-796. — Gervasius n. 1008, factus est primum episcopus cenomanensis (1036), sed captus est et in captivitate per septennium detentus a Gaufredo comite andegavensi, et nonnisi interveniente Leone IX. liberatus. Postea obtinuit archiepiscopatum remensem (1055; † 4. Jul. 1067). Praeter quasdam *literas*[1]) tribuitur ei epistola ad Evenum s. Melanii abbatem, in qua agit *de miraculis s. Melanii* ep. rhedonensis († 530) in Act. SS. 6. Jan. I, 333. — *Vitam s. Gerardi* episcopi tullensis (963—994) magno cum candore, sinceritate et unctione ll. 2 descripsit[2]) Vidricus (Widricus, Vindricus) s. Apri tullensis monasterii abbas († 1069, juxta alios jam 1061), cujus epitomen dederunt Act. SS. 23. Apr. III, 206—213, eam plenius exhibent Martene Thes. anecd. III, 1048 ss.; Waitz in MG. SS. IV, 490—509.

566. Ludovicus sen. scholasticus et diaconus s. Laurentii leodiensis O. S. Ben. (fl. c. 1056), reliquit Scriptum *de adventu* sive translatione *reliquiarum s. Laurentii* Roma Leo-

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 599—602. Eodem fere tempore floruit Petrus Vangadiciae abbas, cujus dicitur esse *Vita s. Theobaldi* eremitae dioecesis vicentinae in Italia († 1066) apud Mabillon Act. SS. VI, 2, 158—168.

[1]) Cf. Hist. lit. VII, 572—587.

[2]) Cf. Hist. lit. VII, 508—510; Alius ab eo est Widricus (Guidricus) abbas s. Gisleni in Hannonia, aequalis, cujus superest *ep. ad Henricum III.* imp. bene et eloquenter conscripta, in qua conqueritur de damnis et vexationibus suo monasterio a Balduino comite Hannoniae illatis. Cf. ib. VIII, 18.

dium pio furto sublatarum, ut ipse candide narrat, a. 1056, in Pez Thes. IV, 3, 1—4; in MG. SS. XX, 579—581. — Hubertus quidam (fl. c. 1050) *vitam* antiquiorem stilo rudi conscriptam *s. Gudilae V.* († 706-714) retractavit et exornavit, quam habes in Act. SS. 8. Jan. I, 514—523; in Ghesquière Act. SS. Belg. V, 667-715; inde excerpta in MG. SS. XV, 1200—1203. — Relationem *de inventione et elevatione s. Bertini* ab. sithivensis (Sithiou in Morinis † c. 709) ob Normannorum metum reconditi, quae facta est a. 1052, literis consignavit Bovo[1]) abbas sithivensis seu s. Bertini († 1065), quam legere poteris apud Mabillon Act. SS. III, 1, 153—168; in Act. SS. 5. Sept. II, 614—623; Migne CXLVII, 1141—1160; in MG. SS. XV, 1, 525-534. — Everhelmo (Everhelino) ex altimontensi (Hautmont) in Hannonia blandiniensi prope Gandavum in Flandria abbati O. S. Ben. (1052; † 1069) debemus[2]) *vitam s. Popponis* ab. stabulensis (1020—1048) avunculi sui, cui morienti 25. Jan. 1048 praesens adstitit fide dignam, quam invenies in Act. SS. 25. Jan. II, 638—652; in Mabillonii Actis SS. VI, 1, 569—596; in MG. SS. XI, 293—316 ed. Wattenbach. Vitam Popponis jam adumbraverat Onulfus monachus blandiniensis, quam Everhelmus retractavit auxitque. — Lambertus (Lantbertus) O. S. Ben. in monasterio s. Laurentii leodiensi[3]), rector scholarum in monasterio tuitiensi, postea abbas s. Laurentii (1061— 26. Sept. 1069 vel 1070), scripsit stilo satis accurato *vitam s. Heriberti* archiep. coloniensis (999—1021), Ottonis III. cancellarii et fundatoris (1012) monasterii tuitiensis (tanto viro vix condignam), quae prostat in Act. SS. 16. Mart. II, 467—475; in MG. SS. IV, 740—753; cujus l. II. olim deperditus, quo continentur miracula ejus post mortem, repertus et edidus est a Bormans Leodii 1858; ab Holder-Egger in Mon. G. XV, 2, 1245—1260. Hanc vitam retractavit interpolavitque Rupertus tuitiensis, ut alibi diximus (Nomencl. ed. II t. IV p. 23). — *Vita s. Gerardi* ab. broniensis (Brogne † 959), quae reperitur absque auctoris nomine in Act. SS. Mabillonii V, 252—276; in Act. SS. 3. Oct. II, 220—320 (cum commentario prolixo praevio); in MG. SS. XV, 2, 655—673 cur. L. de Heinemann, videtur esse Gontheri O. S. Ben. abbatis (1031—1062), qui eam scripserit altero sec. XI dimidio[1]).

567. Vulculdus capellanus Liutpuldi archiepiscopi moguntini (1051-1059) vitam *s. Bardonis* praedecessoris (1031—1051) narrat belle quidem, sed nimis succincte, apud Boehmer Fontes III, 247—254; Jaffé Bibl. rer. germ. III, 521—529; MG. SS. XI, 318—321 ed. Wattenbach. L. 2., qui ejus narrat miracula, et 3., qui ejus continet sermones, interciderunt. — Benedictus Gauferius (Guaiferius, Gaviferius) O. S. Ben. cassinensis c. a. 1060 scripsit *Acta inventionis s. Secundini* ep. ecanensis sive trojani in Apulia († c. 450), quae habes in Ughelli It. s. ed. Col. 1, 1336—1343, paulo secus in Act. SS. 11. Febr. II, 531—535; utraque vero ed. distat nonnihil ab autographo cassinensi teste Gattola in hist. cass .sec. VI p. 187;

[1]) Alius a Bovone I abbate corbejensi (879—890), vel a. Bovone II catalaunensi episcopo († 947), quorum alteruter scripsit *de sui temporis actis*, cujus operis fragmentum Adam bremensis I, 41 asservavit, et exhibet Jaffé bibl. I, 27. *Commentarius* in Boethii opus de consolatione philosophiae stilo nitido conscriptus, ed. a Mai Class. Auct. III, 332—342, priori videtur esse tribuendus.

[2]) Cf. Potthast p. 1552 Hist. lit. VII, 597—599.

[3]) Cf. Hist. lit. VIII, 6—11.

[1]) Cf. Berlière Étude sur la Vita Gerardi bron. in Revue bénéd. 1892 IX, 157—172.

ex Ughelli in Migne P. L. CXLVII, 1293—1302, ubi etiam habes aliquot ejusdem auctoris carmina et *Vita s. Lucii I.* papae et M. († 253) p. 1301-1311 ex Act. SS. 4. Mart. I, 304-307 (non integra). — S. Maurus ex monacho s. Martini O. S. Ben. in monte Pannoniae c. a. 1036 episcopus quinqueecclesiensis († 1070) reliquit brevem *vitam ss. Zoerardi* dicti Andreae *et Benedicti* eremitarum in Hungaria († 1020) apud Mabillon Act. SS. VI, 1, 76—78; in Act. SS. 17. Jul. IV, 336 s.; ea videtur carere pretio historico. — Nilo monacho, qui floruisse dicitur c. a. 1070, tribuuntur vita *de ss. Theodolo presb., Paulo, Joanne* et sociis MM. juxta Sinam montem (sec. V) in Act. SS. 14. Jan. I, 953—966; et *Vita s. Philareti* monachi in Calabria ulteriore († 1070), in Act. SS. 6. Apr. 1, 606—618. Ceterum inter viginti illos, qui Nili nomen gesserunt atque a Leone Allatio in Diatriba de Nilis (in Fabricii bibl. gr. X, 2—32) recensentur, hic non comparet.

568. Gerardus [1]) patria Leodiensis, Gerberti discipulus, aliquandiu Henrici II, cui exstitit carus, capellanus, eo postulante factus est cameracensis et simul atrebatensis a. 1012 episcopus. Suae ecclesiae egregie praefuit, monasteria fundavit reformavitque († 14. Mart. 1051, juxta alios 1048). Cum per dioecesin diffunderentur errores ab aliquot sectariis ex Italia venientibus, qui manichaeismum olebant, synodum Atrebati 1025 celebravit, in cujus synodi actis seu 18 cc. eorum errores exhibentur contra sacramenta, ritus et Ecclesiae hierarchiam, contra sanctorum cultum etc. et damnantur, doctrina catholica exponitur, solide et succincte probatur, non sine felici fructu, cum illi haeretici errores suos abjuraverint [1]). Habes ea apud d'Achery Spicil. XIII, 1—61; Mansi XIX, 424-460; Migne CXLII, 1270—1313. Sequuntur ibidem aliquot (VI) ejusdem *epistolae* p. 1313—1323, in quarum prima ad archidiaconos loquitur de agendi ratione erga excommunicatos, qua in re illi non bene egerant. — *Acta concilii lemovicensis II* 18. Nov. a. 1031 tribuuntur Jordano de Loron (Laron), qui a Guilelmo Aquitaniae duce lemovicensis episcopus electus est (1024). Cum vero noluisset a Gauslino archiepiscopo bituricensi suo metropolita simoniae vitandae causa consecrari, hinc ordinatus fuisset ab Islone santonensi episcopo, ab illo excommunicatus fuit et ab officio episcopali prohibitus. Cui ut satisfaceret, nudis pedibus sedem adiit bituricensem cum centum clericis et monachis, omnibus similiter discalceatis pedibus. Quo archiepiscopus placatus eum honorifice excepit atque absolvit († 1051/52). In illis actis, quae habes (sed non integra) apud Labbe IX, 869 ss.; Mansi XIX, 507 ss. et in Migne P. L. CXLII, 1353—1400, agitur de apostolatu s. Martialis et multis ad disciplinam spectantibus: intermiscentur Jordani allocutiones ad patres synodi, scil. narratio brevis de rebus gestis in synodo lemovicensi a. 1029; homilia in verba Lucae 19, 10: *Filius hominis venit quaerere et salvum facere quod perierat;* elogium mona-

[1]) Alius ab eo est Gerardus nobilis Germanus patria Ratisbonensis, professione monachus cluniacensis, quem Alexander II. cardinalem creavit et s. Petro Damiano in episcopatu ostiensi successorem dedit. Plures obiit sub Alexandro II. et Gregorio VII legationes, et contra simoniae et concubinatus reos tanto egit zelo, ut querelae propterea ad Gregorium VII fuerint delatae ac is eum monuerit, ut humanae fragilitatis memor mitius porro ageret. Hinc et ab Henrico IV multa est passus († 6. Dec. 1077). Plures exstant ejus ad Gregorium VII et hujus vicissim ad ipsum *epistolae*. Cf. Eggs Purp. doctae I, 37—39.

[1]) Cf. Hefele Conciliengesch. IV § 533; Hist. lit VII, 431-438; Werner Gerbert 286—288.

steriorum dioecesis lemovicensis[1]). Exstat quoque ejus ep. ad Benedictum VIII. *contra apostolatum s. Martialis,* quem quidem censet fuisse unum e septuaginta Christi discipulis et a Petro in Gallias missum (Migne CXLI, 1158): cui respondit Joannes XIX. ep. 15, qua s. Martialem apostolis merito esse annumerandum statuit. — *Decem canones* in conc. turonensi a. 1060 promulgavit (quos cf. Mansi XIX, 925; Migne P. L. CXLIII, 1409) Stephanus quondam monachus O. S. Ben. in coenobio cluniacensi, a Leone IX. cardinalis creatus. A Stephano X. una cum Desiderio et Maynardo, doctis monachis cassinensibus CP. pro exstinguendo ecclesiae graecae schismate legatum deputatus est. Jam viae cum sociis accinctus obitu papae superveniente omissa legatione ad propria remeavit. Pariter a Stephani successoribus Nicolao II et Alexandro II in variis legationibus fuit adhibitus. Eum s. Petrus Damianus ‚piis virtutum floribus, sanctis operibus et doctrinae radiis fuisse insignitum' testatur[2]), atque ‚decus et defensorem Ecclesiae romanae' salutat († 1068). — *Sex canones* pro reformanda disciplina ecclesiastica condidit in synodo compostellana[3]) a. 1056 Cresconius archiepiscopus (1048—c. 1066), qui tamen in synodo remensi a. 1049 a Leone IX fuit excommunicatus, quod urgente Ferdinando rege Apostolici titulum usurparit. Habes illos canones apud Mansi XIX, 855; d'Aguirre Conc. Hisp. III, 218.

569. Praeter tot ascetas, inter quos eminet s. Petrus Damiani, quos jam laudavimus, memorari adhuc possunt: Othloh (Othlonus) primis sec. XI. annis in dioecesi frisingensi natus, qui a pueritia literis deditus primum secularibus, his dein rejectis, ecclesiasticis, plurimum in iis profecit. In monasterio s. Emmerammi ratisbonensi vitam professus est 1032 religiosam, mox pueris instituendis applicatus. Circa a. 1055 decanus est constitutus. Sed cum monasterium ab episcopis Gerhardo et Ottone oppressum seque Ottoni odio esse videret, a. 1062 Ratisbonam reliquit atque Fuldam secessit. Revocatus a sodalibus rediit demum Ratisbonam c. 1067 vel 1068. Ibi reliquum vitae tempus in describendis vel componendis exegit libris. Quo anno mortuus sit, non constat: conjiciunt c. a. 1072 vel 1073. Vir fuit pii, modesti et severi animi; morbis variis licet attritus vitae religiosae officia minime neglexit. Haec ejusdem opera: *De spirituali doctrina* l. metricus hexametris constans post a. 1032, quo maxime in seculari vita positus se exercebat, ponens in eo spiritualis doctrinae sententias, quibus se contra tentationes imminentes instruens roboravit etc. apud Pez Thes. III, 2, 431-475; l. *de suis tentationibus,* varia fortuna et scriptis, quaedam autobiographia, apud Mabillon Anal. novae ed. IV p. 107—120; Dialogus *de tribus quaestionibus* i. e. de divinae pietatis agnitione, judiciorumque divinorum diversitate et de varia bene agendi facultate, in quo multum disserit de significatione numeri ternarii symbolica, apud Pez ib. 143-250; *de permissionis bonorum et malorum causis* ep.; l. *de cursu spirituali,* ad restauranda in personis omnis conditionis sensa vere christiana, apud Pez ib. 259—398; *de miraculo,* quod nuper accidit cuidam laico; l. *de admonitione clericorum et laicorum,* in quo saluberrima sanctioris vitae documenta e divinis Scripturis depromit, modum tradit in omni vitae conditionisque genere probi ac perfecti christiani officia excolendi, apud Pez ib. 403—428; l. *Proverbiorum,* scil. christianorum, quae compleant et perficiant philosophorum gentilium Senecae, Catonis etc. pro-

[1]) Cf. Hefele IV, § 535; Hist. lit. VII, 451—554.
[2]) Cf. Eggs Purpura docta l. I. § IX.
[3]) Cf. Hefele Conciliengesch. IV, § 552.

verbia in juvenum commodum, ib. 485-536; *Sermo* in natali apostolorum, l. *visionum* tum suarum tum aliorum, ad revocandos eos, qui nimis immersi essent rerum temporalium curis, ad considerationem alterius vitae curamque salutis, ib. 537—613; fragmentum relationis *de translatione s. Dionysii* e Francia in Germaniam ad monasterium s. Emmerammi, ib. p. 399; *Vita s. Wolfgangi* ep. ratisbonensis († 994), in qua fideliter sed non sine judicio critico sequitur ea, quae Arnoldus in l. de memoria s. Emmerammi (cf. 966) aliusque anonymus scriptor jam scripserant, ea tantum juxta grammaticae regulas emendans, aliqua minoris momenti omittens, plerumque vix verbum de suo addens, apud Mabillonium in Act. SS. V, 812—833 sine auctoris nomine, in MG. SS. IV, 525—542 cur. Waitz; in Act. SS. Nov. II, 1, 565—583. Haec vita accurata et fidelis est, cui subsequentes hagiographi nituntur. Haec omnia (cum quibusdam aliis) collecta prostant in Migne P. L. CXLVI, 27—434: quibus addantur[1]) *vita s. Bonifatii* Germaniae apostoli, in qua componenda usus est praesulis literis, quas Fuldae reperit (cf. supra p. 687 a.); *Vita s. Altonis* fundatoris monasterii s. Altonis (Altenmünster in Bavaria superiori), cujus partem priorem habes in Act. SS. 9. Febr. II, 359—361; in Mabillonii Act. SS. III, 2, 217—220, integram ed. Waitz in MG. SS. XV, 2, 843—846; *Vita s. Magni* in Act. SS. Sept. II, 701. Quaedam perierunt ut l. *quomodo legendum sit in rebus visibilibus; vita s. Nicolai* ep. myrensis est inedita; alia falso ipsi tribuuntur (ut *vita s. Pirminii*). — Rufini cujusdam, incertae sedis episcopi (fl. sec. XI) duos *de bono pacis* ll. satis bonos, stilo in nonnullis locis obscuro et involuto conscriptos, quos dicaverat Petro ab. cassinensi (1056), edidit Pez bibl. asc. IX, 1, et inde Migne CL, 1593-1638. — Joannis abbatis c. a. 1070 *prologum* ad imperatricem viduam Henrici in libellum precum variarum de Scripturis et verbis collectum in eorum praesertim utilitatem, qui vitae contemplativae sunt amatores, necnon specimina ex eodem et ex altero libello *de divina contemplatione* edidit Mabillon in Anal. 1, 133 (ed. 2. I, 120).

570. Supersunt aliquot breves *epistolae* piisimi Ellinger O. S. Ben. bis abbatis (1017—1026; 1032—1041) et reformatoris monasterii tegernseensis, in vita et post mortem (5. Febr. 1056) miraculis clari[1]), quas exhibet Pez in thes. anecd. V, 1, 151—156, Migne CXLI, 1317—1322; *Epistolas VII* Conradi I. ejus successoris († 29. Jun. 1155) ib. reperies p. 369-373, et Seyfridi pariter ib. abbatis († 6. Mart. 1068) p. 236—242. — *Epistola* Wimundi O. S. Ben. ex monacho archiepiscopi aversani (1056), qua respondet Erfasto de uno Deo et trino inquirenti, exstat in d'Achery Spicil. III, 401. — Lectu digna est *epistola*[2]) probabiliter Raymundi Arnalli monachi ad suum abbatem Bernardum (c. 1065), qua describit mirum multorum per Italiam fervorem studendi juris prudentiae licentiamque, petit, ut et ipsi sicut et aliis monachis potestas fiat illius studii, apud Martene Ampl. coll. 1, 469—471.

571. Ex Oriente memoria adhuc sunt digni: Joannes Mauropus Pa-

[1]) Cf. Pez in diss. isag. int. III thes. anecd. p. X (Migne CXLVI, 9—25); Pertz in prooemio ad Vitam s. Wolfgangi a se editam (ib. p. 25-28); Dümmler Sitzungsber. der k. preuss. Ak. der Wiss. in Berlin 1895 p. 1071—1102; Esser KL. IX, 1147; Werner Gerbert passim praesertim p. 236 s.; 241 ss.; Wattenbach II^5, IV § 9.

[1]) Cf. Lindner Familia s. Quirini in Tegernsee p. 16 ss.

[2]) Cf. Hist. lit. VII, 570 s.

phlagonius, aliquamdiu in instituenda juventute CP. occupatus, dein monachus in monasterio Chiliokomon non multum dissito ab urbe Ponti Amiso. Factus est episcopus seu metropolita Euchaniae seu Euchaitae (hinc et Euchaita cognominatus) Helenoponti c. a. 1047 vel jam antea, et obiit c. 1054 vel non diu postea. Insignis fuit rhetor et poëta[1]). Reliquit carmina plura sacra, quorum aliquot recepta sunt in usum liturgicum, quae prodierunt cura M. Busti Etonae 1610; cum *epistolis* et *orationibus* cura Bollig S. J. et P. de Lagarde in op. Joannis Euchaitarum metropolitae, quae in cod. vaticano graeco 676 supersunt Abhandl. der Gött. Ges. der Wissensch. XXVIII, Göttingen 1882 p. 95—218; ejus *sermo* in augustissimam Deiparae sanctissimae dormitionem legitur graece et latine in Ballerini Sylloge mon. II, 546—602; latine tantum in Migne PG. CXX, 1160—1188; *Vita s. Dorothei* junioris magistri sui in Actis SS. 5. Jun. 1, 605—614; in Migne PG. l. c. latine tantum p. 1157—1170. Juxta Psellum apud Le Quien Or. christ. 1, 645, pastoralibus muneribus excelluit, ut quamvis non politica admodum aut seculari scientia, attamen eloquentia, quae ad Isocratis characterem accederet, philosophia praesertim christiana ac theologia ita claruerit, ut Gregorius (naz.) alter esse videretur. — Denique huc forte referri potest Nico monachus raithensis, qui c. 1060 sub Constantino Duca floruit, cujus esse videntur opuscula, quae alioquin s. Niconi, de quo supra 901a. egimus, tribui solent[1]): cujusmodi sunt: *De impia Armeniorum religione* ed. a Cotelerio in not. ad patres ap. 1672 p. 152 col. 235; *Interpretationes divinorum mandatorum* scil. ss. patrum et conciliorum explanationes in praecepta D. N. J. Christi, cujus Prologum tantum edidit Montfaucon in bibl. coisl. p. 189 s., et inde Migne P. G. CXXVII, 513—516; *de jejunio Deiparae,* ex quo quaedam leguntur in opusc. ejusdem inscriptionis, quod tribuitur Anastasio palaestino seu Syro (fl. 1090), qui videtur fuisse Caesareae Palaestinae archiepiscopus. Cf. Migne CXXVII, 517—532.

[1]) Cf. Dreves Stimmen aus Maria Laach 1884 XXVI, 159—179; Streber KL. VI, 1717 s.; Ehrhard apud Krumbacher p. 173, et hunc ipsum p. 740.

[1]) Cf. Ceillier Hist. génér. des Auteurs sacrés et eccl. XIII, 47 ss.; Oudin de script. eccl. II, 462 ss. Ehrhard apud Krumbacher p. 155 s. etc.

XX.

Scriptores ecclesiastici seculi XI.

Pars tertia ab a. (1073—1100).

572. Jam accedimus ad novam assertae libertatis et restauratae disciplinae ecclesiasticae aeram, quam inaugurarunt s. Leo IX. ejusque successores, sed firmavit imperterrito suo zelo atque apostolica fortitudine magnus ille Gregorius VII., qui »sicut sol, ut legimus in Breviario romano lect. 5 secundi Nocturni, effulsit in domo Dei: nam potens opere et sermone ecclesiasticae disciplinae reparandae, fidei propagandae, libertati ecclesiasticae restituendae, exstirpandis erroribus et corruptelis tanto studio incubuit, ut ex apostolorum aetate nullus pontificum fuisse tradatur, qui majores pro Ecclesia Dei labores molestiasque pertulerit aut qui pro ejus libertate acrius pugnaverit.« Juventutis fata Hildebrandi (Hiltebrand, Hellebrand, Heldebrand), ita enim vocabatur ante suam in pontificem electionem, satis obscura sunt, neque satis constat de nativitatis loco et anno. Patria Suanensis in Tuscia dicitur, parente fabro vel saltem humilis conditionis (de plebe) natus f. c. 1020, Romae sub protectione s. Petri educatus. Gregorium VI. in Germaniam comitatus est Coloniam usque et Aquisgranum; in Galliam quoque se contulit atque monasterium cluniacense invisisse refertur: quamdiu vero ibidem substiterit, non liquet. Cum Leone IX. ab Henrico III. in pontificem romanum

---

[1]) Orta est controversia, num Hildebrandus fuerit monachus, et revera priorem egerit in coenobio cluniacensi; dein Romae abbatem s. Pauli. Plures affirmant, alii negant. Cf. Commentarium praevium ejus vitae in Act. SS. 25. Maji V, 568 ss. (Migne CXLVIII, 23 ss.). Negat nostra aetate W. Martens in diss. hac de re edita 1891; in monographia Gregor VII, sein Leben und sein Wirken, Leipzig 1894 II, 251—290 (opus sane scientificum et accuratum, quod tamen non caret naevis, cf. Anal. boll. 1895, 214—223), atque iterum in hist. Jahrb. 1895. XVI, 274—283. Verum ib. mox sequitur Thesis auctore Grauert Hildebrand ein Ordenskardinal (p. 283—312), juxta quem habitum induit monasticum non in coenobio cluniacensi, sed Romae; quo vero anno vel in quo coenobio incertum. Pro sententia affirmante provocat Grisar etiam ad quandam inscriptionem vetustam, qua de re cf. Civiltà catt. Ser. XVI (1895) VI Luglio p. 205 ss.; Zeitschr. für k. Theol. 1896 XX, 169—171. — Hanc tuetur etiam Scheffer-Boichorst in d. Zeitschr. f. Geschichtsforsch. 1894 I, 227—241.

designato Romam venit, sed eum graviter monuit, ne purpura pontificali indutus qua pontifex urbem ingrederetur, sed legitimam cleri romani electionem exspectaret, qua Hildebrando agente revera in pontificem est electus. A Leone IX. ordinatus est in subdiaconum (f. 1049) et munus eo tempore difficillimum procuratoris seu oeconomi bonorum sedis apostolicae accepit. Ab ipso ejusque successoribus in gravissimis adhibitus fuit negotiis et legationibus vir juxta s. Petrum Damiani sanctissimi et purissimi consilii. In Galliam legatus missus validissime contra simoniam pugnavit, ut vel in synodo lugdunensi (1055) sex deposuerit episcopos hujus criminis reos. Berengarium in synodo turonensi ad haereseos suae iteratam adegit abjurationem atque fidei catholicae professionem. Haud semel romani pontificis electionem sua prudentia ad bonum perduxit exitum. Sub Alexandro II, archidiaconi et cancellarii romanae Ecclesiae fungebatur munere: eoque defuncto ipse, qui electionem in alios dirigere solebat, a se avertere non potuit: invitus a cardinalibus clero populoque in illius successorem ipso die depositionis fuit electus et 29. Junii 1073 ordinatus atque Gregorius VII. dictus.

573. Ad tantam promotus dignitatem forma factus est gregis, et quod verbo docuit exemplo demonstravit. Fortis per omnia athleta se pro muro domui Israel ponere non timuit. Nostrum non est gesta tanti pontificis enarrare, synodos recensere, quas habuit ad detestanda cleri vitia, simoniam et incontinentiam necnon et investituram laicam, eliminanda, certamina quae contra tot Ecclesiae hostes gessit, praesertim contra Henricum IV regem, decreta enumerare saluberrima, quae in Ecclesiae bonum condidit, sollicitudinem laudare de unienda ecclesia orientali cum romana deque tuendo Oriente adversus Turcarum invasionem semper magis imminentem, de promovenda pace et prosperitate singulorum regnorum christianorum deque dilatanda fide christiana; insidias et vexationes persequi, quas passus est a Wiberto pseudopontifice[1]), Henrico IV. aliisque Ecclesiae adversariis: hisce enim plena sunt tot biographiae[2]) et historiae ecclesiasticae opera. Laboribus, curis, vexationibusque undique in eum irruentibus attritus et confectus vitam mortalem commutavit cum aeterna Ecclesiae libertatis vindex acerrimus, assertor constantissimus obiens Salerni 25. Maj. 1075. — Ab Ecclesia inter sanctos colitur. Mirum esse non debet tam industrii, operosi fortisque pontificis innumeras de omnis generis negotiis superesse epistolas, quarum registrum in octo olim ll. digestum superest, quorum septem priores singulis prioribus Gregorii pontificatus annis respondent, in octavum vero reliquae epistolae non habita annorum ratione ab editore fuere rejectae: postmodum vero ab alio editore l. VIII. in 4 distinctus fuit ll. seu potius in tres, cum l. X., qui injuria temporum periisse credebatur, nunquam exstiterit. Complectitur hoc registrum ep. 361. Saepissime prodiit[3]), ut inter ep.

---

[1]) Wibertus (Guibertus) ab Alexandro II archiepiscopus ravennas factus, olim Henrici IV. cancellarius, eo auctore antipapa electus est Brixinae ab episcopis triginta schismaticis a. 1080 contra Gregorium VII, cui et successoribus ejus a. 21 se opposuit sub nomine Clementis III. fautor tristissimi schismatis († 1100).

[2]) Ex his aliquas reperies in Migne PL. CXLVIII, 9—279; plurimas indicat Potthast p. 541; 1350 ss. Vita a Paulo Bernriedensi scripta pretiosa est (cf. Migne l. p. 39—104 coll. 219-230), nam non diu post pontificis mortem fuit conscripta. Cf. Brischar KL. V, 1104-1127, qui apologias plures pro Gregorio VII laudat; Voigt Hildebrand als Papst Gregor VII und sein Zeitalter, Weimar ed. 2. etc.

[3]) Cf. Jaffé, qui in RR. PP. Reg. I, 598—549 recenset ep. 542. Registri l. 2 post ep. 55 (Migne p. 407) occurrunt

decretalium rom. pont., Romae 1591 III, 549—885, quam ed. curavit Ant. Caraffa card., et post ejus mortem Ant. de Aquino, ed. praestans; in omnibus conc. collectionibus, ex Mansi XX, 60—373, Migne CXLVIII, 283-644—749; in Jaffé bibl. rer. Germ. II, 5—519, prima ed. critica, cui subjiciuntur aliae ep. 51 p. 520—576. Apud Migne adduntur ex variis fontibus collectae ep. 83 extra registrum vagantes: subjiciuntur ep. (12) diversorum ad Gregorium. S. Gregorii VII. R. P. *ep. et diplomata pontificia* (cum pluribus additionibus) Parisiis 1877 t. 2. Jam nunc numerantur ep. 549, quae typis fuere editae: quam plurimae sane interciderunt vel adhuc latent. De *conciliis* romanis X, quae habuit in primis pro restauranda Ecclesiae disciplina cf. Migne ib. 749-824, et Hefele Conciliengesch. t. V. passim. — Tribuitur quoque Gregorio VII. commentarius *in VII psalmos poenitentiales*, qui saepius inter opera Gregorii M. (Migne LXXIX, 549—658) prodiit; commentarius vero *in Matthaeum*, e quo P. Allixius fragmentum edidit in praef. ad Determinationem Joannis paris. de modo exsistendi corporis Christi in sacramento altaris Londini 1686, junioris cujusdem Hildebrandi esse videtur.

574. Mirum esse non debet tantum pontificem suos habuisse adversarios, qui et scriptis ejus agendi rationem et decreta impugnaverint. Ita ex gr. Theodericus (Dietrich) episcopus virodunensis (1046— 28. Apr. 1088 vel 1089), praesul mire inconstans, modo papae devotus, modo acerrimus Henrici IV propugnator[1]), in *ep. ad universos praelatos et nobiles*, qua pontificem injuste et acerbe perstringit[1]), et alia *de discordia* regni et sacerdotii ad ipsum Gregorium VII., qua ipsum subdole consulit, quid adversariis ipsius respondere debeat, hinc, ut scribit Sigebertus gembl. de Scr. eccl. 160, »non eum increpans, sed ut seniorem obsecrans et patrem et amicabili inductione quasi affectu dolentis, suggerens ei omnia, quae contra jus legum et fas religionis eum fecisse et dixisse divulgabat loquax fama«. Apud Martene thes. nov. anecd. 1, 214—230, et in MG. lib. de lite I, 280—299 ed. Kun. Francke, quae quamvis sub ejus nomine edita, est Wenrici (Wenerici, Wirici, Werrici, Guenerici, Henrici etc.) ex clerico et scholastico vercellensis episcopi schismatici († 30. Sept. 1081 vel 1082) et regni Italiae cancellarii. Sub hujus nomine circumfertur l. *de unitate Ecclesiae conservanda* et de schismate inter Henricum imp. et Gregorium VII. (pro Henrico contra Gregorium), post varias ed. ex recensione Schwenkenbecher Hannoverae 1882; et in Mon. Germ. hist. Libelli de lite 1893 II, 182—284. Divisus est in ll. 3: tertius vero l. caret fine, qui vel periit, vel nunquam scriptus est. Ab aliis tribuitur Walramo (Waleramno, Waltramo) episcopo[2])

Dictatus papae seu capitula XXVII, quibus continentur quasi normae, juxta quas Gregorius VII. Ecclesiam rexerit: verum collectio est spuria, ut jam ostendit Pagi ad a. 1077 n. 8, quamvis aliquot illorum capitulorum erui possint ex Gregorii epistolis. Cf. hypothesim de ejus origine in N. Arch. der Ges. für ältere deutsche Geschichtsk. 1890 XVI, 193—202 auctore Löwenfeld. Cf. et Pflugk-Harttung Die Register Gregors VII ib. VIII (1883), 227—242 et XI (1886), 143—172.

[1]) Partem habuit in depositione Gregorii VII Wormatiae 1076 attentata: humilime dein se subjecit legitimo pontifici: mox iterum defecit: mortuus tamen est poenitens. Cf. Hist. lit. VIII, 246—254.

[2]) Cf. de eo Nomencl. ed. prioris IV, 16 a. Ejus praeterea sunt *Epistola* ad Ludovicum Thuringiae comitem, qua ipsum monet, ut pontifice deserto imperatori fidem exhibeat (cf. apud Baronium ad. a. 1090 n. 5 etc.). Ludovicus vero in responsione, quam ejus nomine dedit Steph. Herrandus ep. halberstadiensis, eum dure tractat. Cf. utriusque literas in MG. lib. de lit. II, 286-291. *De*

naumburgensi († 1111), quae tamen opinio satis dubia est; ab aliis censetur esse cujusdam monachi hersfeldensis.

575. Wido[1]) Aretinus origine, episcopus intrusus ferrariensis († p. 1092), Wiberto et Henrico fidelissime devotus, scripsit (ante 24. Maj. 1086) nomine Clementis III. pseudopapae *de schismate Hildebrandi*, ut causam illius justam esse ostenderet atque asseclarum animos confirmaret. Opus oblivioni datum, nullus enim scriptorum veterum ejus mentionem fecit, oblivioni erripuit R. Wilmans, in MG. XII, 153—179; in MG. hist. lib. de lite 1, 532—567 recognovit E. Dümmler. — Benzo alter episcopus intrusus albensis (c. 1089) Alexandri II. jam adversarius reliquit ad Henricum IV ll. VII seu commentariorum ll. VII *de rebus Henrici* imp. ex prosa et versibus leoninibus contextos adulatione impudenti erga imperatorem turgentes, plenos probris et conviciis in Gregorium VII et ejus asseclas, opus plane indignum ed. a. C. Pertz in MG. SS. XI, 591—689. — Alius Gregorii VII. vivi et spirantis ferocissimus adversarius fuit Beno (Benno) cardinalis presbyter[1]), qui ab eodem cum aliis duodecim cardinalibus ad Clementis III. pseudopontificis defecit partes. Scripsit vehementes adversus Gregorium VII. et Urbanum II. literas, quas edidit Goldastus inscriptas: *De vita et gestis Hildebrandi* in Apol. pro Henrico IV., Hannoviae 1611 p. 1—15, libellus infamis mendaciis et calumniis adeo refertus, ut Schüz cum conflictum spuriumque conseat p. 101. Reperiuntur et in farragine ante a. 1098 ab anonymo collecta, quae prodiit saepius (cf. Potthast p. 146) inscripta Benonis aliorumque cardinalium schismaticorum *contra Gregorium VII. et Urbanum II. scripta*[2]) seu epistolae XI, in MG. hist. lib. de lite II, 369—422. 701. Ex his epistolis prima, secunda, forte et tertia sunt Benonis; quarta, nona et decima sunt Hugonis cardinalis, hominis inconstantis sane animi, qui et varias expertus est fortunas; tertia est anonymi; quinta, sexta et octava pertinent ad synodum schismaticorum a. 1098 Romae congregatam, undecima anonyma est et complectitur capitula quaedam conc. VI. toletani de electione et auctoritate regum. — Quibus addantur Sigebertus gemblacensis, de quo egimus IV, 49 ss. ed. prioris, ob *Apologiam* contra eos, qui calumnianantur missas conjugatorum sacerdotum in MG. lib. de lit. II, 436-448. Scripsit quoque leodiensium nomine *epistolam* adversus Paschalem pa-

investitura episcoporum per imperatorem facienda, quem tr. anonymum, ipsi Schardius pro lubitu tribuit in coll. de jurisdictione imp. n. 14; habes eum etiam in MG. lib. de lit. II, 498-504; ep. *de s. Leonardo* conf. apud Martene coll. amp. I, 635; ep. *ad ecclesiam bambergensem*, qua excommunicatum aliquem vitandum esse indicat, apud Eccardum Corp. script. medii aevi II, 263. Cf. Fabricius III, 603; Schüz comment. crit. p. 540—547.

[2]) Alius ab eo est Wido praepositus, dein episcopus osnabrugensis († 1101), cujus est l. *de controversia* inter Hildebrandum et Heinricum imp., quo Wiberti pseudopontificis electionem tueri nititur. Illud quidam magister osnabrugensis (T.) in excerptum redegit. Nonnisi haec excerpta ad nos pervenerunt in Udalrici babenbergensis collectione epistolarum; in MG. lib. de lit. I, 461—470 ed. Heinemann. Cf. Nomencl. IV, 27[a]; Potthast p. 1113.

[1]) Alius a s. Bennone misnensi episcopo (1066—1106), qui stetit a partibus Gregorii VII; et a Bennone viro admodum culto et strenuo, magistro Spirae et Hildesheimii, episcopo osnabrugensi (1067—1088), cujus vitam descripsit Nortbertus O. S. Ben., ut diximus IV, 48. Cf. Wattenbach II[5], 26—29.

[2]) Cf. de his accurate disserentem Jos. Schnitzer Die Gesta romanae Ecclesiae des Kard. Beno und andere Streitschriften der schismatischen Kardinäle wider Gregor VII., Bamberg 1892.

pam, in qua singulatim Paschalis verba, quibus Robertum II. Flandriae comitem excitaverat ad puniendos leodienses excommunicatos refutat et contra romanam Ecclesiam invehitur, ib. p. 450—464. — Petrus Crassus judex ravennas, laicus, cujus *defensio Henrici IV.* regis scripta 1084 exstat in MG. hist. lib. de lite 1, 434-453. — Sigfridus[1]) († 1084) et Wezilo archiepiscopi moguntini (1088), de quo cf. infra sub s. Altmann ep. passaviensi. — Conradus patria suevus, aliquandiv Henrici IV. institutor, episcopus ultrajectinus (1076), qui vehementem habuit orationem adversus Gregorium VII. ad principes imperii in conventu gerstungensi, quam cum tot aliis geminis scriptis edidit Goldastus in *Apologia* principum Germaniae pro Henrico IV. imp. contra criminatores, Hannoviae 1611. Interfectus obiit[2]) in proprio palatio 14. Apr. 1099. — De Alboino redibit infra cum Bernoldo sermo.

576. Verum plurimi steterunt a partibus Gregorii VII. Ita, ut aliquos saltem nominemus, s. Anselmus[3]) Baduarius (de Badagio, Baggio, Badagius) patria Mantuanus[4]), nepos Alexandri II. pontificis, qui eum sibi successorem in sede lucensi constituit, cum hanc sedem ante suam in pontificem electionem tenuerit. Cum vero investituram ex Henrici IV. manibus soluta pecunia accepisset, facti poenitens episcopatu se abdicavit secessitque in monasterium Padilirone prope Mantuam, sed a pontifice ad ecclesiae regimen revocatus a. 1073 episcopale munus repetiit. Ab Henrico IV. sede pulsus non destitit a tuenda strenue summoque animi studio Gregorii VII. causa, a quo renunciatus est vicarius Urbis pontificius et legati apostolici per Lombardiam munere auctus, ut omnes a rege deficientes in Ecclesiae gremium reciperet. Celebri Mathildae comitissae erat a confessionibus. Obiit hic vir sanctitate et doctrina clarus, quem Gregorius VII moriens una cum Ottone ostiensi successorem in munere apostolico commendaverat, magno bonae causae damno a. 1086. Ab Ecclesia inter sanctos colitur. Plura reliquit opera: Liber *contra Wibertum* (antipapam) *et sequaces ejus* pro defensione Gregorii VII. legitimi pontificis romani (scriptus c. 1085—1086) apud Cani-

[1]) Hujus ep. et acta synodi moguntini 1071 in causa Caroli ep. constantiensis simoniaci cf. in Migne CXLVIII, 1433—1441. — Alius ab eo est Sigefridus abbas gorziensis, cujus *epistolas* (f. a. 1040) exhibet Giesebrecht Gesch. der deutschen Kaiserzeit II[5], 714—719.

[2]) Cf. Hist. lit. VIII, 500—504.

[3]) Alius ab eo est Anselmus nostro aequalis, forte et cognatus, a suis studiis „Peripateticus“ cognominatus, in humanioribus literis bene versatus, qui per Italiam, Burgundiam et Germaniam itinera literaria instituit atque disputationes habuit. Ejus *Rhetoromachiae ll. III* edidit Dümmler in suo op. Anselm der Peripatetiker, Halle 1872. Cf. Werner Gerbert p. 302 ss.

[4]) Hujus vitam descripsit Baldus (Bardo) ejus discipulus, quam habes inter Gretseri opera VI, 468-486; Mabillon in Act. SS. VI, 2, 471—486; Migne CXLVIII, 907-940 coll. CXLIX, 443-446; Wilmans in Mon. G. scr. XII, 1—35 col. XX, 692—694; Andreas Rota Notizie istoriche di s. Anselmo, Veronae 1733; Scherer KL. 1, 899; Mirbt Realenc. I, 572 s. — Juxta Bardonem *vitam* s. Anselmi descripsit metrice Rangerius secundus s. Anselmi successor (1097—1112): de qua cf. accuratam diss. Overmann N. A. 1896 XXI, 403—440; Colucci Un nuovo poema latino dello XI sec. La Vita di Anselmo da B., Roma 1895. Ea postquam perdita censebatur primum ed. Vinc. de la Fuente Matriti 1870. Ejusdem Rangerii est prolixum carmen *de anulo et baculo*, in quo ordines ecclesiasticos singulos percurrens probat nihil muneris vel sacri a rege dari, imo omnia a Christo accipi: quomodo ergo regi, quaerit, permissum erit, ut ei episcopos ordinare et investire liceat? Illud edidit E. Sackur in MG. lib. de lit. II, 508—533. Ex hisce carminibus liquet Rangerium virum fuisse eruditum atque suo tempore poetam insignem.

sium Lect. ant. VI, 202; ed. 2. III, 372—395, in tribus bibliothecis PP.; in MG. hist. lib. de lit. 1, 519—528; subjiciuntur in Canisii cod. ut continuatio l. 2 et collectanea quaedam: sed haec casu adjecta sunt l. vel epistolae Anselmi, et l. ille 2. opusculum card. Deus dedit, de quo infra redibit sermo, esse videtur. Antea jam scripserat ad Wibertum epistolam, breviorem, ut videtur, et mitiorem, quae tamen periit. Dubia sunt quaedam opuscula ascetica, ut *Meditationes* in orationem dominicam; *de salutatione b. V. Mariae* scil. Ave Maria; *super Salve Regina; de gestis D. N. J. Christi* et de passione ejus (rythmi), in bibl. PP. lugd. XXVII, 436—458 ed. Luc. Waddingo. Expositio *in lamentationes Hieremiae* periit; fragmenta commentarii *in psalmos* exhibet Paulus de Bernried in vita Gregorii VII c. 126. — Praecipuum tamen Anselmi opus fuit *collectio canonum* systematice disposita et in ll. XIII distributa, qua nulla ante ipsum uberior prodiit. Priores ll. VII innituntur collectioni nondum editae exeuntis sec. IX. compilatae ex decretalibus rom. pontificum genuinis et suppositis, praesertim s. Gregorii M., et ex jure romano, Anselmo archiepiscopo mediolanensi (883—897) dedicata; ll. VI posteriores collectioni Burchardi (cf. p. 978). Scopus autem hujus collectionis fuit teste auctore vitae ejus (in MG. SS. XII, 20) »Domni papae (Gregorii VII) sententiam et universa ejus facta atque praecepta canonicis defendere rationibus et approbare orthodoxis auctoribus«. Hinc eam *Apologeticus* inscripsit. Ea in compendium fuit subinde redacta vel additionibus aucta, magna ex parte in Gratiani decretum transiit, sed nunquam prodiit, quamvis plures de ea edenda cogitarint ejus mole ab eo consilio exsequendo deterriti: capitulorum tantum inscriptiones edidit Mai Spicil. rom. VI, 312—394; de ejus dispositione fusius et docte disserunt Ballerinii de antiq. collect. IV c. 13; Theiner disquis. crit. in praecipuas can. et decret. collectiones p. 363—382; Gallandi de vetustis can. collect. diss. syll. 1, 640 ss. etc. Haec omnia (excepta diss. Balleriniana) habes in Migne P. L. CXLIX, 435—630.

577. S. Gebehardus [1]) archiepiscopus salisburgensis (1060), impigerrime a Gregorii partibus stetit, hinc ab Henrico IV. sede pulsus (1077), sed iterum restitutus scripsit *epistolam* ad Herimannum metensem episcopum [2]), qui eum consuluerat, de schismate inter Gregorium VII. et Henricum IV, in qua ostendit juste Henricum fuisse excommunicatum, hinc cum ipso non esse communicandum, neque eos perjurium incurrisse, qui eum dereliquerunt. In omnibus aequum et incorrupti judicii se praebet virum eumque, quem non mirum sit et apud sequaces et apud adversarios magnae auctoritatis fuisse († 1088). Habes eam ep. apud Tengnagel Vetera monumenta contra schismaticos, Ingolstadii 1612 (qui plura scripta pro Gregorio VII collegit) p. 7—29; in Act. SS. 16. Jun. VI, 157—165; in MG. hist. lib. de lite I, 263—279 col. p. 628; Migne CXLVIII, 847—868. De eo ita Bertoldus const. in suo chronico ad a. 1088: »Gebehardus venerandae memoriae Juvaviensis archiepiscopus, in causa s. Petri praecipuus, qui schismaticos publice dictis et scri-

[1]) Ejus *vitam* reperies apud Canisium Ant. lect. VI, 1227—1252; ed. 2. III, 2, 434—448; in Act. SS. 16. Jun. VI, 1, 147—155.

[2]) Hermannus (Herimannus) canonicus et praepositus leodiensis, dein episcopus metensis (1072; † 4. Maj. 1090) et ipse strenue stetit e parte Gregorii VII: hinc ab Henrico sede pulsus est (1078). Epistolae ejus pretiosae perierunt. Reliqua tantum est *charta* quaedam *donationis* et *historia* elevationis et translationis corporis s. Clementis. Cf. Hist. lit. VIII, 330—334.

ptis confutare consuevit, de hac luce subtractus XVII Kal ... magnum moerorem catholicis reliquit«. Praeter hanc ep. aliam quoque scripsit pro Gregorio VII contra schismaticos juxta Manegaldum in opusc. contra Wolfelmum coloniensem c. 23, quae tamen periisse videtur. — Praeclara de Gregorio VII. reperiuntur in *vita s. Altmanni*[1]) (Alemanni) episcopi passaviensi scripta a Ruperto ab. gotwicensi († 1199), quam habes in Migne P. L. CXLVIII, 867—894; Tengnagel op. cit. p. 34—67; in Act. SS. 8. Aug. II, 378—389; antiquior tamen est vita ab auctore anonymo gotwicensi suppari conscripta, ob notitias pretiosa, et a Wattenbach ed. in MG. SS. XII, 226—243. Porro de hoc strenuo Gregorii VII assecla scribit Bertoldus l. c. ad a. 1091: »Altmannus s. recordationis pataviensis episcopus in causa s. Petri et in ecclesiastica religione studiosissimus, post multa pericula, tribulationes et exsilia, quae pro Christo sustinuit, in senectute bona migravit ad Dominum VI Id. Augusti (8. Aug. 1091) ... Hic fuit tantae sanctitatis, continentiae et religionis, ut reverendissimo papae Gregorio sanctoque lucensi episcopo (Anselmo), imo omnibus religiosis reverendus esset et amabilis, schismaticis vero et sceleratis odiosus et formidabilis. Unde in obitu suo bonis magnum moerorem, malis vero magnam reliquit exsultationem.« Patria erat Guestphalus n. intra 1010—1020 claris parentibus: studiis incubuit Paderbonae et Parisiis, unde redux Paderbonae rexit scholas. Profectus est cum aliis in terram sanctam, unde rediens electus est episcopus patavinus. Plura condidit monasteria, inter quae celebre gotwicense (1070), alia reformavit ut cremofanense, florianense, sanhippolytanum etc., fortiter et imperterrite institit reformationi cleri juxta decreta Gregorii VII; Henrici IV. excommunicationem per Germaniam promulgavit et pro eo deponendo institit legatus pontificius constitutus. Hinc plurima est passus, sede iterato pulsus, in exsilio obiit. Nostra demum aetate M. Sdralek quaedam scripta de investitura deque controversia illius temporis reperit eique asserere nititur ediditque in op. Die Streitschriften Altmanns von Passau und Wezilos von Mainz, Paderborn 1890: verum ille *liber canonum*, quem eruit ex cod. gotwicensi Nr. 56 p. 145—180, videtur esse Bernardi constantiensis[1]), de quo mox.

578. »Bernardus constantiensium magister scholarum, vir eruditissimus, in causa s. Petri ferventissimus in Saxonia (Corbejae) sub monachica professione migravit ad Dominum (15. Mart. 1088).« Ita Bernoldus ejus discipulus in suo chronico (MG. V, 448). »Scripsit, addit Sigebertus gembl. de script. eccl. c. 165, luculento quidem, sed amaro stilo ad Harduinum magdeburgensem archiepiscopum l. contra Henricum IV hujus nominis imp.: cujus solius verba sufficiunt omnibus ad intelligendum quam gravis et odiosus fuerit ipse imperator Saxonibus.« Eum inscripsit *liber canonum* contra Heinricum IV. imp. Prodiit in MG. lib. de lite I, 472—516 ed. F. Thaner. Ejusdem Bernardi sunt literae ad Adalbertum et Bernoldum constantienses *de damnatione schismaticorum* apud Ussermann Germaniae s. prodromi II, 188 ss.

579. Hujus Bernardi et Adalberti[2]) discipulus Bernoldus (Bernaldus)

[1]) Cf. de hoc Th. Wiedemann Altmann v. Passau, Augsburg 1851; J. Stülz Leben des B. Altmann, Wien 1853; Holzwarth KL. 1, 659.

[1]) Cf. Michael Zeitschr. f. k. Theol. 1891 XV, 81—96; Thaner k. Arch. der Ges. für ä. deutsche Geschichtsk. 1890 XVI, 529—540.

[2]) De hoc Adalberto videntur esse intelligenda, quae Bernoldus in suo

pariter strenuum a prima juventute usque ad vitae exitum Gregorii VII. ejusque successorum apologetam egit. „Omnium auctorum, juxta Thaner in praef. suae ed., qui de causa Gregorii VII disseruerunt, sollertia ac scientia nemine inferior, multos hac re praecellit, quod nullis fere armis nisi ex libris repetitis usus conviciis contumeliisque abstinuit.“ Plurima composuit opuscula[1]), quae edidit in MG. lib. de lit. Thaner II, 1—168, scil. *de prohibenda sacerdotum incontinentia* (4—26) ad quendam Alboinum presbyterum, alioquin amicum suum, sex constans epistolis (datis inter a. 1074—1076). Scripserat scil. Alboinus saltem pro conjugio sacerdotum inito ante Gregorii VII. prohibitionem (a. 1074. 1075). Verum mox respondit Bernoldus: ille contumeliose rescripsit: sed et Bernoldus calamum arripuit pro defensione legis pontificis. Resipuisse videtur Albuinus, nam in ep. ad Bernoldum pro reintegranda amicitia inter alia humiliter profitetur: „Me, si quid dixi, quod tibi vel alicui subolere potest bono, quo spiritus salvus fiat, in interitum carnis tradi non renuo (Migne P. L. CXLVIII, 1104).“ — *De damnatione schismaticorum* seu eorum, qui papam totamque romanam synodum (1076) deauctorizare tentaverunt et de sacramentis damnatorum (MG. p. 26—58 scr. a. 1076) tribus constans ep. inter Adalbertum, Bernaldum et Bernhardum datis. — *Apologeticus* pro decretis Gregorii VII P. M. editis in synodo romana (1075) adversus simoniacos et incontinentes altaris ministros (in MG. l. c. p. 58—88). — L. *de sacramentis excommunicatorum* (p. 89—94), in quo multis locis argumenta P. Damiani in l. Gratissimus proposita sequitur et valorem illorum sacramentorum tuetur. — *Apologeticae rationes* contra schismaticorum objectiones Adalberto praeposito nemetensi (spirensi) inscriptae (94—101). — Ep. ad Adalbertum argentinensem praepositum *de lege excommunicationis,* obedientiam magis papae quam proprio pastori praestandam esse (p. 101-103). De eadem re seu *de vitandis excommunicatis* eorumque communicatoribus ad Recchonem (p. 103—106). — De emptione ecclesiarum (p. 106—108). — *Pro Gebhardo* ep. constantiensi ecclesiae in locum Ottonis exauctorati praefecto ep. apologetica (p. 108—112). — De vitanda excommunicatorum communione, de *reconciliatione lapsorum* et de conciliorum, canonum, decretorum, decretalium ipsorumque rom. pontificum auctoritate. Non pauca e l. Hincmari remensis de variis capitulis ecclesiasticis ad verbum deprompsit (ib. 112—142). — *De presbyteris* deque eorum potestate poenitentes reconciliandi (p. 142—146). — *De solutione juramentorum* (p. 146—149). — *De reordinatione vitanda* et de salute parvulorum, qui ab excommunicatis baptizati sunt (150—156). — *De statutis ecclesiasticis sobrie legendis* (p. 156—160). — Forte ipsius etiam est *Apologeticus* super excommunicationem Gregorii VII (p. 161—168). Haec et quaedam minoris momenti habes in MG. l. c. Bernoldi forte est etiam l. *de vitanda excommunicatorum communione,* ed. a Dümmler in MG. lib. de lit. III, 597-602; tr. *de sacramentis* morientium infantium (Migne 148, 1271—1276). Sub ejus nomine edidit Chifflet inter script. de fide cath. Divione 1656 l. *de Berengarii multiplici damnatione* (Migne ib. 1450—1460).

---

chronico scribit: „Doctor Adalbertus facto verboque disertus, jam XXX annis mundo crucifixus, et in fine ad evangelicam perfectionem perductus migravit ad Dominum tertio Nonas Decembris (3. Dec. 1079).“ Hujus Adalberti exstant duae ep. ad Bernoldum, quas habes in opusculo infra cit. *De damnatione* schismaticorum p.

[1]) Cf. de singulorum editionibus Potthast p. 754 ss.; de ipso Bernoldo Waitz in prooemio Bernaldi chronico praemisso in MG. V, 385 ss.

580. Praecipuum tamen Bernoldi opus atque pro historia illius temporis admodum pretiosum est ejus *Chronicon* ita comparatum, ut Necrologio praemisso, cui post completum opus pontificum romanorum catalogum subjecit, primum Bedae Chronicon de sex aetatibus mundi exscriberet, tum Herimanni (Contracti) chronico decerpto historiae filum inde a Christo n. usque ad a. 1054 ex variis auctoribus, paucis additis, deduceret ipsis auctorum verbis plerumque usus et nexu sententiarum servato. Plane alia ratione inde praesertim ab a. 1074 procedit. Nam hac libri parte nullius ducis vestigia legit: adjutus vero publicis Ecclesiae imperiive monumentis et epistolis Gregorii VII. res, quo anno contigerunt vel ei innotuerunt, neglecto narrationis ornatu, successive et accurate literis tradidit usque ad 3. Aug. a. 1100 (decessit vero mox, scil. 16. Sept. ejusdem a.), qua in parte narrationem justam, succinctam, nullo fuco turbatam laudaveris: per totum tamen hujus periodi decursum acerrimus decretorum Gregorii VII. contra simoniacos, contra clericos incontinentes et investituras laicorum defensor et propugnator exsistit. Ediderunt illud praeter alios Ussermann in Germ. sacrae prodr. II, 3—178; Waitz in MG. SS. V, 385—467; Migne P. L. CXLVIII, ubi p. 1057—1460 multa Bernoldi opera exhibentur; Thaner op. supra cit. — Ipsi demum videtur juxta viros criticos recentiores tribuendus celeber et praeclarus *Micrologus* de ecclesiasticis observationibus seu expositio quaedam s. liturgiae, in bibl. max. lug. XVIII, 469 ss.; Migne CLI, 974—1022, et seorsim saepe prodiit. Agit in eo succincte quidem, sed methodice et nitide de missa privata et publica, de breviario, jejunio deque toto anno ecclesiastico[1]). Bernoldus interfuit synodo romanae 1079, ab Ottone ep. ostiensi et legato pontificio ordinatus est presbyter potestatemque accepit suscipiendi apostolica auctoritate poenitentes. Coactus tamen est a schismaticorum factione Constantia excedere. In coenobium s. Blasii se recepit: sed cum aucto monachorum numero plures inde coloniae alia in monasteria deducerentur, ipse Schafhusiam in monasterium s. Salvatoris transmigravit stilumque nonnisi eo deposuit anno, quo defunctus est[1]).

581. Ab eo distingui debet[2]) ejus aequalis Bertholdus O. S. Ben. in coenobio divitis Augiae pariter historiographus, causae Gregorii VII ex animo addictus, Herimanni augiensis discipulus et amicus, qui magistri dilectissimi vitam magno cum affectu scripsit (quam

[1]) Cf. Baeumer N. Arch. d. Ges. für ä. d. Geschichtsk. 1893 XVIII, 429—446; Morin Revue Rénéd. VIII, 385; Franz die Messe im deutschen MA., pag. 414—416.

[1]) Cf. Schulzen de Bernoldi et Bertholdi chronicis diss. hist., Bonnae 1867; E. Strelau Leben und Werke des Mönches B. von St. Blasien, Jena 1889; Waitz in observ. praeviis ed. suae in Mon. G. scr. V, 385 (Migne CXLVIII, 1275—1285); Lütolf KL. II, 451—453; Wattenbach II[5], IV § 7.

[2]) Distingui debet etiam a Bernoldo praeposito watinensi (Watten prope St. Omer), qui ante 1091 scripsit *Chronicam monasterii watinensis,* quae olim tribuebatur Eberardo monacho ejusdem monasterii. Exstat in Martene thes. anecd. III, 798-830; Migne P. L. CXLIX, 1513—1532, cum narratione cujusdam miraculi ib. p. 1532—1546; in MG. SS. XIV, 163—175 cur. Holder-Egger. — Alius quoque ab eo est Bertholdus monachus werdensis (1118), dein alius loci suevici, qui in terram s. migravit et CP., unde quaedam scripsit ad Theodoricum de legatione Wernheri ep. argentinensis et Manegoldi constantinopolitana, quo in scripto quaedam vera et haud spernenda leguntur, plurima fabulosa, multa dubia sunt prompto et facundo sermone exposita: in eo narrat, *quomodo portio s. Crucis Werdeam* (Donauwörth) *pervenerit* a. 1028, in MG. XV, 767—770 ed. Holder-Egger; Oefele rer. boic. SS. I, 332—336.

habes Migne CXLIII, 25—31) et chronicam ejusdem continuavit ab a. 1054 saltem ad a. 1066, vel (juxta alios) ad a. 1080, rerum quas narrat bene gnarus et subsidiis amplis instructus: acta enim publica a summo pontifice et conciliis emissa aliaque, quae hodie non amplius supersunt, diligenter in usum suum convertit. Ab a. 1073 utitur chronicis Bernoldi, estque admodum prolixus, cum antea esset valde succinctus. Ardenter pro pontificis causa pugnat, hinc ratio oblata alium suspicandi auctorem, juxta quosdam forte Bernoldum. Sermonem ipsius non multum laudaveris; sententiam interdum non absolvit, sed in medio haeret. Ceterum ejus operis fragmenta tantum Herimanni et Bernoldi libris commixta exstant, hinc illud expiscandum fuit ex compilatione aliorum. Prodiit curis Ussermann in Prodromo Germ. s. I; et diligentia in primis Pertz in MG. scr. V, 264—326; Migne CXLVII, 343—442. Vixit ad a. 1088: saltem de eo videtur intelligendum quod Bernoldus in suo chronico refert ad h. a.: „Bertholdus doctor egregius, in sacris literis apprime eruditus, in senectute bona plenus dierum migravit ad Dominum 4. Id. Mart. (12. Mart.).“

582. Alius historiographus S. Bonizo (Bonitius, Bonitho etc.) in Italia strenue stetit pro Gregorio VII., de cujus vita, rebus gestis et scriptis facem omnibus praefert Bernoldus constantiensis. Patria videtur fuisse Placentinus vel juxta alios Cremonensis, clericalem vitam amplexus factusque est a. 1075 (juxta Gams 1078) episcopus sutriensis. Vir erat non perfunctorie eruditus, vitae etiam inculpatae et probae, sed quia fervide et ardenter propugnabat pontificis causam et decreta, multas incurrit aerumnas. Ab Henrico IV. captus est (1082), exsilium passus, hinc subinde apud celebrem Mathildem comitissam refugium reperit. Paulo post c. 1086 a parte Patarina episcopus placentinus electus, majorem et clericorum et laicorum numerum inter se conjuratorum contrarium sibi sensit. Tandem post multas captiones, ut refert Bernoldus ad a. 1089, tribulationes et exsilia a Placentinis catholicis pro episcopo recipitur, sed a schismaticis ejusdem loci „effosis oculis et truncatus omnibus pene membris martyrio coronatur.“ Verum non desunt qui de hac Bonizonis caede dubitant, quia unò fere ore obmutescunt rerum placentinarum scriptores antiquiores, etiamsi seditionis placentinae, quae eo tempore contigit, faciant mentionem. Tamen in epitaphio ei in ecclesia s. Laurentii posito martyr pro Christi nomine celebratur. Eum non ante a. 1090 obiisse, colligitur ex ejus libris hoc demum tempore editis[1]). Reliquit plura sui ingenii monumenta: *Epitome* omnium operum et sententiarum s. Augustini *Paradisus Augustinianus* inscripta et in ll. VIII divisa, quae tamen nondum prodiit. — *De ecclesiasticis sacramentis* seu de sacramentis Ecclesiae, apud Muratori Antiq. ital. diss. XXXVII, scil. III, 599-606, quo in l. genesim quasi describit missae deque sale benedicto atque sacris oleis disserit[2]). — *Decretum* sive syntagma decretorum ecclesiasticorum ex s. Scriptura probatisque conciliis etc. collectum et secundum locos communes in ll. X distributum, scil. 1. de baptismo; 2. de episcopis; 3. de ordinationibus; 4. de excellentia romanae Ecclesiae; 5. de secundi ordinis sacerdotibus; 6. de monachis; 7. de regibus et judicibus et de his, qui in laicali ordine in sublimitatibus sunt constituti; 8. quo-

[1]) Cf. praeter Oefele l. cit. Potthast p. 166; Daller KL. II, 1087 ss.; Mirbt Realenc. III, 311—313; Martens Ueber die Geschichtschr. Bonithos von Sutri in theol. Qtlschr. 1868, 457—483 etc.

[2]) Cf. Franz die Messe im deutschen MA. p. 445 s.

modo subditi vitam debeant instituere; 9. liber medicinalis sive poenitentialis; 10. de judiciis criminum. Nondum fuit editum: ejus descriptionem reperies apud Mansi in sua ed. bibl. lat. Fabricii 1, 243, et J. Hier. Gradonici apud Oefele in suis proleg. (Migne CL, 797 s.) Excerpta exhibet Mai in nova PP. bibl. VII, 3, 1—75, inter quae ex l. IV *Epitomen historiae pontificum rom.* seu Chronicon rom. pontificum seu Historiam pontificiam usque ad Urbanum II (p. 32—47). — Contra Hugonem Cardinalem[1]) schismaticum liber, in quo agit de Urbani II pontificis actis et victoria, periit. — Liber ad amicum sive *de persecutione Ecclesiae,* in ll. IX distributus, opus pro historia sui temporis pretiosum, in quo quaestiones tunc temporis agitatas pertractat, editum primum ab Oefele Rer. boic. script. II, 794—821, sed mendose; Jaffé Bibl. rer. germ. cum praef. II, 577-689, etiam seorsim Berolini 1865; Migne P. L. CL, 803—865; in MG. lib. de lite I, 571—620 recogn. E. Dümmler. *De diversis judicum* romani imperii et romanae Ecclesiae *generibus* notitia apud Pertz in MG. Leges IV, 663 s.

583. S. Guilelmus monachus primum s. Emmerammi, dein (1069) hirsaugiensis[1]) monasterii abbas, alia erat per Germaniam ex columnis causae Gregorii VII. et magnus disciplinae monasticae reformator, qui monasterium suum reformavit ad normam coenobii cluniacensis († 5. Jul. 1091). Ejus elogium habes in chronico hirsaugiensi: „Hic est Wilhelmus sanctissimus Christi famulus, qui ordinem D. P. N. Benedicti suo tempore pene collapsum in Germania et deformatum informare et reformare studuit et plus quam centum monasteria[2]) tam per se quam per suos ad pristinam regularis disciplinae observantiam revocavit. Ex-

[1]) Hunc Hugonem monachum cognomento Candidum (Blancum, Album) e dioecesi tullensi accivit Leo IX, atque cardinalem creavit c. a. 1049 ecclesiae s. Clementis, qui a legitimis pontificibus deficiens partes secutus est Cadaloi pseudopontificis (Honorii II) a. 1061, a quo tamen multa passus est incommoda: hinc Alexandro II. se subjecit, qui eum misit legatum in Hispanias (1068), dein et in Galliam (1072). Etiam Gregorius VII. initio sui pontificatus legati apostolici munere eum honoravit (a. 1073), sed mox eum reperimus inter acerrimos pontificis hostes. Ipse praecipuus auctor fuit decretorum schismaticorum concilii wormatiensis (1076), interfuit conciliabulo brixinensi, in quo proclamata fuit pontificis legitimi depositio et electus pseudopontifex Clemens III. Quando obierit tristissimus hic vir, quem dixerunt „Candidum facie, nigerrimum mente,“ non liquet: probabiliter mox post a. 1098. Cf. Mirbt Realenc. VIII, 431—433; Holkotte Hugo Candidus ein Freund und Gegner Gregorius VII, Münster 1903.

[1]) Alius ab eo est Guilelmus clusiensis coenobii monachus, aequalis (fl. 1097), qui scripsit *historiam* hujus monasterii, cujus fragmenta dedit Mabillon in Annal. Bened. III, 712; Migne CL, 1449—1460: *vitam s. Benedicti II* ab. clusiensis (1066—1091), quam reperies in Mabillonii Act. SS. VI, 2, 697—717; Migne p. 1461—1488; in MG. SS. XII, 196—208 cur. Bethmann. Ea bene et ordinate cum unctione et stilo praeter morem illius aevi eleganti conscripta est: prodit etiam auctoris eruditionem, prudentiam et modestiam. Cf. Hist. lit. VIII, 451—455.

[2]) Cf. eorum elenchum Migne P. L. CL, 925—928; Albers Hirschau und seine Gründungen vom J. 1073 an, in der Festschrift zum 1100jährigen Jubiläum des deutschen Campo santo in Rom, Freiburg 1897 p. 155 ss. *Vitam* ejus descripsit Haimo O. S. Ben. ejus discipulus et prior hirsaugiensis (fl. 1091, forte idem ac ille, cujus meminimus p. 823), quae non caret pretio et obvia est apud Mabillon in Act. SS. VI, 2, 717—741, inde apud Migne CL, 889—924; optime in MG. SS. XII, 209—225 cur. Wattenbach. Ea a posteris biographis retractata et legendis aucta fuit. Cf. praeterea Kerker Wilhelm der Selige Abt v. H., Tübingen 1863; Witten der sel. Wilhelm A. v. H. Bonn 1890; Hafner Studien und Mitth. aus dem Benedict- und Cisterzienserorden 1891. XII, 430 ss.; 576 ss.; XIII, 65 ss.; Helmling KL. XII, 1607.

cepta reformatione et congregatione dumtaxat Cluniacensium, quae numero monasteriorum excellit, nulla hactenus in ordine nostro reformatio exstitit, quae numero vel coenobiorum vel notabilium personarum hirsaugiensium instaurationi comparari possit.« Ad disciplinam instaurandam monasticam petiit ab Udalrico cluniacensi monacho sui monasterii consuetudines. Hic illas tribus comprehendit ll., in quorum primo agit de psalmodia et missarum solemniis deque variis anni celebritatibus; in secundo de disciplina regulari, in tertio de regimine et officialibus. His non contentus misit de suis monachis sex Cluniacum, ut coram ritus et usus viderent addiscerentque atque juxta illas consuetudines ipse consilio inito cum sodalibus condidit *constitutiones* suo coenobio ratione habita patriae, loci aliorumque adjunctorum adaptatas, quas habes in Vetere disciplina monastica seu collectione auctorum O. S. Ben. . . . qui . . . de monast. disciplina tractarunt, Parisiis 1726; Migne P. L. CL, 923-1146. Scripsit quoque *de musica,* in Gerberti op. SS. de mus. sacra S. Blasii 1784 II, 159; Migne p. 1147—1178; *de Astronomia,* apud Pez Thes. anecd. VI, 259. *Philosophicarum et astronomicarum institutionum ll. 3,* qui sub ejus nomine Basilieae 1531 prodierunt, tribuuntur Guilelmo de Conchis, de quo egimus ed. prioris IV, 79. — Vulgatae recensionem curavit, quae normae instar suae congregationi esset.

584. Hisce addantur Deusdedit cardinalis, de quo infra redibit sermo, Placidus O. S. Ben. coenobii nonantulani prior, de quo egimus Nomencl. IV, 54 ed. prioris; Stephanus Herrandus ex abbate isenburgensis coenobii O. S. Ben. episcopus halberstadensis (1089; † 23. Oct. 1102), cujus *ep. defensoria* papae Gregorii VII ad Walramnum, qui defenderat Henricum IV. rebellem Ecclesiae romanae, nomine Ludovici Landgravii Thuringiae reperitur ex parte in Migne CXLVIII, 1443-1448: reliqua haud pauca, ut videtur, exciderunt (cf. supra p. 1024 a.). Quaedam quoque retulit de morte cruenta Burchardi praedecessoris sui et strenui propugnatoris causae Gregorianae apud Saxonem annalistam ad a. 1088. — Manegaldus (Manegoldus) alsata n. 1060, qui ingressus est ordinem can. reg. in monasterio lautenbacensi. Cum vero haec canonia ab Henrici IV factione devastata fuerit, coactus est fugere silvisque se abscondere. Postea in Bavariam recessit factusque est decanus monasterii Raitenbuch (Rottenbuch). Rediit in Alsatiam atque in instituendo monasterio Marbach prope Colmariam partes habuit, cujus et primus fuit praepositus: eoque tempore »ecclesiasticam religionem jam dudum in illis partibus exstinctam mirabiliter reaccendit,« teste Bernoldo. Ab Urbano II. (1087—1099) poenitentiarius constitutus tanto fervore causam ejus egit, ut nobiliores certe homines pene omnes ad strictioris disciplinae regulam reduceret et clericos adversae factionis omni auctoritate privaret. Inde invisit Urbanum II Turonii degentem. Anno 1098 ab Henrico IV in carcerem durum conjectus est. Quando inde fuerit liberatus et quando mortuus, non liquet. Post a. 1103 non amplius comparet. Prodiit ejus epistola *contra Wolfhelmum coloniensem* in Muratorii Anecd. IV, 163—208; Migne P. L. CLV, 149—176; in MG. lib. de lit. I, 303—308 exhibentur praefatio et quaedam excerpta. In ea refellit Wolfhelmi sententiam philosophorum gentilium opiniones cum christiana conciliari posse doctrina: qua occasione forte plus aequo disciplinas philosophicas depretiat. In cc. 23. 24 causam Gregorii VII., pro qua fortiter semper stetit ideoque multa passus est, contra Wolfhelmum acrem pontificis adversarium tuetur. — Ejusdem est acri stilo conscriptus liber ad Gebhar-

dum archiep. salisburgensem adversus Wenrici epistolam (cf. p. 1024), in quo innixus patrum conciliorumque testimoniis ostendit, Gregorium VII jure regem Henricum excommunicasse, investituram damnasse et coelibatus legem inculcasse[1]). Prodiit primum in MG. hist. lib. de lite I, 308-430. 628 cur. K. Franke. Prodiit contra ipsum carmen polemicum „*Hugo orthodoxus*“ (ed. Dümmler MG. lib. de lite I, 430) auctore forte Hugone Candido cardinali. — Poppo archidiaconus trevirensis, dein episcopus metensis († 1103), propter suam in tuenda causa catholica firmitatem Adalberonem competitorem expertus, cujus diplomata et epistolas habes Migne CLV, 1651—1656.

585. Successores s. Gregorii VII. in pontificatu erant Victor III., et Urbanus II. Ille antea dictus Desiderius O. S. Ben. abbas casinensis (1057), sub quo celebre illud monasterium quam maxime floruit, a Nicolao II. cardinalis creatus et vicarius pontificius in Italia est constitutus. Defuncto Gregorio invitus et reluctans electus est pontifex 24. Maj. 1086: sed uno tantum anno rexit Ecclesiam sub tristissimis conditionibus[1]), cum fere semper Roma coactus sit exsulare († 16. Sept. 1087). Praeter paucas admodum *epistolas* (Migne CXCIX, 961—964) reliquit Dialogorum *de miraculis s. Benedicti* ll. IV apud Mabillon in Act. SS. IV, 2, 425—461; Migne ib. p. 963—1018, in quibus plura pretiosa pro historia temporum Henrici III. reperiuntur. — Diutius gubernavit Ecclesiam Dei Urbanus II., qui antea Otto (Odo) Castillionaeus dicebatur natusque est in dioecesi remensi c. a. 1042 nobilibus parentibus. Insignibus animi corporisque dotibus instructus mire profecit in literis sub s. Brunonis magisterio in schola remensi. Hinc a biographis antiquioribus dicitur „religione maximus, sapientia et eloquentia praecipuus, scientia et sanctitate magnificus.“ Canonicum et archidiaconum egit remensem, dein ingressus est monasterium cluniacense, in quo a s. Hugone factus est prior, dein missus ad Gregorium VII, qui sodales cluniacenses petierat. Hic eum episcopum dixit ostiensem; legatum misit in Germaniam a. 1084. 1085, tantique fecit, ut eum moriens commendaverit cardinalibus pro suo successore. Defuncto Victore III. ipse electus est 12. Mart. 1088 in romanum pontificem. Vix electus palam declaravit se Gregorii VII. vestigia esse pressurum. Tristissima pontificatus conditio ejus quoque duravit tempore. Iteratis vicibus Roma aufugere est coactus, cum Wiberti antipapae (Clementis III.) factio urbem vel saltem ejus partem vi occupatam teneret. Plura tamen habuit concilia ad restaurandam

[1]) Cf. de utroque opusculo Endres hist.-pol. Bl. 1901 CXXVII, 389—402; 486—495; Giesebrecht Ueber Manegold v. Lautenbach und seine Schrift gegen den Scholastikus Wendrich, Sitzungsbericht der k baier. Ak. d. WW. 1868. II, 297—330; Streber KL. VIII, 597 s. Noster dicitur primus fuisse, qui tueretur potestatem regiam vi contractus e populo in eum, quem hic elegerit, redundare. Ab hoc distingui debet Manegoldus (Manegaldus, Manegand), de quo scribit Richardus cluniacensis in chronico apud Muratori Antiq. IV, 1085: „His temporis florere coepit (1079-1090) in theutonica terra Menegaldus philosophus, divinis et secularibus literis ultra coaetaneos suos eruditus. Uxor quoque et filiae ejus religione florentes multam habuere in scripturis notitiam et discipulos proprios filiae ejus praedictae docebant.“ Fuit magister Guilelmi de Campellis. Post uxoris mortem seculo valedixit. Reliquisse dicitur *commentaria* in Isaiam, Psalmos, Matthaeum et in ep. s. Pauli. Cf. Feret la faculté théol. de Paris 1, 33—38.

[1]) Cf. ejus gesta ex chronico casinensi Migne CXLIX, 918-962; Hirsch Desiderius von Monte Cassino als Papst Victor III. in Forsch. z. deutschen Gesch. 1867 VII, 1—103; Wurm KL. XII, 904-907.

disciplinam ecclesiasticam, ad componendam Ecclesiae pacem et reconciliandos episcopos schismaticos, ad redarguendos graecorum errores, ut in concilio barensi (1098), in quo s. Anselmus cantuariensis cum illis disputavit, ad excitandos fideles ad bellum sacrum contra Saracenos. Celeberrima fuit synodus claromontana ipso praesente habita a 1095, cui interfuerunt archiepiscopi 13 vel 14, episcopi c. 225, abbates 90, in qua primum pro terra sancta recuperanda bellum fuit decretum. Ante acceptum nuncium de urbe hierosolymitana feliciter occupata decessit[1]) pontifex 29. Julii 1099. Plurimas reliquit *epistolas* (304), quas (cum aliquot orationibus) exhibet Migne CLI, 281—582, diligenter recenset Jaffé I², 657—701. Plurimos habuit in conciliis, dedicatione ecclesiarum ac variis in conventibus sermones, qui tamen fere omnes perierunt.

586. Altera hujus seculi parte orta est haeresis berengariana, quae quidem multos ad scribendum de eucharistia excitavit, in variis conciliis damnata fuit, sed praeter controversias literarias nulli proprie dictae sectae originem dedit. Berengarius[2]) patria Turonensis Fulberti (p. 943) discipulus, in civitate patria scholas rexit atque doctrinae fama inclaruit pluresque attraxit discipulos, qui postea fuere viri celebres: neque enim defuerunt ei ingenium, eruditio et dialectices peritia et a morum probitate pariter exstitit commendatus. Auctus est munere honorifico archidiaconi andegavensis. Verum cum eo tempore Lanfranci schola in monasterio beccensi reliquas obscuraret, aemulatione abreptus novitates sectatus est et teste Bernoldo constantiensi de Berengarii damnatione multiplici n. 1 (Migne CXLVIII, 1453) »veritatem dominici corporis et sanguinis contra evangelicam veritatem abnegare praesumpsit: videlicet asserens panem et vinum in sacrificio Domini non vere nec essentialiter, sed figurate tantum converti in corpus et sanguinem dominicum . . . Quapropter s. Leo papa IX. eandem haeresim . . . generali synodi judicio ventilavit et ventilatam synodali judicio damnavit (Romae 1050) . . . Deinde ipsum ad proximam tunc synodum . . . Vercellis celebrandam (mense Septembri ejusdem a.) vocavit audiendum. Ad hanc synodum non ipse Beringirius (captus siquidem fuerat ab Henrico I rege), sed quidam ejus fautores pervenerunt, qui se legatos ejus asserentes eumque defendere volentes in primo aditu defecerunt.« Interim ille se in Normanniam recepit, ubi in conventu britonensi (Brionne) refutatus ab Ascelino et Guilelmo coactus est Scotti doctrinam, quam suam fecerat, damnare: iterum ejus doctrina damnata fuit in synodo parisiensi a. 1051. »Victor (II; juxta alios adhuc Leo IX) . . . prosequitur Bernoldus n. 3, misso legato in Gallias ven., inquam, Hildebrando . . . generalem synodum Turonis congregavit (1054), in qua ipse Beringirius accepta optione defendendi se, cum se penitus defendere non posset, sub jurejurando propriam haeresim anathematizavit, et communem s. Ecclesiae fidem de veritate corporis et sanguinis Domini se deinceps servaturum sub eodem

[1]) Plura de eo habes in ejus vita a Petro Pisano conscripta apud Watterich Pont. rom. vitae I, 571—574; in vita a Ruinart concinnata inter Ouvrages posthumes de D. Mabillon et de Th. Ruinart t. III. et apud Migne CLI, 9-266; Hefele Conciliengesch, V², 193-259; Wurm KL. XII, 438—441; Hist. lit. VIII, 514—553.

[2]) Alius ab eo est Berengarius pictaviensis Abaelardi discipulus et post hujus damnationem (a. 1140) assertor. Acri stilo aggressus est Bernardum patresque concilii senonensis, qui Abaelardi opiniones damnarunt. Postmodum tamen quasi palinodiam cecinit. Ejus scripta reperies inter Abaelardi opera Migne CLXXVIII; Cf. Fabricius 1, 198; Hayd KL. II, 390 s.

juramento promisit.« Exinde controversia aliquandiu conquievit, rediit tamen non diu postea Berengarius ad haeresim suam. E consilio Hildebrandi Romam venit a. 1059 atque interfuit magnae synodo lateranensi, cum vero suum errorem probare non posset, eum abjuravit formulamque fidei ab Hildebrando concinnatam jurejurando firmavit. »Sed Beringirius, ib. n. 6, more suo ad proprium vomitum redire non timuit, et ultra omnes haereticos rom. pontifices et s. romanam Ecclesiam verbis et scriptis blasphemare praesumpsit . . . (et) haeresim suam . . . clanculo per discipulos suos usquequaque non cessavit disseminare.« Quo non obstante Alexander II et Gregorius VII indulgenter admodum eum tractarunt et a vexationibus sunt tutati. Variis tamen in Galliae synodis iterum damnati sunt ejus errores, praesertim in synodo pictaviensi a. 1075, ubi ob abusum auctoritatis s. Hilarii pictaviensis mortis periculum incurrit. Romam vocatus a. 1078 et initio a Gregorio VII. indulgentissime ob suas opiniones est judicatus, dictus romanae Ecclesiae filius, adeo ut vel ipse pontifex suspicionem dubii circa dogma catholicum de reali corporis et sanguinis J. Christi in eucharistia incurreret, postea tamen coactus est in synodo 1079 fidem profiteri catholicam. Redux in Galliam pro inconstantia sua ad pristinum rediit errorem. Vixit exinde eremitae instar decessitque fere nonagenarius 5—6. Jan. 1088: num sincere catholicus, est dubium[1]). Magni factus est in vita et post mortem a pluribus viris catholicis ob quandam probitatis pietatisque speciem[1]): verum et ejus vita ostendit eum fuisse mire inconstantem, cum toties redierit ad errores, quos solemniter abjuraverat, defuit ei et veracitas, utitur miseris sophismatibus, in loquendo et scribendo fuit maledicus[2]). De ejus scriptis ita censet Sigebertus gemblacensis de script. eccl. c. 154: »Quia multi ad eum vel contra eum super hac re (de Eucharistia) scripserunt, scripsit et ipse ad vel contra eos, et dum dialecticis sophismatibus contra simplicitatem apostolicae fidei abutitur, nec se excusare, nec alios aedificare videtur: quia magis interpolat clara, quam dilucidat obscura.« Ejus scripta reperiuntur inter Abaelardi opera.

587. Multi fuerunt, qui impugnarint Berengarii errores atque propugnarint dogma catholicum de eucharistia. De Hugone licolniensi et de Allemanno jam egimus (p. 995 s.); item et de Bernoldo constantiensi. — Ascelinus pictaviensis, monachus O. S. Ben. coenobii beccensis praecipuas habuit partes in disputatione et victoria de

---

[1]) Controversia aliqua fuit, quid Berengarius proprie negaverit vel opinatus sit. Non desunt qui contenderent, eum admisisse realem praesentiam, sed negasse transubstantiationem ideoque fuisse lutherani erroris praecursorem. Certum tamen est, eum realem negasse praesentiam, ut invicte ostendit testimonio aequalium et ex ejus op. *de sacra coena* adversus Lanfrancum l. posterior ed. F. Th. Vischer Berolini 1834 (ed. mendosa) Schnitzer in op. Berengar von Tours, sein Leben und sein Wirken, München 1891. Cf. de Berengario praeterea Brischar KL. 2, 391—404; Fabricius I, 193; Hist. lit. VIII, 197—238; Werner Gerbert p. 168 ss.; Sudendorf Berengarius T., eine Sammlung ihn betreffender Briefe. Hamburg 1850.

[1]) Speciminis gratia lege literas Frollandi episcopi silvanectensis (1043—c. 1071), quas ediderunt D'Achery Spicil. II, 507; Oudin de script. eccl. II, 629 s.

[2]) Hinc Will Die Anfänge der Restauration der Kirche im 11. Jahrh., Marburg 1859 I, 73 de eo scribit: Berengars Leidenschaft gegen Concil und Papst, welche sich oft in Schmähungen, Scheltworten und trivialen Namensverdrehungen Luft macht, liess ihn gewiss oft Schatten sehen, wo Licht glänzte, und benahm seinem Auge die Fähigkeit, die Farben des Truges von denen der Wahrheit zu unterscheiden.

Berengarii erroribus in conventu britonensi (a. 1050). Hinc Berengarius literas querulas ad eum dedit, quibus ille bene respondit (apud Labbe coll. conc. IX, 1057—1059). — Deoduinus (Theoduinus, Dietwin, Theodorich) patria Noricus, propinquus Henrici III. imp., episcopus leodiensis (1043—1075), »placidum leodiensis ecclesiae sidus« salutatus, scripsit epistolam *de corpore et sanguine Domini* contra Brunonem andegavensem[1]) et Berengarium ad Henricum I. Gallorum regem, per errorem etiam sub Durandi leodiensis († 1024) nomine editam: in qua ex testimoniis patrum graecorum et latinorum, succincte quidem, dogma probat catholicum. Ea passim prostat ut in bibl. PP. lug. XVIII, 531-532; Mabillon Anal. IV, 395—399; Migne CXLVI, 1439. — Ibidem p. 1441 s. habes et epistolam ad Immiconem ep. paderbonensem *de miraculis,* quae contigerunt ad s. Remacli sepulcrum. — Ex Renalli (Raynaldi) magistri barcinonensis (fl. 1089) l. *contra Berengarii errores* fragmenta seu versus leguntur in Migne PL. CXLVII, 299—302. — Albericus O. S. Ben. in coenobio cassinensi, a Stephano X (IX) cardinalis renunciatus († 1089), sub Nicolao II. Romam est vocatus, ut in synodo cum Berengario disputaret. Accepta hebdomadis unius spatio l. adversus illum *de corpore Domini* edidit ss. patrum testimoniis roboratum, in quo omnes ejus assertiones destruxit. Pariter scripsit pro Gregorio VII. contra Henricum IV. imp. *de electione pontificis romani,* et alia, quae inedita latent. Reliqua tantum sunt prologus *vitae s. Scholasticae* et homilia in ejus natale; apud Mai Spicil. rom. V; Migne LXVI, 941—950; necnon *vita s. Dominici*[1]) *ab.* juxta Soram in Italia († 1031) in Act. SS. 22. Jan. II. 442—446, et in Act. Mabillonii VI, 1, 356—360. In l. *de dictamine* apud Rockinger Briefsteller und Formelbücher des 11. bis 14. Jahrh. p. 29—46 methodum tradit conscribendi epistolas. *Rationes* vero *dictandi,* ib. p. 9—28 ipsi tributae posterioris videntur esse aetatis et originis lombardicae, teste Wattenbach II[5], 212. Decessit noster cardinalis 17. Oct. 1088. — S. Anastasius[2]) Venetiis natus relictis seculi vanitatibus rigidam duxit vitam factusque est monachus cluniacensis et eremita, qui jussu Gregorii VII. mohammedanis in Hispania Christi fidem praedicavit († 16. Oct. 1085 vel 1086), scripsit eruditam et catholicam ep. ad Geraldum vel Guilenum ab. *de veritate corporis et sanguinis Christi Domini,* inter opera Lanfranci, et in Migne P. L. CXLIX. 433-436. — Durandus ab infantia monachus Montis s. Catharinae O. S. Ben. primus abbas troarnensis (1059), »religione et sapientia praecipuus, ecclesiastici cantus et dogmatis divini doctor peritissimus, sibi durus carnifex, aliis pater († 11. Febr. 1088),« scripsit (intra

[1]) Eusebius Bruno andegavensi episcopus (1047 † 27. Aug. vel 1. Sept. 1081) Berengario, cujus erat, discipulus, initio quidem favit. Agnitis tamen ejus erroribus, postea eos reprobavit in sua ad Berengarium *epistola*, quam edidit Cl. Menardus in notis ad Augustini ll. duos posteriores op. imperfecti adversus Julianum p. 499, et Fr. de Roye Vita, haeresis et poenitentia Berengarii, Andegavi 1656; Migne CXLVII, 1201—1204. Ipse creditur auctor *collectionis homiliarum* (56) praesulum veterum gallorum, quae prodiit Parisiis 1547. Cf. Streber KL. IV, 1000; Hist. lit. VIII, 99—104.

[1]) Hujus vitam eodem fere tempore descripsit Joannes ejus discipulus et comes assiduus in Anal. boll. I. 282-298. Miracula quae ibidem subduntur p. 298—322 pariter ab aliquo Sancti coaetaneo collecta videntur.

[2]) Hujus sancti *vitam* auctore Galtero (Gualtero) habes in Actis Mabillonii VI, 2, 487; Migne P. L. CXLIX, 423—434. Cf. Hist. lit. VIII, 162—167. Hic distingui debet a Daniel Gualtero O. Cist. († 1070), cui plura inedita tribuuntur, inter quae et ll. 2 *de conceptione b. M. V.* contra Nicolaum de s. Albano. Cf. Fabricius II, 107.

1054—1059) erudite quidem, sed minus ordinate et stilo nimis diffuso l. *de corpore et sanguine Christi* contra Berengarium et ejus sectatores divisum in pp. IX, quarum octo sunt dogmaticae, nona historica: praemisit prolixum carmen, quod integre forte non fuit editum[1]). Prodiit inter opera Lanfranci; in bibl. PP. lugd. XVIII, 420 ss.; in Gallandi bibl. vet. PP. XIV, 245; Migne CXLIX, 1375—1424.

588. Guitmundus (Guimundus, Guismundus, Wimundus, Witmundus), Normannus, monachus fuit O. S. Ben. Crucis Hellonis sive s. Leufredi (La Croix-Saint-Leufroi) dioecesis ebroicensis. In coenobio beccensi studiis operam dedit sub Lanfranco, ubi condiscipulus fuit s. Anselmi. Anno 1070 arcessitus est in Angliam a Guilelmo I rege, ut secum moraretur et ecclesiasticum reciperet regimen, quod ille recusavit dicens: „Dum meipsum moderari nequeo, qualiter aliorum vitam ad salutis viam dirigere valeo? „Exstat adhuc ejus oratio nobilis ad Guilelmum I, cum recusaret episcopatum. Hinc rediit in Normanniam et Christiani nomen gerens peregrinationem Romam versus instituit (cc. a. 1077). Non potuit tamen latere, ut optabat, sed ab Urbano II. constitutus est episcopus aversanus (1087 vel 1088), vir enim erat clarus scientia et sanctitate. De ulterioribus illius fatis nihil constat († ante a. 1095). A quibusdam dicitur auctus dignitate cardinalitia, sed sine sufficienti testimonio historico. Composuit c. 1075 in forma dialogi stilo gravi, claro, succincto ll. 3 *de corporis et sanguinis J. Christi veritate* in eucharistia (adversus Berengarii l. *de sacra coena*): de quo op. prae geminis Lanfranci et Algeri operibus ita censet s. Petrus cluniac. in tr. de sacrif. missae: „Horum primus de veritate corporis et sanguinis Christi . . . bene, plene, perfecte; sequens (Guitmundus) melius, plenius, perfectius; ultimus optime, plenissime, perfectissime disseruit, adeo ut nihil etiam scrupulosissimo lectori quaerendum reliquerit[1]).“ „Unum est, inquit Bellarminus de S. E., in quo Guitmundus reprehendi solet, quod l. 2 timuerit concedere species sacramentales vere posse corrumpi et putrefieri, quae potuisset admittere sine ulla injuria corporis dominici fieri.“ Saepius prodiit hoc opusculum, primum cura Erasmi Friburgi 1530, dein cum geminis opusculis Lanfranci et Algeri Lovanii 1561, in bibliothecis PP., et etiam a nobis editum est inter opuscula SS. PP. selecta t. XXXVIII Oeniponti 1879. Reliquit Guitmundus praeterea nitidam et succinctam *Confessionem* de s. Trinitate, Christi huminitate, corporisque et Sanguinis D. N. veritate; et *epistolam* ad Erfastum, qui eum interrogaverat de substantia et unitate ss. Trinitatis, de mysterio dominici corporis, item de similitudinibus, quibus uti solent, puta sphaerae ad comprobandam Trinitatem: cui respondet ut cautum sobriumque theologum decet: sed libellus in fine est mutilus. Commentaria in Matthaeum, Lucam et Joannem, quae ei adscribit anonymus Mellicensis, sunt Christiani (Druthmari), de quo egimus p. 725. Habes haec omnia in Bibl. PP. lug. XVIII, 440 ss.: Gallandi bibl. vet PP. XIV, 240 ss.; Migne CXLIX, 1425-1513.

589. Wolphelmus (Wolfhelmius) a prima aetate omni morum honestate, doctrina et pietate egregie instructus,

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 239—246; de ejus doctrina Werner Gerbert p. 171—175.

[1]) Sein Name ist unsterblich geworden durch sein theologisches Werk gegen Berengar, gleich ausgezeichnet durch theologische Tiefe und Gelehrsamkeit, wie durch Kraft und Schönheit der Darstellung. Scheeben KL. V, 1360. Cf. Hist. lit. VIII, 553—573; Werner Gerbert p. 178—182.

inter canonicus b. Petri Coloniae fuit adlectus. Verum altiori ductus spiritu seculum pertaesus nequam clam Treviros fugit sub regula s. Benedicti vitam transacturus: sed cum avunculus ejus Henricus abbas ad s. Pantaleonem eum suo transcribi coenobio desideraret, archiepiscopum induxit, ut eum Coloniam revocaret. Cum regularis disciplinae observantia omnibus praeluceret, primum abbatiae gladbacensi, dein brunwilarensi fuit praepositus. Piissime obiit 22. Apr. 1091. Zelo catholicae fidei defendendae inflammatus stilum in Berengarii errores exercuit data *epistola* ad Megenhardum ab. gladbacensem lectu dignissimam, quam habes in ejus vita mox citanda c. 10. 11. Cum esset amantissimus lectionis ss. Scripturarum, curam habuit non vulgarem, ut earum studium diffunderet composito carmine heroico *de utili lectione s. Scripturae,* quod legitur in ejus vita c. 20. composita a Conrado[1]) ipsius monasterio monacho in Actis SS. p. 675—696 Mabillonii et Bollandistarum l. c. p. 77—88.

590. Demum nominandus est omnium forte praecipuus hac periodo theologus et in dialectica maxime valens, aerae laetioris aurora, Lanfrancus scil., qui Ticini vulgo Papiae natus est prosapia illustri ineunte sec. XI. (juxta Mabillonium c. a. 1005). In juventute juri civili dedit operam, cujus brevi tantam sibi comparaverat peritiam ut a doctissimis undique viris consuleretur. Ad prima urbis munera destinabatur, quibus tamen renunciavit, cum discendi ardore, ut ferunt, ita flagraret, ut natale verterit solum et in Galliam abiret. Abrincam in Normannia venit ibique aliquot demoratus est annos scholasque aperuit. Inde petiit Rotomagum, sed iter faciens per silvam in latrones incidit, qui eum omnibus spoliarunt atque vinculis arbori alligarunt. Altera tandem die inde liberatus, animo interim penitus commutato monasterium ingredi statuit. Non multum inde distabat monasterium beccense, quod tunc a b. Herluino aedificabatur. Ab hoc benigne exceptus vestem s. Benedicti induit 1042, totumque virtutum literarumque studio se dedit et post trienium licet gravate scholas aperuit: quae mox factae sunt ita famosae, ut undique discipuli accurrerint egregii, inter quos ex. gr. Alexander II. et s. Anselmus theologiae scholasticae parens. Vir enim erat teste Guilelmo malmesbur. de gestis reg. angl. l. 3, „antiquis scientia et religione comparandus: de quo serio dici potest: „Tertius e coelo cecidit Cato:“ adeo coelestis sapor pectus ejus et palatum infecerat, adeo latinitas omnis in liberalium artium scientiam per doctrinam ejus se incitabat.“ Admodum sollicitus erat de reformandis sodalium moribus constitutus ab Herluino sodalitatis prior, quo in studio adeo fuit industrius et felix, ut disciplina regularis multum floreret in coenobio. Quorundam calumniis insimulatus fuit de conspiratione in Berengarii errores, ut Romae, quo in comitatu Leonis IX. e Gallia revertentis venerat, suae fidei rationem reddere debuerit. Facile suam ostendit orthodoxiam, ejusque doctrina de eucharistia probata fuit in synodis romana et vercellensi (1050), in quibus Berengarii errores fuere damnati.

591. Magna gratia valuit Lanfrancus apud Guilelmum Normanniae ducem, qui in variis negotiis ejus utebatur consilio et opera, unde a suo biographo Milone Crispino dicitur „summus consiliarius ad administranda totius patriae negotia.“ Ab eodem duce quamvis invitus praepositus factus est monasterii s. Stephani ab ipso Cadomi erecti (1063), ubi pariter scholas aperuit

[1]) Cf. Nomencl. ed. praec. IV, 45.

[1]) Cf. du Boys Revue des qq. hist. 1881 II, 329—386.

celebres: cum vero ab eodem eligeretur in archiepiscopum rotomagensem (1067), adeo reluctatus est, ut dux a suo desisteret consilio. Interim Guilelmus occuparat Angliae regnum, in quo tristissima erat religionis catholicae conditio. Legati missi a romano pontifice synodo habita plures deposuerunt episcopos, inter quos et archiepiscopum cantuariensem. Hac opportunitate usus Guilelmus[1]), qui in regem Angliae fuerat coronatus, Lanfrancum consentientibus legatis et synodo invitum licet et diu, sed frustra, reluctantem ad sedem cantuariensem promovit (1070). Exinde incredibile sollicitudine, industria et fortitudine totam intentionem suam ad mores hominum corrigendos, restaurandam disciplinam monasticam, componendum Ecclesiae statum convertit. Ecclesias et monasteria restauravit; nominatim Cantuariae, ut alter hujus sedis fundator dici possit, hospitalia aliaque beneficientiae in pauperes instituta condidit, scholas et studia fovit. In lectione erat assiduus etiam inter maxima episcopatus, imo et regni negotia, quod ipse, rege absente, administrabat: et quamvis in summa esset dignitate constitutus, pauperem duxit vitam. Et quia s. Scripturae amanuensium vitio erant nimium corruptae, omnes tam V. quam N. T. libros, necnon et scripta ss. patrum secundum orthodoxam fidem studuit corrigere[2]), et etiam multa de his, quae in Ecclesiae ministeriis et officiis adhibebantur, ad unguem emendavit, et hoc non tantum per se, sed etiam per discipulos suos. Decessit plenus meritis[3]) de Angliae ecclesia 28. Maj. 1089, juxta aliquos admodum grandaevus (a. aetatis 92). In nonnullis martyrologiis ejus nomen insertum legitur.

592. Opera, quae supersunt, collecta prodierunt cura d'Achery Parisiis 1648; in bibl. PP. lugd. XVIII 617—833; Oxonii 1844-1845 t. 2 cur. Giles, quae ed. non tanti fit; Migne CL, 9—640. Potiora sunt: *In omnes Pauli ep.* commentarii (breves admodum) cum glossula interjecta, derivati fere ex ss. Augustino et Ambrosio: quae vero ex hoc s. patre adducit in ejus operibus, quae supersunt, non reperiuntur. Ziegelbauer tamen in Hist. rei lit. O. S. Ben. p. III c. 2 § 14, de eorum genuinitate dubitat; Hist. lit. VIII, 277, Mabillon etc. eam negant. — Liber *de corpore et sanguine Domini* contra Berengarium, in quo singulas hujus assertiones discutit[1]), saepe editus, primum Basileae (1528), cum Pasch., Radberto, Rotomagi 1540; cum Algero etc., Lovanii 1561; ejus vero *epistolae* invectivae in Berengarium, quas ante hunc l. scripsisse testatur Sigebertus de SE. c. 155, interciderunt. — *Decreta* pro ordine s. Ben. h. e. ordinationes, quas monachi tum in monasteriis tum etiam in ecclesiis cathedralibus observare debeant, forte prout nunc habentur, nonnihil interpolatae sunt. — *Epistolarum* liber, quo tantum 44 breves ejusdem epistolae, dum esset archiepiscopus, servatae sunt. Eae sunt pretiosae pro historia illius temporis, et doctis annotationibus a Dacherio (Migne l. c. 551—624)

---

[1]) Cf. du Boys Revue des qq. hist. 1881. II, 329—386.

[2]) Id jam praestitit dum degeret in monasterio beccensi, ejusque recensio diu per Gallias normae instar habebatur et in Anglia. Supersunt adhuc exemplaria operum patrum sua manu correcta teste Hist. lit. VIII, 288.

[3]) Cf. plura in ejus vita (nonnihil rudi) a Milone Crispino monacho beccensi conscripta (Migne CL, 19—58 cf. Nomencl. IV, 108 ed. prioris); Hist. lit. de la Fr. VIII, 260—305; J. de Crozals Lanfranc . . . sa vie, son enseignement sa politique Parisiis 1877; Möhler Ges. Schriften, Regensburg 1839. I, 39 ff.; Mattes KL. VII, 1392; Endres Lanfranks Verhältniss zur Dialektik in Katholik 1902. I. 215—232.

[1]) Cf. Werner Gerbert p. 175—178.

fuerunt illustratae[1]). — *De celanda confessione* libellus, in quo mira quaedam occurrit opinio, quae satis torquet theologos, de confessionis scil. necessitate: libellum Dachery annotationibus illustravit. Supersunt alia quaedam minoris momenti. — Aliqua ejusdem operum intercidisse dicuntur, ut *de laudibus,* triumphis et rebus gestis Guilelmi comitis; epitome *de rebus ecclesiasticis* suo tempore gestis, quod forte idem est cum scripto *de ordinatione sua*, in quo narrat suas cum Thoma eboracensi controversias, primum edito a Boehmer op. cit. etc.

593. Cum hactenus egerimus de scriptoribus polemicis, praetermittere nolumus Samuelem vulgo Marocchianus cognominatum, Fessanum patria, Judaeum, qui a. 1085 Toleti ad fidem christianam est conversus. Scripsit adhuc Judaeus arabice historiam concertationis cum Albucabelo Mohammedanorum magistro, quam ex arabico latinam fecit Alphonsus Bonihominis O. Praed. (n. 1339) et inscripsit l. *de adventu Messiae,* quem Judaei temere exspectant. Multis rationibus probat, judaeos iram incurrisse Dei, gravique cuidam obnoxios esse peccato, ideoque tam tristem in modum per orbem dispersos. Mox de vana observantia legis eorum deque caecitate disserit, et quod illud peccatum maximum non aliud sit, quam quod Christum reprobarint mortique tradiderint. Praeterea de duplici Christi adventu deque ascensione in coelum disputat, de reprobatione Judaeorum atque electione gentium, de apostolorum substitutione loco prophetarum, de institutione sacrificii eucharistici rejectis omnibus judaicis. Postremo ex ipsis hostibus mohammedanis et Alcorano Judaeos confutat. Prodiit hic l. primum Antwerpiae 1486; in ed. Sichardi Antidot. contra haereses, Basileae 1528; bibl. PP. lugd. XVIII, 518; Migne P. L. CXLIX, 335—368.

594. Circa ss. literas versati sunt praeter Lanfrancum, Alulfum O. S. Ben. et Brunonem monachum, de quibus jam egimus, pauci omnino, quorum labores ad nos usque pervenerint. Richardi de Dumellis ab. Pratellini, quod monasterium in Normannia situm est, commentarius fusissimus in priora cc. XXVIII Geneseos praeter quaedam fragmenta Migne CLV, 1629—1632), et epistolam nuncupatoriam ad s. Anselmum cant. (in hujus ep. l. IV ep. 102, Migne CLIX, 251) prodiisse non videtur. Commentarii *in Leviticum* editus est tantum prologus (ib. CLVI, 1375 s.). Alia commentaria sunt inedita. — Willeramus (Williram, Willeraminus, Wiltram, Waltram) natus in Franconia, in monasterio beccensi sub Lanfranco, dein Parisiis, studiis operam dedit. Bambergae scholam cathedralem rexit, sed considerans mundi gloriam transire cum tempore, contempto seculo in monasterio fuldensi pro amore Christi vestem induit s. Benedicti, inde ab Henrico III accitus factus est abbas ebersbergensis (juxta Trithemium merseburgensis, † 5. Jan. 1085). Scripsit geminam paraphrasim in Canticum canticorum, alteram metricam hexametris leoninis, alteram lingua vulgari: hinc distribuuntur codicis paginae in tres columnas. Praenotavit vero opus suum *de nuptiis* Christi et Ecclesiae atque in expositione sequitur ss. patres, prae primis Haymonem halberstadiensem, seu potius Remigium antissiodorensem, cum hujus sit commentarius in Canticum Sal., quem ipse Haymoni supposuit. Prodiit cur. Christoph. Raphelengii Lugduni B. 1598, sed juxta codicem ab originali

[1]) Boehmer in l. die Fälschungen Erzb. Lanfranks v. Cant., Leipzig 1902, s. praesulem accusat, eum pro tuendo primatu suae sedis supra sedem eboracensem finxisse diplomata eaque supposuisse romanis pontificibus Bonifacio IV et reliquis usque ad Joannem XII.

multum distantem ut, teste Lambecio, nova editio prorsus necessaria fuerit; post alias ed. Strassburg 1878 cur. Seemüller cum introductione et glossario[1]). — Idem Canticum breviter exposuit et Robertus de Tumbalenia hinc tumblejus, tombelenus dictus, monachus s. Michaelis O.S.Ben., qui postea a. 1094 abbas factus est s. Vigoris ad muros urbis bajocensis in Normannia. Romam profectus a Gregorio VII honorifice exceptus usque ad mortem (c. 1090) romanae fideliter servivit Ecclesiae. „Inter reliqua peritiae suae monumenta brevem et luculentam sensuque profundam super Cantica canticorum expositionem in Ecclesia dimisit[2]), «quae inter opp. Gregorii M. t. III, Parisiis 1705 prodiit; in Hommey Suplem. PP., Parisiis 1685 p. 284—389, et apud Oudin de Scr. eccl. II, 772—842, ed. prae ceteris integra; Migne CL, 1359-1370. Habes ib. p. 1370—1378 ejusdem ad monachos s. Michaelis de Monte *epistolam* de quodam monacho epileptico a levitate converso. — Reinardus confluentinus O. S. Ben. abbas exposuisse legitur Job, Psalmos, Isaiam et Ezechiam (fl. c. 1096). — Danielis monachi lerinensis (fl. ex. sec. XI) commentarius in psalmos, etsi a Mabillonio repertus, non prodiit; ita et commentarii (in Isaiam, Jeremiam reliquosque prophetas, in Evangelia et s. Pauli epistolas, in Apocalypsin) Pauli genuensis O. S. Ben. monachi casinensis, manserunt inediti. Is ab infantia oculorum privatus lumine, grammaticus tamen, philosophus et theologus († 1105) insignis evasit, ita ut alter Didymus haberetur teste Petro diac. de vir. ill. casin. c. 36. Prodiit *vita* ab ipso conscripta *s. Gebizonis* Colonia oriundi monachi casinensis sub Desiderio abbate (1078—1087), qui s. Hilarioni similis fuit, in Act. SS. 21. Oct. IX, 398—405.

595. Plurimi scriptores historiographi occurrunt[1]). In Hibernia in-

[1]) Cf. J. Haupt Das hohe Lied. Uebersetzt von W., erklärt von Rilindis und Herrat etc, Wien 1864; W. Scherer Leben Williramsa. v. Ebersberg in Bayern in Sitzungsber. der Ak. der W. (1866) LIII, 197-303; Wien 1866; H. Reichau Williram Abt zu E., Magdeburgi 1877. Nón desunt qui conjiciant ipsius esse *Chronicon Eberspergense* satis pretiosum editum ab Arndt in MG. SS. XX, 9-16.

[2]) Ita Ord. Vitalis l. VIII hist.; Hist. lit. VIII, 334-341. Alii tamen hunc commentarium tribuunt Radulfo (Gradulfo) O. S. Ben. abbati fontanellensi († 1047), quem alii sanctis accensent, alii (ut Oudin II, 773) scriptorem imaginarium dicunt. Cf. KL. X, 731.

[1]) Praetermittimus Hepidannum (Hepidamnum) O. S. Ben. coenobitam sangallensem († c. 1080), cui immerito tribui solebant *Annales Sangallenses* majores pp. 2 ab a. 709—918 et ab a. 919—1056 ed. ab Arx in MG. I, 72—85. Ipsius tamen est *vita s. Wiboradae* M. et V. inclusae († 926), quam praeeunte Hartmann (cf. supra p. 931) conscripsit 1072. Legitur in Act. SS. 2. Maj. 1. 293—308; in Mabillonii Actis SS. V, 61—66. — Bruno clericus magdeburgensis (merseburgensis) Saxo, alius ab eo cujus supra fecimus mentionem (p. 963), breviter et veraciter, sicut ab his, qui rebus interfuerant, cognoscere poterat, narrat bellum saxonicum (1073—1081). „Eminet liber, inquit Waitz in notitia praemissa, documentis authenticis insertis, scribendi ratione vivida, aliquoties faceta et jocosa, stilo simplici.“ Prodiit in MG. SS. V, 327—384; Migne CXLVII, 489—586; inter scr. rer. Germ. in usum scholae, Hannoverae 1843. 1880 ed. 2 cur. Wattenadch, qui tamen D³. Geschichtsq. II⁵, 78 ejus veracitatem in dubium vocat. — Guilelmus Calculus gemmeticensis monachus O. S. Ben. scripsit (intra 1070-1086) *Historiae Normannorum* ll. VIII (851—1136), quorum primis quatuor Dudonis historiam „subtiliter replicavit, facete abbreviavit:“ aliis dein libris eam historiam continuavit ab a. 996. Recentiores critici l. VIII., qui pertingit ad a. 1136, merito et aliquot cc. ll. VI. et VII. ei abjudicant, imo aliqui eum vixisse contendunt sub Richardo III. 1026—1028. Prodiit haec historia apud Du Chesne Script. Hist. Norm. Parisiis 1619 p. 215-317; Migne CXLIX, 779-910. Cf. Potthast p. 556; Hist. lit. VIII, 167—173. —

claruit Tigernach abbas cloynensis (Clonmacnoise † 1088), cujus *annales hibernici* plane egregii et accurati lingua patria conscripti[1]) prodierunt (mendose) cum versione latina inter rer. hib. scr. ed. O'Connor II, 1—314. Continuati fuere ab Augustino Mac Grady († 1405) et alio ad a. 1407. In iis utitur Tigernach tabulis synchronicis ab o. c. ad a. 718 p. Chr. fidelibus, quas concinnavit Flann Mainistrech magister in monasterio s. Buithe (Monasterboice † 1056), quae jam interciderunt, sed quibus usi sunt plures scriptores historiographi. — Magis adhuc inclaruit Tigernachi discipulus Marianus, ante lingua patria Moelbrigte i. e. servus Brigidae dictus, a. 1028 in Hibernia, quam tunc temporis scriptores Scotiam dixerunt, natus, qui aetatis a. 24 seculum reliquit[2]). Pro amore Christi peregrinus multorum comprovincialium exemplum secutus in Germaniam (1056) profectus Coloniae in monasterium Scotorum

---

Ab hoc distingui debent Guilelmus pictavinus, prius miles, dein presbyter et sacellanus Guilelmi I. Angliae regis, cujus gesta ad a. 1070 describit apud du Chesne op. cit. p. 178—213; Migne PL. CXLIX, 1216-1270; et Guilelmus Apulus, accuratus scriptor et poëta, cujus exstat historicum poëma ll. V. *de rebus Normannorum* in Sicilia, Apulia et Calabria gestis (ab a. 1041) usque ad mortem Roberti Guiscardi ducis († 1085), quod exstat apud Muratori Script. rer. It. V, 253—278; Migne CXLIX, 1027—1082 etc. Cf. Potthast p. 551; Hist. lit. VIII, 488—496. — Synchronus huic scriptori fuit Gaufredus O. S. Ben. agnomento Malaterra Normannus, qui ipsum, quod ille argumentum, res scil. gestas a Normannis in Apulia et Sicilia tractat stilo simplici in *Historia sicula*. Exorditur a primo Normannorum adventu suamque historiam deducit ad a. 1099: auctor et ipse gravis eoque nomine etiam commendandus, quod ordine progrediatur resque gestas sub suis annis collocare nititur. Prostat apud Muratori op. cit. p. 537–602; Migne PL. CXLIX, 1093—1210. Ab aliis continuata fuit. Cf. de auctore Hist. lit. VIII, 481—488. — Praetermittimus ex graecis schismati jam addictis Constantinum Psellum, post suum in monasterium ingressum Michaelem dictum, alium a quodam Mich. Psello philosophiae magistro ineunte sec. IX. — Ex humili conditione ad praecipua imperii munera evectus gravissimique status negotiis fuit implicitus († c. 1078 vel 1079). In omnibus disciplinis admodum versatus, philosophiae platonicae, quam ad vitam revocavit, apprime addictus, alter sui seculi Photius innumera reliquit opera de diversissimis argumentis, inter quae et theologica, ut Expositio *in Cantica canticorum; de omnifaria doctrina* cc. CLVII, in quibus omnis generis argumenta tractat; dialogus *de daemonum energia* seu operatione contra Euchitas (ed. a Boissonade, Parisiis 1838) etc.; canonica et legalia, philosophica, ut *de anima* celebres opiniones etc., poetica, mathematica, astronomica, medica, archaeologica, philologica historica, quibus Leonem diaconum continuat ab a. 976—1077 et praesertim Constantini X Ducae gesta (1059 1067) enarrat: in his tamen non est satis fidus dux, plures tamen eo diligenter sunt usi. Aliqua sunt adhuc inedita, ex editis haud pauca (25) reperies in Migne P. G. CXXII, 477—1186. Cf. Leo Allatius Diatr. de Psellis (VII) et eorum scriptis, Romae 1634, et apud Migne p. 477-537; Ehrhard KL. X, 597—599 et apud Krumbacher ed. 2 p. 79 ss.; et hic ipse p. 433-444, qui de eo censet: Psellos ist an Umfang des Wissens, an Schärfe der Beobachtung und vor allem an Formgewandtheit der erste Mann seiner Zeit. An Reichthum der literarischen Thätigkeit mag er mit Albertus M. und Roger Bacon verglichen werden . . . Die stärkste Seite des Mannes ist freilich die Form, das erkannten schon die Zeitgenossen.

[1]) De iis testatur Bellesheim Gesch. der k. Kirche in Irl. I, 642: Die Annalen bekunden die Gelehrsamkeit des Verfassers auf jeder Seite.

[2]) Confundi non debet, ut jam notarunt Raderus, Bollandus, Nat. Alexander etc. cum alio Mariano Scoto aequali, qui Ratisbonae commorabatur ibique monasterium Scotorum celebre c. 1076 condidit. Neque ipse caruit eruditione theologica, cujus argumenta sunt scripta a se relicta (inedita), prae primis glossa interlinearis ad epistolas s. Pauli lingua patria, necnon et collectio testimoniorum ss. patrum pro illustranda s. Scriptura. Obiisse dicitur 1080, juxta alios 1088. Cf. de utroque Bellesheim op. cit. p. 335—341.

s. Martino dicatum receptus solitudinis desiderio inclusus duobus annis mansit. Inde Paderbornam transiit, ubi sacerdos est ordinatus atque postea Fuldam se recepit ibique muro inclusus decennium transegit orationi, poenitentiae studioque intentus. Alios tredecim annos transegit inclusus Moguntiae, ubi et Chronicon suum concinnavit laudemque non vulgarem tam apud coaevos quam apud posteros sibi comparavit († 1082 vel 1083). „Solerter perscrutatis veteribus et modernis codicibus, inquit Ord. Vitalis l. 3 suae hist., chronographiam edidit, in qua ab initio mundi . . . per omnes ll. V. et N. T. et Romanorum Graecorumque historias discurrens, optima quaeque collegit, et enumeratis annis per regum et consulum tempora usque in diem mortis suae annalem historiam laudabiliter distinxit.“ Laudatur autem apud coaevos et suppares scriptores non tam ob res a se (sat jejune et stilo rudi et neglecto) narratas, quam ob ordinem chronologicum, quem stabilire nititur: ideoque melioribus medii aevi chronicis accenseri meret. Prodiit illud[1]) apud Pistorium Scr. rer. Germ. 1, 448—656 ed. (2) Struve; l. tantum 3. omissis ll. 1. et 2. (quorum tamen exhibetur index cc.) cur. Waitz MG. SS. V, 481—564 a Christo n. usque ad a. 1082, cum continuatione ad a. 1109, ib. 562—564; in Migne P. L. CXLVII, 623—796, cum notitia de Mariano auctore Waitz ib. 601—622; cur. Mac Carthy in op. inscripto The Codex Palatino-vaticanus n. 830, Dublini 1892. Tribuuntur ei quoque quaedam inedita, ut concordia evangelistarum, scholia interlinearia et marginalia in ep. Pauli etc., sed cf. annot. 2 p. 1064.

596. Insignis historiographus est Adamus vulgo bremensis dictus, canonicus et probabiliter scholarum magister, de quo ita Lappenberg in notitia suae ed. praemissa (Migne CXLVI, 433): „Paucissimi sane sunt inter medii aevi historicos, qui rerum traditarum gravitate, perspicuitate, judicii ingenuinitate, fontium scriptorum cognitione, sermonum ore traditorum accurata perceptione ita emineant, ut Adamus magister scholarum bremensium. Accedit quod archiepiscopatus hamburgensis et regnorum huic dioecesi subjectorum, quorum ille historiam tradit, septentrionalium annales omnino fere desiderantur . . . Quid quod multa alia de rebus germanicis et slavicis scitu dignissima, necnon de Britannia et Hiberhia haud contemnenda meminit.“ Stilo utitur nonnihil duro, sed veraci et sincero; fontes, ex quibus suas hausit notitias, aperit atque ex iis apte concinnat opus pretiosum inscriptum *Gesta hamburgensis ecclesiae pontificum* ad a. 1072, vel Historia ecclesiastica, seu Bremensium praesulum historia ll. IV, quorum IV. continet descriptionem insularum Aquilonis. Aliis editionibus omissis[1]) prodiit inter Script. rer. Germ. in usum schol.

[1]) Robertus patria Lotharingus transiit in Angliam ibique factus est episcopus herefordiensis (1079; † 1095). Hic chronicon Mariani Scoti diffusum defloraſse dicitur, ut magis valere videatur defloratio, quam ingentis voluminis diffusio, ut scribit Joannes tinmuthensis in Hist. aurea XXII, 2. Ea autem prodiisse scribitur Basileae 1559; recepta fuit a Pistorio inter ill vet script. rer. germ. pag. 266—456. Inscribitur autem aliter atque aliter, ut opus *de annis Domini*, sive Excerpta e chronicis Mar. Scoti etc. Cf. Hist. lit. VIII, 414—418. — Cuidam Dodechino, quem dicunt fuisse presbyterum in Longenstein, natione Teutonicum, et abbatem in monasterio Disibodenberg, tribuitur continuatio seu *appendix* ad chronicon Mariani Scoti ab a. 1084—1200, quem edidit Pistorius ad calcem suae Mariani ed. SS. rer. Germ. I², 457—476 etc. Verum hic abbas est fictus, neque auctor hujus appendicis. Cf. Potthast p. 382.

[1]) Cf. Potthast p. 10 ss.; Fehr KL. 1, 211: Bertheau Realenc. 1, 161; Wattenbach II, IV § 11.

ex rec. Lappenbergii Hannoverae 1846; 1876 ed. altera prolegomenis ditata; et in MG. SS. VII, 267—389; Migne CXLVI, 451-620. Fuit etiam versa in linguam danicam et germanicam (Berlin 1850; 1888). Ejus quoque est libellus *de situ Daniae* et reliquarum, quae trans Daniam sunt, regionum, apud Migne l. c. p. 619—660. Obiit 12. Oct., sed quo a. non liquet.

597. Alter celeber historiographus est Lambertus (Lampertus) patria forte Thuringius n. c. 1025, dictus subinde aschafnaburgensis (schnafaburgensis), qui factus est 15. Mart. 1058 monachus hersfeldensis eodemque anno ordinatus presbyter. Mox iter instituit in terram sanctam, inscio tamen abbate: a quo moribundo veniam impetravit. Scripsit *Annales* ab o. c. — 1077: initio quidem sunt jejuni, ab a. 1040 jam pleniores, maxime vero ab a. 1069. Narratio est limpida, forma elegans, stilus nitidus et simplex, magni momenti propter rerum notitias. Fatendum tamen est recenter quosdam criticos eorum pretium plurimum imminuere[1]), cum antea magni fierent. Omissis editionibus prioribus[2]) prodierunt in MG. SS. III, 22—263; inter scr. Germ. in usum scholae Hannoverae 1843; 1877; Migne CXLI, 443—582, pars prior; altera ib. CXLVI, 1053—1248; iteratis vicibus germanice redditi, ut a Hesse Berlin 1855; Lipsiae 1883 ed. altera cur. Wattenbach. Scripsit et historiam hersfeldensem sive libellum *de institutione herveldensis ecclesiae* 755—1074, ex qua excerpta tantum habes in MG. SS. V, 136—141, et inter ejus op. edita ab Holder-Egger 1894 p. 343—354: juxta quem ipse auctor est[1]) *vitae s. Lulli* in Act. SS. 16. Oct. VII, 1083—1091; in MG. SS. XV, 1, 132—148 et inter Lamberti opp., Hannoverae 1894 p. 307—340, ubi reperiuntur ultima quinque cc., quae antea desiderabantur. Sed ea vita caret pretio historico, etsi formam si spectes eleganter sit scripta. Tribuuntur ipsi et quaedam *carmina*, quorum genuinitas non est certa. Non desunt qui ei tribuant Carmen *de bello saxonico* seu Gesta Heinrici imp. (IV) metrice, primum ed. Argentorati 1508, aliisque edit. omissis in MG. XV, 2, 1218—1235 cur. Holder-Egger; et inter Scriptores rer. germ. in usum schol., Hannoverae 1889. Carmen est admodum elegans puroque stilo et magna arte concinnatum, quod tamen juxta alios est Ruperti ep. bambergensis († 1102) vel Gotscalci praepositi s. Mariae aquisgranensis vel auctoris anonymi[2]). Magna enim exarsit controversia literaria de hujus carminis auctore. Ceterum nihil fere de auctoris nostri fatis scimus, neque quo obierit anno. — Alius ab eo est Lantbertus monachus blandiniensis synchronus (fl. enim 1079), cujus exstat libellus seu ep. encyclica *de loco sepulturae s. Florberti* ab. blandiniensis († c. annum 661) contra monachos s. Bavonis gandavenses, in Mon. G. scr. XV, 2, 642—644; Act. SS.

[1]) Ita Floto, Delbrück, Giesebrecht, Holder-Egger etc. Lamberti merita et auctoritatem nisi sunt tueri Lefarth, praesertim Eigenbrodt Lampert v. H. und die neuere Quellenforschung, Cassel 1896, et L. v. H. und die Wortauslegung. Eine Entgegnung, Leipzig 1896: contra quem cf. Scholle in hist. Jahrb. 1900 XXI, 447-461. Wattenbach II[5], IV § 14 quaedam sane in eo carpit, sed ab impugnatione subinde satis mordaci, a studio partium et calumniandi eum omnino tuetur.

[2]) Cf. Potthast p. 705; Knöpfler KL. VII, 1338-1340; Lefarth Lambert von Hersfeld, 1871.

[1]) Cf. Holder-Egger N. Arch. der Gesch. für ält. d. Geschichtsk. 1883 IX, 2, 283—320, quem cf. ib. 1894 XIX, 1, 141-213; 371—430; 510—547 fuse de nostro auctore disserentem.

[2]) Cf. copiosam literaturam ap. Potthast p. 189; Wattenbach II[5], 80-83.

1. Nov. 1, 370—372. — Rainaldus archidiaconus s. Mauritii andegavensis[1]) scripsit *Chronicon* breve ab a. 976-1075: quae sequuntur ad a. 1152 vel 1277, aliena manu adjecta sunt. Ediderunt illud Marchegay et Mabille in Chroniques des égl. d'Anjou p. 3—16. — Aethelweard (Ethelwerdus, Elwerdus) pronepos regis Ethelwerdi I († 974) scripsit stilo admodum rudi et impedito, sed omnino fideli *Chronicon* de rebus anglicis[2]) a Christo n. ad a. 974, quod habes apud Savile Scr. rer. Angl., Londini 1596 p. 473-483 (ed. Francof. p. 830—850) et in Monum. hist. Britann. I. 1848 p. 499-521. Obiisse conjicitur c. 1090.

598. Ecclesiarum particularium historiam plures narrant[3]). Huc referri potest *liber pontificalis* eichstettensis (741—1074), quem suis sumptibus conscribi fecit Gundechar sive Gunzo episcopus (1057—2. Aug. 1075), vir integerrimus, omnibus carus, subditorum non dominus, sed parens benignissimus, ab omni cupiditate alienus, ecclesiastici muneris officiis et veris gregis sibi commissi commodis adeo intentus, ut praeter cetera, quae fecit, 126 ecclesias ipse dedicaverit; pastor denique bonus, cujus tota semper erat intentio, omnia sua in usum suae convertere ecclesiae. Liber ille modo adhuc servatur, atque complectitur praeter alia nomina episcoporum et ecclesiarum ab ipso consecratarum, Kalendarium cum necrologio, ordinem ecclesiasticum secundum Romanos et Gallos, benedictiones et orationes, episcoporum imagines etc.; sequuntur multorum continuationes ad a. 1697. Edidit primum Bethmann in MG. VII, 242—253 (cum continuatione ad a. 1544); Migne CXLVI, 979-1004; Suttner in Tabula Leonrodiana eystettensi explicata et illustrata, 1867.

599. Arnulfus mediolanensis, vir eruditus, rerum, quae sec. XI ad a. usque 1077 Mediolani acciderant, scripsit *historiam* oculatus ipse testis praemissa brevi rerum post a. 925 gestarum narratione. Arnulfi I archiepiscopi (970—974) ex fratre pronepos erat. Clericusne an laicus fuerit, certo testimonio non constat: sed ex toto scribendi genere et ex rerum scientia merito conjicitur clericus fuisse. Initio quidem clericis favit conjugatis schismatis spiritu infectus. Coeperat opus suum, cum adhuc turbae Mediolani durarent i. e. ante a. 1073. Deinceps silentium servare sibi proposuerat, sed cum turbae viderentur compositae, calamum resumpsit, ne rerum memoria periret. Addidit igitur l. IV., quo narrationem ad Herlembaldi mortem a. 1075 deduxit. In operis fine protestatur se veritatis studio ductum scripsisse, neque a doctrina eorum, qui venalitatem ordinum sacrorum et incontinentiam sacerdotum impugnarent dissen-

---

[1]) Alius ab eo est Rainaldus (Rainard) episcopus lincolniensis (1065†3.Apr.1085), cujus *Vita, agon et triumphus s. Mamantis M.* sub Aureliano Caesare in Cappadocia legitur in bibl. floriacensi Jo. de Bosco II. 210—226.

[2]) Cf. Potthast p. 25.

[3]) Sub Balderici cameracensis nomine, qui Lietberto et Gerhardo II episcopis a secretis et cantor teruanensis (fl. 1094) erat, prodierunt *Gesta pontificum cameracensium* ab a. 500-1076 cura Colvenerii, Duaci 1615 ed. egregia; Le Glay Cambray 1834; cur. Bethmann in MG. SS. VII, 393—489, cum continuationibus et additionibus p. 489-525; Migne P. L. CXLIX, 9—288. Sed jam dubium est, num hoc opus sit hujus Balderici. Auctor utitur sermone minus quidem eleganti, simplici tamen et sincero, nunquam sciens falsa tradit, nec rerum gestarum tenuitatem commentis exornare studet. Cf. Bethmann in suis observ. praeviis (Migne l. c. p. 9—22); Potthast p. 514. Ejusdem auctoris gestorum illorum est *Vita s. Gaugerici* ep. cameracensis († 622 vel postea) ll. III, in Act. SS. 11. Aug. II, 675—693. Cf. Histoire lit. VIII, 400—407, quae utrumque opus huic Balderico tribuit, eumque distinguendum esse a Balderico ep. noviomensi († 31. Maj. c. 1113) monet.

tire, sed modum, quo omnia gesta essent, improbare. Romanam Ecclesiam nunquam erravisse aperte profitetur. Scribendi genere usus est simplici et satis puro. In temporum descriptione parum curae posuit. Brevitati ita studuit, ut plurima scitu digna reticuerit, cum prolixiores Landulfi narrationes et obscurae sint fideque parum dignae[1]). Integra ejus historia inscripta *Rerum sui temporis ll. V* seu Gesta archiepiscoporum mediolanensium (925—1077), primum prodiit a. 1711 inter Leibnitii script. rer. brunsvic. III, 727-746; apud Burmann Thes. It. IV p. 4; in MG. SS. VIII, 6—31 ed. Bethmann et Wattenbach; Migne CXLVII, 285—332. — Landulfus, quem mox nominavimus, scripsit pariter *Historiae mediolanensis* ll. 4 ab a. 374—1085. Ipse forte fuit »sacerdos conjugatus, scribit Muratori[2]) in prolegomenis suae ed., certe conjugati sive concubinarii cleri patronus acerrimus. Quare nil mirum si illius libros occupet enormis maledicentia in rom. pontifices, tum in quoscunque probos incontinentiae infestos mira petulantia, recurrente sive opportune sive importune variis in locis pravae consuetudinis tutela aliorumque contra sentientium accusationes.« Ei exprobrat ignorantiam, fidem ejus in dubium vocat, multa enim pro genuinis aliorum foetibus posteritati nimis credulae obtrudere studuit: stilum notat solecismis, nedum barbarismis ad satietatem abundantem, enormes quoque anachronismos carpit. Edidit illam historiam Muratori inter Scr. rer. It. IV, 59—120; Wattenbach in MG. SS. VIII, 32—100; Migne CXLVII, 817-954.

600. *Gesta archiepiscoporum rotomagensium* apud Mabillon Anal. II, 424—455 tribuuntur Fulberto[1]) archidiacono rothomagensi, qui dictus est sophista (fl. c. 1070). Ipse quoque collegit *miracula s. Audoeni* (Ouen) archiep. rotomagensis († 683), in Act. SS. 24. Aug. IV, 825—840, et scripsit *vitam s. Romani* ep. rotomagensis († 639), apud Mabillon Act. SS. II, 952; forte et *s. Remigii* ejusdem ecclesiae ep. († 771). — Hemmingus monachus wigorniensis collegit *Chartularium ecclesiae wigorniensis,* quod edidit Thom. Harnius, Oxonii 1723 t. 2; l. *de ecclesiae wigorniensis incrementis* in Monasticon anglic. 1, 134; Migne CL, 1491—1494; reliquit et brevissimam *Vitam s. Wulstani* ep. wigorniensis († 1095), ib. p. 1489—1492. — Donationes ecclesiae novionensi (Noyon) factas recenset Guido thesaurarius et cancellarius ejusdem ecclesiae (fl. ex. sec. XI), quibus inseruit historiam admodum succinctam ejusdem episcoporum ab a. 932, quo ex op. Jac. le Vasseur in Annales de l'Eglise cathedrale de Noïon, Paris 1633, fragmenta quaedam exhibet.

---

[1]) Ita Wattenbach in notitia praemissa suae ed. Cf. Potthast p. 121.

[2]) Cf. etiam Wattenbach, qui in notitia suae ed. praemissa (apud Migne CXLVII, 803—810, quam excipiunt ib. prolegomena Muratorii p. 809—818) affirmat eum „partium magis quam veritatis studio ductum et coeco nonnunquam furore abreptum“ esse. Cf. praeterea Giesebrecht Gesch. der Kaiserzeit II², 564, qui de eo dicit: der die Geschichte bis zur Fabel carikirt und die Ereignisse bis zur Unkenntlichkeit entstellt. Ceterum hic Landulfus distingui debet a Landulfo juniore pariter historiographo mediolanensi (fl. 1137; cf. Nomencl. ed. prioris IV, 37), a Landulfo de Columna (de quo cf. ib. p. 403) et a Landulfo, qui dictus est Sagax, de quo cf. supra p. 679.

[1]) Alius ab eo est Fulbertus monachus s. Audoeni seu gemeticensis (fl. c. 1092), qui *vitam* scripsit *s. Aichardi* (Aicardi) ab. gemeticensis in Normannia († c. 687) apud Surium in Vitis SS. 15. Sept. IX, 152. Ei ab pluribus tribuuntur *miracula s. Audoeni* Fulberto rotomagensi adscripta. Saepe hi duo confunduntur, una cum tertio, qui ineunte sec. sequenti erat archidiaconus rothomagensis voluitque in veste Benedicti mori. Cf. de his tribus Hist. lit. VIII, 370—385.

601. De singularibus monasteriis egerunt[1]) Tomellus O. S. Ben., Balduini cognomento Montani, Flandriae et Hannoniae comitis secretarius in historia hasnoniensis monasterii (670—1070) sive *de laudibus Balduini VI.,* quod opus fide dignum est, quia auctor nihil solido fundamento non subnixum scriptis mandavit scrutatis diligenter monasterii archivis. Prostat in Martene thes. anecd. III, 777—793, non satis accurate; Migne P. L. CXLVII, 587—600; MG. SS. XIV, 149-158 cur. Holder-Egger[2]). — Godefridi stabulensis coenobii monachi O. S. Ben. (fl. c. 1080), est *Triumphus s. Remacli* de malmundariensi coenobio[3]), scil. adversus Annonem archiepiscopum coloniensem, qui hoc monasterium sibi subjicere nitebatur. Habes illum in Migne CXLIX, 287—334. — Sulcardus O. S. Ben. westmonasteriensis *chronicon* composuit, cujus fragmentum reperitur in Monasticon Anglicano 1, 57; Migne P. L. CLV, 1635—1638. Floruit[4]) exeunte sec. XI, juxta alios sec. XII. — Fulco O. S. Ben. abbas veteris Corbejae (1048—5. Dec. 1095) ob munus egregie gestum dictus ‚Magnus', collegit *Acta* (diplomata et documenta) *monasterii corbejensis* apud Mabillonium Acta SS. III, I, 329 (ed. 2 p. 316). — Simili modo Paulus monachus (1028, usque ad a. 1088) carnotensis, collegit ll. 2 chartas et documenta, quorum 1. inscripsit *Aganus* vel l. Agani, 2. *l. Ragenfredi,* quia complectuntur horum episcoporum donationes[1]). Inseruit digressionum instar multa facta quae vel monasterium vel generatim illa tempora spectant. Migne CLV, 185-368. Inde d'Achery historiam novorum manichaeorum hausit, quam inseruit Spicil. II, 670—676, unde ea transit in coll. conc. Labbe IX, 828-842. — Joannes monachus farvensis O. S. Ben. cognomento Grammaticus collegit *chartas* sui monasterii et disposuit addita praefatione carmine expressa (fl. 1092). Catalogum illarum chartarum ab a. 691—817 dedit Muratori Antiq. V, 687: reliquae in cod. mscr. desiderabantur. — Falco O. S. Ben. vir literatus et religiosus scripsit *chronicon trenorchiense* (Tournus), quod edidit P. F. Chifflet cum Histoire de l'abbaye royale et de la ville de Tournus, in append. p. 3—31, Divione 1664; 1733 ed. emendata a M. Juenin. Continentur ejus initio *Passio s. Valeriani* († c. 178 vel 179), cujus corpus ibidem requiescit, et ejusdem translatio cum miraculis[2]).

602. Raimundus de Agiles (Aguilers, Arguilliers) canonicus podiensis (Le Puy) a. 1095 in terram s. abiit et res ibi per quinquennium gestas testis oculatus fideque dignus descripsit in *Historia Francorum,* qui ceperunt Hierusalem, quae prodiit apud Bongars Gesta Dei per Francos 1, 139—183; Migne CLV, 591—668; in Recueil des historiens des croisades. Hist. occ. ed. 1868, III, 235—309. Fusius narrat inventionem s. Lanceae, cui ipse interfuit[3]). — Hujus etiam historia usus est Petrus Tudebodus (Teutbodus, Tudebovis), sacerdos sivracen-

[1]) Praetermittimus B. Bartholomaeum abbatem Majoris monasterii (Marmoutier) Ci., cujus ep. *ad Ernaldum* pro juribus sui monasterii exstat apud Mabillon in Act. SS. t. VI, 2, 384; Migne CXLIX, 393—404. Obiit 22.—23. Febr. 1084. — Gislebertus (Gilbertus) monachus elnonensis († 1095) descripsit *incendium monasterii s. Amandi* elnonensis a 1066 ll. 4 versibus leoninis in MG. SS. XI, 414-432, prosa in Act. SS. 6. Febr. 1, 879-881, ubi etiam fuse narrat *historiam miraculorum* corpore s. Amandi per Franciam deportato, p. 895—900; Migne CL, 1435—1448. Cf. Hist. lit. VIII, 429-433.

[2]) Cf. Potthast p. 1068; Hist. lit. VIII, 145—147.

[3]) Cf. Hist. lit. VIII, 147—150.

[4]) Cf. Hist. lit. VIII, 138—141.

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 254—260; Guérard Collection des Chart. de Fr. 1 p. CCLXVII, apud Migne CLV, 179-186.

[2]) Cf. Hist. lit. VIII, 327—330.

[3]) Cf. Hist. lit. VIII, 622—629.

sis (Sivrai dioecesis pictaviensis), qui et ipse in terram s. profectus gesta descripsit in Historia *de hierosolymitano itinere* ab a. 1095—1099 ll. V. Reperitur a quodam plagiario deformata apud Bongars 1, 1—29, historia originalis apud Du Chesne Hist. Fr. scr. IV, 773-815; Migne CLV, 763-823; juxta aliam prorsus recensionem et divisionem in Recueil mox cit. III, 1—117; cum continuatione ib. 167-229. Utitur stilo simplici et rudi, sed veraci et sincero[1]). — Ibidem reperies et ep. Anselmi de Ribodimonte (Ribemont) stilo simplici, sed nobili et veraci conscriptam ad Manassen archiep. remensem *de expugnatione urbis* Antiochiae p. 890—893; d'Achery Spicil. III, 431; Migne l. c. p. 469-475. Vir fuit in regenda militia mire industrius et in armis strenuus, qui in expugnando Arcae castello prope Tripolim magno commilitonum luctu lapide percussus periit a. 1099. Cf. Hist. lit. VIII, 496—500.

603. Scriptorum vitae sanctorum aliorumque virorum illustrium[2]) non est numerus, quamobrem illos breviter expediemus. Plurium sanctorum vitas reliquit Goscelinus (Gosselinus, Gotzelinus, Gotselmus etc.) natione Gallus, O. S. Ben. Bertinianus, de quo Guilelmus Malmesb. hist. Angl. IV, n. 342: »Hic monachus de s. Bertino cum Hermanno ep. Salesberiae quondam (c. a. 1055) in Angliam venerat insignis literarum et cantuum peritia. Is multo episcopatus et abbatias perlustrans tempore, praeclarae scientiae multis locis monumenta dedit in laudibus sanctorum post Bedam secundus, musicae porro palmam post Osbernum (cf. p. 1077) adeptus. Denique innumeras sanctorum vitas stilo extulit, veterum vel hostilitate amissas, vel informiter editas comptius renovavit. Hujus quoque (s. Augustini Anglorum ap.) translationis seriem ita expolivit, ut eam praesentibus monstrasse digito futurorumque videatur subjecisse oculo. Felix lingua, quae tot sanctis servierit: felix pectus, quod tot vocales melodias emiserit, praesertim cum in ejus conversatione certaret honestas doctrinae.« Obiisse legitur 15. Maj. 1098. Scripsit duplicem *vitam s. Augustini* apostoli Anglorum († 608) minorem, ed. a Wharton Angliae s. II, 55—71; inter opera Lanfranci ed. d'Achery app. p. 56—67; Migne P. L. CL, 743—764; et prolixiorem pp. IV constantem, adjicit enim miracula, ejusdem sancti aliorumque reliquiarum translationem: qua occasione et sex s. Augustini successores aliorumque sanctorum vitas attingit. Eam habes in Mabillonii Actis SS. 1, 499—559 (ed. ven. 1, 485—520) et in Actis SS. 26. Maj. VI, 375—411; Migne LXXX,

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 629—641.

[2]) *Vitam Conradi*, qui a. 1066 archiepiscopus trevirensis ab Henrico IV. promotus, sed a trevirensibus, antequam urbem ingrederetur, occisus est, scripsit Theodericus monachus O. S. Ben. tholegiensis c. a. 1073. Sed cum de hac certi nihil habuerit, pauca tantum eaque leviori calamo tradidit. Sermone utitur, initio praesertim, tumido, Scripturae s. locis nimis exornato. Eam habes in Act. SS. 1. Jun. 1, 127-134 imperfecte, melius in MG. SS. VIII, 213—219 cur. Waitz, Migne P. L. CLIV, 1251-1268. Cf. Hist. lit. VIII, 78 s. — Alius est a Theodorico monacho dunelmensi in Anglia, qui dicitur familiaris et confessarius s. Margaritae reginae Scotiae († 1093), cujus vitam scripserit (in Act. SS. 10. Jun. II, 328), quae tamen ab aliis tribuitur Adelredo († 1166) vel Turgoto († 1115), ut diximus Nomencl. ed. prioris IV, 34. — Alius quoque est a Theodorico monacho O. S. Ben. s. Audoeni, cujus exstat hujus archiep. rotomagensis († 683) *vita* metrica Migne P. L. CL, 1189—1192. Floruit c. 1074. Nonnemo ei tribuit *Gesta archiep. rotomagensium*, de quibus egimus supra sub nomine Fulberti rothomag. (p. 1072). Cf. Hist. lit. VIII, 364—370. — Alius est et Theodoricus II. O. S. B. abbas monasterii s. Huberti andaginensis, qui multas passus est vexationes († 12. Jul. 1109), cujus literas (3) in sua causa exhibet Martene ampl. coll. t. IV.

43—94. — *Vita s. Ivonis* ep. persae et trium ss. sociorum (sec. VII) in Anglia depositorum, in Act. SS. 10. Jun. II, 288—292; Migne CLV, 80—90, ubi habes p. 97—110 *vitam s. Wereburgae* V. filiae regis Merciorum in Anglia (sec. VIII) et in Actis SS. 3. Febr. 1, 386-390. — Ejus forte etiam sunt[1]): *Vita s. Amalbergae* V. in Actis SS. 10. Jul. III, 90—102, quae tamen juxta alios est Theodorici[2]) ab. trudonopolitani († 1107); *Vita s. Eadgithae* (Edithae) Eadgari Anglorum regis filiae et sanctimonialis († 984), in Act. SS. 16. Sept. V, 369—372; Migne CLV, 111—116; *Vita Swithuni* ep. wintoniensis († 862), apud Migne ib. p. 57—62, sed textus non videtur genuinus; sincerus prostat in Analectis boll. 1888 VII, 374—380 etc. Ceterum hae vitae, substantiam si spectes, sunt sat jejunae, stilo conscriptae turgido et diffuso: deest quoque judicium criticum.

604. Osbernus O. S. Ben. ecclesiae cantuariensis monachus et praecentor[3]), natione Anglus, vir multae pietatis et eloquentiae, in musica vero certe omnium sine controversia primus, Lanfranco archiepiscopo acceptus. Cum ejus aetate ecclesia cantuariensis incendio conflagrasset, hinc praecipua ejusdem monumenta et veterum archiepiscoporum vitae perierint, instantibus sodalibus jacturam nisus est resarcire, easque iterum concinnare. Ex his vitis exstant *Vita s. Dunstani ll. 2* apud Mabillon in Act. SS. V, 659—688 (ed. ven. p. 639); in Act. SS. 19. Maj. IV, 359—384; Migne CXXXVII, 407—456; Stubbs in Memorials of saint Dunstan 1874 1, 69—161. — *Vita s. Elphegi* cum historia de translatione, in Act. SS. 19. Apr. II, 631-642; Migne CXLIX, 375—394. — *Vita s. Odonis* († 958) apud Mabillon in Act. St. V, 288—296; in Act. SS. 4. Jul. II, 402-411; Migne CXXXIII, 931—944, quae tamen probabiliter est Eadmeri. — *Vitam s. Bregwyni* († 762) ab Eadmero fusius descriptam in epitomem redegit verbis tamen illius ut plurimum asservatis, in Act. SS. 26. Aug. V, 827-831. — *Vita Elfledae* seu Ethelfledae viduae (c. med. sec. X) Glastoniae in Anglia, in Act. SS. 23. Oct. X, 220—222. Exstat et ejusdem ad s. Anselmum ep. (inter hujus 2. Migne CLIX 11—17), qua eum humiliter rogat, ut archiepiscopatum, ad quem ipse electus fuerat, acceptet. Obiisse legitur 28. Nov. 1100. — *Vita s. Modvennae* seu Monynnae sive Darercae V. hibernae et abbatissae monasterii in Ard Conays († 516), quae legitur in Act. SS. 6. Jul. II, 297—312; in C. de Smedt Act. SS. Hiberniae p. 165—188, et ab aliis tribuitur vel Conchubrano scholastico († 1082) vel Guil. Eddio abbati burtonensi (fl. 1216) vel Galfrido burtonensi († 1151), non magnae fidei censetur.

605. Radbodus II. vir scientia et

---

[1]) Cf. Hist. lit. (VIII), 660-677; Fabricius bibl. lat. II, 71-73, qui plures alias vitas recesent, quae Goscelino tributae fuerint, vel ineditae manserint.

[2]) Huic tribuuntur etiam *Vita s. Rumoldi* ep. dubliniensis (sec. VIII) et Mechliniensium apostoli, quam edidit Hugo Vardaeus (Hugh Ward) O. Min. in op. *Acta*, martyrium, liturgia antiqua et patria *s. Rumoldi*, Mechliniae 1634 in 4; recogn. Th. Sirinus, Lovanii 1662; in Act. SS. 1. Jul. I, 241—249. — *Vita s. Bavonis* confessoris gandavensis († 653), in Actis SS. 1. Oct. I, 243—253. — *Vita s. Trudonis* († c. 698), quae exstat apud Surium 23. Nov. VI, 543—566. Hujus miracula narrat Stepelinus (Stephelinus, Stapalinus, Stephanus) O. S. Ben. monachus s. Trudonis († 1095) apud Mabillon in Act. SS. VI, 2, 85-102; Holder-Egger in Mon. G. XV 2, 822-830 col. 1320.

[3]) Alius est ab Osberno, de quo cf. Nomencl. IV, 85 a.; ab Osberto monacho, qui floruit sec. XII atque pariter *vitam* scripsit *s. Dunstani*, cujus fragmenta leguntur in Act. SS. Mabillonii V, 705—712; ed. ven. p. 684-691.

piis moribus apprime laudatus[1]) ad infulas noviomenses et tornacenses promotus est a. 1068. Simoniae quidem accusatus est, depositionem tamen vel poenam propterea non incurrit: neque Gregorius VII., neque Urbanus II. aliquid de eo constituerunt († 1098). Scripsit *Vitam s. Medardi* (sec. VI) in Act. SS. 8. Jun. II, 87—95; Migne CL, 1499—1518: quae tamen non est magni momenti. Ibidem p. 1517—1528 et in Actis SS. 11. Apr. II, 32—36 habes *Vitam* in forma sermonis panegyrici *s. Godebertae V.* († c. 700), quae ipsius esse videtur. — Folcardus (Foulcard) coenobii sithivensis (s. Bertini) in Flandria O. S. Ben. monachus, multa eruditione validus, Guilelmo Conquestori Anglorum regi familiaris, qui ipsum Tornejae constituit abbatem, dein in Anglia versatus est, donec ortis inter ipsum et episcopum lincolniensem simultatibus, ad monasterium suum rediit († p. a. 1084). Duplicem composuit *s. Bertini* ab. sithivensis in Morinis († c. 709) *vitam* (de quo tamen alii dubitant), breviorem alteram (ineditam), et alteram prolixiorem, quam habes apud Mabillon Act. SS. III, 1, 108—117 cum ll. 2 miraculorum (quorum primus tantum est ipsius) p. 117—153; Migne CXLVII, 1083—1140. — *Vita s. Joannis Beverlacensis* ep. eboracensis († 721) in Actis SS. 7. Maj. II, 168-173; Migne ib. p. 1161—1179. — Dubia est *vita Audomari* ep. tarvennensis († c. 667), apud Mabillon II, 559—565; in Act. SS. 9. Sept. III, 396-402; Migne p. 1179—1190. — Tribuuntur ipsi a nonnemine *vita s. Oswaldi* ep. wigorniensis et archiep. eboracensis († 992) et alia quaedam, de quibus cf. Hist. lit. VIII, 132—138: teste enim Ord. Vitali l. XI ad a. 1118, »delectabiles ad canendum historias suaviter composuit.«

[1]) Distingui debet a tribus aliis hujus nominis viris, de quibus supra egimus p. 895. Cf. Hist. lit. VIII, 455—461.

606. S. Alfanus (Alphanus) nobilissimis parentibus ortus ingressus est ordinem s. Benedicti in monasterio casinensi a. 1056, mox factus abbas monasterii s. Benedicti Salerni, et jam a. 1058 archiepiscopus salernitanus († 7. Oct. 1085). Vir erat egregie in literis versatus, qui plurima reliquit ingenii sui monumenta teste Petro diac. de vir. ill. cas. c. 19. Prodierunt ejus *hymni* in varios sanctos, apud Ughelli It. sacrae VII, 380; ed. secundae X, 47—78. — *Vita et passio s. Christinae V. et M.* Tyri apud lacum Vulsinium in Tuscia, apud Ughelli l. c. X², 80—90. — *Vita ss. MM. duodecim fratrum* metrica in Act. SS. 1. Sept. I, 144—155; Migne (cum aliis carminibus) CXLVII, 1219—1282. — Eodem anno (1085) decessit Lucas abbas monasterii Cryptoferratae O. S. Bas., cujus est *vita s. Bartholomaei* junioris, Nili junioris discipuli et in abbatis illius monasterii munere successoris († 1065), quae prodiit in P. Possini thesauro asc. p. 427; in Mai bibl. nova PP. VI, 513 ss. graece et latine; Migne P. G. CXXVII, 475—512 (cum encomio in eundem). — Forte ipsius quoque est praestans *Vita et conversatio s. P. Nili junioris,* ib. CXX, 509—588 latine tantum; in Act. SS. 26. Sept. III, 283—343. — Acta SS. *Arialdi diaconi* († 1066) *et Herembaldi* (1075) ducum illius partis in Lombardia, quae licentiae morum cleri se opposuit et Patariae nomen per contemptum accepit, exhibet accurate Andreas abbas volumbrosanus sancti discipulus († 1097), in Act. SS. 27. Jun. V, 281—303; in op. De ss. MM. Arialdo Alciato et Herlembaldo Cotta mediolanensibus veritati ac luci restitutis ll. 4, quibus historia med. in eo tempore mirifice illustratur . . . opera Jo. Petri Puricelli, Mediolani 1657 p. 28—33; Migne P. L. CXLIII, 1437-1486. — *Vitam s. Gualberti* ordinis

sui fundatoris († 1073) habes in Act. SS. 12. Jul. III, 343—365; Migne CXLVI, 765—790.

607. *Vitam s. Basini* archiep. trevirensis auctore Nizone abbate mediolacensi (Metlach 1066-1077) habes in Act. SS. 4. Mart. I, 315—320. Huic olim tributa etiam fuit *vita s. Liutwini* (Ludwini, Leodowini) archiep. trevirensis († 713), quae tamen videtur esse Theofridi epternacensis († 1110, de quo cf. Nomencl. IV. 45 ed. prioris): utraque tamen caret pretio historico. — *Vita s. Haimeradi* presbyteri et confessoris hasungensis († 1019) ab Ekkeberto (Ecberto, Egberto) monacho hersfeldensi O. S. Ben. (c. a. 1080) stilo turgido conscripta exstat in Act. SS. 28. Jun. V, 386—395; in MG. SS. X, 598—607 cur. Koepke. — *Vitam Pontii* ab. s. Andreae prope Avenionem († 1087) reliquit Raimundus (Ramnulphus) monachus O. S. Ben. ib., ejus aequalis ex relationibus Petri, sancti hujus discipuli et comitis, apud Mabillon in Act. SS. VI, 2, 494—501. Reliqua ejusdem opuscula astronomica et epitomes veterum scriptorum aliorum cf. in Hist. lit. VIII, 477—481. — Nagoldus (Naglodus, vitiose Nalgendus) monachus cluniacensis praeter *vitam s. Odonis,* quam supra laudavimus p. 881 a., descripsit etiam *vitam s. Majoli ab.* († 994), quae legitur in Act. SS. 11. Maj. 658—668. — *Vita s. Dominici* ab. exiliensis († 1073) tribuitur Grimoaldo O. S. Ben. cluniacensi, qui dein restaurandae disciplinae ecclesiasticae causa missus est in Hispaniam (fl. 1073). Scripsit stilo latino et eleganti. Ejus quoque est *Translatio s. Felicis Nolani* conf. et presbyteri († p. a. 312), in Actis SS. Mabillonii VI, 2, 670—674. Transtulisse fertur s. Biblia in linguam vulgarem: sed forte tantum descripsit[1]).

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 446—448.

608. Praetermittimus Stephanum O. S. Ben. abbatem s. Urbani in Jovis villa († 1079), de quo cf. Hist. lit. VIII, 61—64; Ursionem abbatem altimontensem in Hannonia († 1079), de quo cf. ib. p. 75. — Riquardum canonicum s. Donatiani brugensis (fl. 1085). — Hebretmum (Hebrelmus) O. S. Ben. monachum cluniacensem, scriptorem suo aevo satis politum, in Hispaniam cum aliis missum ad restaurandam disciplinam ecclesiasticam (fl. 1084), de quo cf. Hist. lit. VIII, 150—153. — Jocundum presbyterum, natione forte Gallum (fl. 1088), cujus[1]) *translatio et miracula s. Servatii* ep. tungrensis (fabulis repleta) integra primum prodiit cur. Koepke in MG. SS. XII, 87—126; ei tribuitur etiam *vita s. Monulphi* ep. trajectensis († c. 580) in Act. SS. 16. Jul. IV, 158. — Joannem archidiaconum barensem (fl. 1087), de quo cf. Fabricius bibl. lat. med. act. II, 340. — Christianum Silvae Majoris (Sauve-Majeure) monachum (fl. 1095), cujus *vita s. Geraldi*[2]) fundatoris hujus monasterii († 1095) legitur in Act. SS. 5. Apr. I, 423—430. — Hermanum archidiaconum († c. 1095), qui librum collegit *de miraculis s. Eadmundi* Anglorum orientalium regis et M. († 870) apud Liebermann Anglo-normannische Geschichtsquellen p. 231—281. —

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 341—344; Potthast 1570.

[2]) S. Geraldus (Gerardus, Girald) O. S. Ben. corbejensis monachus, ibidem cellerarius, dein abbas s. Medardi suessionensis, postea s. Vincentii laudunensis, demum fundator Silvae majoris in Aquitania et abbas plane illustris brevius scripsit *Vitam s. Adalhardi* ab. corbejensis innixus vitae a Pasch. Radberto concinnatae († 826), quam habes in Act. SS. 2. Jan. 1, 117—123: apud Mabillon Act. SS. IV, 1, 345-371; Migne CXLVII, 1045—1078. Cf. de eo Hist. lit. VIII, 407—414, ubi alia ejusdem scripta recensentur. *Vita s. Romani* ep. rotomagensis († 639) reperitur in Act. SS. 23. Oct. X, 91—94.

Garnerum (Garnier) monachum trenorchiensem (fl. ex. sec. XI). — Theobaldum (Thibaud) monachum lirensem, qui scripsit *vitam s. Gummari* ecclesiae lirensis fundatorem, quae reperitur in Act. SS. 11. Oct. V, 682—689. — Nevelonem monachum corbejensem (fl. 1096), qui Adonis *martyrologium* in compendium redegit, inserta etiam memoria benefactorum et amicorum sui monasterii. Mansit illud ineditum[1]), notitias quasdam inde derivatas Mabillon inseruit Annal. O. S. Ben. ut ex. gr. VI, 486.

609. Canones collegerunt praeter Anselmum lucensem, de quo cf. supra p. 1031, et Gregorium cardinalem episcopum sabinensem et legatum Gregorii VII. ad Henricum IV, cujus collectio canonum *Polycarpus* inscripta, pluribus constans ll. et a romanis correctoribus Gratiani etiam consulta, inedita mansit († sub Urbano II 1087—1099), Atto probabiliter mediolanensis, ab Alexandro II. creatus cardinalis (fl. 1081), qui fideliter stetit a partibus Gregorii VII, et cujus *Breviarium canonum* (a. 1087) complectens etiam decreta spuria romanorum pontificum a Clemente I ad Gregorim M. edidit Mai Script. vet. nov. coll. VI, 2, 60 ss., et alter illustris cardinalis Deusdedit (Deo datus), qui strenue Gregorii VII causam egit. Scripsit tempore Urbani II libellum *contra invasores et simoniacos* et reliquos schismaticos ed. a Mai in Nova PP. bibl. VII, 3, 77—114, in quo 1. contra eos agit, qui Ecclesiam regiae ditioni subjicere nitebantur; 2. contra s. Petri Damiani sententiam valorem ordinum a simoniacis collatorum negat. Duplex exstat hujus op. recensio, altera brevior, quae in cod. adnexa erat ep. s. Anselmi lucensis ad Wicbertum, unde factum est ut huic tribueretur. Et revera ejus fragmentum edidit Canisius in Act. lect. VI, 213—234; ed. 2. III, 378—388 sub nomine Anselmi lucensis; altera recensio est longior, postea exarata, ed. a. Sackur in MG. lib. de lite II, 300—365. *Canonum collectionem* edidit Pius Martinucci, Venetiis 1869. Ea distinguitur in pp. IV, quarum 1. agit de romanae Ecclesiae auctoritate, 2. de clero et 3. de rebus Ecclesiae; 4. de libertate Ecclesiae et rerum ejus et cleri. Utitur collectione Burchardi (p. 978) pluraque etiam documenta originalia exhibet[1]). Plura enim ex archivis hausit. Eam autem collegit, ut »auctoritatis sedis apostolicae privilegium, quo omni christiano orbi praeeminet, ignorantibus patefaceret.« Fuit enim acerrimus causae Gregorii VII. propugnator; juris vero canonici, necnon romani et secularis peritissimum se praestat. Haec canonum collectio a pluribus confunditur cum priori opere, cum utrumque distinguatur in ll. seu pp. 4, et in illo utatur pluribus canonibus et veterum testimoniis. A Berengario dicitur monachus tudensis. Obiisse legitur c. a. 1099. — Egregiam constitutionem pro treuga Dei edidit Henricus episcopus leodiensis († 31. Maj. 1091), cujus fragmenta tantum nobis asservavit Aegidius monachus Aureae vallis in gestis pont. leod. *Epistolae* ejus, alioquin pretiosae, fere interierunt. Cf. Hist. lit. VIII, 352—356.

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 590—592.

[1]) Cf. card. Hergenroether KL. III, 1551. De ipsa collectione Ballerini disq. de antiquis coll. con. p. IV c. 14 apud Migne LVI, 330 ss.; Stevenson Osservazioni sulla Collectio canonum di Deusdedit in Archivio della Società rom. di storia patria 1885 VIII, 305—398. De altero libro E. Sackur Zu den Streitschriften des Deus dedit in N. Arch. der Ges. für ä. deutsche Geschichtsk. 1891 XVI, 349—369. Ibidem 1893 XVIII, 135—153 *Dictatus papae* (cf. supra p. 1025) a. nostro cardinali tribuit; inde infertur eum etiam auctorem exstitisse registri epistolarum Gregorii VII. Cf. ib. et Löwenfeld X (1885), 311-329 die Canonsammlung des Deusdedit und das Register Gregors VII.

610. Antiquiores monasterii cluniacensis consuetudines[1]) collegit ll. 3 Udalricus, multae scientiae multaeque patientiae vir Ratisbonae illustri familia natus c. 1029, qui „velut Lucifer inter cetera poli sidera sic inter totius cognationis suae relucebat nobile schema.“ Aliquandiu haesit in aula Henrici III. imp., praesertim Agnetis imperatricis, quae eum magni fecit. Ab episcopo Frisingae ordinatus est diaconus factusque archidiaconus et praepositus. Post iter in terram sanctam ingressus est ordinem s. Benedicti in monasterio clunia censi (circa 1061), ubi ordinatus est presbyter et munere magistri novitiorum auctus. Instituit rexitque aliquot monasteria. A prioratu Cellae (Zell) in Brisgovia, quem instituerat, solet vocari Cellensis. Utroque captus oculo decessit 14. Jul. 1093 in odore sanctitatis, unde a sodalibus inter sanctos colitur[2]). Habes ejus opus in d'Achery Spicilegii IV, 21ss.; 1², 641; Migne CXLIX, 635-778. Multas quoque scripsit *epistolas* de disciplina regulari, quae intercidisse videntur. — Guido O. S. Ben. farvensis monachus, dein et abbas (1039) disseruit ll. II de usu et ordine ad ornandam Ecclesiam, necnon ad conservandam regularis tramitis normam in coenobio farvensi, qui prodierunt inscripti *Disciplina farvensis* et monasterii s. Pauli Romae, in praeclara sylloge veterum monumentorum, cui titulus: Vetus disciplina monastica ed. a Benedictinis congr. Silvae nigrae (Hergott) Parisiis 1726 p. 37—132; Migne CL, 1193—1300. Sed longe accuratius edidit ex cod. vat. *Consuetudines farvenses* Br. Albers congr. beur. Stuttgardiae et Vindobonae 1900, quae ed. ab illa nonnihil differt.

611. De s. liturgia meruerunt praeter Bernoldum constantiensem (cf. p. 1034) ob suum egregium *Micrologum,* Joannes comes bajocensis, episcopus abrincensis (1061), dein archiepiscopus rotomagensis († 9. Sept. 1079), in l. *de officiis ecclesiasticis* seu l. de diversis consuetudinibus ecclesiarum in officiis divinis, Rotomagi 1642 cum notis Prevotii; ib. 1679; Migne CXLVII, 27—63 (64—116), in quo agit de horis canonicis, de missa, de anno ecclesiastico deque vestibus liturgicis, ac praesertim ritus accurate stilo simplici et nitido describit atque mystice interpretatur. Habuit plura concilia, quorum decreta lectu sunt digna, apud Labbe IX, 1225—1230; X, 310 s. et Bessin in conc. Norm. p. 54—66. Quasi alter Phinees se opposuit clericorum incontinentiae intentata excommunicationis poena, quo zelo ita in se concitavit illorum iram, ut lapides arriperent vixque ipse evaserit mortis periculum. Ejus *epistolae* perierunt: exstant ad eum adhuc ep. V Lanfranci, quem in suis consulebat dubiis[1]). — S. Osmundus (Hosimundus, Elimundus etc.) Normannus, nobilibus parentibus natus secutus est Guilelmum Normanniae ducem, qui occupata Anglia eum constituit suum

[1]) Easdem collegit in discipl. monastica infra cit. p. 134—164 luculento sermone et eodem fere tempore Bernardus ejusdem monasterii sodalis. Cf. Hist. lit. VII, 595—597. — Joannes monachus italus, qui sub Odilone (994—1049), in monasterio cluniacensi degit, illas retractavit pro monasterio farvensi. Ejus opus asservatur msc. in bibliotheca vaticana.

[2]) Cf. Hist. lit. VIII,, 385—396. Vita ejus antiqua, cujus exstant fragmenta apud Mabillon VI, 2, 779—804, est retractata in Act. SS. 10. Jul. III, 149-170; hujus excerpta et prioris fragmenta in MG. SS. XII, 249-267 ed. R. Wilmans. Cf. E. Hauviller Ulrich v. Regensburg Mönch von Clugny t. III. Kirchengesch. Studien ed. Knoepfler etc. 1896, cujus epitomen exhibet Koch theol. prakt. Monatschrift Passau 1902 p. 374 ss.; 452-458. Cf. tamen Anal. boll. 1897 XVI, 206, quae censent, auctorem prae nimio prurito critico s. Udalricum nonnihil deformare.

[1]) Cf. Hist. lit VIII, 64—75; Franz die Messe im d. MA. p. 425 s.

cancellarium, dein dixit episcopum saresberiensem (c. 1078; † 3. Dec. 1099). Ejus memoria[1]) ab Ecclesia recolitur 4. Dec. Ut cultus divini induceret uniformitatem, concinnavit *librum Ordinalem* seu Consuetudinarium Ecclesiae seu de officiis ecclesiasticis libellum, quo complectebatur non solum ritus servandos, sed et lectiones recitandas, orationes cantandas etc. Erat per Angliam in usu usque ad hujus regni defectionem ab Ecclesia catholica.

612. Praeter tot alios, quos jam laudavimus, nonnullos adhuc inter ascetas[2]) referre licet. Joannes, ab exilitate staturae Joannellus, Joannelinus dictus, patria Ravennas, Divione in monasterio s. Benigni O. S. Ben. vitam religiosam est professus. In literis bene institutus in medicinae quoque arte peritus celebratur. Praepositus est urgente Roberto Normanniae duce monasterio fiscamnensi abbas c. a. 1028, quod sancte rexit ultra annos quinquaginta. Jam senex iter instituit Hierosolymam versus, qua occasione incidit Mohammedanorum captivitatem, qua demum ereptus domum rediit obiitque 22. Febr. 1079. In utilitatem Agnetis imperatricis, Henrici III. quondam uxoris, composuit aliquot opuscula ascetica de Scripturis et verbis patrum collecta, ut l. *variarum precum,* qui distinguitur in 2 pp. Reperitur hic libellus magna ex parte in opusculo inscripto *Meditationes,* inter opuscula dubia vel spuria s. Augustini, Migne XL, 901—942; quae forte compilatae sunt ex opusculis Joannis, qui Augustini verbis identidem usus est. Mentionem quoque facit Joannes noster opusculorum, quae scripserit, scil. de institutione viduae, de vita et moribus virginum, de eleemosynarum dispensatione, de divina contemplatione, de superna Hierusalem, quorum fragmenta cum aliquot *epistolis* habes in Mabillon Analectis I, 120 s. et Martene Anecdotis 1, 153 ss., Migne CXLVII, 443—477. — Theodorici canonici paderbornensis (fl. c. 1079) exstat perbrevis commentarius *in orationem dominicam* in Pezii thes. Anecd. II, 2, 57 et in Migne P. L. CXLVII, 333—340. — Hamelinus de Verulamio, Anglus, discipulus Lanfranci, coenobii s. Albani O. S. Ben. prior, scripsit l. *de monachatu,* ex quo excerpta vulgavit Martene in thes. Anecd. V, 1443—1456. — S. Joannes Gualbertus[1]) ordinis vallumbrosani fundator († 1073) „collegit plurima ss. patrum capitula, dicta, doctrinam et exhortationes, ex quibus adversus simoniam universos instruebat et armabat, quatenus illam non solum refugere, verum etiam possent impugnare.“ Quaedam ejusdem preces exhibentur in Actis 12. Jul. III, 322 Migne CXLVI, 971—980. Duae ejusdem *epistolae* reperiuntur in ejus Vita. — G. M. Dreves in op. *Godescalcus Limpurgensis* Gottschalk Mönch von Limburg und Propst von Aachen, ein Pro-

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 573—581.

[2]) De Philippo Solitario monacho graeco, qui sub Alexio Comneno (1081—1118) vixit cf. Ehrhard KL. IX, 2033. Reliquit duo carmina moralia scil. *dioptrae ll. IV* sive amussis rei christianae ad Callinicum monachum, Ingolstadii 1604 interprete J. Pontano, in forma dialogi inter corpus et animam, in quo agit de caritate, bonorum operum necessitate, tentationum utilitate, confessione, dein de productione animae, ejus conjunctione cum corpore, deque aliis quaestionibus antropologicis et eschatologicis. Habes illud apud Migne P. G. CXXVII, 701—878. Aliud geminum carnem edidit E. Auvray Bibl. de l'école des hautes études, Parisiis 1875 fasc. 22; E. S. Shuckburgh The Soul and the Body, Cambridge 1894 cum commentario. Tr. *de rebus Armeniae* apud Migne p. 879-982 non videtur ipsius esse.

[1]) Ejus vitam scripsit B. Azzo (Atto) sodalis, abbas et episcopus pistoriensis († 22. Maj. 1153), ut diximus Nomencl. IV, 110 ed. prioris.

sator des 11. Jahrh. († 1098), Leipzig 1897, publicae luci dedit quosdam ipsius *sermones* et *sequentias* (aliquot antea ineditos). — Huc quoque referri poterit Jacobus monachus graecus, qui ex scriptis proditur auctor devotus, pius, doctus, sed de cujus vita et gestis nihil plane constat: conjectura vero est eum floruisse exeunte sec. XI. Reliquit *sermones* sex in varia b. M. V. festa, quorum IV habes in Ballerinii sylloge mon. ad mysterium conc. immac. V. Deiparae illustrandum t. 1 et 2, cum fragmento V. in Deiparae desponsationem, unum in Combefisii Auctario I, 1248—1285, omnes in Migne P. G. CXXVII, 543—700. Libenter utitur sermonibus Georgii nicomediensis (cf. supra p. 867), et scriptis apocryphis. Plures sermones et forte epistolae adhuc ineditae ei tribuuntur: num vero sint genuinae, non liquet.

613. Reliqui aliqui sunt, quos nominasse sufficiet. Ita supersunt aliquot *epistolae* Hettilonis (Hezilo, Hecelo, Ethilo) ep. hildesheimensis (1054—1079), qui bene in Gallia institutus aulae caesareae erat capellanus, praepositus goslariensis et (1053) cancellarius pro Italia. Suae dioecesis promovit bonum, sed characteris erat vehementis et praepotentis, de quo cf. Th. Lindner Allgem. d. Biogr. XII, 382. Epistolas ejus exhibet Sudendorf Registrum oder merkwürdige Urkunden für die deutsche Geschichte. — *Epistolas* S. Gebuini (St. Jubin) archidiaconi lingoniensis et archiepiscopis lugdunensi (1077—1082), habes apud Baluzium in ed. diss. Petri de Marca *de primatu lugd.*, Parisiis 1669, et ejusdem *de conc. sacerdotii et imperii*, ib. 1663; 1669; 1704. — (Guilelmus) Walo O. S. Ben. in monasterio s. Arnulphi metensi, erat ejus abbas (1060) et ab a. 1073 monasterii s. Remigii remensis, qui tamen multa passus est sub Manasse I archiepiscopo remensi. Dolendum quod se permiserit a Theodorico virodunensi ordinari in episcopum metensem in locum Hermanni ab Henrico IV. ejecti. Poenitentia tamen ductus munere illegitime suscepto se abdicavit cessitque legitimo praesuli († 22. Dec. 1089). Ejus *epistolas* habes[1]) in Mabillonii Anal. I, 276—281 (ed. 2. p. 455); Migne CL, 875—886. Inter eas majoris momenti est una de electione Gregorii VII, apud Mab. p. 247-276, sed erronee sub Guilemi nomine. — Rainoldi (Raynaldi, Renauld) remensis episcopi (1083; † 21. Jan. 1095) *epistolas* ibid. reperies[2]) p. 1381-1391; pariter *epistolas* Henrici clerici pomposiani (p. 1345—1360), qui a. 1093 indicem ll. exhibet, quos Hieronymus illius monasterii abbas describere fecit et in divitem collegit bibliothecam. — De Guilelmo bajocensi ex abbate O. S. Benedicti episcopus durhamensis (1080—2. Jan. 1096) cf. Hist. lit. VIII, 433—438.

614. Fulcojus (Fulco, Fulconus) cum tot aliis poësi indulsit. Patria fuit Bellovacensis n. c. 1020 meldensis ecclesiae subdiaconus († c. a. 1090). Eum ab oblivione vindicavit Mabillon. Distinxit sua poemata in tres partes:

„Cujus Utrum, cujus Neutrum, cujus sit Utrumque
Nomen et est, arat hoc, serit istud, colligit illud,“

ut poëta sec. XI exeuntis de ea collectione canit. Scil. pars prima continet tantum quaedam suae Musae specimina, epistolas, epitaphia, elogia Alexandri II, Gregorii VII., archiepiscoporum aliorumque virorum illustrium. Altera pars nondum audet aggredi quod poëta sibi proposuit, et versatur circa vitas sanctorum dioecesis meldensis. In p. tertia de nuptiis agit Christi cum Ecclesia ll. 7 sub dialogo spiritus et ho-

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 305—313.
[2]) Cf. Hist. lit. VIII, 438—444.

minis[1]). Specimina quaedam ex hoc op. dederunt Mabillon, in Act. SS. IV, 1, 658—664; in it. italico 1, 2, 118; Migne CL, 1555—1558. *Vitam s. Blandini* anachoretae brigensis (sec. VII) forma metrica ab ipso compositam reperies in Anal. boll. 1888 VI, 151—163, sed judice Poncelet editore ib. p. 148, auctor solita sua prolixitate orationeque confusa et permixta sancti sui gesta ita obscurat, ut vix subinde intelligere queas, quid sibi velit poëtae narratio. — Alius poëta est Joannes Garlandus vel de Garlandia, de quo controvertitur, num sit Gallus an Anglus. In Anglia scholas rexisse videtur et vixisse ad a. 1081 usque. Multa reliquit *carmina* ex quibus plura sunt inedita; de aliis controvertitur, num sint ipsius, ut *Facetus,* quo nititur lectores vel discipulos reddere cultos, suaves, amabiles, atque in eo exhibet 137 distychis hominum officia. Prodiit cum aliis opusculis gemini argumenti Lugduni 1489; Deventer 1494; *de contemptu mundi* ll. III, quondam etiam s. Bernardo tributum carmen, hinc a Mabillonio in ed. opp. s. doctoris receptum; prodiit cum praecedenti, et seorsim cum commentario Cadomi in 4 s. a.; *Floretus,* in quo flores colligit ex aliis auctoribus, quos legerat, de fide, moribus et disciplina ecclesiastica: prodiit saepe admodum seorsim vel cum praecedentibus; ita inter a. 1505-1525 decies, ut Lemovici 1508; Lugduni 1509; 1510 s. l. etc., et Gerson illud dignum censuit commentario, qui prodiit in ed. 1505 s. l.; 1510, atque in alias receptus fuit editiones[1]). Quaedam sed pauca ad modum exhibet Migne CL, 1575—1592. Potiora desunt. — Insigne poëma *de contemptu mundi* inter opera s. Anselmi ed. 1573; longe melius et plenius in ed. 1612 et deinceps, Migne CLVIII, 687-706, huic s. praesuli immerito tributum videtur esse Rogeri cadomensis O. S. Ben. in monasterio beccensi (fl. 1090), sicut et duo alia poemata et egregius tr. prosa de eodem argumento conscriptus, cujus specimina exhibet Barthius[2]) in advers. commentariorum l. 40 c. 7; 50 c. 12; l. 52 c. 9; l. 53 c. 15; l. 55 c. 5.

---

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 113—120; A. M. Jos. Vict. Le Clerc Lettre sur Foulcoie, Paris 1842; Henr. Omont in Catal. gén. des mss.; des bibl. publ. de France 1885, nouv. ser. III. 317—326; Poncelet SJ. in Anal. boll. 1888 VII, 145 s.

[1]) Cf. Hist. lit. VIII, 83—99; 736. Distingui hic debet a Joanne de Garlande canonico regulari s. Pauli bisuntino, qui floruit sec. XII et cujus forte sunt aliqua opuscula nostro Joanni tributa. Cf. diss. A. F. Gatien-Arnoult Jean de Garlande docteur-regent de grammaire à l'université de Toulouse de 1229—1232, Toulouse 1866.

[2]) Cf. Hist. lit. VIII, 420—424.

XXI.

Scriptores ecclesiastici ineuntis seculi XII.

(1101—1109).

615. Praecipuus initio hujus seculi scriptor est s. Bruno. Ortus is est clarus natalibus Coloniae c. a. 1030. Bene institutus est variis in disciplinis Rhemis, ut Latinorum studii speculum appellari meruerit: Turonem inde transiit, cujus schola sub Berengario magistro tunc plurimum inclaruit. Non diu tamen ibidem haesit: rediit enim Rhemos atque studio s. theologiae se dedit. Ab Hermanno II archiepiscopo coloniensi sacerdos est ordinatus et a Gervasio remensi archiep. revocatus auctus est munere illustri scholastici (1057): hinc scholas rexit remenses, quas ad summum celebritatis famam provexit. Factus est canonicus et dioecesis cancellarius: sed multa passus a Manasse archiepiscopo remensi. Elapsis aliquot annis cum sex aliis familiaribus mundo renuncians s. Hugonem ep. gratianopolitanum adiit, qui divinitus instructus montes suae dioecesis asperrimos, quos Carthusianos apellant, eis assignavit: ubi vitam duxerunt rigidam et eremiticam. Ab Urbano II., qui ejus quondam fuerat discipulus, Romam accersitur (1090). Ejus consilio et doctrina pontifex in tot illis Ecclesiae calamitatibus usus est, donec Bruno recusato rhegiensi archiepiscopatu discedendi impetravit facultatem. Igitur solitudinis amore eremum quandam apud Squillacum in Calabriae finibus petiit eumque locum animi sui votis plane idoneum a Rogerio Calabriae comite, qui eum singulari liberalitate fovit dono accepit, ut sodalibus scribere potuerit: „*Benedictus Dominus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meae* (Ps. 27, 6). Obiit Carthusianorum ordinis institutor virtutibus ac meritis plenus, nec sanctitate minus quam doctrinae fama clarus 6. Oct. 1101, juxta alios 1102. Eum Ecclesia hac die inter sanctos colit[1]). — Reliquit expositio-

[1]) Cf. de eo classica s. Brunonis acta auctore de Bye SJ. in Act. SS. 6. Okt. III, 401—703, apud Migne CLII, 9-482; Capello Vita di s. Brunone ll. III, Neuville-sous-Montreuil 1882; Löbbel der Stifter des Carthäuser-Ordens der hl. Bruno, Münster 1899, vita diligenter elaborata; Kessel KL. II, 1356—1364; Potthast 1226: Gorse Bruno fondateur . . . son action et son oeuvre, Parisiis 1902: Vie de s. Bruno fondateur de l'ordre des Chartreux, Montreuil-sur-Mer, 1898.

nem *in Psalmos;* expositionem *in epistolas Pauli; epistolam* ad Radulphum Viridem, ecclesiae remensis praepositum, ad contemptum mundi, vitam eremiticam contemplativamque optimam Mariae partem, insuper ad voti impletionem exhortatoria; ep. ad filios suos Majoris Carthusiae; *sermo* de contemptu mundi, et *confessio* insignis fidei, quam moriens edidit. Prodierunt ejus opera Parisiis 1524; cura Theod. Petrei 1611; 1640; Migne CLII; CLIII, 9—572. Olim erronee ei tributa fuere opera, quae sunt Brunonis astensis fere aequalis (cf. Nomencl. IV, 20 s.), ut commentarius in Apocalypsin, sermones quidam, opuscula de laudibus Ecclesiae, de ornatu Ecclesiae, de novo mundo, de festivitatibus festivitatum etc.

616. Historiographis accenseri forte potest Lupus Protospatarius (num a munere an a gente sic appellatus incertum), Barensis, Apulus, sub cujus nomine a sec. XVII. (non vero in codd.) saepe prodiit *Chronicon* breve rerum in regno neapolitano gestarum sive annales ab a. 855-1102; ita apud Caraccioli Ant. chronologi IV, 93; Muratori Script. rer. It. V, 37—49 cum Pratilli notis; Pertz in Mon. G. V, 52—63; Migne CLV, 121—144 etc. — Amatus O. S. Ben. casinensis monachus et episcopus incertae sedis (qui juxta aliquos obiit 1093 vel 1101) edidit[1]) *Historiam Normannorum* ll. VIII, quae exstat tantum lingua gallica sec. XIV, prodiitque cur. Odon Delarc Rouen 1892 in 8. Hic juxta Baluzium in praef. ad Miscell. t. II idem est cum Amato primum episcopo oleronensi, dein archiepiscopo burdigalensi (4. Nov. 1088; † 22. Maj. 1102), cui Gregorius VII vices suas in Gallia et Hispania commisit et quem negotiorum sane maximorum participem et adjutorem sibi adscivit. Aliquot ejusdem *epistolas* edidit Migne CLV, 1641—1644, et *statuta* in synodis gerundensi 1078 et burdigalensi edita p. 1643—1648. — Rorico forte Ambianensis et c. 1100 prior s. Dionysii Ambiani hoc circa tempus descripsit[1]) stilo quaesito *Gesta Francorum* ab origine gentis usque ad obitum Clodovei (511). Prodiit opus, quod minoris pretii est historici, apud Duchesne Hist. Franc. SS. I, 799—818; Bouquet Rec. III, 2—19; Migne P. L. CXXXIX, 589-616. — Joannes monachus s. Vincentii *Chronicon* monasterii s. Vincentii de Vulturno sive Chronicon vulturnense ab a. 703—1071 compilavit, quo plurimas chartas ad illud monasterium spectantia exhibet: exstat sed incomplete apud Muratori Script. rer. It. 1, 2, 325—523; excerpta apud Duchesne Hist. Franc. scr. III, 672—702.

617. Ex Hagiographis, praetermissis Hillino cantore et levita fossensis coenobii (fl. 1109), cujus *vita* metrica *s. Foillani M.* († c. 655) est in Act. SS. 30. Oct. XIII, 395—408). — Oderisio Campano O. S. Ben. abbate casinensi et cardinali († 2. Dec. 1105), qui dicitur fuisse versificator mirabilis et scripsisse ep. ad monachos floriacenses ed. a Matth. Laurentio *de exsistentia corporis s. Benedicti* in monasterio casinensi c. 26 p. 122. — Arnoldo (Arnulfo) abbati latiniacensi (Laguy prope Parisios † 28. Febr. 1106), cui tribuitur a nonnullis *Vita s. Fursei* ab. latiniacensis in Act. SS. 16. Jun. II, 44-54. — Thietmar O. S. Ben. monacho corbejensi et abbate helmwardeshusano (fl. 1107), cui falso tribuitur *translatio* ss. Modoaldi, Auc-

[1]) Cf. Potthast p. 39; Gallia christ, ed. novae II, 806 apud Migne CLV. 1637—1642.

[1]) Cf. J. Lebeuf Reeherches crit. sur le temps où vivoit l'historien Roricon et sur l'autorité que doit avoir cet écricain Mém. de l'acad. des inscr. 1751 XVII, 228—244; ed. 2. la Haye XXVI, 369-396.

toris, Abrunculi et Bonosi archiep. trev. ad monasterium helmwardeshusanum (in MG. SS. XII, 284—310). — Gunthero monacho elnonensi (fl. 1107), cujus *Historia miraculorum s. Amandi* trajectensis ep. (sec. VII) legitur in Act. SS. 6. Febr. 1, 900—902. — Gregorius O. S. Ben. in monasterio casinensi, episcopus terracinensis (vixit ad a. 1126 saltem) tantae fuit gravitatis, suavitatis ac eloquentiae, ut a nonnullis ‚Columna Ecclesiae' diceretur. Reliquit plura ut homilias, vitas sanctorum etc., e quibus *Acta s. Restitutae V.* cum Cyrillo presb. et sociis duobus MM. Sorae in Campania c. 272 leguntur in Act. SS. 27. Maj. VI, 664-672. — Paulus, qui ab Anonymo mellic. de scr. eccl. c. 64 dicitur Judaeus, monachus fuldensis, qui ex humilitate dici voluit Paululus, scripsit *vitam s. Erardi* (Erhardi, Aerhardi) ep. ratisbonensis (sec. VIII) ll. II in Act. SS. 8. Jan. 1, 535—539, quae tamen aliis videtur esse Pauli Bernriedensis. Qua vero aetate vixerit, non liquet. Juxta quosdam jam sec. VIII. — Radulfus (Rodulfus) monachus Casae Dei O. S. Ben. in Alvernia descripsit *vitam s. Adelelmi* (Elesmi) ab. Burgis in Hispania († 1097) apud Mabillon in Act. SS. VI, 2, 895—902.

618. Alius ab eo est Radulphus [1]), a fervore, quo concionabatur, ‚Ardens' cognominatus, qui ortus est ex viculo nomine Bellilоci (Beaulieu) in Picardia. Ex suis homiliis liquet eum optime in sacris literis aliisque disciplinis fuisse institutum. Guilelmo IV. Aquitanorum duci fuit a consiliis eumque comitatus est a. 1101 in terram sanctam, sed exinde nihil amplius de eo auditur: ceterum et priora ejusdem vitae fata satis sunt ignota. Reliquit ultra biscentas *homilias* in epistolas et evangelia domini et sanctorum stilo presso, sed facili, forti et eloquenti, quae concionatoribus admodum utiles esse possunt. Prodierunt cur. Cl. Fremy Parisiis 1564; 1573; Lovanii 1565; Antverpia 1576; Coloniae 1604 etc.; Migne P. L. CLV, 1299—1626; 1667—2118. Scripsisse dicitur aliud opus grande ll. XIV, cui titulus: *Speculum* universale; *historiam* sui temporis scil. belli Godefridi de Buillon in Saracenos; ep. ll. 2, quae tamen non prodierunt.

619. Reliqui sunt Manasses II, canonicus et praepositus capituli remensis, demum archiepiscopus (1096—18. Sept. 1106) de sua dioecesi benemeritus [1]), cujus supersunt *epistolae* XVI apud Baluzium Miscell. V. — Hugo O. S. Ben. e nobilissima prosapia ortus, episcopus primum diensis (1073), dein archiepiscopus lugdunensis (1082; † 21. Mart. 1106) Gregorii VII per Gallias legatus, qui multis interfuit conciliis, et strenue fortiterque decretorum pontificis institit exsecutioni. Ejus *epistolas* et *diplomata* habes in Bouquet Recueil XIV, 777—797; Migne CLVII, 507—528. — Robertus ex abbate primo molesmensi primus Cistercii abbas et hujus ordinis fundator († 1108), cujus

[1]) Alius a Radulpho Casae Dei, de quo mox locuti sumus, et a Radulpho Tortuario (Tortaire, de la Torte) monacho floriacensi O. S. Ben. (cf. 1109), qui continuavit miraculorum s. Benedicti collectionem ab Adrevaldo (cf. p. 820) coeptam addens l. 4 metrice, et 5 in Act. SS. 21. Mart. III, 334—353; Migne CLX, 1239—1244 (l. 4); et in op. Les Miracles de s. Benoît ed. E. de Certain Paris 1858. *Translatio s. Mauri* ipso auctore versibus hexametris prostat in Bosco bibl. floriac. p. 355.

[1]) Hinc prorsus alius a Manasse I., pariter archiepisco remensi (1068), qui ob varia crimina in conc. augustodunensi (1079) fuit depositus. Obtulit Hugoni diensi episcopo *apologiam* (1080); sed frustra: nam quia se non subjecit, excommunicatus fuit a Gregorio VII. Obiisse videtur in expeditione sacra, cui se adjunxit (c. 1099). Edidit ipsius *Apologiam* Mabillon in Museo it. I, 2, 119—127. Cf. de eo Hist. lit. VIII, 648—660.

exstant aliquot *epistolae* in Manrique Annal. cist. I ad a. 1198; 1200 et in Act. SS. 29. Apr. — Pibonis (Popponis) natione Saxonis[1]), Henricii IV. eleemosynarii et cancellarii, dein a. 1069 episcopi tullensis, qui aliquandiu imperatoris partes sectatus est, sed serio deseruit († 1107), *diplomata* et *privilegia* leguntur in Migne CLVII, 419—446. — Gundulfi episcopi roffensis († 1108), cujus vitam descripsit monachus roffensis coaetaneus in Migne P. L. CLIX, 813—837, *epistolas* habes ib. p. 17 et 453. — Girardus gente Normannus, cantor majoris ecclesiae rotomagensis. a Guilelmo II. rege in Angliam fuit vocatus. Magnam sibi auctoritatem inter regis cancellarios et consiliarios paravit. Dictus est ab ejus successore Henrico I episcopus eboracensis capitulo tamen invito. Favit regi contra s. Anselmum, postea tamen cum eo pacem iniit. Hierosolymam peregrinari parabat, sed morte praeventus obiit 1108. Adeo autem de haeresi et impudicitia suspectus videbatur et capitulo suo odio erat, ut hoc, quominus in ecclesia majore sepeliretur, pertinaciter recusaret. Porro H. Boehmer conjicit ipsius esse *Corpus tractatuum 31* in cod. 415 collegii Corpus Christi universitatis cantabrigiensis servatum, quorum 6 in MG. lib. de lit. III, 642-687 edidit. Exhibet se in illis acrem rom. pontificum Gregorii VII et Paschalis II adversarium. Cum hoc tamen postea (1105) videtur fuisse reconciliatus. Inquirit in iis: An liceat sacerdotibus inire matrimonium; apologiam instituit filiorum sacerdotum et concubinarum, quod scil. possint ad ordines admitti; in curiam romanam invehitur etc.

[1]) Alius a Pipone monacho tullensi monasterii s. Mansueti O. S. Ben., cui tribuitur *Elevatio corporis s. Mansueti* facta a. 1104 apud Martene thes. anecd. III, 1088; in Act. SS. 3. Sept. 1, 955 s.; in MG. SS. XV, 2, 931 s. Vixisse dicitur post a. 1115.

TABULÆ CHRONOLOGICÆ THEOLOGORUM

ab a. 1—1109 secundum disciplinas dispositae.

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
76—170 S. Barnabas			
100			S. Clemens rom.
107 S. Ignatius M.			
125* S. Quadratus S. Aristides			
135 Agrippa Castor*			
150 Auctor ep. ad Diognetum Aristo			Hermas
155			S. Polycarpus M.
160* Apollinaris			
161	S. Papias		
167 S. Ignatius M.			
169* Miltiades			
170		Faustus augustod.*	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
171—217 Melito*			Pinytus cret.*
172 (Tatianus)			
175 Musanus*			
180 Abercius ep.*		Hegesippus	S. Dionysius Cor.
181* Philippus Gortyn.			
183* S. Theophilus ant.			
185* Modestus			
190 S. Apollonius senat.* M. Minucius Felix*			
193*	Pantaenus		
195 Theophilus caes.			
196 Maximus			
197* Rhodon			
199			S. Victor I
200 Hermias Apollonius			Bacchylus
201		Heraclitus	
202 S. Irenaeus			
203		Judas*	Polycrates ephes.
209 Serapion antioch.			
215 Clemens alex.			
217 Cajus*			

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
232--290			S. Demetrius Alex.
235 S. Hippolytus M.	*S. Hippolytus M.*	*S. Hippolytus M.*	
237 Sextus Jul. Afr.			
244 Beryllus bostr.			
245 Tertullianus*			*Tertullianus*
250			
251 Commodianus			Alexander hieros.
252			Nepos*
253	Ammonius		S. Cornelius
254 Origenes	Origenes		
255 Ursinus*			
258 S. Cyprianus (Sixtus II)		S. Pontius diac.* Valerius*	*S. Cyprianus*
265 S. Dionysius M. alex.	Trifon*		
269 S. Dionysius rom.			
270 Malchion* S. Gregorius Thaumat.	S. Athenodorus*	S. Anatolius*	
272 Firmilianus caes.			
274 S. Felix I.			
278 Archelaus*			
290 Theognostus alex.*			

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
297—352			B. Chaeremonus
300 S. Theonas alex.	Pierius*		
301 Asclepiades*			
303	Victorinus Petab.		
305	Hesychius		
309		S. Pamphilus M. Theophilus syr.* Marcus presb.*	
310			S. Phileas Thmuit. S. Petrus alex.
312 S. Methodius	Lucianus		
314	Rheticius		
320		Augarus*	
324		Zenobius guglensis	
326		Joannes nicomed.*	
327 Arnobius*		Isaias Syrus*	
328 S. Alexander al.			
330 Lactantius*	Juvencus*		Isa'as Bar Chardabu*
332			S. Gregorius Illum.
335			Papa Seleuc.
340 *Eusebius caesar.*	*Eusebius caesar.*	Eusebius caes.	
346			S. Pachomius
347 Firmicus Maternus*			
349 S. Maximinus trev.			
351			Simeon Barsabae*
352 Potamius olissip.*			S. Julius I.

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
357—381 Hosius cordub.			S. Antonius M. Ammonius mon.*
358 Serapion thmuit.			
359 S. Paulinus trev. Eusebius emes.	Triphyllus*		
360 S. Eusthathius	S. Eustathius		
361			Paulus paris.*
363		Eusignius	
366 Heraclianus*			Liberius
367 S. Hilarius pict. Heliodorus	*S. Hilarius*		
368			Theodorus taban.
370 Cl. Mar. Victorinus*	Cl. M. Victorinus	Dion. Fur. Philocalus*	
371 S. Eusebius verc. Lucifer. calar.	*S. Eusebius verc.*		
373 **S. Athanasius M.** S. Ephraem	*S. Athanasius* *S. Ephraem.*		*S. Ephraem*
374 Titus Bostrensis Marcellus ancyr.		Ammonius mon.*	
377			Sev. Sanctus (Eudelechius*)
379 **S. Basilius M.** Audentius	*S. Basilius M.*		*S. Basilius M.*
380 S. Cyrillus hier. S. Petrus seb.*	Josephus'	Evodius caes.*	S. Orsisius
381 S. Meletius antioch. Maximus philos.*			S. Isaias ab.* Petrus alex. II.

Theelogia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
383–400 Faustinus*			
384 S. Damasus I S. Optatus* Sabbatius (Servatius)?		*S. Optatus*	
385			Timotheus Alex.
386 Ithacius osson.* Idacius emer.*			
387		S. Philastrius	
388 Olympius hisp.*			
389 Paulinus antioch.			
390 **S. Gregorius Naz.** S. Pacianus			*S. Gregorius Naz.*
392 Gregorius elib.* Phoebadius* Ambrosius Alex.*		Sophronius mon.	
393	Diodorus tars.	Evagrius antioch.	
394 S. Amphilochius icon. S. Gregorius Nyss.*	*S. Gregorius Nyss.**		
395 Didymus alex.	*Didymus al.*		S. Macarius al. Gelasius caesar.
396 Cyrillonas*			
397 **S. Ambrosius**	*S. Ambrosius*		*S. Ambrosius* S. Martinus Tur. Nectarius CP.
398		Q. Jul. Hilarianus*	
399 Nemesius*			
400 Macarius mon.*	S. Simplicanus	S. Vigilius Trid.	Heliodorus ant.

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
401—419 S. Anastasius I			Eutropius
402 Rufinus presb.	Constantius ant.*	*S. Epiphanius* Philo Carpasius	
403 S. Epiphanius			
404 Servus Dei*		S. Flavianus ant.	
405			Antiochus Ptolom.*
406 Desiderius hisp.*			
407		S. Chromatius Panodorus* Maximus*	Prosper Tyro*
408	Severianus gab.*	Palladius*	
409 Aurel Prudentius* **S. Joan. Chrysostomus**	*S. Jo. Chrysostomus*		
410 Macarius Magnes*		S. Gaudentius brix. Rufinus aquilej.	*s. Jo. Chrysostomus* Asterius Amas.
411		Marcellus Memorialis*	
412 Theophilus alex.			
413 Bachiarius*		Victor antioch.*	Synesios*
414 Nicetas*			
415		Annianus*	S. Victricius Rotom.
416		Avitus brac.* Lucianus kapharg.*	
417 S. Innocentius I		Orosius*	Joannes hieros. Hesychius Salonit.
418 S. Zosimus		Paulinus mediol.* Severus minor.*	
419 Leporius			Paulinus biter.*

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
420—427		Sulpicius Severus*	
S. Hieronymus	**S. Hieronymus**	*S. Hieronymus*	
421			
Heros arel*		Ceponius*	
Lazarus aquensis*		Marcus diaconus*	
422			
S. Bonifatius			
423			
Evagrius gall.			
424			
Evodius uzal.			
425			Attic:us CP.
			Vigilius diac.*
426			
Aurelius carth			
427			Eraclius hippon.*
Sisinnius CP.			
428	Theodorus mops.		
429			S. Honoratus ar.
430		Marutha Maiph.*	S. Nilus
S. Augustinus	*S. Augustinus*	Philippus Sid.*	*S. Augustinus*
Heraclida nyss.*	Hadrianus presb.*	Basilius diac.*	Marcus erem.*
Archelaus caes.*		Thalassius lect.*	
431			
Hilarius gall.*	Sedulius	Polychronius	S. Paulinus nol.
		Uranius*	Merobaudus*
432			
S. Coelestinus I.			Acacius beroens.
433			
Syagrius*			Zosimus ab.*
Pastor*			
434			
Dalmatius*			
Paulus Emes.*			
435			
Jo. Cassianus		*Jo. Cassianus*	Jo. Cassianus
Rabulas Edess.			
436	Isidorus Pelus.*		*Isidorus Pelus.**
437			
Capreolus Carth.*		S. Possidius*	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
438—457 Firmus caesar.			
439		Agathangelus*	S. Orientius aux.*
440 S. Sixtus III.	Isaac M. arm. Eustathius Af.*	Jo. Joseph* Faustus Byz.*	
441 Theodotus Ancyr.* Joannes ant.	Mesrop arm.	Sozomenus* Polomeus Silv.*	Prosper Afric.*
442 Chosrowik*			
443		Petronius bon.*	
444 **S. Cyrillus Al.** Memnon eph.	*S. Cyrillus alex.*	Arsenius erem.	
445	Nonnus Panop.* Cl. Marius Victor*	Geronatius*	
446 S. Proclus CP.			
447		Irenaeus Comes*	
448 S. Germanus ant.		Secund. Sechnall	
449 S. Flavianus CP.	Jos. de Eznak*	S. Hilarius arel. Socrates Schol.*	
450 S. Vincentius Lir. Voconius*		Callinicus* Edesius	S. Petrus Chrys. S. Eucherius Lugd.
451 Eusebius Doryl.* Amphilochius Sid.*			Diadochus photic.* Petrus edess.*
452			Schnoudi ab.
453		Koriun*	
454		Paschasinus Lilyb.*	S. Valerianus cemel.* Paulus Pannon.*
455	Philippus presb.		
456			Ravennius arel.*
457 Ibas edess.		Victorius Aquit.*	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
458—477 *Theodoretus* S. Isaac M. Julianus Coens. Anatolius CP. Lucianus Byzant.* Theotimus tour.*	Theodoretus	*Theodoretus*	
459 Antipater Bostr.*	Basilius Seleuc.		S. Simeon Styl.
460 S. Turibius Ast. Victor Carten.*	Arnobius jun.*		Balaeus Paulinus Pellaeus* Musaeus mass.*
461 S. Leo M.			Rusticus Narb.
462 Mochimus Mesop.*	Euthalius pselch.*		
463 S. Prosper Aq.		*S. Prosper Aq.*	
464		Kosmas de Phanir	
465		Antonius mon*.	
466			S. Maximus Taur.*
467 Samuel Syr.*			
468 S. Hilarus		Benignus arm.	
469	Dadas mon.*		
470	Salonius*		
471	S. Gennadius CP.	Idacius Lemic.	
472			Victor*
473			Auspicius Tull.*
474 Cl. Eccl. Mamertus			
475		Gelasius Ciz.*	S. Euphronius august.
476 Joannes ant.*			Paulinus Petric.
477 Idacius Clarius*			

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
478—500	Vincentius presb.*		Chrysippus
479			S. Lupus trec.
480 Prosper*		Elische Constantius Lugd.*	
481			Paulinus burdig.*
482		Victor Vit.*	
483 S. Simplicius			
484 S. Quintianus*		Verus Araus.*	Leontius arel.
485 Cerealis* Antheon*			
486 Faustus Apol.*			Porcarius ab.*
487		Moses de Chor.	S. Proterius Alex.
488			S. Cl. Ap. Sidonius
489 Asclepius*			Dracontius*
490 Faustus Rej.			S. Perpetuus tur.
491	Theodolus*	Candidus Isaur.*	Isaac. Niniv.*
492 S. Felix II. Salvianus Mass.			
493		Gennadius Mass.	
494			S. Honoratus Mass.
495			Petrus ilerd.*
496 S. Gelasius I.			Joannes diac.*
497			
498 S. Anastasius II.			Pomerius
500 Heraclianus*			

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
504—527 Joannes Scyt.*			
505 S. Eugenius carth.			
507			Ruricius lem.
508			Sedatus nemaus.*
509 David Arm.*			
510		Epiphanius Schol.*	
512			S. Laurentius Mellifluus
514 S. Symmachus			
515 Petrus diac.*			
517 Trifolius presb.*			Viventiolus*
518 S. Avitus vien.			
519 Vigilius taps.*			
520	Andreas Caesar.*		
521 S. Ennodius tic.			Jacobus Sar.
522 Maxentius*			
523 S. Hormisda			
524 An. M. T. S. Boëthius		Faustus presb.*	
525	Procopius gaz.* Procopius presb.*	Theodosius archidiac.*	
526 S. Joannes I.			
527 Paulus Persa*		Paulus Silent.*	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
528—548		Theodorus Lector*	Agapetus diac.*
529		Marcellus nol.*	
530 Joannes Mar. ep.*	Theodosius archid.*		
531 S. Felix IV. Dionysius Areop.*			Montanus tolet.
532 S. Bonifacius II. Aeneas gaz.*			S. Sabas ab. S. Eleutherius tornac. Trojanus Sant.
533 S. Fulgentius rusp.	Rusticus Helpidius		S. Remigius
534		Marcellinus Comes	S. Leo Senonensis*
535 S. Joannes II.		Constantinus diac.*	Epiphanius CP.
536 S. Agapitus			
537			Alexander Cypr.*
538	Bellator*		
539		Chorikios gaz.*	
540 S. Silverius			Dionysius Exiguus
541 S. Barsanuphius*			Tetradius Ler.
542			S. Caesarius arel.
543 Leontius byz.			S. Benedictus
544	Apringius Pac.*	Eutychianus*	S. David
545 S. Ephraem. ant.		S. Cyprianus thol.	
546 Justinianus Hisp.		Viventius*	
547	Justus Urgell.*	Messianus presb.* Stephanus diac.*	
548		Cosmas Indicopl.* Theodorus Petr. ep.*	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
549—574			Joannes de Ap.*
550	Junilius Afric.*	Eugippius	
551 Pontianus* Eusthathius mon.*		Jordanis*	Aurelianus arel.
552 Gregentius taph. Verecundus		Theodorus Icon.*	
553 Theodorus scythop.*		Firminus Ucet.	
554 Vigilius	Victor Cap.		
555 Rusticus diac.*			
556 Libe.atus diac.*	Arator		
557		Cyrillus scythop.*	
558		Paulus galeat.*	
559			Mutianus*
560 Pelagius I.	Primasius		
561		Paulus Silent.*	
565		Gildas Sapiens	
566 Agnellus raven.			S. Nicetius
568			Cresconius*
569		Victor tunon.	
570		Eusebius antib.	
571 Facundus herm.*			
572		Mapinius rhem.	
573 Joannes III.			
574		Pelagius turas.*	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
575—600	Cassiodorius	S. Fortunatus verc.	
576			S. Germanus paris
577			Simplicius O. S. B.
578			Joannes Schol.
580			S. Martinus brac.
581			S. Ferreolus ucet.
582 S. Eutychius CP.			
483			Joannes raithensis* Paschasius dum.
584 Eustrathius CP.			
587		Stephanus antis.*	
588			Sedatus biterr.*
589			S. Finian
590 Pelagius II.			S. Veranius cabill.
591	Luculentius*		
592		Teterius antis.*	
593		Marius avent.	Gregorius antioch.
594		Evagrius* S. Asaph clynensis*	
595		S. Gregorius tur.	S. Joannes Jejun.
596			Simeon Styl. jun.*
597			Eutropius valent.*
598	Aponius*	Photinus CP.	
599 S. Anastasius ant.			
600 *S. Leander*		Ven. Fortunantius	S. Leander hisp. Venant. Fortunatus

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
601—636	Claud. Classitanus	Marcus O. S. B.*	
602	Oecumenius*	Daniel monach.*	Licinianus
603			S. Annarius antis.
604 Eusebius thessal.	*S. Gregorius M.*		**S. Gregorius M.** S. Augustinus O. S. B.
605		Plotinus thess.*	
607 S. Eulogius alex.			
609		Hesychius hieros.	S. Anastasius II. ant.
610	Paterius*		
611		Warnaharius*	
612		Secundus trid.	
614			Antiochus mon.*
615			S. Columbanus
619		Joan. Moschus Maximus Caesaraug.	
620		Joannes Biclar. Faustus O. S. B.	
621		Leontius nicop.*	
622 TimotheusSkeuoph.*			
625			Sonnatius rem.*
626			Verus ruthen.*
630		Gregorius agrig. Georgius alex.	
631			Zacharias hieros.
632		Florentius tricast.*	
634 Georgius Pisides*			Modestus hieros.
635		Arcadius Const.*	
636 S. Isidorus hisp. S. Justus tolet.	*S. Isidorus hisp.*	*S. Isidorus hisp.*	*S. Isidorus hisp.*

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
637—662		Redemptus*	
638 Honorius I. S. Sophronius			*S. Sophronius*
639		Paulus diaconus	
640			Dorotheus*
641		Fredegarius*	
642 Joannes IV.			
643 Theodorus Raith.*			
644			S. Sulp. Severus
645 Victor carthag.*			
646			S. Gallus O. S. B.
647			Thalassius*
648 Samuel Tajus*			
649 S. Theodorus I.		S. Braulio	Jo. Climacus
650			Joannes bassor.*
652			Joan. Karpathius
654		S. Magnobaudus andeg.	
655 S. Martinus I.			S. Desiderius
656		Ultanus	Marculfus*
657			S. Eugenius tolet.
658		Ragimbertus O.S.B.*	
659			S. Eligius
660			S. Donatus Bisunt.
661			Cumeanus Longus
662 S. Maximus M. Anastasius monach.		Cumeanus ab.	*S. Maximus M.*

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
663—696		Tirechanus*	
664			Quiricus barc.*
665		Jonas Bob. O. S. B.	
666 Anastasius Aproc.			
667 *S. Ildephonsus*			S. Ildephonsus tol.
672		Paulus Emer.	
674			Chrodebertus tur.*
676			Colmanus lindisf.*
678			S. Leodegarius
679		Leontius Rom.*	
680	Caedmon		
681 S. Mansuetus Med.		Bonifatius sen.*	
682 S. Agatho	Petrus laod.*		
683 S. Leo II.		S. Audoenus	
684		Theodorus Cypr.*	
685		Ursinus*	
686		Muirchu*	
687		S. Siviardus	
688			Evantius ab.*
689		Antonius*	
690 *S. Julianus tol.*	S. Julianus tol.	*S. Julianus tol.*	S. Theodorus Cant.
691		Bobolenus*	
692		Baudemondus O. S. B.	
695		S. Valerius ab.	
696		Aigradus O. S. B.	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
697—736		Audelaus*	
698 Anastasius Sin.			*Anastasius Sin.*
700		Felix Tolet.	
703	S. Aileranus		
704	S. Adamnanus O.S.B.		
705		Hecelinus O. S. B.*	
708 S. Damianus tic.			
709			S. Aldhelmus O.S.B.
713			Romanus Melodus*
714		Herimbertus*	
715 Joannes CP.			
716			Ceolfridus O. S. B.
717	Felix ravennat.		
718		Steph. Heddius O. S. B.*	
720			S. Andreas cretensis
721		Antenor*	
722 Stephanus bostr.*			
729		Godeschalcus leod.*	
730		Jonas O. S. B. fontenell.*	
731 S. Gregorius II.			
732			Albinus O. S. B.
733		Hippolitus theb.*	
734		Felix O. S. B. croyland.*	
735	*Ven. Beda O. S. B.*	Ven. Beda O. S. B.	*Ven. Beda O. S. B.*
736 Hieronymus hieros.*			

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
737—778		Cuthbertus O. S. B.*	
740 S. Germanus CP.			*S. Germanus CP.*
741 S. Gregorius III.			
742		Leo Centurip.*	
744			Joannes eub.
745			Daniel went.
746	Stephanus de Sünikh*		
747			Chilienus O. S. B.*
750 **S. Jo. Damascenus*** Anastasius palaest.*	*S. Jo. Damascenus*		*S. Joan. Damascenus**
751			Priamus*
752			Zacharias pont.
755			S. Bonifatius
757			Stephanus II.
758			S. Pirminius O. S. B.
759			Hero O. S. B.
760		Lamfredus mozac.*	
766			S. Egbertus S. Chrodegangus
767 Paulus I.			
770			Alanus O. S. B.
771		Christophorus Primic.	
776			S. Sturmius O. S. B.
777	Wicbodus*		
778 Ambr. Autbertus O. S. B.			

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
779–806		Willibaldus*	
780 Theod. Abucara*			
781			Cosmas Melodus
783		Cixila tolet.	
784		S. Virgilius Aribo O. S. B. frising.	
785 Elias cretensis			
786		S. Willibaldus eichst.	S. Lullus
787 Epiphanius diac.*			
788		Donatus met.*	
791			Sintpertus O. S. B. Angelramnus O. S. B.
795 Hadrianus I.			
796	Tusaredus*		
797		Paul. Warnefried O. S. B.	Theodemar O. S. B. cas. *Paul. Warnefried O. S. B.*
798 Beatus O. S. B.			
799 Etherius*			
800		Anso O. S. B. lob.	
801	Joan. Drungarius*		
802 S. Paulinus aquil.			
803		Leontius*	
804 Flac. Alcuinus O. S. B.	*Fl. Alcuinus O. S. B.*		*Fl. Alcuinus O. S. B.*
805	Josephus*	Georg. Syncellus*	
806	S. Tarasius		

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
807—829			Andreas luc. O. S. B.*
808		Stephanus CP. diac.*	
809		S. Ludgerus	Gerbaud leod.
812			Bernowinus*
813		Ignatius nicaen.*	
814			Odilbertus med. S. Angilbertus O. S. B.
815	Procopius diac.*		
816 S. Leo III			Amalarius trevir. O. S. B. Leidradus lugd.
817		S. Theophanes Is. Conf.	
818			Magnus senon.
819		Joannes Rhodius*	
820 Gregorius Decapol.		Aethelwulfus O. S. B.*	Remigius cur.
821 Theodulphus		Arno Salisb. Othelgrim O. S. B.*	S. Benedictus An. O. S. B. *Theodulphus*
822		S. Eigil O. S. B.*	
823	Smaragdus O. S. B.*		*Smaragdus**
824 Paschalis I.		Wettinus O. S. B.	S. Joseph. thess.*
825		Theosterictus*	
826 S. Theodorus Stud. S. Nicephorus Homol. CP.		*S. Nicephorus CP.*	*S. Theodorus Stud.* S. Adalhardus O.S.B.
827 Theodemir O. S. B.			
828		Ademar O. S. B.*	
829		Sergius*	Wulf. Boëthius*

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
830—848	Claudius taur.	Bertholdus mimiac. O. S. B.*	Aedewold
831			Halitgarius
832		Michael mon.*	
833 S. Theodorus Grapt.		Rodoinus O. S. B.	S. Ansegisus O. S. B. Maxentius aquil.
834 Fridugisus		Haiminius O. S. B.	
835 Michael Sync. Dungalus*		Ermoldus Nigellus*	Hildemar O. S. B.*
836			Jesse ambian. Christophorus al. Haito O. S. B.
837		Gozbertus O. S. B. Thegan*	Amalarius met. Autpertus O.S.B. cas.
838			Modvinus aug.
839		Agnellus rav.* Eginus*	
840 Agobardus		Einhard	*Agobardus*
841	Sedulius Scot.*		
842		Hilduinus O. S. B.	
843		S. Ardon Smaragdus O. S. B.	
844 S. Joseph. Conf. Jonas aurel.		Rampertus brix.	*Jonas aur.*
845 S. TheophanesGrapt.	Candidus O. S. B.	*Candidus O. S. B.*	
846			S. Methodius Conf.
847			Benedictus Levita*
848		S. Naucratius O. S. Bas. Frotharius	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
849—865	Walafr. Strabo O. S. B.	*Walafr. Strabo O.S.B.* Altfridus	*Walafr. Strabo O.S.B.*
850		Freculphus Petrus mon.* Geroldus O. S. B. corb.*	
851	Christian. (Druthm.) O. S. B.*	Ebbo remensis	
852 Amolo lugd.		Marquard O. S. B.	
853	Haimo halberst.	Adalbertus O. S. B.	
854 Sperandeus*		Nennius banch.*	
855	Angelomus O. S. B.*		Leo IV.
856 *B.Rab.Maurus O.S.B.* Pardulus laud.	B. Rab. Maurus O. S. B.	Aldricus cenom.*	*B. Rab. Maurus O. S. B.*
857 Heribaldus		David cenom.*	
858		Ludolfus	
859 Sophronius alex.		Nithardus S. Eulogius cord. Mell. Probus O. S. B.	
860 *Florus lugd.*	Florus lugd.	*Florus lugd.*	*Florus lugd.*
861 Prudentius trec. Paulus Alvarus		*Prudentius trec.* *Paulus Alv.*	
862 Servatus Lupus O. S. B.		Alagus can.* Rainagola*	
863	Berengaudus*	Mico O. S. B.	
864	Bernardus Sap.*	Engelmodus	
865 S. Pasch. Radbertus O. S. B.	*S. Pasch. Radb. O.S.B.*	*S. Pasch. Radb. O.S.B.* S. Ansgar Rudolfus O. S. B. Ermentarius O. S. B.	

Theelogia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
866		Joannes de Sic.* Ermenricus O. S. B.	S. Rodulfus bit.
867 S. Nicolaus M.		Georgius Hamart.*	*S. Nicolaus M.*
868 Ratramnus O. S. B.* Gotteschalcus O. S. B.*		Theodoinus*	
869	S. Cyrillus thess.	Odon O. S. B. glanf.*	Herardus tur. Rothadus*
870 Aeneas paris.*	Bernardus Sap.*	Wandalbertus O. S. B.*	
871 Petrus sic.	Otfridus O. S. B.	Iso O. S. B. Theognostus*	Epiphanius cypr.*
872 Hadrianus II.		Milo O. S. B.	Grimoaldus Michael alex.
873 Jo. Scottus Erig.*			Adventitius met.
874		Agius O. S. B.*	
875 S. Remigius lugd.		S. Ado vienn. Usuardus O. S. B. Hildegarius O. S. B. Ulmarus O. S. B.*	
876		S. Hericus antis.	Wulfadus bituric.
877 S. Ignatius CP.		Andreas berg.*	
878 Adrevaldus O. S. B. flor.		*Adrevaldus O. S. B.*	Gillebertus
879 Niketas byz.*		Anastasius bibl. Gaudericus vele.*	Hincmarus laud.
880		Constantinus tion.*	Isaac Bonus
881		Odo bellovac. Metrophanes*	Georgius nicomed.*
882 Hincmarus rem.		*Hincmarus rem.* Alemannus O. S. B.	*Hincmarus rem.* Joannes VIII.
883		S. Bertarius O. S. B. Dulcidius salm.*	Joseph Hymn.

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
884—908		Wormonocus* Gurdestinus*	
885	S. Methodius		
886		Gislemar O. S. B. Stylianus Mappa*	
887		Adelerius O. S. B.	Elias hieros.*
888		Rembertus Meginhardus O. S. B.	Bern. Sereneus O. S. B.*
889		Aimonius O. S. B. Erchempertus O. S. B.	Luitbertus mog.
890 Bovo O. S. B. corb.			Angilbertus O. S. B. Walterius aur.*
891			Stephanus V.
892		Petrus subd.*	Petrus Arg. ep.*
893		Joannes diac. CP.*	
894		Niketas Paphl.*	*Niketas Paphl.**
895			Grimlaicus*
896		Anamodus*	
897			Joannes nic.*
898			B. Tutilo O. S. B.
899		Nicephorus phil.*	
900	Aelfredus	Ratpertus O. S. B.	Fulco rem.
901			Riculfus suess.
902		Wolfhardus O. S. B.	
903		Erchanbaldus O. S. B.*	
904			Martinianus O. S. B.*
905		Waldramnus argent.	
906		Archanaldus*	Auxilius*
907		Dietmar (Thiadmar)	
908	Remigius antis.	Biso	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
909—933		Asserius O. S. B. Adalbero O. S. B. Eberhard O. S. B.*	
910		Aldelmus	
911	Leo Patricius*		
912 B. Notker Balb. O. S. B.		*B. Notker Balb. O.S.B.*	Hatto mog. O. S. B.
913		Bili ep. ven.	
914			Vulgarius*
915		Regino prum. O.S.B.	*Regino*
916			Robertus met. O. S. B.
917		Bertarius virod.	
918		S. Radbodus traj.	
919		Salomon const. O. S. B.	
920		Stephanus leod.	
921		Winebrand O. S. B.*	
922			Herveus rem.
923		Dado	Walterus sen.
924		Abbo Cernuus*	
925	Waldramus OSB.*	Nicolaus Myst.	Hermann col.
926		Agio narbon.	
927		Cyprianus cord.*	
928		Floharius paris.	
929		Odilo O. S. B. suess.*	
930		Hucbaldus O. S. B.	
931	Basilius neopatr.*		
932		Hartmann O. S. B. sangall.*	
933	Arethas caes.*		

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
934—969		Joannes cass. O. S. B.	
937		Letaldus O. S. B.*	
938		Eutychius alex.	
942	S. Odo clun. O. S. B.		S. Odo O. S. B. clun.
943		Benedictus O. S. B. wessof.	
944		Joannes O. S. B. clun.*	
946 Gozechinus*			
947		Bovo	
948		Suidas*	
949		Nicephorus CP.*	
955		Gregorius*	
956	Basilius Min.		
957		Theodorus Daphnop.*	
958			Odo Severus
959		Fridegod O. S. B.*	
960	Atto vercell.	Gerardus suess.*	*Atto verc.**
961		Artaldus rem.	
962			Salvus aveld. O. S. B.
963			Sigehard O. S. B.
964			Wiboldus cam. Adalgerus O. S. B.
965		Simeon Metaphr.* Utho argent.	
966		Flodoardus O. S. B.	
967		Petrus neapol.*	Gunzo novar.*
968		Raguel*	
969		Joannes hieros.	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
970—991		Rotger col.* Stephanus col.	
971			Adalbertus O. S. B. rem.*
972		Luitprandus	
973		Widukind O. S. B.*	Ekkehardus I. O. S. B.
974 Ratherius		*Ratherius* S. Joannes O. S. B. gorz. Ago O. S. B.	Ratherius
975		Folquinus O. S. B.	Notker Phys. O. S. B.
976		Lanthfredus O. S. B.*	
977		Theodoricus trev. Benedictus mon.*	
978			Wigo O. S. B.*
979			Odo floriac.
980		Ruopertus O. S. B. Helpericus*(?)	
981		Adalbertus magdeb. Uffing O. S. B.*	
982		Bernerus O. S. B. Bridferthus O. S. B.*	
983		Joannes O. S. B. met. Widbert O. S. B.*	
984	Gezo O. S. B.*	Theodoricus met.	
985		Gumpold	
986		Richarius O. S. B. gembl.*	
987		Walther spir.*	
988			S. Dunstanus O. S. B. Adalbero rem. S. Adelagus
989		Leo roman.*	
990		Fulcuinus O. S. B.	Ekkehard II. O. S. B.
991		Erchenbaldus Alfricus O. S. B.*	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
992—1011		Adso O. S. B.	
993		Wolstanus O. S. B.*	
994	S. Wolfgang	Hugo engol.	
995		Aldebaldus O. S. B.* Raimann O. S. B.*	
996		Luitolfus Milo mind.	Guido II. anic.
997		S. Adalbertus prag. Leo diaconus* Letaldus O. S. B. miac.*	Arnulfus II. aur.*
998 Nicon Metanoita		Richer O. S. B. Harmer*	
999		Purchardus O. S. B.* Theodoricus trev.*	
1000		Syrus O. S. B. Gebehardus Landulfus Sagax*	
1001		Gozbertus O. S. B.	Teraldus floriac.*
1002		Isembardus O. S. B.	
1003 Silvester II.		Eberhard O. S. B.*	
1004		Abbo O. S. B. flor. Joan. Canaparius	*Abbo O. S. B.*
1005			Leo ravenn.
1006		Rorico* Leo romanus*	Joan. Geometra*
1007		Heriger O. S. B.	
1008		Notger leod. Aimonius O. S. B. flor.	
1009		S. Bruno querf.	
1010		Joannes diac. ven.*	Froumund O. S. B.*
1011		Richardus archidiac.* Adalardus O. S. B.*	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
1012—1035		Tagino magd. Orestes hieros.	Peringer O. S. B.
1013		Theodoricus O. S. B. cas.*	
1014 Albwinus O. S. B. gorz.*		Bernardus andeg.*	
1015		Florentius O. S. B.*	
1016			Bruno lingon.
1017		Theodoricus floriac. O. S. B.	
1018		Thietmar	
1019		Aganon*	
1020		Alpertus*	
1021		Hugo turon.*	
1022	Notker Labeo O.S.B.	Tangmarus*	
1023		Arnoldus halberst.*	Wulstanus ebor.
1024		Constantinus ab.	
1025		Oetbertus*	Burchardus worm.
1026			Eusthatius*
1027	S. Romualdus	Adalboldus	
1028 Fulbertus carn.			
1029		Egilwardus*	
1030		Gauslin bit. Ademar cab.	
1031		Guilelmus O. S. B. div.	Aribo mog.
1032		Adenulphus cap.	Guido O. S. B. farv.*
1033		Letselinus O. S. B. Warmannus const.	
1034		Brunus magdeb. Othelboldus O. S. B.	
1035			Demetrius cyzic.*

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
1036—1054		Arnoldus O. S. B. Nicolaus bar.*	
1037		Reiner O. S. B.*	
1038		Eberwinus O. S. B. tholej.*	S. Godehard
1039		Hugo O. S. B. farv.	Godeschalcus*
1040		Sampirus astur. Garcia cux.*	Hukar*
1041 *Simeon jun.*	Eugesippus*	Frulandus O. S. B.*	Simeon theol. jun.
1042			Heribertus eichst. Ulrich I. O. S. B.
1043		Sigeward O. S. B.	Alexius CP.
1044		Wipo*	
1045	S. Bruno herbip.	Angelramnus O.S.B.	
1046		Odorannus O. S. B. Oliva Auson. Richard virod.O.S.B. Warmannus O. S. B.	
1047		Eberwinus O. S. B. Wolferius*	
1048		V. Olbertus O. S. B. Laurentius amalph. Helgaldus O. S. B. *Berno O. S. B.*	Berno O. S. B. Wazo leod.
1049		S. Odilo O. S. B. Gualdo O. S. B. corb.*	
1050 Joannes Euchaita*		Rod. Glaber O. S. B. Petrus diac. card.	Warinus O. S. B. Guido aret.
1051 Hugo lincoln. Gerardus I. cam.		Joannes O. S. B.* Gilbertus O. S. B.*	
1052 Ascelinus O. S. B.*		Hubertus*	Jordanus de Loron.
1053		Jotsaldus O. S. B.*	
1054 S. Leo IX.		Hermannus Contractus O. S. B. Gottschalcus*	Jo. Mauropus euch.

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
1055—1071 Wimundus O. S. B.*		Vulculdus* Libuinus subd.*	Conradus O. S. B.
1056 Samonas gaz.*		Alexander leod. Flann Mainistrech Anselmus rem.	B. Ellinger O. S. B.
1057 Victor II.		Georgius Cedrenus* Ludovicus Sen. O.S.B.*	Rufinus*
1058 Stephanus X (IX)		Andreas O. S. B. flor.* Odo foss. O. S. B.*	
1059		Wibertus tull.* Gonzo O. S. B.*	
1060 Paulinus met.*		Ekkehard IV. O. S. B. Richard O. S. B. belliloc.*	
1061 Humbertus card.		Widricus O. S. B.	
1062 Adelmannus		Gontherus O. S. B.	
1063 Nicon raith.*		Petrus O. S. B. malleac.*	
1064		Petrus Vangadiciae ab.*	Raym. Arnalli*
1065		Bovo O. S. B.	
1066		Henricus O. S. B. gladb.	Cresconius compost.
1067 S. Nicolaus I. B. Maurilius O. S. B.		Gervasius rem.	Bernardus O. S. B. clun.*
1068			Stephanus card. Seyfridus O. S. B.
1069		Vidricus O. S. B. Lambertus O. S. B. leod. Dom. Marengo Everhelmus O. S. B.	
1070		Drogo O. S. B. berg. Maurus O. S. B.	Joannes ab.*
1071	Nicetas Serronius*	Nilus mon.* Nizo mediol.*	

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
1072—1086 **S. Petrus Damianus**		*S. Petrus Dam.* Leo atin. Goswin*	*S. Petrus Dam.*
1073 Alexander II.		Joannes O.S.B. laud. B. Gundechar. (Gunzo) Guilelmus pict.*	S. Jo. Gualbertus O. Vallumbr.
1074		Guilelmus Calculus O. S. B.* Theodoricus tholej.* Othloh O. S. B.*	
1075 Deoduinus leod.		Theodoricus* Tomellus O. S. B.* Raynaldus andeg.*	
1076		Adamus brem. Ecbertus O. S. B. hersf.*	
1077		Arnulfus med.* Lambertus O. S. B. hersf. Grimoaldus O. S. B.*	Gerardus O. S. B. card.
1078		Drogo bolon. Lantbertus bland.*	Theodoricus paderb.*
1079 Adalbertus const.		Stephanus O. S. B. Ursio O. S. B. Hettilo hildesh.	Joannes abrinc. Jo. Joannellus
1080 Renallus barc.*		Hepidannus O. S. B. Sulcardus O. S. B.*	
1081 Gaunilo O. S. B.*		Godefredus O. S. B. stab.*	Atto card.*
1082		Conchubranus*	S. Gebuinus lugd.
1083		Marianus Scotus O. S. B.	Joannes de Garl.*
1084		Bartholomaeus Ci. Bruno magdeb.* Riquardus brug.*	Sigfridus mog.'
1085 S. Gregorius VII. S. Anastasius O.S.B. S. Alfanus salern.	Willirам O. S. B.	Bartholomaeus Bas. Raynard linc. Landulfus Senior*	*S. Gregorius VII.*
1086 *S. Anselmus luc.*		Bardus (Baldus)* Falco O. S. B.* Folcardus O. S. B.*	S. Anselmus luc.

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
1087—1098 Samuel mar.*		Victor III. (Desiderius) Hebrethmus O.S.B.* Joannes atin	
1088 S. Gebhardus salisb. Bernardus O. S. B. corb. Durandus O. S. B.		Bertholdus O. S. B. aug. Paulus carnot. Tighernac Jocundus*	Albericus card. Rogerius O.S.B. cad.*
1089 B. Lanfrancus O. S. B.	*B. Lanfrancus O.S.B.*	S. Bonizo Bern. Guaifer O.S.B.	(Guil.) Walo O. S. B.
1090 Guitmundus avers.*	Robertus O. S. B. tumb.	Hermann met. Aethelwerdus	
1091 S. Altmann pass. B. Wolphelmus		Bernoldus watin.* Guido novion.*	S. Guilelmus O. S. B. hirs. Henricus leod.
1092		Joannes bar.* Fulbertus rotom.* Joannes O. S. B. Gram.*	Fulcojus*
1093 Roscellinus*		Henricus pompos.*	Udalricus O. S. B. clun.
1094		Baldericus cam.* Gualterus*	
1095		Robertus heref. Gislebertus elnon. Fulco M. O. S. B. corb. Stepelinus O. S. B. S. Gerard O. S. B. Silv. maj. Hermann archidiac.	
1096		Ricemarchus menev. Thebaldus*	Raynoldus rem. Guilelmus durham.
1097		Guilelmus O S. B. clus. Andreas Vallumbr. Raymundus O. S. B.*	
1098		Radbodus II. novion. Goscelin O. S. B. Raymundus d'Ag.* Gaufr. Malaterra*	Godescalcus lintpurg. Aganon augustod.

Theologia dogmatica	Disciplinae ad ss. literas spectantes	Historia ecclesiastica et disciplinae annexae	Theologia practica
1099—1109 B. Urbanus II.		Anselmus de Ribodimonte Notkerus O. S. B. altavill. Hemming O. S. B. worc.* Petrus Tudebodus*	S. Osmundus Deusdedit card.
1100 *Bernoldus O. S. B.*	Bruno O. S. B.*	Bernoldus O.S.B. Rorico* Guilelmus Apulus*	
1101	S. Bruno Cr.	Jacobus mon.* Nalgoldus O. S. B.* Garnier trenoch.*	Radulphus Ardens*
1102 Herrandus halberst.		Amatus O. S. B. Haymo O. S. B. hirs.*	
1103		Lupus Protospat.* Rodulphus Casae Dei O. S. B.*	Poppo met.
1104		Hillinus*	
1105	Paulus Grammaticus O. S. B.	Oderisius O. S. B.	
1106		Joannes O. S. B. laud. Arnoldus lat.	Manasses II. Hugo lugd.
1107		Gunterus O. S. B. elnon.*	
1108		Joannes O. S. B. vult.	Robertus Ci. Gundulphus O. S. B. roch.
1109		Nevelon O. S. B.* Radulphus Tort. O. S. B.*	

Index theologorum

qui a Christo ad a. 1109 floruerunt et quorum fit mentio in hoc tomo.

Numerus uncinis inclusus annum mortis designat: si hic nobis non est compertus, asteriscum apponemus eumque assignabimus annum, quo theologus recensitus floruerit.

A Pag.

Abbo Cernuus (923*) 900
floriac. (1004) 957
Abedoc (sec. VIII) 690a
Abercius (180*) 45
Abucara v. Theodorus (798) . . 674
Acacius (366) 203
beroensis (432) 242a
melit. (438*) 390
Acca hagustald. (740) 635a
Adal. v. Adel.
Adalardus bland. (1010) 933a
Adalbero OSB. ellw. seu aug. (909) 853
Adalbero met. (1005) 935a
rem. (988) 934
wirceb. (1090) 935a
Adalbertus (1079) 1034
floriac. (853) 820a
loth. seu magdeb. (981) . . 884a
met. (970*) 881a
prag. (997) 935
et inter Add.
trevir. seu loth. (981) . . . 884a
Adalboldus (1027) 951a
Adalgerus OSB. (964) 933
Adalhardus OSB. (826) 764
Adamantius 61
Adamnanus (704) . . 649. 585a 641
Adamus brem. (1076*) 1066
Adasto corbej. (901*) 883
Adelagus brem. (988) 913a
Adelardus (1010*) 933
Adelerius OSB. (887*) 821
Adelherus OSB. (964) 933
Adelmannus (1062) 996
Adelmus v. Aldhelmus (709) . . 653
Ademarus (829*) 744a

Pag.

Ademarus caban. seu engol. (1030*) 953
Ademarus pod. (1098) 953a
Aldenulphus cap. (1032) . . . 976
Ado lugd. (875) 835
Adrevaldus OSB. (878*) 820
Adrianus v. Hadrianus (430) . . 309
Adso (992) 921
Adventitius met. (873) 871
Aedesius (440) 424
Aedewold (830) 753
inter Add. ad p.
Aelfredus (901) 831
Aëlfricus (sec. XI) 948
Aëneas gaz. (532) 466
paris. (870) 786
Aethelweardus (1090) 1069
Aethelwulfus (810*) 753
Alios Ae. v. sub E.
Aganon aug. (1098) 973
castell (sec. X vel XI) . . . 973
Agapetus pont. (536) 454
diac. (527*) 499
Agapitus rhod. (457) 396a
Agathangelus (sec. IV) . . 420. 414a
Agathias (582) 484
Agatho (681) 596
Agio narb. (926) 891
Agius corbej. (874*) 857
Agnellus Andr. (845*) 747
senior (566) 521
Agobardus (840) 712
Agricola Pelag. (429*) 332a
Agrippa Cast. (135*) 42
Aigradus (Angradus) OSB. (700*) 617
Aileranus (703) 648
Aimonius monach. (889) . 852 846a
(1008) 959

Pag.

Ajo croiland. OSB. (974) 918
Alagus can. (sec. IX) 842
Alain, Alanus v. Halanus (770) . 679a
Albericus card. OSB. (1088) . . 1051
Albinus OSB. (732) 700a
v. Alcuin (804) 700
Albwinus (1015*) 978a
Alboinus (1080*) . . 1035. 262. 290a
et inter Add.
Alcuinus (804) 700
Aldebaldus (sec. X) 969
Aldhelmus († 709) 653
sag. (910) 896
Aldricus cenon. (857) . . . 843. 865
Alemannus OSB. altvill. (882) . . 851
Alexander II (1073) 992
Alexander alex. (328) 119a
hieros (250) 96
leod. (1056) 961
lycopol. (sec. IV) 192
salamit. (540*) 503
Alexius CP. (1043) 979
Alfanus salernit. (1085) . . 1080. 160a
Alfricus ab. (992*) 926a
v. Aelfricus.
Algerus OSB. (964) 933
Allart Tassart (1532)
Alpertus met. (1020*) 962
Alphonsus III. Magnus (912) . . 883
Altfridus (849) 750
Altmannus pass. (1091) 1033
Alulfus (1145) 559a
Alvarus cord. (861) 849
Amalricus OSB. spir. (893) . . . 821a
Amalarius Fort. OSB. trev. (816) . 755
met. (837) 755a. 715
Imph. (837) 766
Amatus burdig. (1102) 1095
cassin. OSB. (1093) 1095
Ambrosiaster (sec. IV) 184
et inter Add. 204a
Ambrosius (250) 57a
alex. (400*) 123a
Autpertus (778) . . . 676. 189
mediol. (397) . . 177. 268a 269a
Ammonius abbas (350) 224a
Ammonius aeg. (253*) 60a
alex. (458*) 408
erem. (373*) 224a
Ammonius cr. nit. (350*) 223a
Amolo lugd. (852) 807
Amphilochius († p. 394) 151a
sidensis (458*) 390
Anamodus ratisb. (899*) 842
Anania (sec. V) 413
inter Add. ad p.
Anastasius I (401) 297
II (498) 377
antioch. I (599) 522
antioch. II (609) 562
apocris. (666) 601. 602a

Pag.

Anastasius Biblioth. (879)
831. 579. 599. 741
Caes. (1090*) 1020
II cluniac. (1086) 1052
monach. (662) 601
nicaeno (sec. VII) 606a
Anastasius palaest. (sec. VIII) . . 606a
Sinaita (700*) . . 606. 161a. 237
Anatolius al. seu laod. (270*) . . 101
CP. (458) 396a
Andreas berg. (877*) 680
caesar. (515*) 489. 575
cret. seu hieros. (720) . . . 654
in crisi (767) 655a
floriac. OSB. (1056) 955
luc. (805*) 754
presb. (sec. VIII vel IX) . . 732
samos. (434) 392
vallumbr. (1097) 1080
Angelomus OSB. lux. (855) . . . 824
Angelrannus OSB. (1045) . . . 975
Angilbertus OSB. (814) 769
OSB. (890) 770a
Angilramus met. (791) 664
Anianus, Annianus celed. (415*) 246a
Annarius (590*) 544
Ansegisus OSB. font. (833) . . . 761
OSB. senon. (883) 761a
Anselmus Baduarius seu luc. (1086) 1029
leod. (1056*) 961
Peripat. (sec. XI) 1029a
rem. (1056*) 991
de Ribod. monte (1099) . . 1075
Ansgarius (865) 855
Anso lob. (809) 684. 905
Antenor (720*) 652
Antheon (484*) 397
Antiochus monach. (620*) . . . 583
Ptol. ep. (402*) 242
Antipater bostr. (458*) 383
Antonius plac. 495a
S. Antonius M. (356) 125a
monachus (460*) 436a
monachus (sec. VII) 620
Aphraates Jac. (356*) . . . 201. 196a
Apion (200*) 47
Apollinarius laod. (390) . . 159a. 151
Apollinarius Cl. (172*) 39
Apollonius (197) 43
rom. (192) 39
Apponius (590*) 531
Apringius pac. (540*) 488
Arabianus (200*) 47
Arator (556) 529
Arcadius const. (636*) 547a
Archanaldus (905*) 892
Archelaus (277*) 93
Arculfus (670*) 641
Ardo Smaragdus OSB. (843) . . 762
Arethas caes. (914*) 879

Pag.

Aribo fris. (784) 682
et inter Add.
mogunt. (1031) 979
Aristides (125*) 26. 25
Aristo (150*) 40
Arn, Arno salisb. (821) 746
Arnalli Raym. (1065*) 1018
Arnobius afer (327*) 103
junior (460*) 407
Arnoldus OSB. altah. (1040*) . . 968
bonav. 80
OSB. emmeram. (1036*) . . 966
halberst. (1023) 962
latiniac. (1106) 1096
v. Arnulfus.
Arnulfus aurel. (997) 940
mediol. (1077*) 1070
v. Arnoldus.
Arsenius erem. (445*) 436a
Artaud, Artaldus rem. (961) . . 914a
Asaphus (590*) 544
Ascaricus (sec. VIII) 677
Ascelinus OSB. (1050*) 1050
Asclepius (495*) 380a
Asserius OSB. schireb. (909) . . 883a
Asterius amas. (410) 331
arianus, sophista (341*) . . 172a
monach. (sec. IV) 331a
Urb. (232) 331a
Athanasius (373) 117
Junior (765) 117a
Athenagoras (177*) 36
Athelwulfus OSB. (810*) . . . 753
Athenodorus (270) 97
Atticus CP. (425) 243a
Atto card. (1081*) 1083
v. Hatto.
Atto vercell. (961) 906
Audelaeus (700*) 617
Audentius hisp. (sec. IV vel V) . 190a
Audoenus (683) 616
et inter Add.
Audradus Modicus (853*) . . . 868
Augarus (320*) 115
Augustinus (430) 268
Augustinus brit. (sec. VII) . . 610a
cant. OSB. (604) 557
Aunarius (590) 543a
Aurelianus arel. (551*) 550
Aurelius carthag. (426) 284a
Aurimundus (590*) 753
Ausonius (395) 230
Auspicius tull. (478) 456
Autpertus Ambr. OSB. (778) . . 676
OSB. cassin. (837) 676a
Auxentius dorost (sec. V) . . . 205a
Auxilius (901*) 887
Avitus brac. (420*) 326
vien. (524) 476
Azzo v. Atto.

Pag.

B

Bachiarius (sec. V) 400
Bakchillus (196*) 48
Balaeus (460*) 399
Baldericus camerac. (1094*) . . 1069a
nov. (1113) 1069
Baldus (Bardo) 1090
Baltherus seck. (sec. X) 930
Barhatar (472*) 436
Barnabas (sec. I).
Barsabas Simeon (350*) 203
Barsanuphius (540*) 468a
Bartholomaeus Ci. (1084) . . . 1073a
Basilius M. (379) . . 147. 61. 165a
Basilius ancyr. (362) 147
ancyr. (363*) 147a
ancyr. jun. (787*) 662a
ancyr. presb. (363) 147a
archimandr. (430*) 390a
hieros. (846*) 669
Minimus (956) 879a
neopatr. (930*) 879
Raph. ep. (381*) 239a
seleuc. (459) 404
Baudemondus ab. bland. (692) . . 618
Baudonivia (sec. VII) 589a
Beatus OSB. (798) 674. 260
Beda Ven. (735) . . 631. 261a. 704
Bellator (540*) 488
Benedictus (543) 505
OSB. Anan. (821) 762
Levita (845*) 762
mon. (1000*) 915
OSB. wessof. (934) 892
OSB. wiram. (sec. VII) . . . 638
Benignus (468*) 439
Benno, Beno (1085*) 1028
misn. (1106) 1028a
osnabr. (1088) 1028a
Benzo (1089*) 1027
Berengarius (1088) 1088
pictav. (1140*) 1140
Berengaudus (851) 830. 189
Bernardus OSB. clun. (1090*) . . 1085a
const. (1088) 1034
OSB. Sereneus sang. (890*) . 872
Sapiens (865*) 872a
Schol. andeg. (1020*) . . . 973
Berner OSB. (982) 925
Berno OSB. (1048) 980
Bernoldus OSB. (1100) . . . 1034
watin. (1090*) 1038a
Bernowinus (810*) 769
Bertharius OSB. (883) . . . 609a. 869
(917) 891
Bertholdus OSB. div. Aug. (1088) 1028
OSB. miciac. (830*) 753
werd. (1118*) 1038a
Bertramus v. Ratramnus (868*) . 814
Beryllus (sec. III) 54a

Pag.

Bilus vennet. (913) 896
inter Add. ad pag.
Biso paderb. (908) 895
Bobolenus (680*) 617
Bodoinus (833*) 753
Boëthius (524*) 459
et inter Add.
Wulfinus (830) 753
Bonifatius I (422) 299
II (532) 454
consiliarius (sec. VII) . . . 599
Germ. ap. (755) . . . 684. 618
senior (680*) 684a
Bonitho seu Bonizo (1091) . . . 1039
Bovo catal. (947) 1011a
OSB. corb. (890) 1011a
OSB. sith. (1065) 1011
Braulio caesaraug. (651) 614
Bridferthus OSB. (980*) 932a
Bruno carth. (1101) 1093
Euseb. (1081) 1051
herbip. (1045) 945
ling. (1016) 946a
magdeb. (1034) 963
magdeb. (1081*) 1062a
mon. (1100) 559a
querfurt. (1009) . . . 971. 935a
Bruun v. Candidus (822*) . 730. 751
Buconius (450*) 380
Burchardus wormat. (1025) . . . 977

C

Caedmon OSB. (680) 611
Caesarius arel. (542) 500
et inter Add. . . . 127a. 506
naz. (369) 165a
Cajus (?17*) 91
Caldonius (250*) 79
Callinicus (490*) 425
Callixtus (222) 94
Canaparius Jo. (1004) 935a
Candidus (200*) 47
Bruun (845) 733. 751
Isaur. (491*) 418a
v. Wizo (790) 734a
Cappidus staur. (?) 896a
Capreolus carth. (431*) 393
Carterius antioch. (sec. IV) . . . 240
Cassianus Jo. (435) 393
Cassiodorius (575) 523
Castor v. Agrippa (130*) 42
Cedrenus Georg. (1057*) 1007
Celerinus (250*) 79a
Ceolfridus OSB. (716) 652
Ceponius hisp. (401*) 308
Cerealis carth. (484*) 381
Charito (350*) 506
Cheromenus (297) 102
Chilienus kildar. OSB. (740*) . . 651
Choricius gaz. (540*) 487

Pag.

Chosrowik (sec. V) 414a
Christianus OSB. Druthm. . . . 825
mon. (1095*) 1082
Christophorus alex. (836). . . . 768
antioch. (sec. IX) 669
primic. (771) 660a
Chrodegangus (766) 692
Chrodobertus tur. (674*) 624
Chromatius (477) 309
Chrysippus (479) 389a
Chrysologus Petr. (450) . . . 428
Chrysostomus (407) 239
Cixila tolet. (783) 625
Claudianus Mamert. (474) . . . 386a
Claudius classit. (601) 561
Claudius Clem. Scot. (814*) . . . 717a
taurin. (830) 716
Clemens alex. (215*) 49
et inter Add.
Romanus (c. 101) 4
Climacus Jo. (649) 582
et inter Add.
Coelestinus I. (432) 368
Coënechair OSB. (859) 853
Cogitosus (sec. VII?) 619a
Colmanus lindisfar. (676) . . . 624
Columba (597) 585a
Columbanus (615) 585
Commodianus (251*) 86
Conantius palent. (639) 624
Conchubranus (1082) 1078
Concubar Ultanus Mac (656) . . 619
Conradus OSB. tegerns. (1155) . 1018
ultras. (1099) 1029
Constantinus antioch. v. Constantius 251a
diac. et chartoph. (535*) . . . 542
met. (1024) 935a
tion. (879*) 861
Constantius antioch. (491*) . . 247. 251a
lugd. (488*) 425
Cormac Mac Culinan (903) . . . 883a
Cornelius (257) 95
Coronatus Not. (?) 222
Cosmas v. Kosmas.
Cresconius (sec. VI) 497a
compost. (1066*) 1015
Cummeanus durow. (633*) . . . 624
Cummeneus Albus (sec. VII vel VIII) 623
Longus (661) 624
et inter Add.
Cummineus, Cummeanus (662) . . 585a
Cuthbertus (735*) 633a
Cynewulfus (sec. VI) 611a
S. Cyprianus (258) 76
et inter Add.
cordubensis (928*) 900
gall. (410*) 308. 209
tholon. (545) 501a
Cyrillonas (395*) 201
Cyrillus alex. (444) 350

Pag.

Cyrillus hieros. (386) 145
scythopol. (558) 540
Slav. ap. (869) 830
Cyrus (450*) 388

D

Dadas Syrus (440) 399a
Dadjesu seleuc. (456) 409a
Dado (923) 891
Dalmatius cyzic. (431*) 390
Damascenus Jo. v. Jo. Dam. . 665
Damasus I (384) 220
Damiani Petr. (1072) . . . 997
Damianus tic. (708) 598a
Daniel Cerin. (1090*) 1061
monach. (601*) 582a
Went. (745) 653
Datius mediol. (552).
David Arn. (510*) 475
byz. (880*) 778
David cenom. (857*) 844
menev. (544) 549
Degan v. Thegan (835*) 745
ad Demetriadem ep. (430*) . . . 265a
Demetrius cyz. (1040*) 980
Deoduinus (1075) 1051
Desiderius OSB. cas. v. Victor III.
Desiderius cadurc. (655) 627
hisp. (406*) 263a
Deusdedit card. (1099) . . 1083. 1043
Dexter Fl. Luc. (392*) 193a
Diadochus Marc. (sec. IV) . . . 437
photic. (450*) 437
Didache 9
Didascalia apost. (sec. III) . . . 11
Didymus (395) 174. 151
Diodorus tars. (393) 206
et inter Add.
Diognetus, ep. ad Diognetum
(sec. II) 24
Dionysius Alex. (265) 82
Areop. (sec. VI) 455
Cor. ep. (180*) 47
Exiguus (540) 495. 523
Rom. (269) 95. 85
Doctrina XII apost. 10. 11
Dodechinus 1065a
Domitianus ancyr. (551*) . . . 521
Donatus met. (795*) 683
ves. (651) 621
Dorotheus ab. (610*) 583
tyr. (sec. IV) 484a
Dracontius (450*) 445
Drogo OSB. berg. (1070*) . . . 975
bolon. (1079) 975a
ghistell. OSB. (1118*) . . . 975a
Drungarius v. Joan. Dr. (sec. VIII
vel IX) 731
Druthmar Christ. (851) 825
Dudo (1026*) 950a

Pag.

Dulcidius salm. (883*) 838
Dungalus (834*) 718
Dunstanus cant. (988) 932
Durandus leod. (1024) 1051
troarn. OSB. (1088) 1052
Dynamius († 601) 428a

E

Ebbo gratianop. (860) 809a
Ebbo rem. (851) 801a
Eberhard (909) 897
OSB. (1003) 982
Eberwinus OSB. (1047) 972
tholej. (1040*) 972
Ecbertus, Egbertus (766) . . . 690
v. Ekkebertus.
Eddius OSB. (720) 650
burton. (1216*) 1078
Edelbertus v. Odilbertus (814) . 756
Edesius v. Aedesius (sec. V) . . 424a
Egilwardus (1030*) 971
Eginhard v. Einhard (840) . . . 742
Eginus (840*) 859
Eigil OSB. (822) 750
Einhard (840) 742. 839
et inter Add.
Ekkebertus OSB. hersf. (1080*) . 1081
Ekkehard I (973) 936
II (990) 937
III (sec. X) 938
IV (1060) 1008. 937
Minimus 874a
Eleusius Georgius (sec. VII) . . 736
inter Add. ad p.
Eleutherus tornac. (532) 508
Elias cret. (sec. X) 582. 169a
hieros. (907) 872
Eligius noviomag. (659) 616a
Elipandus tolet. (808) 662
Elische, Elisaeus (480) 414
Ellinger OSB. (1056) 1018
Elpidius (Helpidius) Rust. (526*) . 507
Endelechus Sev. Sanct. (394*) . . 230
Engelmodus (864) 819a
Engilbertus v. Angilbertus.
Enhardus OSB. (838*) 744a
Ennodius tic. (521) 480
Ephraem antioch. (545) 474
Ephraem syr. (373) 195. 35a
et inter Add.
Epiphanius (403) 233
catan. (781*) 673
CP. (533) 508
cypr. (870*) 779a
monach. (sec. VIII—XI) . . 769
Schol. (510*) 527. 416
Eraclius hip. (426*) 332a
Erardus v. Erhardus 945a
Erchanbaldus (901*) 893
Erchanbertus (sec. IX) 844a

Pag.

Erchenbaldus arg. (991) 916
Erchenbertus (888*) 844
Erhard OSB. (1050*) 945a
luneb. (1004) 945a
Erigena (Eringena) Jo. Scotus (870*) 790. 829
Ermenricus OSB. (874) 853
Ermentarius (865) 860
Ermoldus, Ermenaldus, Nig. (835*) 746
Erveus v. Herveus (868*) . . . (sec. VIII) 752
Ethelwulfus, Aethelwulfus (810*) 753
Etherius oxum. (783*) 674
Eucherius lugd. (450) . . 431. 394a
Eugenius carth. (505) 419
tolet. (657) 628
Eugesippus (1040*) 949
Eugipius (550) 492
Eulogius alex. (607) 572
Cord. (859) 847
Euphronius (475) 422a
Eusebius (401*) 328
alex. (sec. V) 137a
antib. (570) 543
Bruno and. (1081) 1051
caes. (340) . . . . . 210. 64 et inter Add.
Eusebius crem. (419*) 328
doryl. (450*) 388
emes. (359) 136a
laodic. (270) 137a
mediol. (464) 328
nicomed. (342) 210a
samos. (380) 136a
thessalonic. (601*) 572
vercell. (371) 136
Eusignius (363) 217
Eustachius can. (sec. XIII) . . . 842
Eustathius Afer (440*) 152a
antioch. (360) 203. 152a
de Epiphania (502*) 491
monach. (551*) 523
patric. (1025*) 979
sebast. (378) 152a
Eustrathius (582*) 522
Euthalius (458*) 410
Eutropius (401*) 332a
(sec. IX) 845a
araus. (475*) 424a
valent. (596*) 544a
Eutychianus (538*) 542
Eutychius CP. (582) 521
alex. (940) 886
Euzojus caes. (380*) 64a
Evagrius (420*) 40
antioch. (393) . . . 125a; 227a
Ponticus (399) 227
scholast. (590*) 534
Evantus trocl. (690*) 624
Everhelmus OSB. bland. (1069) . 1011
Evodius (sec. IX) 281a

Pag.

Evodius caesar. (?) 281a
uzal. (424) . . . . . 281a et inter Add.
Eznik arm. (449*) 412

F

Facundus herm. (555*) 518
Falco OSB. trenorch. (1087*) . . 1074
Falconia Proba (sec. IV) 340
Faricius OSB. (1117) 654a
Fastidius (420*) 332a
Faustinus lucif. (384*) 143
lugd. (250*) 79a
Faustus Apoll. ep. (484*) . . . 397
byzant. (392*) 421
ga. (380*) 46
monachus (524*) 492
OSB. (620) 577
rej. (490*) 383. 407
Felix I (274) 94a
II (492) 374
III (IV, 530) 454
ab. afer (555*) 516a
croyland. sive gerw. (730*) . 650 ravennat. (717) tolet. (700) 705. 608. 663
urgellit. (818) 706. 663
Ferrandus Fulg. (523*) . . 498. 462
Ferreolus ucet. (581) 550
Finian abbas (548) 549a
episc. (589) 549
Firmicus Maternus (347*) . . . 107
Firmilianus (269) 80a
Firminus (553) 501
Firmus caes. (438) 390
Flann Mainistrech († 1056) . . . 1064
Flavianus ant. (404) 206. 249
CP. (449) 372a
Flodoardus rem. (966) . . . 912
Floharius paris. (923*) 896a
Florentius tricast. (p. 632*) . . 578 et inter Add.
ab. OSB. (1015*) 976
Florianus ab. (577) 553a
Florus lugd. (860) 828
Folcardus OSB. (1084*) 1079
Folcuinus v. Fulcuinus lob. (990) 916
Fortunatianus (354*) 204a
Fortunatus Amal. OSB. trev. (816) 755
Venant. (600*) 588
Vercell. (569) 589a
Freculphus (850) 746
Fredegarius (660*) 611
Fredegisus (834) 714
Fridegodus OSB. (960*) 931
Frodoardus v. Flodoardus (966) 912
OSB. (996*) 912a
Frodonus (sec. XII).
Frollandus silvan. (1071) . . . 1050a
Frotharius OSB. (848) 769

Pag.

Froumund OSB. (1010*) 983
Fructuosus brac. (670) 621
Frulandus (1041*) 973
Fulbertus carn. (1028) 943
gemet. (1092*) 1072a
rotom. (1070*) 1072
rotom. (1110*) 1072a
Fulco corbej. OSB. (1095) . . . 1073
rem. (900) 871
Fulcojus (1090) 1090
Fulcuinus v. Folcuinus (990) . . 916
Sith. (975) 917a
Fulgentius Astig. (620*) 567a
Fab. Planc. (494*) 462a
Ferrandus (523*) . . . 498. 462
Fulgentius rusp. (533) . . . 462
Furius Dion. (380*) 434a

G

Galfridus burt. (1151) 1078
Gallus s. Martini disc. (405*) . . 317a
mon. (645) 865
Galterus v. Gualterus.
Garcia cux. (1040) 964
Garibaldus v. Gerbaud (809) . . 758
Garlandus Jo. (1081*) 1091
Garnier trenorch. (1100*) . . . 1083
Gasemann OSB. (1008) 972
Gaudentius brix. (410) 331
Gaudericus velletr. (879*) . . . 859
Gauferius Bened. OSB. (1060*) . 1091
Gaufredus Malatera OSB. (1098*) 1073a
Gauzlinus bitur. (1030) 955
Gebehard aug. (1002) 927
salisb. (1088) 1032
Gebuinus lugd. (1082) 1089
Gelasius I (496) 375
caesar. (394) 145a
cyzic. (476*) 418. 145a
Geminus (235*) 94a
Genesius Jos. (950*) 883a
Gennadius CP. (471) 409
massil. (493) 426
Geometra Jo. (1005*) 984
Georgius alex. (630) 252a
Arab. ep. (724) 648a
caes. v. Gregorius presb.
(sec. X) 172a
Cedrenus (1057*) 1007
Eleusius v. Eleusius 736
Hamartolus (867*) 838
laod. (360*) 147a
nicomed. (879) 867
Pisida (630*) 590. 599 et inter Add.
Syncellus (810*) 734
Gerardus aug. (980*) 927
bron. (959) 927a. 1012
card. OSB. (1077) 1013a
Camerac. seu leod. (1051) . 1013

Pag.

Gerardus Silv. maj. OSB. (1095) . 1082
suess. (954) 927
Gerbaud leod. (809) 758
Gerbert v. Silvester (1003) . 939. 189
Germanus antissiod. (448) . . . 422a
aug. vel. par. (576) 552
CP. (740) 644
CP. junior (1240) 646
Gero v. Kero (760*) 692
Geroldus OSB. corb. (850*) . . . 743
inter Add. ad p. 857
Gerontius (440*) 426
Gervasius rem. (1067) 1010
Gezo (984) 873a
Gilbertus s. Rem. mon. (1051*) . 1009
Gildas Sapiens (570) 532a
banchor. (860*) . . . . .
Girardus eborac. (1108) 1099
Gislebertus OSB. elnon. (1095) . 1073a
Gislemar OSB. (886) 861
Glaber Rod. OSB. (1050) . . . 956
Godefredus stabul. OSB. (1080*) . 1073
Godehard hild. (1038) 968
Godescalcus v. Gotteschalcus.
Goldscherus, Gloscherus (986*) . 897
Gontherus OSB. bron. (1062) . . 1012
Gonzo OSB. (1059) 1010
Gordianus OSB. (560) 543
Goscelinus OSB. (1098) 1076
Goswinus mog. (1072*) 995
Gotteschalcus (869) . . . 788. 807
aquisgr. (1039*) . . . 984. 1068
benedictobur. (1055*) . . . 1008
leodiensis (730) 651
lintpurg. (1098) 1088
Gozbertus OSB (850*) . . . 586a. 730
Gozechinus (1060*) 995 et inter Add.
Gozpertus OSB. (1001) 982
Gregentius (552) 520
Gregorius M. (604) 555
Gregorius II (731) 641
III (741) 643
VII (1085) 1021
(960*) 930
agrig. (630) 576
antioch. (593) 534
vel Georg. caes. (sec. VIII?) . 172a
card. (1090*) 1083
casin. OSB. (1126*) 1097
Decap. (817) 728
elib. baeticus (p. 392) 58. 141. 62. 180
Illuminator (337) 414a
nazianz. (390) 165. 61
nyss. (394) . . . 156. 165a. 98a
persa (380*) 229
Thaumat. (c. 270) 97
turon. (554) 537
Grimaldus v. Grimoaldus (sec. IX) 866a
Grimlaicus (880*) 864
Grimoaldus v. Grimaldus (872) . 865

Pag.

Grimoaldus OSB. (1073*) . . . 1081
Guaifer Ben. OSB. cas. (1089) . . 1012
Gualbertus Jo. (1073) 1088
Gualdo OSB. corb. (1051) . . . 857a
Gualterus (sec. XI) 1052a
Dan. (1070) 1052a
v. Walterus.
Guido anic. (964) 933
aret. OSB. (1050*) 981
OSB. farv. (1049) 1085
novion. (1090*) 1072
Guilelmus I OSB. ab. (1031) . . 963
et inter Add.
apul. (XI) 1063a
bajoc. (1096) 1090
biblioth. (891) 835a
Calculus (1080*) 1062a
clus. OSB. (1097*) 1042a
hirsaug. OSB. (1091) . . . 1042
pictav. (1070*) 1063a
a s. Theodorico (1135) . . . 183
Guillebertus cab. (877) 864a
Guitmundus OSB. avers. (1087*) . 1053
Gumboldus mant. (985) 928
Gundechar, Gunzo (1073) . . . 1069
Gundulfus roff. (1008) 1099
Günther col. (869) 871
elnon. (1107*) 1097
Gunzo eichstet. (1073) 1069
nov. (965*) 934a
Gurdestinus (870*) 860

H

Hadrianus v. Adrianus (430*) . . 309
Hadrianus I (795) 662
Hadrianus II (872) 777
Haelhuca ab. (sec. VIII) 690a
Hagioelites Joan. (sec. X). . . . 574a
Haiminius (834) 752
Haimo cant. (1054*) 1004
Haimo OSB. halberst. (853) . . . 821
OSB. hiersaug. (1107) . 823. 1042a
Haito bas. (836) 758
Halanus OSB. (770) 679a
Halitgarius (831) 759
Hamelinus de Verul. (sec. XI) . . 1088
Harmer and. (1001*) 971a
Hartmann OSB. sangall. (932) 931. 900
Hartmodus OSB. sang. (883) . . 821a
Hatto mogunt. (912) 892
v. Atto.
Haymo v. Haimo (853) 821
hirsaug. (1107) . . . 823. 1042
Hebretmus OSB. clun. (1084*) . . 1082
Hecelinus OSB. (sec. VIII) . . . 684
Heddius v. Eddius (720*) . . . 650
Hegemonius (320*) 93
Hegesippus (180*) 45
aegypt. (305*) 110
v. Ambrosius 188

Pag.

Helgaldus (1040*) 957
Heliodorus ant. (410*) 134a
pict. (360*) 133a
Helpericus OSB. (sec. IX vel X) . 909
Helpidius (Elpidius) Rust. (526*) . 507
Hemming wigorn. (1100*) . . . 1072
Henricus OSB. ab. (1066) . . . 1009
leod. (1091) 1084
pompos. (1093*) 1090
Hepidannus OSB. (1072*) . . . 1062a
Heraclianus (370*) 191
chalced. (510*) 476
Heraclitus (200*) 47
Herardus tur. (871) 864
Herbernus tur. (917) 896a
Heribaldus (857) 820
Heribertus eichstett. (1042) . . . 984
Hericus antis. OSB. (876) . . 842. 425a
Heriger leod. (1007) 960
Herimbertus (712*) 651
Hermann archid. (1095*) . . . 1082
col. (925) 892
Contr. (1054) 1005
met. (1090) 1032
Hermas (150*) 20
Hermenaldus anan. OSB. (830*) . 746
Hermias (200*) 38
Heros arel. (415*) 284a
Herrandus halberst. (1102) . 1043. 1024a
Herveus rem. (920) 898
(sec. VIII) 752
Hesichius aegypt. (305*) 110
CP. (sec. VI) 406a
hieros. ep. (609) 405
hieros. presb. (439) 405
miles. (550*) 490a
salon. (418) 405a
Hetti trev. (847) 758a
Hettilo, Hezilo hildesh. (1079) . 1089
Hierakas (301*) 109a
Hieronymus hieros. (sec. VIII) . 647
Hieronymus strid. (420) 253. 269a
et inter Add. 272a
Hilarius Quint. Jub. (397*) . . . 217
Hilarius arel. (449*) . 422. 332a; 380
diaconus seu sard. (354*) . . 204
gallus (sec. V) 424a
(377*) in Add. ad pag. . . . 184
laicus (431*) 286a
picta v. (366) 128
sardus (sec. IV) 204a
Hilarus (468) 373
Hildegarius OSB. (875) 852
Hildemarus OSB. (833*) 764
Hildephonsus tol. v. Ildephonsus
(667) 625
jun. (845*) 625a
Hilduinus OSB. (842) 751
Hillinus (1109*) 1096
Hincmarus laud. (879) 806
rem. (882) 801

Pag.

Hippolytus (235) 65. 91
Theban. (sec. VIII) 650
Honoratus Ant. (440*) 436
arel. (429) 331a
massil. (494) 424a
Honorius I (638) 593
Hormisda (523) 453. 469
Hosius cord. (357) 139
Hrabanus v. Rabanus M. (858) 794
Hubertus (1051*) 1011
Hucbaldus OSB. (930) 893
Hugo Candidus (1098*) 1041
card. (1095*) 1028
engolism. (992) 923
farv. OSB. (1039) 964
lingon. (1051) 994
lugd. (1106) 1098
turon. (1020*) 973
Hukar diac. (1040*) 690
Humbertus card. (1061) 992
Hydatius emerit. (390*) 319a
lemic. (470*) 418
v. Idacius, Itacius.

I

Idacius Clarus (388*) 349a
Idacius emerit. (390*) 319a
lemic. (468*) 418
v. Itacius, Hydatius.
Ignatius M. (107) 15
CP. (877) 778
nicaen. (813*) 721. 741a
Ildephonsus junior (845*) . . . 625a
tolet. (667) 625
Ingelramnus vel Angilramnus (791) 664a
Innocentius I (417) 297
Irenaeus (202) 88
Comes (450) 367
Isaac (399*) 184a
amid. (420) 398
Isaac Bonus ling. (880) 863
edess. (480*) 398a
edess. 398a
Magnus ant. (460) 397
Magnus arm. (440) . . 411. 398a
Niniv. (sec. V) 439 et inter Add.
seleuc. (410*) 327
Isaias ab. (372) 227
de Arzoum (327*) 114
asceta (485*) 227
Bar Chabadus (330*) . . . 114
Isembardus OSB. (1003*) 976
Isidorus hisp. (636) 565
Isidorus cord. (420*) 565a
Mercator (sec. IX) 861
pac. (?) 565a
Pelusiota (434*) 403
Iso OSB. sangal. (872) 857
Itacius sossub. (390*) 319a
v. Idacius, Hydatius.

J

Pag.

Jacobus diac. (430*) 326
edess. (708) 648
monach. (sec. XI) 1089
nisib. (c. 338) 195a. 201
sarug. (521) 503
Jesse amb. (836) 757
Joannes I (526) 454
II (535) 454
VI (642) 595. 833
VIII (882) 777. 834
IX (900) 780
(sec. V) 239a
(1051*) 1052
ab. (1070*) 1018
ab. cas. (934) 890a
s. Amandi mon. OSB. (sec. X) 894a
antioch. (441) 352a
antioch. (in eunte sec. VII) . 490a
antioch. presb. (480*) . . . 397
de Apamea (sec. VI) . . . 508
de Asia, de Eph. (585) . . . 533a
atin. (1087) 976a
bajoc. (1079) 1086
Bar Aphtonia (538) 488a
barens. (1087) 1082
bassor. (650*) 625
biclar. (620) 535
caesaraug. (631) 581
Canap. (1004) 935a
cassin. OSB. (934) . . . .
Chrys. v. Chrysostomus
(407) 239
Climacus (649) 582 et inter Add.
clun. OSB. (942*) 881a
CP. VI. ep. (715) 644a
CP. schol. (577) 548
CP. diac. v. Jo. diaconus . . 871
Damascenus (750*) . 665. 507
diaconus cass. seu rom. OSB.
(880*) 858
diaconus CP. (893) 871
diaconus neapol. (910*) . . 889
diaconus rom. (495*) . . . 436
diaconus venet. (1008*) . . 963
Drungarius (sec. VIII vel IX) 731
de Epheso (585) 533a
Epiph. disc. (sec. V) 239
euboens. (744) 654
euchaita (1054) 1019
farv. OSB. (1040*) 1074
de Garl. (1081*) 1091
de Garl. (sec. XII) 1092a
Geometra (1005*) 984
gerund. (620) 535
gorz. (974) 924
Grammat. seu farv. OSB.
(1092*) 1074
Gualb. (1073) 1088

Pag.

Joannes Hagioelites (sec. X) . . 574a
hieros. (417) 263a
Hymonides OSB. (870) . . . 859
Jejunator (595) 547
Joannellus (1079) 1087
Jos. (440*) 403a
Kameniates (904*) 886a
Karpathius (650*) 621
laud (1106) 999a
Malalas (573*) 490a
Mamigonius (sec. VII) . . . 414a
Maroniae ep. (531*) 471a
Mauropus (c. 1054) 1018
Maxentius (523*) 469
met. OSB. (983) 923
monachus (sec. V) 137a
monachus presb. Saxo (895) . 790
monachus s. Sabae (sec. VIII) 673
monachus s. Vinc. (1108*) . 1085a
Moschus († 619) . . . 580. 579
neapol. diac. (910*) 889
nicom. (322*) 115
nicaenus (900*) 866
Orthod. (?) 670a
Philoponus (550*) . . 466a. 549
raithuensis (606*) 582
rhodius (sec. IX) 673
rotomag. (1079) 1086
Scholast. CP. (577) 548
Scholast. de Epiph. (sec. VI) 549a
Scottus v. Erig. (870*) . 790. 829
scythop. (504*) 474
de Sicilia (866*) 838
Skylitzes (1081*) 741
subd. S. R. E. (573) 546a
thessal. (680*) 620
OSB. vulturn. (1101*) . . . 1096

Job alex. (846*) 669
monach. (sec. VI) 475

Jocundus (1088) 1082

Jonas OSB. (659*) 614. 587a et inter Add.
aurel. (844) 719
fontan. OSB. (730*) 651

Jordanus, Jornandus (sec. VI) . . 526a
de Loron (Laron 1052) . . . 1014

Joseph (sec. IV?) 210
Alcuini disc. (804*) 752
Conf. (844) 727
Genes. (950*) 883a
hymnogr. (c. 883) 870. 600 et inter Add.
Joan. (440*) 403a
sac. (846*) 752
thessal. (824*) inter Add.

Josua Styl. (507*) 491a
Jotsaldus OSB. (1052*) 960
Judas (203*) 59

Julianus coënsis (458) 396
eclan. (sec. V) 285

Pag.

Julianus Pomerius (498) 437
tolet. (690) 608
Julius I (352) 219
Sextus (240*) 100
Junilius afer (551) 530
Justinianus hisp. (546) . . . 483. 626
imp. (565) 515
S. Justinus M. (163) 29
Justus tolet. (636) 581
Justus urgellit. (546*) 488
Juvenalis hier. (458) 358a
Juvencus (330*) 208

K

Kero OSB. (760*) 692
Kilienus v. Chilienus (740*) . . 651
Korium arm. (450*) 411a
Kosmas hieros. (781) 694
Indicopl. (547*) 494
Melodus (781*) 693. 171
de Phanir (460*) 437
Senior (740*) 693
Vestitor (901*) 899a

L

Lactantius (325*) 104
Ladkenus (?) 559a
Laidradus v. Leidradus (816) . . 756
Lambertus aschaf. (1077) vel hersf. 1067
leod. (1069) 1011
Lamfredus mozac. (761*) . . . 678
Landulfus Sagax (1000*) . . . 679
Landulphus Senior (1085*) . . . 1071
Lanfrancus OSB. cant. (1089) 1055 679
Lantbertus bland. (1079*) . . . 1068
Lanthfredus, Lamfridus (980*) . 926
Laurentius amalphit. (1048) . . 976
casin. OSB. (sec. XI) . . . 976
Mellifl. seu med. (512) . . . 502
Lazarus aquens. (415*) 284a
pharb. (485*) 416a
Leander hisp. (599) 559a
Leidradus lugd. (816) 756
Leo I Magnus (461) 369
Leo II (683) 597
III (816) 696
IV (855) 773
IX (1054) 987
abb. rom. (995*) 914a
atin. (1072) 976a
centur. vel sic. (sec. VIII) . . 652
diac. vel Asias, Kario (980*) . 908
Grammat. (1013*) 949
imp. VI. (911) 899
presb. rom. (1006*) 977
raven. (1005) 983
senon. (547) 508
Leodegar aug. (678) 618

Pag.

Leontius (?) 579a
abb. rom. (680*) 576
Arab. ep. (sec. VII) 579a
arel. (484) 423
mon. (801*) 754
neap v. nicop. (620*) . . . 579
Scholast. byz. v. hier. (543) . 471
Leporius (430*) 287a
Letaldus (936*) 897
mimiac. OSB. (996) 925
Letselin crisp. OSB. (1031*) . . . 974
Liberatus diac. (553*) 518
Liberius (366) 219
Libuinus rom. (1054*) 990
Licinianus carth. (602) 562
Liu . . . v. Lui . . .
Liudgerus v. Ludgerus (809) . . 748
Liudprandus crem. (972) . . . 909
Liutbertus hirsaug. OSB. (853) . 821a
Liutolfus mog. (858*) 854
Lucas cryptoferr. Bas. (1085) . . 1080
Lucianus (312) 109
byz. (454*) 396a
presb. (415) 325
Lucidus presb. (475*) 384
Lucifer calor. (371). . . . 140. 132
Lucinianus v. Licinianus (602) . 562
Luculentius (sec. VI) 531
Ludgerus (809) 748
Ludolfus, Luidolfus (858) . . . 854
aug. (996) 927a
Ludovicus sen. v. laod. (1056*) . 1010
Luitgerus lüneb. (1028) 945a
Luitpertus mog. (889) 864
Luitprandus v. Liudprandus (972) 909
Lui . . . v. Liu . . .
Lullus (786) 688a
Lupus catal. (p. 857) 813
Protosp. (1102*) 1095
Servatus (862) 811
trec. (479) 422a

M

Macarius Aegypt. Senior (390) . 225
Alex. Junior (395) 227
Magnes (410*) 299
monach. (399*) 226a
Mac Grady Aug. (1405) 1064
Macrobius diac. 194a
Macrobius donat. (370*) 193a
Magnobaudus, Magnobodus (654) 613a
Magnus senon. (818) 757
Malalas Jo. (573*) 490a
Malchion (270*) 92
Mamertus Cl. Ecd. (474) 386a
vien. (476) 386a
Manasses I rem. (1099) 1098a
II rem. (1106) 1098
Manegoldus CR. (1100*) 1044
(1090*) 1045a

Pag.

Mansuetus mediol. (681) 598a
Mapinius rem. (569) 552a
Mappa Stylianus (870*) 780
Marcellinus Comes (534*) . . . 491
presb. (384*) 143
Marcellus ancyr. (374) 172
Memor. (411*) 283a
nolan. (sec. VI) 443a
Marcuardus OSB. prum. (853) . . 861
Marculfus bit. (656*) 613a
Marcus diac. (420*) 325
erem. (420*) 330
poëta OSB. (601*) 577
praep. (XI) 507a
presb. (310*) 116
Marengo Dom. (1169) 994
Marianus Scottus OSB. (1083) . . 1064
Scottus OSB. ratisb. (1088*) . 1064a
Marius avent. vel laus. (593) . . 536
Mercator (451) . . . 348. 286a
Victor (445) . . . . . .
Victorinus (370) 190
Martialis (251*) 94a
Martinianus (sec. X) 899
Martinus I rom. pont. (655) . . 595
bracar. seu dum. (580) . . . 544
turon. (397) 130a
Maruthas Maikph. (420) 326
tagrit. (649) 326a
Maternus v. Firmicus 107
Maurilius rotom. (1067) 996
Mauropus Jo. (1054) . . . . . .
Maurus Rab. (856) OSB. . . . 794
OSB. quinqueeccl. (1070) . . 1013
Maxentius aquilej. (833) 757
Jo. (520*) 469
Maximinus trevir. (349) 119
Maximus (190*) 43
caesaraug. (619) 576
conf. (662) 601
gall. (401) 430a
philos. cyn. (381*) . . 123a. 167a
rej. (460*) 428a
taur. (465) 430
Meginfredus OSB. fuld. (1010) . 966
Meginhard OSB. fuld. (888) . . 840
Meletius ant. (381) 157a
monachus (f. sec. X) 157a
mopsuest. (431*) 157a
Melito sard. (170*) . 33 et inter Add.
Memnon eph. (444) 390
Menander Prot. (582*) 484a
Merobaudus (435*) 444
Mercator Mar. (451) . . . 348. 286a
Mesrop. arm. (441) 412 et inter Add.
Messianus presb. (sec. VI) . . . 502a
Metaphrastes Sim. (965*) . . . 918
Methodius (312) 107. 55
CP. (847) 760. 736

Pag.

Methodius Slav. ap. (885) . . . 830
Metrophanes (880*) 779
Michael alex. (872) 872
(830*) 724a
Syncellus (835*) 751a
Mico s. Rich. OSB. (865*) . . . 859
Milo mindon. (996) 924a
tornac. (872) 858
Miltiades (169*) 35
Minucius Felix (180*) 32
Mochimus Mesopot. (460*) . . . 397
Modestus (201*) 42
hieros. (631*) 584
Modoinus OSB. augustod. (838) . 769
Moelcaich (751*) 684a
Montanus tolet. (531) 508
Moschus Jo. (619) 580. 579
Moses Bar Kepha (913) 877a
choren. (487) 415a
Muirchu Maccu Machtheni (680*) 619
Muratorianum fragmentum (sec. II) 22a
Musaeus massil. (460*) 435
Musanus (175*) 43
Mutianus schol. (560*) 247a

N

Nagoldus OSB. clun. (1090*) 1081. 881a
Naucratius OSBaj. (848) 724a
Nectarius CP. (397) 169a
Nemesius (390*) 160a
Nennius banchor. (859*) 831a
Nepos aeg. (sec. III) 249
Nerses Magnus (374) 412a
Nestorius (430*) 349
Nevelo OSB. corb. (1096*) . . . 1083
Niceas 7. Nicetas Remes. (414*) . 301
Nicephorus barensis (1035*) . . 976
CP. presb. (960*) 892a
Homologetes CP. (829) . . . 737
philosophus (901*) 892
Skeuophyl. (sec. IX) 736a et inter Add.
Uran. (sec. VII vel X) . . . 547a
Nicetas byzant. (sec. IX) 787
byzant. v. Nicetas Serronius 1004. 169
David v. Paphl. (890*) . . . 778a
heracl. 1004. 488
Pectoratus (1054*) 993
Romat. vel Remes. (414*) 301. 188a
Serronius 1004. 169
Nicetius trevir. (566) 552
Nicias mon. (sec. VI) 467a
Nico armen. (998) 901a
raith. (1060*) 1020
Nicolaus I (867) 774
II (1061) 991
CP. Mysticus (925) 887
Nigellus v. Ermoldus (835*) . . . 746

Pag.

Niketas v. Nicetas.
Nilus (304*) 328
asc. (430) 328
mon. (1070*) 1013
Nithardus (859*) 850
Nizo mediolac. (1071*) 1081
Nonnus aegypt. seu panop. (410*) 402a; 168a
edess. (450*) 403a
panop. (401*) 402a; 168a
syr. (sec. VI) 168a
Notkerus altvillar. OSB. (1099) . 948a
Balbulus (912). 873
historiogr. (975) 948a
Labeus (1022) 948
leod. (1008) 965
pictor et physicus (975) . . 948a
Novatianus (252*) . . . 95a; 62. 65. 81

O

Odbertus, Oetbertus (1026*) . . 974a
Oderisius OSB. (1105) 1096
Odilbertus med. (814) 756
Odilo clun. OSB. (1049) 969
OSB. sues. (920*) 896
(sec. IX) 753
Odo bellovac. (881) 851a
cluniac. (942) 880
fossat. OSB. (1058*) 1009
glannafol. (863) . . . 850. 578
Severus cant. (958) 931
Odolricus (1040). 956a
Odorannus OSB. (1046) 953
Oecumenius (601*) 575
Olbertus († 1048) 974
Oliva vic. (1046) 977
Olympiodorus alex. (520*) . . . 487
Olympius hisp. (390*) 280
Optatus milev. (385*) 193
Orestes Jer. (1012) 970
Orientius (439*) 444
Origenes (254) 53 et inter Add.
Orosius (418*) 319
Orsisius (380*) 224
Osbernus OSB. (c. 1100) 933a
OSB. cant. (1100) 1077
Osbertus mon. (sec. XII) 1077a
Osmundus saresb. (1099) . . . 1086
Otfridus OSB. (870) 827 et inter Add.
Otheboldus (1034) 965
Othelgrimus (820*) 750a
Othlo OSB. (1073) 1015. 687a

P

Pachomius (346) 223
Pacianus barc. (c. 390) 193
Palladius helenopol. (420*) . . . 322
alter (? 410*) 321
schol. (540*) 520

Pag.

Pamphilus (309) 63
Panodorus (408)* 734
Pantaenus (193*) 44
Pantaleon diac. CP. (sec. IX?) . . 770
presb. CP. OP. 770
Papa seleuc. (335) 201a
Papias (150*) 23
Pardulus laud. (856) 809
Paschalis I (824) 728
Paschasinus lilyb. (454*) 396a
Paschasius diac. (c. 520) 385a
diac. dumiensis (583) 546
Paschasius Radb. (860*) 817 et inter Add.
Pastor hisp. (450*) 382
Paterius (601*) 559a
Patricius (493) 438
Leo (910*) 878
Paulinus antioch. (389) 141a
aquilej. (804) 710. 292a
bituric. (419*) 440a
burdig. (480*) 440a
casin. OSB. (1105).
mediol. (418*) 324. 189a
met. (1060*) 996
nolanus (431) 440
Pellaeus (460) 440a
de Petricordia (473*) . . . 440a
trevir. (359) 120
Paulus I (767) 661
abbas (sec. VI) 505
Bernried. (1145*) 1024a
carnot. (1088) 1074
diaconus Warnefridus (797) . 678
elusensis (526*) 541
emerit. (672) 614
emes. (431*) 541
fuld., Paululus (sec. XII) . . 1097
galeat. (560*) 543
genuens. OSB. 1062
hellad. vel elusinus (526*) . 541
neapol. (640*) 599
pannon. (sec. V) 437
paris. (361*) 229
Persa seu nisib. (527*) . . . 468
Silent. (562*) 484a
tellens. (617*) 574a
Pelagius I (560) 514
II (590) 515
archid. (572*) 544. 546a
Peregrinus (sec. V) 400
Peringer OSB. (1012) 982
Perpetuus turon. (491) 428a
Petronius (450) 421
Petrus alex. I (311) 113. 122a
alex. II (381) 113a
arg. (890) 868
Bibliothec. 846a
canus. v. barensis (801*) . . 748a
carnot. (1039) 945a
Chrysologus (450) . . . 428

Pag.

Petrus Crassus (1084*) 1029
Damiani (1072) 997
diac. af. (513*) 465
diac. card. (1050) 974
diac. cas. (1138*). 976
edess. (sec. V) 450
ilerd. (sec. V vel VI) . . . 435
laodic. (sec. VII) 610
malleac. OSB. (1065*) . . . 1009
Mansur (sec. VIII) 671
mon. et ab. (850*) 754
neapol. subdiac. (960*) 889 et inter Add.
neapol. subd. (sec. XI) 889a et inter Add.
sebast. (391*) 147a
siculus (900*) 783
sic. (890) 868
Vangad. (1066*) 1009
Philastrius (387) 218
Phileas thmuit. (311) 112
Philippus cret. (170*) 42
presb. (455) 261a
sid. (430*) 321
Solit. (1105*) 1087a. 980
Philo Carpasii ep. (400*) 238
Philoponus Jo. (550*) . . . 466. 549
Philostorgius (425*) 310a
Philoxenes mabbug. (523) . . . 488a
Phoebadius agen. (392*) 140
Photinus (376) 174a
presb. (sec. VII) 548
Photius (891) 780
Pibo tull. (1107) 1099
OSB. tull. (sec. XII) 1099a
Pierius (299*) 60a
Pilgrimus (991) 908a
Pinytus (177*) 46
Pionius (sec. IV) 19a
Pirminius (758) 691
Placidus OSB. nonnant. (1118*) . 1043
Plato (812) 725a. 721
Plotinus thess. (605*) 580
Polemeus An. (440) 434
Polybius (sec. V) 239a
Polycarpus M. (155) 18
Polychronius (431) 307
Polycrates (205*) 48
Polydeukes Jul. 950
Pomerius Jul. (498) 437
Pontianus ep. afr. (551*) 520
Poppo met. (1103) 1045
Porcarius ab. (486*) 437a
Porphyrius (sec. V) 426
Possessor afric. (520*) 384a
Possidius (437) 271a
Posthumianus (405*) 317a
Potamius (359*) 139a
Praedestinatus 407
Priamus (751*) 683
Primasius adrum. (351*) . . 529. 520

Pag.

Proba Falc. (sec. IV) 340a
Probus hib. (859) 853
Proclus CP. (436) 388
Procopius caes. (562*) 483a
diaconus (sec. IX) 484a
gaz. (520*) 483
presb. (525*) 484a
Prosper aquit. (463) 341
carthag. (sec. V) 347
conv. (sec. V) 342a
rej. (sec. V) 342a
Tiro (407*) 341a
Proterius alex. (457) 396a
Prudentius Aur. Cl. (405*) . . . 335
trec. (861) 810. 793
Psellus Mich. (c. 1078) 1063a
Mich. phil. (sec. IX) 1063a
Purchardus OSB. aug. (997*) . . 918

Q

Quadratus (125*) 25
Quintianus ascul. (484*) 397
Quiricus barc. (652*) 610a

R

Rabanus Maurus (858) . . . 794
Rabulas (435) 391
Radbertus Pasch. (860*) 817 et inter Add.
Radbodus tornac. (1098) 1078
traj. (918) 895
trev. (915) 895a
Radhodus trev. (923*) 895a
Radulphus Ardens (1101*) . . . 1097
bit. (866) 863
OSB. Cas. Dei (1103*) . . . 1097
fontan. OSB. (1047) . . . 1061
Portuar. OSB. (1109*) . . . 1097a
v. Rodulphus
Raguel (966*) 931
Raimbertus OSB. (660*) 616
Rainagola (sec. IX) 842
Rainaldus andeg. (1075*) . . . 1069
lincol. (1085) 1069
rem. (1096) 1090
Rainer OSB. (1040*) 975
Rainon andeg. (905) 613a
Rampertus brix. (844) 754
Rangerius luc. (1112) 1030a
Ratherius (974) 901
Ratpertus OSB. sangall. (900) . . 841
Ratramnus (868*) 814
Ravennius arel. (454*) 428a
Raymundus d'Agiles (1099*) . . 1074
OSB. (1099*) 1081
Redemptus (636*) 567a
Regino prum. (815) 883
Reginoldus eichstet. (989) . . . 918a
Reimannus OSB. (980*) 930
Reinardus OSB. (1096*) 1061

Pag.

Rembertus (888) 856
Remigius antissiod. OSB. (908) . 876
cur. v. Remedius (820) . . . 758
lugd. (875) 809
rem. (533) 507
Renallus barcin. (1089*) 1051
Reticius augustod. (334) 112
Rhodon (190*) 42
Ricemarchus (1096) 550a
Richardus archid. (1020) . . . 977
OSB. bellil. (1050*) . . . 109. 977
OSB. clun. 609a
de Dumellis seu Pratellis (1131) 1060
floriac. (979) 932
vann. (1046) 977
Richarius gembl. (987) 897
Richer rem. (998) 914
Riculfus suess. (902) 898
Rimbertus, Rembertus (888) . . 856
Riquardus (1085*) 1082
Robertus heref. (1095) 1065a
OSB. sang. (916) 898a
Cist. (1108) 1098
de Tumbal. (1090) 1061
Rodoinus OSB. (830*) 753
Rodulphus bitur. (866) 698a
Glaber (1050) 956
v. Rudolfus, Radulphus.
Rogerius OSB. Cad. (1090*) . . . 1092
Romanus (sec. VIII vel VI) . . . 656
Romualdus Camald. (1027) . . . 947
Rorico (1101*) 1096
Rotgerus col. (970*) 928
trev. (931) 928a
Rothadus suess. (869) 803
Rudiger OSB. (990) 906a
Rudolfus OSB. fuld. (865) . . . 839
v. Rodulphus, Radulphus.
Rufinus aquilej. (410) . . 311. 154 169
presb. seu Syrus (401*) . . . 312a
(1056*) 1018
Ruopertus mediol. (985*) . . . 925
Rupertus bamb. (1102) 1068
Rupertus OSB. gottwic. (1199) .
Ruricius lemov. (507) 448a
Rusticus burdig. (450*) 428a
diac. (552*) 516
lugd. (499) 428a
narbon. (461) 428a
Ruthardus OSB. hirsaug. (865) . 860
Rythmarch v. Ricemachus (1096) 550a

S

Sabbas hieros. (532) 506
junior (991) 507
mon. (850*) 754
Sabbatius (384?) 144
Salomo OSB. const. (919) . . . 891a
Salonius (475) 408

Pag.

Salvianus massil. (490*) . . 400. 609a
Salvus ab. (962) 934
Samona gaz. (1056*) 997
Sampirus asturic. (1040) 963
Samuel edess. (467*) 392
Maroch. (1085*) 1059
Tajus (651*) 610
Sanctus Sev. Endelechius (394*) . 230
Schnoudi ab. (sec. V) 437a et inter Add.
Sechnall Secundinus (448) . . . 439a
Secundus trid. (612) 681
Sedatus bitter. (589*) 508a
nemaus. (507*) 508
Sedulius poëta (430*) 339
Scottus (850*) 733
Serapion (203) 92
thumit. (358*) 122a
Sergius I (701) 641
historiogr. (sec. IX) 742
Serlo OSB corn. (960*) 906a
Servatius tungr. (384) 144
Servatus Lupus OSB. (862) . . . 811
Servus Dei (411*) 381a
Severianus gabal. (408*) 242a
Severus antioch. (855*) 197
malacit. (601*) 572
milev. 279a
minoric. (418*) 279a
Sanctus Endelechius (394*) . 230
Sulpic. (420*) 315
v. Sulpicius
Sextus (199*) 47
Jul. (221*) 100
philos 78a
Seyfridus OSB. tegerns. (1068) . 1018
Sidonius Apoll (488) 446
Sigehardus OSB. (957*) 930
Sigewardus OSB. fuld. (1043) . . 973
Sigefridus gorz. (1040*) 1029a
mog. (1084*) 1029
Silverius (540) 454
Silvester II v. Gerbert (1003) . 939. 189
Silvia Aquit. (sec. IV) 134a
Simeon Apoll. (472*) 436a
Barsabas (350*) 203
Beit-Arsch. (523*) . . 494a. 520
s. Bertini ab. (1148) 154a
Metaphrastes (965*) 918
presb (570*) 543a
Stylites (459) 436a
Stylites junior (596) 546
theol. jun. (1042) . . . 985. 672
Simpertus (809) 692
Simplicianus (400) 277a
OSB. Cassin. (576) 550
Simplicius pont. (483) 374
Siricius P. (398) 221
Sisebutus rex (620) 837
Sisinnius (sec. IV ex.) 30
CP. II (999) 931a

Pag.

Siviardus O. S. B. (687) 617
Sixtus II. (258) 78a
III. (440) 368
Skylitzes Jo. (1081*) 741
Smaragdus O S. B. (819*) 732
Ardo O. S. B. (833) 762
Socrates (439*) 416
Sonnatius rem. (631) 581
Sophronius (392*) 266
alex. (859) 727
hieros. (611) . . . 597. 507. 579
Sozomenus (439*) 417
Speraindeus (sec. X) 847a
Stepelinus O. S. B. (1095) . . . 1077a
Stephanus I (257) 95
II (757) 660a
III (772) 661
V (891) 778
X (1058) 991
ab. (sec. VI) 505
ab. O. S. B. (1079) 1082
antiss. (587*) 543
bostr. (sec. VIII) 669a
card. (1068) 1015
colon. (966*) 930
CP. (808) 754
diac. (550*) 502a
Herrandus (1102) 1043
leod. (920) 893
de Sünikh (750*) 648
Strabo Walahfr. (849) 728. 745. 586a
Sturmius O. S. B. (776) 689
Stylianus Mappa (870*) 780
Suidas (sec. X) 897
Sulcardus O. S. B. westm. (sec. XI vel XII) 1073
Sulpicius Severus (420*) 315
Pius (644) 315a
Syagrius hisp. (450*) 382
Sylvia (sec. IV) 134a
Symeon v. Simeon.
Symmachus (514) 451
Synesius cyren. (413) 334
Syrus O. S. B. clun. (1001) . . . 969

T

Pag.

Tagino magdeb. (1012) 962
Tajus caesaraug. (651) 610
Tarasius CP (806) 720
Tatianus (180*) 35a
Teraldus (1001*) 980
Tertullianus (243*) 70
Teterius antiss. (590*) 543
Tetradius ler. (c. 541) 505
Thalassius mon. (430*) 390a
(650) 604
Thangmar hild. (1025*) 967
Theganus (835*) 745
Theobaldus (sec. XI) 1083
Theodemar O. S. B. (797) . . . 692

Pag.

Theodemir (825) 718
Theodericus v. Theodoricus.
Theodolus (c. 490) 409
(sec. X) 410a
Theodoretus (458) . . 360. 354
Theodoricus O. S. B. andag. (1109) 1076a
O. S. B. S. Aud. (1074*) . . 1075a
O. S. B. casin. (1010*) . . . 947a
O. S. B. dunelm. (1100) . . 1075a
floriac. O. S. B. (1020*) 947 et inter Add.
metensis (984) 928
paderb. (1079*) 1088
tholej. (1073) 1075a
trev. († 977*) 927
trev. (1000*) 927
trudonopol. (1107) 1077
virod. (1088) 1025
Theodorus pont. (649) 595
abbas (368) 225
ab. campid. (sec. VII) . . . 613a
Abukara (798*) 674
cantuar. (690) 622
cariens. (870*) 674
Daphnopata (956*) 929
Graptus (833) 727
heracl. (355) 204a
icon. (551*) 542
junior 204a
lector (527*) 491
mopsuest. (428) . . . 302. 250
Paph. ep. (655*) 620
Petrae ep. (547*) 541
rhait. (636*) 574
scythopol. (553*) 521
Studita (828) 721
Trimith. ep. (680*) 620
Theodosius archidiac. (525*) . . 494
melit. (sec. XI) 949a
Theodotus ancyr. (440*) 389
Theodulfus aurel. (821) 698
Theofridus epternac. (1110) . . 1081
Theognostus alex. (290*) 97
(870*) 779a
Theonas (300) 94a
Theophanes Byz. (577*) 735a
Confess. (817) 735. 726
Graptus (845) 727a
Isaur. 727
Theophilus alex. (412) 241a
antioch. (186) 37
caesar. (211) 38
syrus (309*) 114 et inter Add.
Theosterictus (824*) 755
Theotimus tom. (457*) 396a
Thiadmar salisb. (907) 891
Thietmar merseb. (1018) 950
O. S. B. corb. (1107) . . . 1096
Tichonius (390*) 302a
Tighernac (1088) 1063

Pag.

Tilpin rem. (794) 692
Timotheus (sec. V) 503a
alex. (385) 217
antioch. (535*) 503
beryt. (401*) 310a. 217
hieros. (535*) 503
Skeuophyl. seu CP. (602*) . . 573
Tirechanus (663) 619
Tiro Prosper s. Prosper T. . . . 341a
Titianus tarvis. (sec. V. vel VI.) . 425
Titus bostr. (374) 192
Tobias 560a
Tomellus (1085*) 1073
Trifolius (520*) 469a
Trifon v. Trypho 60a
Triphyllius (359*) 210
Trojanus sant. (532) 508
Trypho (265) 60a
Tudebodus (1099*) 1075
Turibius astur. (460) 382a
Turpin v. Tilpin (794) 692
Tusaredus (sec. VIII) 678
Tutilo O. S. B. sang. (898) . . . 869
Tychonius v. Tichonius 302a
Tyro Prosper v. Prosper T. . . . 341a

U

Udalricus O. S. B. clun. (1093) . 1085
Uffing O. S. B. werth. (980*) . . 923
Ulmarus presb. (875*) 860
Ulrich O. S. B. teg. (1042) . . . 982
Ultanus Mac Concubar (656) . . 619
Uranius (450*) 442
Urbanus II (1099) 1046 et inter Add.
Ursinus (sec. IV. vel III.) . . . 82
(sec. VII vel VIII) 618
Ursio ab. (1079) 1082
Usuardus O. S. B. (877) 845
Utho argent. (965) 926

V

Valcandus O. S. B. (1014) . . . 971a
Valerianus (455*) 434
Valerius (260*) 76a
ab. hisp. (695) 621a
Venantius Fortunatus (600*) . . 588
Veranius cabill. (590) 408a
Verecundus (552) 517
Verus araus. (480*) 424
rutensis (626*) 581
Victor I. (199) 47
II (1057) 991
III (1087) 1045
antioch. (430*) 310
capuanus (554) 528
carten. (450*) 381
carthag. (645*) 595
Marius (445) 448

Pag.

poëta (470*) 448a
tunnonensis (569) . . 535. 181
vitensis (486*) 418
Victorinus v. Marius V. 199
Mar. Cl. v. Victor M. . . . 448
petav. (305) 111. 62
Victorius aquit. (457*) 345a
Victricius rotom. (415) 333
Vidricus tull. (1069) 333
Vigilas albeld. (976*) 838
Vigilius pontifex (555) . . 511. 362
diac. (420*) 325a
taps. (520*) 479. 319a
trid. (405) 325
Vincentius gall. (480*) 314a
lirin. (450*) 378
Virgilius salisb. (784) 683
Viventiolus (516*) 508
Viventius ep. (sec. VI) 502a
Viconius (450*) 380
Vulculdus (1051*) 1012
Vulgarius Eug. (910*) 888

W

Walahfridus Strabo (849) 728. 745. 586a
Waldramnus O. S. B. (925) . . . 883
argent. (906) 891
Walo O. S. B. (1089) 1089
Walramus naumb. (1111) . . . 1026
Walter sen. (923) 898
spir. (sec. X) 929
v. Wautier 863
Wandalbertus O. S. B. (870) . . 845
Warinus met. (1050) 983
Warmannus const. (1034) . . . 972
Warnacharius (615) 578
Warnefridus Paul. diac. (797) . . 678
Wautier, Walterius aurel. (891) . 863
Wazo leod (1048) 982
Wenricus (1082) 1026
Werembertus O. S. B. sangall. (884) 821a
Werner v. Berner (981) 925
Wettinus O. S. B. aug. (824) . . 586a
Wezilo mog. (1088) . . 1029. 1034
Wibertus (Clemens III 1100) . . 1027

Pag.

Wiboldus Camerac. (965) . . . 936
Wicboldus (788*) 675
Widbert carnut. (986) 930
Wido ferrar. (1092*) 1027
Osnabr. (1101) 1027a
Widricus tul. (1061) 1010
ab. (1060*) 1010a
Wigo Feuchtw. (980*) 935
Willeramus O. S. B. (1085) . . . 1060
Winebrandus (920*) 896a
Widukind (973*) 915
Willibaldus eichstett. ep. (786) . 687a
mog. presb. (780*) 686a
Wimundus v. Guitmundus
O. S. B. (1065*) 1018
Winebrandus O. S. B. (920*) . . 896a
Wipo (1048*) 951a
Wizo Candidus (790*) 734a
Wolferius hildesh. (1036*) . . . 968
Wolfhardus O. S. B. haesenriet
(1902) 866
Wolfhelmius (1091) 1054
Wolfgang ratisb. (994) 906a
Wolstanus O. S. B. (990*) . . . 926
Wormonocus (884*) 860
Wulfadus bitur. (876) 803
Wulfila (383) 204a
Wulfinus Boëthius (830) . . . 753
Wulstanus ebor. (1023) 979

X

Xistus v. Sixtus

Z

Zachaeus christ. (sec. V) . . . 41a
Zacharias I. (752) 659. 563
hieros. (631) 584
mityl. (540*) 533a
Zeno veron. (380) 222
Zenobius edess. (401*) 397
glagensis (324) 414a
Zephyrinus (217) 94
Zosimus (414) 298
abbas (432*) 436a

Index rerum

quae in libris hoc in tomo recensitis tractantur.

NB. Numerus assignatus est numerus columnae: is, qui typis nitidioribus est expressus, significat argumentum in opere ea relato columna docte admodum tractari. — Commentarii in singulos s. Scripturae libros quaerantur sub verbo Scriptura: historia singularium nationum, ecclesiarum, seriei episcoporum alicujus dioecesis sub verbo Historia, monasteriorum vero historia sub v. Monasterium Quae sub uno titulo non reperiuntur, sub alio forte affini vel simili invenientur.

A

Abrahami fides 162. 182.
Academici refutati 275.
Acephali impugnatio 670; *v. Monophysitae.*
Adami lapsus (drama) 741a; ruina 809.
Adoptianorum error refellitur 664. 705. 711 bis; v. *Elipandus, Felix.*
Adventus 981.
Adversitates patienter ferendae **251**; v. *Patientia.*
Aleatores 47.
Alexander II defensus 1001.
Allegoria in Scriptura interpretanda; allegoricae explicationes 432; personarum 569; aliarum rerum 570. 798.
Amalarius impugnatus 829.
Amicitia christiana 528.
Amor divinus 986; v. *Dilectio* Dei, Caritas.
Anastii imp. laus 486.
Angelorum encomium 599. 751a.; creatio 882.
Anima 73. 99. 159 s. 182. 205. 275. 386a. 437. 526. 604. 706. 792. 799. 805. 816; origo 181. 284. 1087; immortalitas 275. 468; motus 106. 986; pugna 337; conditio post mortem 547. 608; num duplex 281; animae christianae testimonium 72.
Animalium proprietates pie explicatae 238.
Annales 843. 913. 1067 s. altahenses 969; bertiniani 805. 811; fuldenses 744a; 839 s.; hibernici 1063; hildesheimenses 969; laurissenses 743 s.; sangallenses 1062a; v. *Chronicon, Chronographia, Historia.*
Anomoei impugnati 145a. **248**. 367.
Antichristus 66. 708. 922. 978. 1003.
Antiphonae 882.
Antiphonarius l. 564. 717. 767. 866.
Antropomorphitae impugnati 356. 905.
Aphthardoketae impugnati 572.
Apollinaristae impugnati 123. 159 bis; 367. 383. 473.
Apologia religionis christianae 25 ss. **28** ss. **32**. 34 ss. saepe; **55**. **71** s. 87. 103. **105**. 112a; **215** saepius; 336. 353. **362**. 416. v. *Controversiae.*
Apollonius Tyaneus refutatus 216.
Apostoli 484a. eorum baptisma 599; eorum doctrina 8 ss.; 11 eorum canones 8. 11 ss.; constitutiones 8. 11 ss.; eorum festivitates 836.
Appellationes ad rom. pontificem 372. 803a.
Arca Noe 182.
Areopagita Dion. v. *Dionysius A.*
Ariani impugnati **120** ss. saepe; 126. **131** ss. 140 ter; 142 s.; **150** ss. **158**. 172 ss. 180a. 191. 205. 235. 288 ter; 319a. 381. 385. **437**. 464 saepius; 477 s.; 479 s. saepius; 551. 607. 837; et inter Add. ad p. 184; eorum historia **121**. 932.
Aristoteles impugnatus 30.

Armenorum errores 1020.
Ascesis 50 s. 153 saepius; 162 saepius; 199 saepius; **225** ss. saepius; 295 saepius; 328 ss. saepius; 359. 406. 436 ss saepius; 545 ss. saepius; **582** ss. saepius; **604** s. saepius; 621. 638. 707. 768. 872. 881. 933. 986. 993a. 1016 s. saepius; 1020. 1087 s. saepius.
Athanasius defensus 142.
Augustini doctrina in corpus redacta 296 bis; 344. 493. 1040; clavis ad eam 296; defensa **344** 808.
Avaritia **401**. 1002.
Azyma 671.

B

Baptismus 72. 154. 193. 243a; 483 508. 547. 551. 600. 660a. **736**; parvulorum 284; non iterandus 282 s. 764; effectus 647; distinctio a Joannis baptismo 483; caeremoniae 544a. 626 bis; 699. 708. 735 ss. saepius; 859; trina mersio 546.
Barlaam et Josaphat (legenda) 672.
Beatitudines 162. 967.
Berengarius impugnatus 994 ss. saepius; 1048 ss. saepius; ejus multiplex damnatio 1036.
Boëthius illustratus 1011a.
Boni natura 281; 461; bonum summum 570; bonorum ecclesiasticorum dispensatio 715.
Breviarium v. *Horae* canonicae.

C

Cain et Abel 182.
Calvitii laus 894.
Canones 68. 391. 414. 532a. 618. 649. 892. 1015 bis; 1034; vide *Statuta*; apostolorum 8; v. *Poenitentiale*; ll. poenitentiales 114. 154. 532a. 622 s. 643. 690. 726. 758 s. 898; canonum collectio 496 saepius; 502. 546a; 548 s.; 664. 690. 740. 758. 784 s.; 830. 864 s.; 886. 958. 978. 1031. 1040. 1083 s. bis; epitome 920.
Canonicorum vestitus 1002.
Cantica ecclesiastica illustrata 517. 799. 822. 946.
Capitula tria 511 ss.; 519 s. saepius; 522. 609.
Capitularia 758. 863 ter; v. *Statuta*; regum 761 s.
Caritas 604 bis; 993a; v. *Amor*, *Dilectio* Dei.
Carmina 202 s.; 209. 232. **335** ss.; 339 s.; **343**. 398 s.; 424. 440a. saepius; **442** ss.; 444 ss.; 478. 482. 587 ss. saepius; 600. 628. 638. 655 ss. 672. 681. 694. 699 s. 707. 711. 726 s.; 730. 733. 769 s. 784. 800. 830. 845. 869 ss.; 889. 895. 900. 1068 saepius; 920. 935. 945. v. *Hymnos*, *Poemata*, *Poetae*.
Caroli M. vita **743**. 770. 875. et inter Add. ad p. 857.
Carolini libri 708.
Cassianus refutatus 344.
Castitas 74. 78. 108. 332a; 1003; clericorum 993; v. *Continentia*.
Casus pastorales etc. 624 bis; 691. 934.
Catecheses **146**. **157**. **180** s. 276. 301. 725 bis; 828; quomodo instituendae **292**.
Celsus impugnatus **55**.
Chiliasmus 84. 91.
Chorepiscopi 799.
Christiani hominis officia 162; v. *Institutio*.
Christus 444. 466a; v. *Incarnatio*; divinitas 249; duplex natura 67. 499. 514. 523. 573; duplex voluntas 608. 670; unitas personae 355. 363. 393; 407; Filius naturalis 483;
vaticinia de Christo 409; genealogia 101; progenitores 648; nativitas 598; virginea 814 s. 819; ejus caro 73; quando nativitas celebranda 866; ejus nomina 302;
chronologia vitae 606; vitae mysteria 198;
transfiguratio 503; passio 107. 119a; 170. 734. 800. 1031; pro omnibus 813; resurrectio 107. 590. 599; ascensio 437; subjectio 172; adoratio 123;
beneficia, quae ex eo in nos redundant 507; num viderit oculis corporis Deum 734; imago 126.
Chronica seu *Chronicon* universale 68. 212. 262. 316. 341. 345. 382. 417. 491. 526. 534a; 535 s. ter; 536a. 568. 571. 576. 612. 626; 650. 718. 735 s. 746. 837 s. quater; 882 s. 884 s. 895. 914 s. 921. 949 s.; 953 s. 963. 1006 ss. saepius; 1037 s.; 1064 s.; 1069; v. *Chronographia*, *Annales*, *Historia*;
chronicon eberspenge 1061.
Chronographia 100. 490a. 734 bis; 740. 949; vide *Chronicon*, *Annales*, *Historia*.
Chronologia 211 s. 217.
Chrysostomi laus 366; v. *Vitae* sub nomine Chrysostomi.
Clavium potestas 193; singularis opinio 986.
Clerici 81; eorum officia **185**. 797; v. *Institutio* clericorum.
Coelestius pelag. accusatur 324. 348.
Coelibatus 408. 423a. 1002.
Collationes patrum 394.
Collectio documentorum 367; quae spectant monophysitas 497. 527; epistolarum decretalium 497; canonum v. *Canones*.

Computus 81. 605. 634. 799. 909.
Concilium: eorum historia 311a; 645 s.; decreta 942;
aquilejense (381) 479;
aquisgranense (862) 871;
ariminense 121. 133. 191.
chalcedonense 404. 517. 527. 646. 1005; defensum 474. 787.
constantinopol. contra ss. imagines (754) 720; oec. VIII 833;
lemovicense (1031) 1014;
nicaenum 121. 327. 418; defensum 191 bis; nicaenum II (787) 833;
palmare (in causa Symmachi) 481;
romana X sub Gregorio VII 1025;
seleuciense 121. 133; a. 410 : 327;
trullanum 834.
Concupiscentia 285.
Confessio peccatorum 599; singularis de ea opinio 670. 986. 1059.
Confessiones (s. Aug.) **273**; 346 (Prosperi); 438 (s. Patricii); 904 (Ratherii); 933 (Guidonis anic.); 1016 (Othlonis).
Constantinus M. 213.
Constitutiones apostolicae 8; monasticae 1043.
Consubstantialitas 99. 126. 137a; 140. 191.
Contemplatio 1018.
Continentia 292. 548. 604a; v. *Castitas.*
Controversiae cum judaeis **29**. 40. 50. 66. 77. 81 bis; 87. 95a. 160. 198. 235. 248. 279 bis; 359. 409. 503a. 520. 570. 579. 602a; 607. 609. 713 saepius; 808. 943 s.; 1001 bis; 1059;
cum gentilibus 30. 38. 41a. 65. 74. 87. 103. **105**. **118**. 208. 235. **249** s. **278**. 300. 301. 320. 337. **362**. 375. 410a. 412a. 443. 480. 607; v. *Apologia*;
cum haereticis 42 s. saepius; 50. 61. 65. 67. **72**. **89**. 144. 198. 236. 279 ss. saepius; 367. 407. 607. 674. 847;
cum gnosticis 45. 73.
Conversatio christiana 295.
Cordis compunctio 246. **250**; simplicitas 1003; puritas 800.
Coronae paganicae usus prohibitus 74.
Correptio aequanimiter ferenda 1003; cor. et gratia 286.
Cosmographia 634.
Creatio 579a.
Creaturarum ordo 570.
Crucis mysterium 328a; 503. 599. 727. 761. 796; inventio 503; signi virtus 230; crux quae apparuit anno 351: 146.
Cura pro mortuis 277; pastoralis 773; v. Theologia *pastoralis.*
Cyclus paschalis v. *Paschatis* computatio vel *computus.*
Cynocephali 816.

D

Daemones, eorum energia 1063a; non gubernant mundum 248.
David 182 ter; 245.
Deborae canticum 262.
Decalogus 1003.
Deitas una, non trina 790. 803.
Deliciae spirituales 1003.
Deus 61; ejus existentia probatur 105. 675; unitas 30; incomprehensibilitas **248**; laus 445; nomina 457; omnipotentia 1002; omnium auctor 464; gubernatio **401**; providentia 83. 249s.; 346. **362**. 423a; hominum magister 275; justitia 105 bis; promissiones 347; v. *Praedestinatio*;
de Deo uno et trino 407; v. *Trinitas.*
Dialectica 667.
Didascalia 634. 707.
Dignitatum fuga 1002; ambitio damnatur 1002.
Dilectio Dei 295; v. *Amor, Caritas.*
Diluvium 478.
Dionysius alex. defensus 121; Areopagitae opera 455; illustratus 458. 605. 792. 834 bis.
Disciplina christiana 140; ecclesiastica 509. 797; v. *Institutio; Statuta* etc.
Discipuli LXX 484a.
Discretio 226.
Divinatio 278.
Divitiae 332a.
Divortium Lotharii 804.
Doctrina apostolorum 9 s.
Dogmata ecclesiastica 294. 427.
Dominus vobiscum 1002.
Donatistae impugnati **194**. **282** ss. saepius; 480.
Dracones 970.
Duellum illicitum 713.

E

Ecclesia 475. 551; ejus unitas **78**; indefectibilitas **243**; catholicitas 193; sanctitas **280**; libertates 805; jura 932; bona 806; pressurae 907 s.; 1041; romanae privilegium 1001;
Ecclesiae dedicatio 878. 991.
Eleemosyna 78. 186. 248. 443. 450. 503. 1001.
Elias 182.
Elipandus tolet. impugnatur 711; v. *Adoptianorum* errores.
Encyclopaedia 568. 800. 1063a.
Epicurei impugnati 83.
Epigrammata 221. 343 s. 450. 482. 507. 627 ss. 800. 900. 938. 984 s.
Epiphania 243.
Episcopi electio 828: ordinatio 421; instructio 699. 942; abdicatio 1002.

Epistolae rom. pont. **95**; 95 s. **219** ss. **297** ss. saepius; 346. **368** ss. saepius; 452. **453** ss. 512. 515. **563**. 595 ss. saepius; 641 ss. 660 ss. 681. **776** ss. 943. 990 ss. saepius; **1024** s.; 1046 s.; harum collectio 497;
canonicae 99. 114. 155. 162. 784;
synodales 800;
apologeticae 2. **24**. 850.
dogmaticae **17**. 19. **79**. 80a; **121** ss. saepius; **155**. **169**. 284a. 343. 429. **465**. 499. **598**.
asceticae 30. 125a; 224. 228. 238a. **264**. 315. 318. 332a. **400**. 431. 434. 436 ss. 587. 618. 1095.
varii argumenti 85. 110. 113a; 119a; 140. 162. 242a. 251. 264a. 268. **294**. 317. 325. 329. 334. 332a; 352a; **358**. **366**. 386. 389 s. saepius; 391 ss. **403**. 424. 443. 447 s. 468. **477**. 486. 494. 499. 502. 504 s. 508 s. saepius; 516a. 527. 553. 562a. 571. 581. 604. 614. 627 ss. 638. 688. 703. 711. 721. **725**. 743. 768. 784. 806. **812**. 848. 889. 905. 920. 934. 944. 958. 982 s. 1000. 1013 s. 1018 s. 1058. 1089 s. saepius; 1098 s.
Eremi laus 431.
Eremitarum ordo 1002.
Erigena Scotus impugnatus 811. 829.
Eschatologia 731. 824. 1003. 1087.
Eucharistia 45. 522. 557a; 599. 625. 671. 768. 815 s.; **817** s.; 820 bis; 824. 878. 905. 942. 944. 995 ss. saepius; 1050 ss. saepius; 1053 ss. 1058; v. *Berengarius*.
Eunomius impugnatus **150**. **158** s.; 306; v. *Ariani*.
Eusebius caesariensis impugnatus 739.
Eutychiani v. *Monophysitae*.
Excommunicati num sint vitandi 1036 s.; num sacramenta ab iis collata valeant 1036 s. saepius; eorum reconciliatio 1036.
Excommunicatio 1036.
Expositio fidei v. *Fides*.

F

Fatum 160. 207 s. 249.
Felicitas vera 1003.
Felix urgellit. impugnatur 705. 713; 764; v. *Adoptianorum* errores.
Feminarum cultus 73.
Festi dies: homiliae in eosdem 248; v. *Homiliae*, *Sermones* etc.
Fidelium libertas 677.
Fides 110. 141a. 153. 198. 243a; 277. 280 saepius; 301. 382. 391. 400. 428. 840; catholica 1001; ejus unitas 689;
Fidei expositio 30. 98 bis; 99. 122 ter; 159a; 181; 189. 236. 242a; 315. **355** ss. 479. 523. 607. 671. 715; summarium 282. 333. 427. 460. **464**. 570. 711;
Confessio 131a; 141a; 264. 662a; 669. 692. 751a. 764. 788. 1095;
Fides fortiter tuenda 142. 419;
Fides Deo servanda 1003.
Flagellationis commendatio 1003.
Florilegia ex Scripturis 290. 291. 671. 811; ex opp. patrum 251. 579a. 605. 691. 700. 850; 1092; ex Chrysostomo 929.
Formosus pontifex 887 ss. saepius.
Formularum collectio 613a. 891a.
Fuga num licita persecutionis tempore 74; defensa 121; fuga seculi 182; v. *Mundi* contemptus.

G

Glossa in s. Scripturam 729.
Gog et Magog 878.
Gotteschalcus impugnatus 800. 802s. 807 ss. saepius; defensus 814.
Gradualis l. 564.
Graecorum errores 770; argumenta contra Latinos 783. 787; impugnati 786. 814. 993 s.; v. *Spiritus s.* processio.
Grammaticalia 878. 902. 934. 948.
Gratia 284 ss. saepius; **346**. 465. 502. 808 s 822; et lib. arbitrium 286 344. 346 bis; 384. 407; v. *Libertas, Pelagiani, Semipelagiani*.
Gregorius M. abbreviatus 881 bis; Gregorius naz. illustratus 605. 694. 778a. 790; Gregorius VII. impugnatus 1026 ss. saepius; 1100; defensus 1029 ss. saepius; 1090; dictatus Papae 1025; 1084.

H

Haereosologia 67. 72. 218. **236**. 268. 279. **366**. 408. 472. 572. 667
Haereticorum communio cavenda 142; receptio 573.
Harmonia evangelica; v. *Scriptura s.*
Helvidius impugnatus 263.
Henricus IV. 1026 ss. saepius; v. *Gregorius VII.*
Hermogenes impugnatus 72.
Hexaemeron 152. 161. 182. 191. 206. 242a; 308. 446. 467a; 607. 635 s. 648a; 877a; 882.
Hierarchia coelestis 457; ecclesiastica 457.
Hierosolymitanae urbis excidium 188; expugnatio 584; situs 433. 494. 769; v. *Loca* sancta.
Historia universalis 484a saepius; 490a ter; 526. 534. 678. 886. 910. 1011a;
ecclesiastica **211** s. 310a bis; 316. 320 s. **365**. 407. 416 ss. 533 ss. saepius; 600. 647. 734 ss. saepius; 823. 834;
conciliorum 311a. 645 s.; de singularibus conciliis v. sub v. *Concilium*;
literaria 262. 427. 490a. 571. 626. 784. 898. 996;

culturae 854;
Bellorum pro locis sacris susceptorum 1074 s.; v. *Annales, Chronicon, Chronographia.*
Historia singularum nationum, regionum, ecclesiarum particularium;
africanae eccl. **418**:
alexandrinae eccl. 886 s.:
Angliae **639**. 883. 1069:
antissiodorensis 842:
arelatensis (423a);
argentoratensis eccl. 916:
Armenaie 415 bis; 420 s. 980. 1087a;
bambergensis eccl. 962;
Britanniae 532a; 831a:
cameracensis eccl. 1069a;
Capuae 890:
cenomanensis eccl. 843 s.;
Daniae 1067:
eboracensis eccl. 707:
Edessae 491a:
eichstettensis eccl. 1069:
Francorum **538**. 840a; 844a; 954. 956 s. 959. 1074. 1096:
Galliae 627. 914 s.;
Gothorum 526. 571. 576. 609;
gradensis 963:
hamburgensis eccl. **1066**:
herveldensis ecclesiae 1068;
imperatorum v. *Imperatores;*
langobardica 680. 844;
leodiensis eccl. 960;
magdeburgensis eccl. 962:
mediolanensis eccl. 1070 s. bis:
metensis ecclesiae 664a. 681. 962;
neapolitana 1095; eccl. 889;
Normaniae 950a. 1062a s.; 1095;
novionensis eccl. 1072:
orientalis ecclesiae 834. 887; imperii 908;
ratisbonensis eccl. 842;
Ravennae 747:
remensis eccl. **914**;
romana 678:
rotomagensis 1072;
Salisburgensis eccl. 747;
Saxoniae 915. 1062a. 1068a;
senonensis ecclesiae 953;
siculae 1063a;
Slavica 892;
Taronis 414a;
trajectensis eccl. 962;
tullensis eccl. 922:
tungrensis eccl 960;
veneta 963;
virdunensium ep. 891 bis;
Visigothorum 883a;
wigorniensis eccl. 1072 bis.
Historia monasteriorum v. *Monasterium.*
Homeritae 520.
Homiliae 8. 99. 109. 137a. 152a; **201**. 238. 242a; **247** ss. 331. 359. 389. 391. 402. 424. 430. 433 s. 439. 508a. 523. 637. 672. 681. 777. 784. 823. 949.
exegeticae **247**. 258. 359. 404. 414 ss. saepius; 502. 531; v. *Sermones.*
Homiliarium 679. 823. 1051; v. *Lectionarium.*
Homo, ejus natura 160a; structura 152. 161; dignitas 189; imago et similitudo Dei 161a. 607.
Honorii I apologia 595. 833 bis.
Horae canonicae 1002.
Humilitas 265. 545.
Hymni 134 s. 187. 191. 198. s. et inter Add.; 334. 391. 413. 547. 572. 605. 638. 648. 672. 699. 711. 727a. 730. 800. 841. 882. 936. 945. 984 bis; 1080; v. *Carmina, Poetae, Poemata.*

I

Iconoclastarum haeresis 646. 669. 673; v. *Imaginum* cultus.
Idololatria 74. 77. 95a.
Ignatii CP. (877) causa 872.
Imaginum cultus **669** s. saepius: 715 ss. saepius; 719. 723 s. 725 ss. saepius; 739 saepius; 768; Imagines sacrae ap. Petri et Pauli 1002.
Imperatorum Germaniae vitae 951 s. ter; graecorum 839. 883a.
Incarnatio 67. **118**. 122 bis; 123 saepius; 159a. **180**. 184a; 340. **354** ss. saepius; 363 saepius; **395**. 464 s. 470. 523. 573 bis; 574. 604. 675. 739. 764.
Infantes sine baptismo decedentes 160; infantium morientium sacramenta 1036.
Infirmorum visitatio 295.
Innocentium infantium encomium 654.
Inspiratio Scripturae 714.
Institutio pro omnibus 904. 1016. 1087a;
laicorum 719. 907. 1016;
clericorum 732. 797. 905. 1002. 1016;
sacerdotum 502. 760. 979;
canonicorum 768;
monachorum 225. 329. **394**. 732. 887. 899. 1003. 1088;
monialium 768. 1003;
virginum v. Virgines:
rectorum christianorum 733;
episcoporum 699. 942:
regis 499a; 720. 732. 805 bis; 931;
judicum 699:
militum **499**.
Instructio pastoralis 803a; v. *Institutio; Theologia pastoralis.*
Interpretes s. Scripturae 875.
Investitura 1027a; 1030a.
Ira 545. 1003.
Isaac 182.
Isaiae visio 268.
Ite missa est 730.

Itinerarium in loca sancta 687a. 872; v. *Peregrinatio; Loca* sancta; Romam 905; CP. 755; Leonis IX 991.

J

Jacob patriarcha 182.
Jacobitae impugnati 669. 980; v. *Monophysitae.*
Jehovah nomen 648a.
Jejunium 74. 182. 249. 870; sabbati 1003; Deiparae 1020.
Jesus Christus v. *Christus;* Jesu Christi Testamentum 9a.
Joannis Bapt. elogium 383; inter Add. ad p. 413. 599. 929; inventio capitis 498.
ob 182.
Joseph aegypt. 182. 198.
Jovinianus impugnatus 263.
Judicium ultimum 318.
Judicum instructio 699.
Julianus apostata 168. 198. 249. **353**; J. pelagianus impugnatus 348.
Juramentorum solutio 1036.
Jus sacerdotale 690. 714.
Justinianus imp. 484a.
Justitiae perfectio 284.

K

Kalendarium 434 s. 892.

L

Lapsorum causa **78**.
Lazarus 139a; mendicus 246.
Lectio librorum gentilium 154.
Lectionarium 267. 708 s. 732. 764; v. *Homiliarium.*
Legatio CP. 912.
Legendarium 867.
Lex mosaica 1001; defensa 282; ejus significatio spiritualis **356** bis; cum romanis legibus comparata 183a.
Liber pontificalis 835.
Libertas, liberum arbitrium 44. 108. 281. 286. 320. 802 813; v. *Gratia.*
Libri prohibiti 375.
Liturgia 9. 155. 251. 359. 389. 413. 552. 564 saepius; 600. 605. 607. 625. 647. 706. 730. 766 s. 797. 828. 866. 909. 980 ss. aepius; 1037. 1040. 1086 s. ter; v. *Missa, Officia* ecclesiastica, *Ritus.*
Loca sancta s41. 649. 949; v. *Itinerarium* in locca ancta.
Luciferiani impugnati 262.
Ludi circenses reprobantur 248; ludus quidam sacer 936.
Ludovici Pii imp. vita 745 s.

M

Macedoniani impugnati 126. 143. 158. 367; v. *Spiritus* s. divinitas.
Mali origo 108. 337; v. *Manichaeismi* impugnatio.
Manichaeismi impugnatio 93. 122. 133. 147a. 152. 176. 191 bis; 192. **280** ss. saepius; 342. 468. 476. 533a. 669 s. 783.
Mansiones XLII filiorum Israel 189. 1002.
Marcellus ancyr. impugnatus 147a; 216 bis.
Marcion impugnatus 72. 73a; 111. 412a.
Maria V. **199**. 870; Dei mater 355 bis; 392; ejus conceptio 654. 868; nativitas 672; praesentatio 646; vita 769; Salutatio angelica 383. **598**. 646. 672. 984; virginitas 263. 626; in partu 814. 819; dormitio 584. 1019; assumptio 267. 626. 646. **672**; Sermones in ejus honorem 625. 646 s.; 655. **672**. 721. 867 s. 899. 945. 1089; encomium 358.
Martialis ep. apostolatus 955. 1014 s.
Martyrium exhortatio ad m. 61. **73**. **78**. 81. 95a. v. *Vitae SS.*
Martyrologium 267. 638 s. 799. 830. 836. 844 s. saepius; 867. 875. 1007. 1083.
Martyrum laus 113. 542. 847 s.; historia 212. 359; acta 327. **336**. 847 s.; eorum, qui se ipsos obtulerunt defensio, 847 ss. saepius.
Massilienses v. *Semipelagiani.*
Matrimonium 660a; ejus unitas 74; indissolubilitas 277; bonum 292; casus de eo 934; v. *Nuptiae.*
Meditationes 904. 1031. 1088.
Meletii schisma 113.
Mendacium 292 bis.
Messiae adventus 1054; v. *controversiae* cum judaeis.
Metropolitarum jura 761a. 779.
Michael arch. 780a.
Militia romana 799 s.
Milium corona 74; institutio **499**.
Miraculum Beryti editum 118a; 127. v. *Vitae SS.*
Miscellanea 100; v. *Quaestiones* variae.
Missae sacrificium 465; rituum explicatio 700. 828 s. 878. 980. s. saepius; 1003; v. *Liturgia.*
Mohamed impugnatus 787; v. *Saraceni.*
Monachorum vita 217. 323. 329. 421. 580; defenditur 250. 1002; ejus praestantia 329. 1002; monachi comparatio cum rege 250.
Monachorum institutio 225. 329. **394**. 732. 887. 899. 1003. 1088; opus 292; historia 314. **363**. 539.
Monasterium augiense 918.
s. Bavonis 965.
carnotense 1074.

Monasterium Cassinense 577. 890.
clusiense 1042a.
cluniacense 1003. 1085 ter.
corbejense 577. 830.
croilandense 918.
cuxamense 965.
elnonense 1073.
emmerammense 842.
farvense 964. 1074. 1086.
floriacense 960.
fossatense 1009.
gladbacense s. Viti 1009.
hasnoniense 1073.
lemovicense 954.
lobiense 916.
lundisfarnense 707. 753.
malleacense (Maillezais) 1009.
malmundarense 1073.
S. Martini trev. 972.
medianum 971a.
mozacense 678a.
sangallense 840 s.; 1008.
sithiense 917 bis:
Studium 726.
trenorchiense 1074.
vabrense (Aveyron) 891.
viceliacense 964.
watinense 1038a.
westmonasteriense 1073.
Wiramuthae 638.
Monophysitae impugnati 363. 376. 396 ss. saepius; 461. 470. **471** ss. saepius, 479. 515 s.; 573 saepius; 606. 669; horum haeresis historia 518. 533.
Monotheletae impugnantur 598 ss. saepius; 604; eorum historia 833.
Mors 608; non timenda 78. 182. 551.
Moses 161. 399.
Mundi creatio 111. 478; opificium 533a; 590; v. *Hexaemeron;* duratio 217; aetates 462a; aeternitas impugnata 108; 467a; consummatio 66;
Mundi vanitas 1003; contemptus 439. 1002 s. 1092. 1095.
Musica opuscula 882. 885. 894. 982. 1043.
Mythologiae allegorica interpretatio 462a.

N

Naboth Jezraël. 182.
Natura rerum 569. 634; composita 670; divisio 792; natura et gratia 284.
Neoplatonici impugnati 467a.
Nestoriani impugnati 330. 344. 349 saepius; **354** ss. saepius; 388 ss. saepius; 397 ss. 461. 470. **471** ss. 475. 670; eorum historia 518.
Noe 182.
Nomina hebraica 59. 259. 878; Dei 229; locorum s. Scripturae 259.
Nomocanon 549. 785.
Notarum juris collectio 757.
Novatianus ejusque asseclae impugnati 78. 112. 193. 572.
Numerorum in Scripturis significatio 569. 1016; Numerus septenarius 654.
Nuptiae 285. 931a. 1005; impedimenta 980; consanguineorum 799; illicitae 905; statuta de nuptiis 979; tempus eas celebrandi 1003; v. *Matrimonium.*

O

Officia ecclesiastica 570. 708. 715. 730. 755a; 766 s. 980. 1086; v. *Liturgia;*
Officia hominis christiani 587; 979; clericorum 979; principum 711; v. *Institutio.*
Onomasticon locorum ss. etc. 214.
Operum bonorum necessitas 277. 1087a.
Oratio 60. 162. 226. 328; dominica 73. 78. 162. 414. 603. 611. 1031. 1088; v. *Sermones.*
Ordinationes illegitimae 888 s.; simoniacae 1001.
Ordines 707; septem 388.
Ordo romanus 564.
Origenes defensus 64. 312; laudatus 97; impugnatus 108 bis; 109. 237. 241a. 263. 282. 319. 383. 468 bis. 515a s.; 521.
Otto I. imp 911.

P

Pacis bonum 1018.
Paedagogia 482. 756.
Palatii ordo 765.
Pallium 74.
Palmarum rami 192.
Paradisus 152. 182. 198. 877.
Parasceve 909.
Parentelae gradus 1001.
Pascha 225. 396 a. bis; 423a; 624. 652; paschatis solemnitas 216. 249;
Quando a Christo celebratum 467a; paschatis computatio 68. 102. 127. 217. 496. 525. 545. 634. 670.
Passio SS. v. *Vitae SS.*
Patientia 73. 78. 226. 292; servanda in correctione 1003.
Patres nicaeni 171a; patrum dicta seu sententiae 546; v. *Florilegia;* eorum vitae 563; v. *Monachorum* vita.
Patriarchae 569. 779a; 882.
Pauli ap. laudes 246. **248**. 929.
Pauliciani impugnati 783a.
Paulus samosatenus impugnatus 85. 92.
Paupertas voluntaria 329. 332. 546; religiosa 1002.
Peccatorum confessio 706; v. *Confessio;* remissio 284; peccatum originale 285. 478; v. *Pelagiani.*

Pelagiani impugnati 263. **284** ss. saepius; 344. 348 ss. saepius; 369. 375.
Peregrinatio in loca sancta 134a; 163. 687a; 872; v. *Loca* sancta.
Persecutorum religionis christ. mors 105.
Perseverantia 287.
Persona et natura 461. 470.
Petri et Pauli ap. encomium 599.
Petrus Mongus damnatus 376; P. Fullo impugnatus 397.
Philosophiae utilitas 59; consolatio **459**.
Philosophica 191. 275 saepius; 876. 1043.
Philosophorum opiniones num possint conciliari cum doctrina christiana 1044.
Phoenix 106.
Plagae Aegyptiorum 1003.
Plato impugnatus 67.
Poemata **170**. 1090 s. saepius; v. *Carmina; Hymni.*
Poenitentia 73; 181 bis; 249. 295. 381. 400. 503. 517. 570; exhortatio ad eam 81. 193. 250. 548. 655.
Poenitentiale 548 bis; 585a; 587 bis; 622 ss.; et inter Add.; 641. 690 s. ter; 759. 799 bis; 945; v. *Canones* poenitentiales.
Poëtae 86. **656**. 693. 769 s.; 868 ss. 936. 983 s.; 1019. 1090 s.; v. *Carmina.*
Pontificum rom. vitae 912 bis; 958. 1041; eorum vitae brevitas 1002.
Porphyrius impugnatus 109. 159a. 216. 299.
Praedestinatianismus 407.
Praedestinatio 286 ter.; 465 saepius; 793. 802 bis; 808 ss. saepius; duplex 465. 829; v. *Gotteschalcus.*
Preces 920. 1018. 1088; liturgicae 547; ad mensam 1008.
Presbyterorum potestas poenitentes reconciliandi 1036.
Praxeas impugnatus 73.
Principis institutio 499a; 720. 732. 805 bis; 931; officia 1003.
Priscillianistae impugnati 282. 319. 382.
Proclus impugnatus 487 bis.
Prophetarum vitae 216. 238; defensio 282.
Proverbia christiana 1016.
Prudentius poeta illustratus 858.
Psalmodia 302. 553. 706 bis. 715. 981. 1003.
Pudicit a v. *Castitas.*
Puerorum oblatio Deo facta 788.
Purgatorium 670.
Pythonissa endorensis 58. 109. 162. 205.

Q

Quadragesima 1002.
Quaestiones variae 30 s. ter; 126 bis; 165a. 169a.; 208 ter; 277 saepius; 281a; 483. 557a; 603. 607. 703. 782. 1003.
Quatuor tempora 981.

R

Rationalis pont. judaeorum gemmae 237.
Regis dignitas 335; comparata cum monachi professione 250; institutio 931; v. *Principis* institutio.
Regimen ecclesiasticum 714 s.; comparatio cum reg. politico 715.
Regulae monasticae 153. 224. 325. 501. 505 s. bis; 550. 571. 587. 621 s. ter; 689. 692. 763. 865. 933; s. Benedicti illustratae 732. 764 bis; regulae pro clericis 693; v. *Institutio.*
Religio vera **280**; christiana 769.
Religiosorum jura 958; status bona 1003.
Reliquiarum cultus 263.
Reordinatio vitanda 1036.
Responsa canonica 217. 799; v. *Epistolae* canonicae.
Responsalis l. 564.
Resurrectio 30. 37. **73**. 108. 159. 186. 248. 277. 381. 468. 517 bis; 608; eorum qui cum Christo resurrexerunt 677.
Retractationes 273 (s. Aug.); 288.
Revelationes 868.
Rituale 413.
Ritus 435 s. v. *Liturgia*, *Baptismus* etc.
Rufini apologia 312. 314.
Rusticorum correctio 545.

S

Sabellius impugnatus 85. 137a.
Sacerdotii dignitas 166. 189. 199. **240**. 942. 1002.
Sacerdotum instructio 502. 760. 979; incontinentia damnatur 1036; v. *Coelibatus.*
Sacramenta **180** s. 1040; ab improbis administrata 1002. 1036.
Sacramentarium 267. 372. 376. 564. 706. 866; v. *Vitae.*
Salve Regina 1006; illustratum 1031.
Sanctorum encomia 199. 333. 538. 779a. 913; v. *Vitae.*
Saraceni impugnati 670. 787. 899. 997; unius conversio 728.
Schismaticorum damnatio 1034 s.
Scriptores eccl. recensiti 262. 437. 490a; 571. 626. 784. 898. 996.
Scriptura s. Auctoritas 809;
Introductio 22a; 127. **288**. 309. 495. 525. 530. 569; labores biblici 410;
Textus V.T. recensio 110; v. *Versio LXX;* N. Testamenti 110; editiones 56.
Interpretandi regulae 302a; clavis 35; Onomasticon locorum, nominum etc. 214; de mensuris et ponderibus 236; allegoricae explicationes personarum

569; aliarum rerum 570. 798; Interpretes 875; lectio quam utilis 1055;
Synopsis 252; mirabilia 610a; Paraphrasis poetica 611;
Harmonia inter Vetus et Novum Testamentum 80; inter libros s. Scripturae 561. 609;
Historia V. Testamenti 209. 409; typi V. T. 134. 347; vaticinia 317.
Quaestiones in Vetus et Novum Testamentum 184a; 210. 291. 570. 603. 636.
Commentaria in V. T. 559a. 797 s.
in Pentateuchum 58. 289. 308. 364. 485. 635. 675;
in Genesim 58. 109. 111. 197. 209. 245. 259. 280 288 s. saepius; 300. 304. 356. 424. 433. 449. 681. 824. 877. 888. 1003. 1060;
in c. 1. v. *Hexaemeron* — in c. 2 v. *Paradisus* — in c. 49: 182. 262. 290a; 314 324. 703. 944;
in Exodum 111. 197;
in Leviticum 111. 405. 729. 1060;
in Josue (58) 289. 308. 364. 414. 485;
in l. Judicum (58) 289. 308. 364. 414. 485;
in ll. Regum (245) 267. (357) 364. 433. 486. (561) 635. 824;
in ll. Paral. 197. 261. 364. 486;
in Esdram 635;
in Nehemiam 635;
in Tobiam 635;
in Job 109. 124. 153. (245) 261. 289. 304. (487) **559**. 1004;
in Psalmos (58) **124**. 133. 152. 159a. 161. (172a) 176 (183), 204a; 213. 245. (259) 261. **289**. 304. (315); (344); **364**. 405 s. (408) 495. 525. 587. (603) 636. 677. 729. 822. 877. 946 s. 1005. 1031; inter Add. ad p. 259. 1095;
in titulos psalmorum 124;
in Ps. 118: 182;
in Ps. poenitentiales 561. 703. 1025;
in Ps. 41: 818;
in Ps. 68: 947;
in l. Proverbiorum (245) (357) 408. 486. 488. 636 bis;
in Ecclesiasten 83. 98. 111. 162. 203a; 259. 408. 488. 576. 704;
in Cantica cant. (58) 69. 109. 111. 112. 162. 183. 210. 238. (357) 365. 486. 488 bis; 528. 531. 561. 636. 677. 704. 822. 825. 877. 1060 s. 1063a;
in Prophetas majores et minores 260. (357) 365. 731;
in Isaiam (58) 111; 153. 214. 216. (245) **356**. 405 s. 486. 822;
in Jeremiam (58) (245) 488. 731; in lamentationes 262. 488. 818. 1031;
in Baruch 488;
in Ezechielem (59) 111. (308) 560;
in Danielem 67. 245. 307; in Susannae historiam 59. 68. 100;
in Prophetas minores 304. 357. 405. 822. 877. 879;
in Oseam 315;
in Joël 315;
in Amos 315;
in Jonam inter Add. ad p. 413;
in Nahum 609;
in Habacuc 111; in ejus canticum 636;
Commentaria in cantica s. Scripturae 495; in varia V. et N. T. loca 52. 198. 359. 432; Scholia in varios V. T. libros 176. 197 s.; 210. 289. 406. 408. 671. 878 et inter Add.
Commentaria in N. T. 559a; 797 s.;
Historia evangelica 209; Quaestiones in Evang. 214. 290. 406; Harmonia evangelica 35a; 60a; 198. 214. 290. 528. 827. 958;
in IV Evangelia 38. 261. 407 et inter Add.; (430) 561. 611. 636. 730;
in Matthaeum 58. 134. 204a; **246**. (246) 260a; 290a; 304. (309); (357) 733. 785. 818. 825. 878. 1004; in sermonem mont. **290**. 309;
in Marcum (259) 310. 733;
in Lucam (59) 83. 192. 205a; 206. 214. 304. 357 bis; 733. (778a) 826. 1004;
in Joannem 58. 204a; 206. **246. 290**. 304. **357**. (402) 704. 793. 826;
in Actus ap. (64) 246. (247) (307) 526. 529 s. 636 ter;
in epistolas s. Pauli 183. 197. 200. 204a; 261. 304. **365**. 409. 526. 530. 671. 733. 822. 828. 877. 907. 1058. 1095;
in ep. ad Romanos 58. **247**. (291) (357) 528;
in ep. 1 ad Corinthios **247**. (357) 1005;
in ep. 2 ad Corinthios 177. (357);
in ep. ad Galatas 191. 243a. 247. 260. 291. 718;
in ep. ad Ephesios 191. 247. 260;
in ep. ad Philip. 191. 247;
in ep. ad Coloss. 247;
in ep. 1 ad Thessal. 247;
in ep. 2 ad Thess. 247;
in ep. 1 ad Tim. 247;
in ep. 2 ad Tim. 247;
in ep. ad Tit. 247. 260. 704;
in ep. ad Philemonem 260. 704. 718;
in ep. ad Hebr. 247. 357. 704;
in ep. catholicas 52. 176. 424. 636. 780. 947 et inter Add.;
in ep. b. Jac. (247);
in ep. 1 s. Joan. (247) 291;
in ep. 1 s. Petr. (247);
in Apocalypsin 111. 189. 260. 290a; 303a; 488 s. 526. 529. 575. 636. 674. 676. 704. 823. 830. 877. 879;

in evangelia et epistolas dominic. **723.** 798. 823. 1098; v. *Homiliae* exegeticae;
in varia loca N. T. 184a:
Scholia in varios N. T. ll. 52. 176. 210. 424. 636. 671. 780.
Seculi fuga 182: v. *Mundi* contemptus.
Sedulius poeta illustratus 878.
Semipelagiani impugnati 286 ss. saepius; **343** ss. saepius; 465.
Sententiae collectae 422a; 785; v. *Florilegia.*
Sequentiae 875 936 ss. 984. 1089.
Sermo otiosus 905.
Sermones 8. **154** bis; 158. 162. **168. 186.** 189. 196. 216. **293.** 232 ss. **371.** 387. 390. 393. 406. 429 s. 436. 466. 473. 477. 482. 501 ss. saepius. 504. 528. 607. 655. 677. 688.
in s. Scripturam 58. 62. 293. 504; v. *Homiliae.*
Serpens aeneus 406a.
Severus monoph. 590.
Simoniae damna 409; simonia impugnata 982. 994. 1083.
Sobrietas 858.
Sodomia 1001.
Spectacula 74. 78. 95.
Spiritus s. divinitas **122.** bis; **151.** 162. **175. 180** bis; 196. 301. 385. 464. 478. 482; processio a Patre Filioque 699. 705. 786. 1003; charismata 69;
Spiritus et litera 284; Spiritus nequam 670.
Statuta ecclesiastica 581. 893 s. ter; 907. 932. 979. 1096; monastica 765. 1058. 1085 s. saepius; v. *Canones*; sobrie legenda 1036.
S. Stephani reliquiae 279a; 325; miracula 281.
Subintroductae 250.
Suffragia 1002.
Superstitiones impugnantur 714.
Susannae historia vindicata 59; explicata 68; impugnata 100.
Symbolum 142. 301. 387; ejus explanatio 181. 276 saepius; 314. 424. 589; expositio symb. nicaeni 389; athanasianum 127. 380. 480. 502; hujus expositio 700; v. *Fides.*

T

Tabernaculum foederis 631.
Te Deum laudamus 188. 302.
Templum Salomonis 635.
Temporum ratio 634.
Termini theologici vel philosophici explicati 158. 675; in genere explicati 569.
Terra sancta 494.
Testamentum D. N. J. Chr. 9a; patriarcharum 14; testamenta SS. 199. 428. 501 (Add.) 508. 726.
Theodoretus impugnatus 356.
Theodorici regis laus 482. 731.
Theodorus mopsuest. impugnatus 349.
Theodosii encomium 186. 248.
Theologia 56: theologiae dogmaticae specimen 97. **168.** 276 saepius: 610. **668**; mystica 457 bis; pastoralis **20.** 51. **562.** 698; Introductio ad ejus studium 525. 676.
Thuringiae excidium 589.
Timotheus Aelurus damnatus 383. 396. 404.
Topographia christiana 395; v. *Loca* sancta.
Tractatus 222; v. *Homiliae, Sermones.*
Traditionis momentum **378.**
Transitus maris rubri 478.
Translatio SS. v. *Vitae SS.*
Transubstantiatio 675.
Trinitas 30. 95a.; 122. 126 bis; **131.** 138. 143. 158 saepius; 162. 175. **180.** 184a; 189. 198. 229. **277.** 281. 319a; 321. **354** saepius; 359. 363. 381. 460 s. 464. 466a. 479 s. saepius; 499. 523. 573. 628. 647. 670. 706 bis; 764. 780. 847; ejus unitas 295.
Trisagion 397. 670.
Typicum s. Sabae 506 s.

U

Unitas, unum 462; unitas Dei v. *Deus.*
Unus ex Trinitate carne passus est 454. 469 s.
Usus monastici 692.
Uxoris instructio 73. 341.

V

Valentinianus impugnatus 72.
Vaticinia messiana 84. 215; v. *Controversiae* cum judaeis.
Verbi generatio 191 bis.
Verbum otiosum 905.
Versio s. Scripturae alexandrina LXX ejus recensio 110 bis;
anglosaxonica 348 s.;
germanica (883);
gothica 205a;
saxonica 831a;
slavica 830;
vulgata **257** s. 652 s. 700. 709.
Viduae 185. 250. 292. 332a.
Vigiliae 302. 423a. 553. 1003.
Virgines velandae 74; earum habitus 78; instructio **7. 185** saepius: 220. 437. 551; de virgine lapsa 185. 301.

Virginitas 127. 134a; 147a. 154. **162. 185.** 243a; **250.** 263. 292. 318. 437. 478. 548. 572. 653 s.
Virtutes 545. 605. 670. 689. 706. 800. 805; theologicae 819; cardinales 545; virtutis studium 933; virtutum vitiorumque conflictus v. *Vitia.*
Vita christiana 292. 295. 332, 444; activa 228; contemplativa 437; monastica defenditur 250; v. *Monachorum* vita; communis canonicorum 1002; eremetica 205. 1003.
Vita beata 182. 275. 295. 647; v. *Beatitudo.*
Vitae vanitas 590; terminus 646.
Vitae SS. collectae 920. 949.
Vita, acta, passio, martyrium, miracula, translatio, encomium sanctorum vel virorum celebrium etc.
Abbonis (1004) 959.
Abramii (366) 200.
Adalberonis (1005) 935.
Adalberti diac. (sec. VIII) 925.
Adalberti prag. (997) 935. 943. 971.
Adalhardi (826) 818. 1082a.
Adalheidae imp. (999) 943. 970.
Adelelmi (1100) 1097.
Adonis vien. (874) 837a.
Aemiliani (574) 614.
Afrae aug. (304) 977.
Agathae (251) 761.
Agathonis P. (681) 834.
Aichardi gemet. (687) 1072.
Aigulfi (675) 821.
Albini andeg. (560) 589.
Aldegundis V. (683) 894.
Alexandri 840a.
Alexii (sec. V) 936.
Altmanni pass. (1091) 1033.
Altonis (c. 760) 1017.
Amalbergae V. (772) 895. 1077.
Amandi (684) 618. 858 bis; 1097.
Amantii erem. (600) 923.
Amantii rut. (c. 487) 590.
Amatoris (418) 543.
Ambrosii med. (397) 189a; **324.**
Anastasiae (567) 1008.
Anastasii M. Persae et sociorum 592. 599.
„ ven. (1086) 1052.
Andochii et sociorum (sec. II) 46.
Andreae ap. 539. 769.
Andreae Sali (956) 892.
Angelranni cent. O. S. B. (1045) 975a.
Angilberti (814) 770.
Ansberti rotom. (695) 618.
Ansgarii (865) **856** s.
Ansovini (840*) 859.
Antonii Cauleae CP. (891) 892.
Antonii lir. (526) 481.
Antonii M. (356) **125.**
Aquilini (c. 690) 684.
Apollonii (192) 40.
Vita Apri leuc. (sec. V) 922.
Arbogasti ep. (678) 926.
Arialdi (1066) et Herembaldi (1075) 1080.
Aridii ab. lemov. (591) 540.
Arnolfi (640) 681.
Arnulphi tur. (sec. VI) 974.
Arsenii (c. 444) 436. 725.
Artemii (c. 363) 673.
Athanasii methon. (sec. IX) 868.
Athanasii neap. (872) 889.
Attalae ab. (627) 615 et inter Add.
Audoeni 683. 931. 1042. 1076.
Audomari (667) 1079.
Augustini cantuar. (608) 1076 bis.
Augustini hip. (430) **271.**
Autbertus cam. (669?) 945.
Autperti (778) 676a.
Baebiani 444.
Baithmaici (793) 730.
Bardonis mog. (1051) 1012.
Barnabae ap. 583.
Bartholomaei ap. 833. 871.
Bartholomaei Bas. jun. (1065) 1080.
Basilii amas. (322) 115.
Basilii anach. (c. 952) 930.
Basilii M. (379) **199.** 834.
Basilisci (c. 308) 217.
Basini (c. 672) 1081.
Basoli (620) 922.
Bavonis gand. (653) 1077a.
Benedicti (542) 505a; 563. 577. 609a; 682. 820. 869. 947. 959. 1046. 1096.
Benedicti O. S. B. anan. (821) 762.
Benedicti O. S. B. clus. (1091) 1042.
Bercharii (865) 922.
Berlendis V. (c. 702) 961.
Bernardi ment. (1081) 977.
Bernwardi (1022) **967.**
Bertini (c. 709) 1011. 1079.
Bertulfi bob. (sec. VII) 615.
Bonifatii Germ. ap. (755) 686 s. saepius; 1017.
Bregwyni (762) 1078.
Brigidae scot. (523) 619 bis; 651.
Bruni querfurt. (1009) 971.
Brunonis col. (965) **928.**
Burchardi (herbib. (754) 971a.
Burgundofarae (657) 615.
Cadroae ab. (978) 930.
Carilefi (536) 617.
Celsi trevir. (980) 927.
Christinae V. et M. 1080.
Christophori M. (f. sec. III) 929.
Chrodegangi (770) 864. 924.
Chrysanthi et Dariae (283) 861.
Chrysostomi (407) 207a; 252a; 366. 620.
Clementis rom. (100) 859. 1032a.
Columbae (598) 585a; 649.
Columbani (610*) **615** et inter Add.
Condedi (685) 651.

Vita Conradi trev. (1066) 1075a.
Corbiniani (730) 682.
Coronatorum quatuor (307?) 426.
Crispinae V. 833.
Cutberti (687) 638.
Cypriani (258) 76a; 681.
Cyri et Joannis (sub Diocl.) 599. 833.
Cyriaci (556) 541.
Cyrici et Julithae (sub Diocl.) 544.

Demetrii thessal. (306) 580. 620. 833.
Deodati (679) 971a.
Desiderii cadurc. (655) 627.
Desiderii ling. (411) 578.
Desiderii vien. (606) 837.
Dionysii, Rustici etc. (c. 286.) 590. 751 s. 760. 1017.
Dominici ab. exil. (1073) 1081.
Dominici ab. (1031) 1052.
Dominici Loricati (1062) 1001.
Dorothei jun. 1019.
Droctovei ab. (c. 580) 861.
Dunstani (988) 932 s. 1078 s.

Eadgithae (984) 1077.
Eadmundi regis (870) 959. 1082.
Eigilis (822) 751.
Elledae (sec. X) 1078.
Eligii (659) 616 et inter Add.
Elphegi cant. (1012) 1078.
Emani presb. (sec. VI) 930.
Emmerammi (652) 682 et inter Add.; 966 bis.
Ephysii (sec. IV ineunte) 116.
Epiphanii sal. (403) 239a.
Epiphanii ticin. (496) 481. 968.
Erardi (sec. VIII) 1097.
Erimitensium patrum 614.
Erluini (987) 897.
Erminii (737) 684.
Ethelwoldi (984) 926.
Eucharii, Val. et Max. trev. 897.
Eugeniae (250) 315.
Eugenii tol. (sec. III) 896 s.
Eulogii cord. (859) 849.
Euphemiae V. (303) 861.
Eusebii alex. (sec. V) 137a.
Eusebii emes. (359) 137a; 147a.
Eusebii samos (379) 136a.
Eustasii lux. ab. (625) 615 et inter Add.
Eustathii et soc. 920.
Euthymii (473) **541**.
Euthymii (911) 880.
Eutropii (475*) 425.

Faronis meld. (672) 853.
Felicis nol. (p. 312) **442** s. 639. 1081.
Ferrucii (c. 300) 840.
Fidis M. (286) 973.
Firmani 947a.
Florae et Lucillae V. V. 1001.
Florberti ab. (661) 1068.
Florentii (sec. V) 425.

Vita Foillani M. (655) 1096.
Folcuini (854) 917.
Fortunati spolet. (c. 400) 617.
Fratrum quinque pol. (1003) 971.
Fratrum duodecim MM. 1080.
Friderici ultraj. (838) 974a.
Fridolini ab. (530) 930.
Frodoberti ab. (673) 922.
Fructuosi (670) 621.
Fursei ab. (650) 1096.

Galli OSB. (c. 645) 586a. 730. 854. 876.
Gangolfi (760) 1010.
Gangerici ep. (622) 1069a.
Gebizonis col. (1080*) 1062.
Genesii 423. 443.
Georgii M. (sec. IV) 390. 852.
Georgii et Aurelii (852) 846.
Georgii Chozebitae (sec. VII) 620.
Geraldi (909) 882.
Geraldi Silv. Maj. (1095) 1082.
Gerardi bron. (959) 1012.
Gerardi paris. (576) 589. 852.
Gerardi tull. (994) 1010.
Germani antissiod. (448) 425. 843 bis.
Germani grandivall. (c. 666) 617.
Gervasii et Protasii (sec. I vel II) 186.
Gisleni (685) 975.
Glodesindis (609) 923 s.
Goaris (sec. VI) 845.
Godebertae V. (c. 700) 1079.
Godehardi hildesheim. (1038) 968 bis.
Godolewae V. (1070) 975a.
Gorgonii nicom. 924. 936.
Gregorii agrig. (630) 576.
Gregorii Magni (604) 558a. 681. 858. 896.
Gregorii Illuminatoris 420.
Gregorii nazianz. (390) 170; 172. 984.
Gregorii Thaumaturgi (c. 270) 98a. 248.
Gregorii traject. (775) 749.
Gregorii turon. (594) 882.
Gudilae V. (p. 706) 1011.
Guilelmi divion (1031) 957. 964a.
Guilelmi hirsaug. (1091) 1042a.
Gummari lir. (sec. VIII) 1083.
Gundulfi ep. roff. (1108) 1099.
Guntheri erem. 968.
Gunthlaci (714) 650.
Guriae, Schamonae et Habib (309) 114 et inter Add.

Hadalini (690) 966.
Haimeradi (1019) 1081.
Haimonis halberst. (853) 822.
Hariolfi ab. 853.
Hathumodae V. (874) 857.
Helenae imp. (328) 852. 948a.
Heriberti (1021) 1012.
Hermanni Contracti (1056) 1036.
Hilari galeat. (558) 543.
Hilarii pict. (366) 589.
Hildulphi (707) 971a.

Vita Homeritarum (sec. V) 494a.
Honorati arel. (428) 332a; 423 s.
Huberti tungr. 727.
Hunegundis (690) 925.
Hypatii (446) 425.

Idae vid. (813) 923.
Ignatii antioch. (107) 16.
Ignatii CP. (877) 778 s. 780.
Ildephonsi tol (567) 609 bis.
Isaac M. arm. (440) 411a.
Isaiae 533a.
Isidori hisp. (636) 614.
Ivonis ep. persae (sec. VII) 1077.
Jacobi ap. 655.
Januarii (c. 305) 890.
Joannis Bapt. v. *Joannes B.*
Joannis Beverlacensis (721) 1079.
Joannis Calyb. (sec. V) 835.
Joannis Eleemosynarii 579. 616. 833.
Joannis gorzensis (974) 923.
Joannis Gualberti (1073) 1080.
Joannis Reomaensis (c. 544) 615 et Add.
Joannis Silentiarii (558) 541.
Joannicii (846) 754.
Jodoci conf. (669) 976.
Jonae et Brichesi (330) 114.
Jonati ab. (sec. VII) 894.
Josephi 871.
Juliani cenom. (c. 945) 925.
Juliani M. (304) 539 s.
Juliani tolet. (690) 608a.
Juniani ab. mariac. (587) 753. 925.
Justi lugd. (c. 390) 425.
Justini M. galli 638.

Kentigerni episc. 544.
Kiliani ep. (689) 971a.

Lamberti traj. (708) 651. 893 bis.
Landberti lugd. (667) 618.
Landelini (698) 961.
Landoaldi (667) 961.
Laurentii M. (258) 1010.
Lazari redivivi 579a.
Lazari et sociorum (327) 114.
Lebwini (773) 894 s.
Leobini (c. 556) 590.
Leodegarii augustod. (678) 618. 973.
Leonis IX (1054) 990.
Leonis Thaumat. (c. 780) 652.
Lewinnae M. (sec. VII) 975.
Liborii (sec. IV) 895 et inter Add. ad p. 857.
Lintrudis V. (sec. VI) 927.
Liobae V. (780) 839.
Liudwini trev. (713) 1081.
Livini Flandriae ap. (660) 619. 684a.
Longini cent. (sec. I.) 406.
Luciani episc. 851.
Lucii I. (253) 1013.
Ludgeri (809) 750 bis.

Vita Macarii pelect. (sec. VIII) 753.
Machabaeorum 424a.
Maclovii alect. (565) inter Add. ad p. 896.
Magnerici trev. (596) 972.
Magni ab. (c. 655) 613. 854. 1017.
Majoli ab. (994) 969 ter.; 1081.
Mamantis M. (sec. III) 1069.
Mammae (sec. III.) 730.
Mansueti (sec. I?) 922. 974. 1099a.
Marcelli paris. (436) 590.
Marcellini et Petri MM. 745.
Marci atin. (sec. III) 916.
Marci Evang. 484a.
Mariae aegypt. (321) 599.
Mariae Magd. 800.
Mariani et Jacobi (c. 259) 1001.
Marii ab. (c. 550) 428.
Marini et Anniani (740*) 682.
Martini I (655) 596a. 833.
Martini tur. (397) 317. 440a. 539. 589. 707. 882 bis; 896a. 973.
Martyrum MCCCCLXXX 834.
Martyrum XL (sec. IV) 281.
Martyrum caesaraug. (303) 614.
Martyrum sebast. (320) 890.
Maurae V. trec. (sec. IX) 811.
Mauri OSB. (584) 578. 682. 851. 1079a.
Mauri caesen. (649) 1001.
Maurilii andeg. (430) 590. 613. 892. 971a.
Maurini M. (670*) 930.
Mauritii et soc. (287) 432. 540.
Maximi Conf. (662) 602a.
Maximi rej. (sec. V.) 428.
Maximini miac. (520) 753. 925.
Maximini trev. (349) 813. 913.
Medardi novioc. (sec. VI) 590. 753. 1079.
Meginhardi (sec. IX) 981.
Meinolphi paderb. (857) 973.
Melaniae (439) 426.
Melanii rhed. (530) 1010.
Memmii (sec. III) 852.
Metronis 905.
Modoaldi aliorumque trev. 1096.
Modvennae V. (516) 1078.
Monachorum montis Sinai (373) 224. 329.
Monulphi traj. (c. 580) 1082.

Nicandri et Marciani MM. (sec. II) 976.
Nicephori CP. (829) 741a.
Nicetae ab. (824) 754.
Nicolai ep. mir. (fl. 325) 890. 976.
Niconis et sociorum (253) 102.
Nili jun. (1004) 1080.
Nivardi (672) 851.

Odilonis OSB. clun. (1049) 970. 1001.
Odonis cantuar. (958) 1078.
Odonis cluniac. (942) 881 bis.
Odulphi (865) 896.

Vita Opportunae V. (770) 896.
Oswaldi reg. (642) 976.
Oswaldi wigorn. (992) 1079.
Othmari OSB. (759) 730. 858.

Paldonis, Tatonis et Tasonis (739) 677.
Pantaleonis 985.
Paschasii Ratb. (851*) 819a.
Paterni abrinc. (563) 589.
Patricii (sec. V) 619 saepius; 649. 853.
Pauli ap. 929 v. *Paulus ap.*
Pauli leon. (573) 860.
Pelagiae antioch. 326.
Pelagii pueri (925) 931.
Peristeriae 328.
Perpetuae et Felicitatis (203) 75.
Petri et Pauli ap. 457.
Petri alex. (311) 833.
Petri Damiani (1072) 999.
Philareti (1070) 1013.
Philastrii brix. (394*) 218. 754.
Phileae et Philoromi (304) 112a.
Philiberti ab. (684) 860.
Pirmini ep. meld. (755) 972.
Placidi OSB. (539) 543.
Platonis (812) 725.
Polycarpi (160) 19.
Pontii ab. (1087) 1081.
Popponis (1048) 1011.
Porphyrii gaz. (419) 325.
Procopii et soc. (609) 890.
Prudentii turass. 544.

Quirici 542. 894.

Rabani Mauri (856) 840.
Rabulae (411*) 392.
Radbodi (917) 895a.
Radegundis (587) **589**.
Ragnoberti baj. (668) 752.
Remacli (668) 966. 1051.
Remedii rem. (522) 590.
Remigii rem. (532) 805.
Restitutae V. (c 272) **1097**.
Richarii (645) inter Add. ad p. 707. 859. 975.
Rictrudis (668) 894.
Rigomeri (sec. VI) 1009.
Rimberti (888) 857.
Rodingi OSB. (680) 977.
Romani (sec. VI) 1009.
Romani rotomag. (639) 1072. 1082.
Romualdi (1072) **1001**.
Rudolfi eng. (1063) 1001.
Rufi et Respicii 976.
Rufini et Valerii 819.
Rumoldi dubl. (sec. VIII) 1077.
Ruperti salisb. (sec. VI vel VII?) 683.
Rusticulae (c. 632) 538 et inter Add.

Sabae ab. (532) **541**.
Sabae et Macarii sic. (sec. X) 970.
Vita Sabini can. (c. 566) 748a.
Samonae, Guriae etc. 880.
Savini M. 852.
Saviniani etc. 953.
Schnoudi (sec. V) inter Add. ad p. 437.
Scholasticae V. (c. 542) 682. 869. 1052.
Sebastiani (c. 287) 189. 753. 896.
Secundini (450) 1012.
Septem Dormientium (250) 505. 539.
Servatius tungr. (sec. IV) 895. 1082.
Severi antioch. 533
Severi ravennat. (347) 854.
Severini (482) **492**.
Severini agaun. (506) 578.
Sigismundi regis (523) 537.
Silvini alc. (720) 651.
Simeonis erem. (1035) 972.
Simeonis jun. (1041) 986a.
Simeonis Sali (sec. VI) 579.
Simeonis Senis 503.
Simeonis Stylites (459) 436a bis.
Sindulphi (600*) 852.
Sisinnii, Martyrii et Alexandri (367) 325.
Siviardi ab. (687?) 617.
Solae ab. (794) 853.
Sosii (910) 890.
Speusippi, Eleusippi, Meleusippi MM. tergem. (c. 177) 578.
Spiridionis trimith. 620.
Stephani ab. jun. (767) 754.
Stephani II pont. (757) 660a.
Stephani Sabaitae (794) 754.
Strabonis 730.
Sturmii (776) 689. 750.
Suitberti (717) 895.
Suithuni wint (862) 926 bis; 1077.
Syncleticae V. (sec. IV) 127.

Tarasii CP. (806) 721.
Theclae V. (sec. I vel II) 404.
Theodardi (c. 668) 962.
Theodoli et soc. (sec. V) 1013.
Theodori heracl. (312) 115.
Theodori Siceotae (613) inter Add. ad pag. 736.
Theodori Studitae (828) 724a bis.
Theodosii (529) 541.
Theodoti ancyr. (304) 330.
Theophyli (538) 542.
Theognii (522) 541.
Theophanis M. (817) 726 s.
Theudarii ab. (575) 837.
Thomae ap. 539.
Tiburtii et sociorum MM. 896.
Timothei († 97) 48.
Trudberti (607) 893.
Trudonis (698) 683. 1077 bis.

Udalrici aug. (973) 927 saepius; 981.
Udalrici cluniac. (1093) 1085.
Ursmari (713) 684. 905. 917. 961.

Vita Valeriani (178) 1074.
Vedasti attr. (540) inter Add. ad p. 615; 707 et inter Add.; 752. 860.
Veroli presb. (600) 973.
Veroni lembec. 974.
Vincentii et soc. (291) 543. 842. 1007.
Vincentini arvern. (710) 651.
Vindemialis (sec. V) 425.
Vitalis gazaei (sec. VII) 580.
Vitoni (529) 977a.

Walae ab. (836) 819 et inter Add.
Walaricus (622) 616.
Walburgis V. (c. 780) 867. 952a.
Waldaberti (665) 922.
Walfridi Montis vir. ab. (763) 754.
Wenceslai reg. (935) 928. 976.
Wereburgae V. (sec. VIII) 1077.
Wiboradae V. (926) 900. 931. 1062.
Wigberti fritzlar. (747) 813.
Vita Wilfridi (709) 650. 931.
Willehadi (789) 856.
Willibrordi (739) 707.
Winwaloei (483) 860.
Winnoci ab. (717) 975.
Wolfgangi (994) 1017.
Wulframni sen. (720) 651.
Wulstani wig. (1095) 1072.

Zenobii flor. (sec. V) 976.
Zenonis (380) 222a.
Zoerardi et Benedicti erem. (1020) 1012.

Vitia 605. 654. 670. 689. 706. 800. 805; vitiorum virtutumque conflictus 189. 677. 990; vitia capitalia 699. 1007.

W

Wettini visiones 731.

BIBL. LONDIN. UNIV.

Prospectus tomi I.

Protestatio auctoris V
Lectori VII
Addenda et corrigenda XII
I. Scriptores ecclesiastici sec. I. aerae christianae . . . 1
II. Scriptores ecclesiastici sec. II. 15
III. „ „ sec. III. 49
IV. „ „ sec. IV. ab a. 301—326 103
V. Scriptores ecclesiastici sec. IV. ab a. 326—400 117
VI. Scriptores ecclesiastici sec. V. ab a. 401—431 233
Theologia dogmatica et apologetica 233
Historia 310
Theologia practica . . . 328
Poetae christiani 335
VII. Scriptores ecclesiastici sec. V. ab a. 431—500 341
Theologia polemica . . . 341
S. Scriptura 402
Historia 416
Theologia practica (Liturgia, Ascesis) 428
Poetae christiani 439
VIII. Scriptores ecclesiastici sec. VI. ab a. 501—550 . . 451
Romani pontifices . . . 451
Theologia dog. et polemica 455
S. Scriptura 483
Historia 490
Theologia practica . . . 495
IX. Scriptores ecclesiastici sec. VI. ab a. 551 -600 511
Romani pontifices . . . 511
Theologia polemica . . . 515
S. Scriptura 523
Historia 532
Ascesis et liturgia . . . 544
X. Scriptores ecclesiastici sec. VII. ab a. 601—636 555
Romani pontifices . . . 555
Theologia dog. et polemica 565
S. Scriptura 574
Hagiologi 577
Ascetae 581
Poetae 588
XI. Scriptores ecclesiastici sec. VII. ab a. 637—700 593
Romani pontifices . . . 593
Theologia polemica . . . 597
S. Scriptura 610
Historia 611
Hagiographi 613
Theologia practica . . . 621
XII. Scriptores ecclesiastici sec. VIII. ab a. 701—750. Theologia positiva et polemica 631
S. Scriptura 648
Hagiographi 650
Theologia practica . . . 652
Poetae 654
XIII. Scriptores ecclesiastici sec. VIII. ab a. 751—800 . 659
Romani pontifices . . . 659
Theologia dog. et polemica 665
S. Scriptura 675
Historia 677
Theologia practica . . . 684
XIV. Scriptores ecclesiastici sec. IX. ab a. 801—850 695
Pontifices romani. . . . 695
Theologia polemica . . 698
S. Scriptura 728
Historia 734
Hagiographi 748
Theologia practica . . . 755
XV. Scriptores ecclesiastici sec. IX. ab a. 851—900 773
Romani pontifices . . . 773
Theologia polemica . . . 778
S. Scriptura 821
Historia 831
Hagiographi 845
Theologia practica . . . 861
Poetae 868
XVI. Scriptores ecclesiastici seculi X. ab a. 901—950 . . . 873
S. Scriptura 873
Historia 883
Hagiographi 892
Theologia practica . . . 898

XVII. Scriptores ecclesiastici sec. X. ab a. 951—1000 . . . 900
Theologia dog. et polemica 900
S. Scriptura 906
Historia 908
Hagiographi 918
Theologia practica . . . 931
XVIII. Scriptores ecclesiastici sec. XI. ab a. 1001—1050 . 939
Romani pontifices . . . 939
Theologia dogmatica . . 943
S. Scriptura 945
Historia 949
Hagiographi 965
Theologia practica . . . 977
XIX. Scriptores ecclesiastici sec. XI. ab a. 1051—1073 . . . 987
Romani pontifices . . . 987
Theologia polemica . . . 992
S. Scriptura 1004
Historia 1005
Hagiographi 1009
Theologia practica . . . 1013
XX. Scriptores ecclesiastici sec. XI. ab a. 1073—1100 . . . 1021
Romani pontifices . . . 1021
Gregorii VII. adversarii . 1025
Gregorii VII. apologetae . 1029
Theologia polemica . . . 1047
S. Scriptura 1060
Historia 1062
Hagiographi 1075
Theologia practica . . . 1083
Poetae 1090
XXI. Scriptores ecclesiastici sec. XII. ab a. 1101—1109 . 1093

Tabulae chronologicae theologorum ab exordio aerae christianae ad a. 1109 secundum disciplinas dispositae I

Index theologorum, qui a Christo ad a. 1109 floruerunt . . XXXVII

Index rerum, quae in libris hoc in tomo recensitis tractantur . . LIV

A. M. D. G.

In libraria academica **Wagneriana**, Innsbruck, Tirol
edita sunt:

Hugo Hurter S. J.

Compendium Theologiae Dogmaticae
in usum studiosorum theologiae.

Editio undecima emendata. 8°. 1903.
Vol. I. Theologia generalis. Preis M 4.96.
Vol. II. Theologia specialis pars prior. Preis M 4.96.
Vol. III. Theologia specialis pars altera. Preis M 6.56.

Appendix ad T. II. et III. Ed. 3.—6.
Compendii Theologiae Dogmaticae.
Preis —.50 Pfg.

Medulla Theologiæ Dogmaticæ.
Editio septima 8°. 1902. 1 Vol. Preis M 6.40.

Nomenclator literarius recentioris Theologiæ catholicæ.
Editio altera.
Tomus I. (1564—1663) Preis M 12.—.
Tomus II. (1664—1763) Preis M 18.—.
Tomus III. (1764—1894) Preis M 18.—.
Tomus IV. (1109—1563) Preis M 18.—.

Sanctorum Patrum Opuscula Selecta
ad usum praesertim studiosorum theologiae.
edidit et commentariis auxit
H. Hurter S. J.

I. Serie.

Vollständig in 48 Bändchen. Preis derselben zusammen M 51.34

Jedes Bändchen ist auch einzeln zu haben und ist Inhalt sowie Preis wie nachstehend:

Vol. 1. De vita et passione S. Cypriani per Pontium. S. Cypriani libri ad Demetrianum et de unitate Ecclesiae. — Daemon vel invitus testis divinae originis religionis christianae diss. theolog. Editio 4. 1888. (135 p.) M —.60

Vol. 2. Tertulliani, S. Cypriani et D. Thomae Aqu. in orationem dominicam commentaria. Editio 2. 1879. (156 p.) M —.72

Vol. 3. Libri duo de vocatione omnium gentium; tractatus de humilitate. De arca Noe Ecclesiae typo diss. theolog. Editio 2. 1894. (244 p.) M —.76

Vol. 4. S. Cypriani libri de mortalitate, de opere et elemosyna, de patientia. Tertulliani liber de patientia et exhortatio ad martyres. Martyrum sanguis vox veritatis diss. apolog. Editio 2. 1894. (202 p.) M —.72

Vol. 5. S. Ambrosii, S. Cypriani et Tertulliani de poenitentia. Editio 2. 1894 (220 p.) M —.76

Vol. 6. S. Augustini libri de utilitate credendi, de fide rerum quae non videntur, de fide et symbolo. S. Thomae Aqu. in symbolum apost. expos. Editio 2. 1887. (260 p.) M —.96

Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ

ΕΛΛΗΝΙΣΤΙ.

NOVUM TESTAMENTUM

VULGATAE EDITIONIS.

GRAECUM TEXTUM DILIGENTISSIME RECOGNOVIT, LATINUM ACCURATISSIME DESCRIPSIT, UTRUMQUE ANNOTATIONIBUS CRITICIS ILLUSTRAVIT AC DEMONSTRAVIT

P. F. MICHAEL HETZENAUER O. C.

A ZELL PROPE KUFSTEIN,
APPROBATUS LECTOR S. THEOLOGIAE.

TOMUS PRIOR.

EVANGELIUM.

CUM APPROBATIONE ECCLESIASTICA.

Preis M 3.20.

TOMUS ALTER.

APOSTOLICUM.

CUM APPROBATIONE ECCLESIASTICA.

Preis M 3.60.

Card. **Rampolla** die 19. Junii 1896, No. 31363 rescripsit, quod **Leo XIII.** „de *præclaro opere* est magnopere delectatus".

Ejusdem editio latina:

NOVUM TESTAMENTUM

VULGATAE EDITIONIS.

EX VATICANIS EDITIONIBUS EARUMQUE CORRECTORIO CRITICE EDIDIT

P. MICHAEL HETZENAUER O. C.

PROV. TIROL. SEPT.
APPROBATUS LECTOR S. THEOLOGIAE ET GUARDIANUS.

CUM APPROBATIONE ECCLESIASTICA.

Preis M 3.—.

Dr. **Heidenreich**: „Optima editio textus N. T. hæc nobis apparet".

Wesen und Prinzipien der Bibelkritik

auf katholischer Grundlage.

Unter besonderer Berücksichtigung der offiziellen Vulgataausgabe dargelegt von P. **Michael Hetzenauer,** O. C.

Mit kirchlicher Approbation.

1900. XII und 212 S. 8. Preis M 3.60.

Dr. **Egger,** die 27. Martii 1900 scripsit: „Principiis catholicis apprime conforme est ac copia insuper eruditionis iudiciique acumine et maturitate excellit".

EPITOME EXEGETICÆ BIBLICÆ CATHOLICÆ

Scripsit in usum scholarum P. **Michael Hetzenauer,** O. C.

Approbatus lector sacræ theologiæ. — Cum approbatione ecclesiastica.

M 3.—

Card. **Rampolla** die 30. Aprilis 1903, No. 76525 rescripsit: „Munus officiumque tuum non sine *vehementi voluptate* accidit **Beatissimo Patri** . . . a te effecta".